URKUNDENBUCH DES LANDES OB DER ENNS

Oberösterreichisches Landesmuseum

URKUNDEN-BUCH

DES

LANDES OB DER ENNS.

URKUNDEN-BUCH

DES

LANDES OB DER ENNS.

HERAUSGEGEBEN

VOM

VERWALTUNGS-AUSSCHUSS DES MUSEUMS FRANCISCO-CAROLINUM

ZU LINZ.

ZWEITER BAND.

WIEN.

AUS DER K. K. HOF- UND STAATSDRUCKEREI.

1856.

Vorwort.

Indem der Verwaltungs-Ausschuss hiermit den zweiten Band des Urkundenbuches des Landes ob der Enns der Oeffentlichkeit übergibt, erübrigt ihm nur, die denselben benützenden Geschichtsforscher in Betreff der Entstehung, Anlage und Ausdehnung der Urkunden-Sammlung, deren Abdruck mit diesem Bande beginnt, auf die dem ersten Bande beigegebene Vorrede zu verweisen und zu bemerken, dass aus dem während des Druckes desselben erschienenen Urkunden-Buche des Stiftes Kremsmünster die bisher noch ungedruckten Urkunden theils, so weit dies noch thunlich war, eingereiht, theils im Anhange nachgetragen worden sind.

Möge die Benützung eine möglichst fruchtbare werden.

Linz, im December 1855.

Johann Freiherr von Stiebar,
Präses des Verwaltungs-Ausschusses des Museums Francisco-Carolinum.

Jodok Stülz,
Referent für das geschichtliche Fach.

Dr. Franz Isidor Proschko,
Vereins-Secretär.

I.

777. 10. Juli. Ostermitting. — *Machelm schenkt der Kirche des heiligen Emeram in Regensburg Ort und Gebiet Askituna.*

Regnante Domino nostro Jesu Christo in perpetuum ego igitur *Machelm* conpunctus divina misericordia seu æterna retributione trado et transfundo a die præsente locum nuncupantem *Askituna*, simul et omnia ad illa loca pertinentia ad Ecclesiam, ubi corpus sacratum *Sancti Emmerammi* jacet, pro remedio animæ meæ cum consensu *Tassilonis*. Hæc sunt confinia donationis hujus: a loco, qui dicitur *Elinpoga*, hoc est in *ripa* vocante *Aschaha* tendente usque ad fluenta *Antalanga*, deinde usque ad rivulum nuncupantem *Auuinpah*, Inde protenditur in summitate montis *Hegiperc* et mediante illo monte usque ad *Chezinhaha*, Hoc usque ad *Danubium* protenditur et inde usque ad rivulum *Heihinpah* indeque derivatur usque ad *Cnagapah* admanente *Suleginpah* et finitur ad jam dictum locum *Elinpoga*, conventione facta cum *Engilbaldo*, simul cum fratribus meis, ut in locis supradictis quisquis ad supradictum Sanctum potestatem habuerit, Ergo et in his locis similiter a die præsente principatum teneat nec non et servum ibidem commanentem nomine Adalolf cum familia sua numero X trado et confirmo ad Sanctum Emmerammum a die presente nemine prohibente. Isti sunt testes: *Leodro, Megilo, Amo, Reginolf, Farut, Aso, Vuicpot, Cotaperht, Engilpald, Antraat, Ellenhart.* Actum est hoc in vico *Aostarmuntinga* VI° Id. Julii anno XXIX° *ducatus Tassilonis.* Ego *Kerhelmus presbyter* scripsi.

Pez, Thesaur. I. III. 82. — Ried, Cod. diplom. ratispon. I. 3. ex cod. tradit. s. Emmerami — Tassilo's Vater, Otilo, starb im Jahre 748 zwischen dem 12. Februar und 10. Juli. (Siehe die Geschlechtstafel in Rudhart's ältester Geschichte von Baiern.) Noch im selben Jahre 748 erhielt Tassilo Baiern als Lehen von Pipin. Sein XXIX. Regierungsjahr geht daher erst nach dem 10. Juli 777 zu Ende. — (Conf. Notizenblatt f. 1851, pag. 269—288.)

II.

777. (778.) Kremsmünster. — *Thassilo, Herzog von Baiern, stiftet das Kloster Kremsmünster.*

Regnante in perpetuum domino nostro Jesu Christo, qui ab arce poli descendere dignatus est in aluum uirginis ac deinde in presepio, de presepio in Crucem, de Cruce in sepulchro, de sepulchro ad Tartara, de Tartaro rediit ad ethera binis uiris albis indulis astantibus ad postremum reuersurus ad iudicium, in quo Iudicio unusquisque quod gessit, retributionem accipiet, deputantur iniusti ad suplicia, iusti autem ad uitam eternam, que retributio nullum habet terminum nec in malo nec in bono. Quam ob rem propter amorem eternum et timorem horribilem, ut deuitare ualeam mansionem diaboli et habere merear mansionem cum Christo, Ego *Tassilo uir inluster Dux Baioariorum anno ducatui mei* (sic) *tricesimo* indictione prima mente tractaui, ut de hoc, quod mihi dominus dignatus est concedere, pro metipso deo aliquid conferre. Nam bone memorie antecessores mei, in quantum potuerunt, res suas deo deuouerunt, ecclesias dei construxerunt easque suis opibus ditauerunt, monasteria quoque studuerunt construere et non modicas ad easdem pecunias tradere; qua de re statui quoque et ego in animo meo, vt cum summa opitulatione Jesu Christi domini in ipsius nomine monasterium edificare, qui ipso adiuuante ita factum est. Nam monasterium construxi iuxta fluenta nuncupante *Chremsa* in honore sancti saluatoris, quem et deo dicaui et in dedicatione tradidi, quod potui, quod super adnotamus, qui etiam Abbatem constitui nuncupante *Fater* cum monachis sibi deputatis, ut in predicto uenerabili loco uita ibi commorantium regulariter ducatur. Nunc ergo ea, que tradidimus, intimabo. ego igitur Tassilo uir inluster dux, ut supra adnotatum est, anno tricesimo ducatui mei simulque *dilectissimus filius meus Deoto anno etiam ducatui eius primo* tradimus atque confirmamus ad predictum monasterium sancti saluatoris inprimis namque eos homines, qui in ipso loco habitant, et ea cuncta, que ibidem culta uidebantur, de incultis uero ex omni parte, quantum uoluerint, cultum faciant. Tradimus quoque et *salinam*, que ad *Sulzibach* est, et tres homines ibi habitantes salem coquentes, simili modo etiam ibi in circuitu cultum faciant, quantum

uelint, sine omni prohibitione; item in tercio loco nuncupante *schpach* ad utilitatem Loci illius quantumcumque sufficiat agros vel pratas (sic) faciendi licentiam concedimus. Item in quarto loco nuncupante *Livpilinspach* similiter, ut in ceteris Locis supradictis precipimus, ita fiat. In Loco uero, quod uocatur *Ipfa*, quod est ipse a die presenti definire decreui et terminis interposui ea, que inter *utrasque Ipfas* adiacere uidentur, definiuimus, ubi illas duas Ipfas oriuntur et illud, quod inter illas duas ipsas est cultum et incultum, usquedum simul iunguntur, Cuncta absque ullo termino vel contrario ad prefatum monasterium tradidimus. Nam et quadragenta (sic) casatas aliunde adtractus tradimus in his conponere Locis. Tradimus autem et *Decaniam sclauorum* cum opere fiscali seu tributo iusto, quod nobis antea persolui consueuerant, hos omnes predictos sclauos, quos sub illos actores sunt, qui uocantur *talivp* et *sparuna* quos infra terminum manet, que coniurauit ille *Jopan* (Supan), qui uocatur *physso,* et conduxit per gyrum illos nominantes *Fater Abbatem* et Archibresbyter et *Chunipreht Judex* et *Hleodro comes* et *Kerpreht* iussi a summo principe *Tassilone* definire decreuerunt et terminum posuerunt, totum et integrum ad eum tradimus Locum et XXX. sclauos ad *Todicha* cum opere fiscali seu tributo iusto. Tradimus autem et terram, quam illi sclaui cultam fecerant sine consensu nostro infra qui uocatur *forst* ad *Todicha* et ad *sirnicha.* Tradimus autem ad *Villam publicam* nuncupantem *Allinchofa* a die, quousque cum alia curte istius similem redimeremus, nos cum consensu Abbatis seu fratrum loci illius, qui tunc tempore fuerunt, omnia ex integro, quidquid ad predictum pertinet curtem, et illi homines tributarii arare debent ad ipsam curtem similiter, quod antea fecerunt. Tradimus autem siluas et Pratas, que uocatur *Petinpach*, quod ego ipse a die presenti definire decreui et a terminis interposui, quod est a fonte, qui uocatur *Zvffinprvnno*, usque ad flumen nuncupante *Albina* de illo termino ad plagam meridianam infra monte, qui dicitur *Warminc*, et infra flumen, qua supra diximus, *albina* usque terminum, quod est usque in *alpa*, ad profectum illorum pecodum pascere et cultum facere absque ulla contradictione. Tradimus autem aream in loco, qui dicitur *eporestal*, que *salubho* et *wenilo* et *Kerpreht* iussi a summo principe Tassilone definire decreuerunt et terminum posuerunt et de illa silua ad predictum locum Eporestal cultum facere, quantum uoluerint, sine ullo inpedimento. Tradimus uero ad *Ascha* duas uineas et ad *racotulv* tres et totidem uinitores et duos apium

cultores et sex fabros et ad campos alboni piscatores duos et ad *Alpurc* ecclesiastica pecuniam, que ibidem adesse uidetur, ad ipsum predictum monasterium iure, quo potui, concessi. Similiter et in *Sulzipach* rem ad ipsam ecclesiam pertinentem similiter, ut diximus, ad ipsum monasterium concessimus. Similiter tradimus ad *Nordfilusa* ipsam pecuniam ecclesiasticam. In *salina* uero *maiore* unum hominem salem coquentem concessimus, de pascuis uero illorum, quos uulgus nominat *forst*, in omnibus pascuis quolibet pecodum, ubi nostri accessum habuerunt, communitatem similiter in omnibus ut nostris concedimus nullo contradicente et ad *Crunzinwiten* schlauum cum iusto tributo. Hec autem omnia, que supradiximus, per singula loca omnia ex integro domos et Curtes, seruos et ancillas et homines tributales et quidquid illorum est mobile uel inmobile, cultum uel incultum, rures, Pratas, Campos, siluas aquarumque decursus uel quidquid ad ipsas pecunias pertinere uidetur, trado atque confirmo ad predictum uenerabilem locum, vt ab hodierna die et deinceps ibi sit firmum et stabile. Siquis quolibet pretextu contra hanc cartam traditionis contraire uoluerit, iram dei omnipotentis incurrat et partem habeat cum iuda traditore et causam cum sancto saluatore et carta hec nihilominus firma permaneat. Acta sunt autem hec coram multis testibus uidentibus et audientibus, ex quibus aliquos hic inseremus: *Virgilius Episcopus, Sinpreht Episcopus, Walther episcopus, Oportunus Abbas, Wolfpreht Abbas, Atto Abbas, Gaozrich Abbas, hrodhart abbas, Vtili Comes, Magilo Comes, saluhho Comes, Reginolf, Adalger, Hartnid.* Scripsi autem ego *Willaperh* indignus tamen *Dyaconus* hanc cartam traditionis iussus a summo principe Tassilone ex ore *snelhardi dyaconi.* Acta sunt autem hec in predicto monasterio regnante domino nostro Jesu Christo in secula seculorum. Amen.

Rettenpacher, Annal. cremifan. 24. — Strasser, Kremsmünster, 147. — Mon. boic. XXVIII. II. 196. Nr. 2. ex cod. tradit. patav. III., sec. XIII. — (Siehe Mon. boic., loc. cit. 199, die Anmerkung mit Aufzählung der Werke, in denen diese Urkunde abgedruckt oder besprochen ist; dieser sind noch beizufügen: Meibomius Rer. German., SS. III. 192. Koch-Sternfeld's Beiträge I. 237. Rudhart, älteste Geschichte Baierns, pag. 307.) Den neuesten Abdruck gibt das im Jahre 1852 vom Kloster Kremsmünster herausgegebene, in der k. k. Hof- und Staatsdruckerei gedruckte: Urkundenbuch für die Geschichte des Benedictiner-Stiftes Kremsmünster, seiner Pfarreien und Besitzungen v. J. 777—1400, pag. 1, Nr. I, aus dem Cod. patav. III. (wie oben) und dem im Stiftsarchive befindlichen Cod. Fridericianus sec. XIII et XIV. Das Original ist nicht vorhanden.

III.

791. 3. Jänner. Worms. — *K. Karl der Grosse bestätigt dem Kloster Kremsmünster die Besitzungen, welche ihm Herzog Thassilo verliehen hat.*

Karolus Dei gratiâ Rex Francorum et Langobardorum et Patritius Romanorum. Si petitionibus Sacerdotum vel servorum Dei, in quo nostris auribus fuerint prolatæ, libenter obaudimus et eas in Dei nomine ad effectum perducimus, regiam consuetudinem exercemus et hoc nobis ad mercedem vel stabilitatem regni nostri pertinere confidimus. Igitur notum sit omnibus fidelibus nostris præsentibus et futuris, qualiter vir venerabilis *Fater Abbas* clementiæ regni nostri suggessit eo, quod *Thassilo dudum Waioariorum dux* Monasterium in honore Sancti Salvatoris infra Waldam nostram in loco, qui dicitur *Chremisa*, in pago nuncupato *Traungæv* novo opere construere fecisset atque per chartulam donationis loca aliqua ad ipsum sanctum locum concessisset in supradicto pago vel infra memoratam Waldam, id est *Sulzpach* et *Syppach*, *Liubilinpach* et quidquid inter duo flumina, quæ vocantur *Ipfæ*, esse cernitur nec non decaniam unam de illis Sclavis, super quos fuerunt actores. *Taliub* et *Sparuna*, nec non secus fluvium, qui dicitur *Todicha*, triginta Sclavos et territorium, sicut ad supradictam decaniam pertinet, veluti *Physso* conjuravit et *Arno Episcopus* seu *Fater Abbas* simul cum *Hleodro Comite* et *Chuniberto judice* circujerunt. Insuper etiam terram illam ad *Todicham* et *Sirnicham*, quam illi Slavi sine licentia Thassilonis ducis stirpaverunt. Similiter et in alio loco, qui dicitur *Eporestal*, terram illam, quæ simili modo absque licentia Thassilonis fuit stirpata, quam circujerunt ejus missi *Saluhho* et *Wanilo* et *Gaerbertus*. Homines tamen in ipso Eporestal supra ipsam terram commanentes, si voluerint jam fatam terram tenere ad serviendum commemoratæ casæ Dei teneant, si vero voluerint, liberi discedant. Dedit etiam ad *Petenpach* de illa fontana usque ad fluvium, qui dicitur *Albina*, sicut ipse Thassilo consignavit, et inde usque ad Alpes, ubi eis pasturam concesserat; similiter et villam nuncupatam *Alinchofa* cum integritate una cum appendicijs vel adjacentijs suis et ad *Alburch* capellam in honore *Sancti Martini* constructam cum rebus illuc pertinentibus et ad *Sulzpach* aliam Ecclesiam cum omnibus ad eam pertinentibus et ad *Nordfilusa* tertiam Ecclesiam cum rebus ad eam pertinentibus in *Tonahgaœ*, In suprascripto vero pago *Drungaœ* in loco, qui nuncupatur *Aschaha*.

vineas duas cum viniatoribus duobus et in alio loco, qui dicitur *Raotola*, vineas tres cum tribus viniatoribus nec non piscatores duos et insuper alios homines duos, qui apes provident, et fabros sex. Hæc omnia suprascripta asserit se præfatus Fater Abbas ad partem antedicti Monasterij quieto ordine tenere et possidere. Sed quia jam prædicti Thassilonis traditio firma et stabilis minime poterat permanere, idcirco petijt a Serenitate nostra, ut denuo in nostra eleemosyna per nostram auctoritatem plenius hoc circa ipsum Sanctum locum cedere atque confirmare deberemus, sicuti et fecimus. Præcipientes ergo jubemus, ut inspecta ipsa traditione Tassilonis, sicut per eam declaratur, ita deinceps valeat sæpedictus Fater Abbas suique successores, qui fuerint Rectores ipsius Monasterij Sancti Salvatoris, per hoc nostræ Serenitatis præceptum atque confirmationis donum cum omni integritate absque ullius impedimento quieto tramite tenere et possidere, quatenus nostris sive futuris temporibus pro mercedis nostræ augmento ad ipsam casam Dei perenniter proficiant in augmentis. Et ut hæc auctoritas firmior habeatur vel per tempora Christo propitio melius conservetur, manu propria subter firmavimus et de annulo nostro sigillari jussimus.

Signum Karoli gloriosissimi Regis (Monogramma).

Data III° Non. Januarij Indictione XIV^a Anno XXIII° regni Domini Karoli Serenissimi Regis. Actum Wormatiæ in Dei nomine feliciter. Amen.

Rettenpacher, Annal. cremifan., 28. — Bouquet, Recueil des histor. V. 753. — Urkundenbuch von Kremsmünster 5. Nr. 2. ex Cod. sec. XI — XII und Cod. Fridericiano sec. XIII — XIV.

IV.

802. März. Achen. — *K. Karl der Grosse bestätigt dem Kloster Kremsmünster neuerdings jene Besitzungen, welche Herzog Thassilo demselben geschenkt hatte.*

(L. C.) In nomine Sancte et individue trinitatis *Karolus Dei gratia Imperator augustus.* si petitiones servorum dei justas et rationabiles ad effectum perducimus, hoc nobis procul dubio et ad capessenda regni celestis gaudia et ad regni nostri stabilitatem profuturum liquido credimus. Quapropter comperiat omnium fidelium nostrorum presentium scilicet et futurorum industria, qualiter dilectus noster *Qualdaricus sanctae pataviensis aecclesiae presul* venerandus nostram

imperialem adiit celsitudinem rogando, ut loca, que *tassilo dux baiowarorum* tradidit ad monasterium, quod ipse in honore *sancti salvatoris* infra *vualda* nostrum in loco, qui vocatur *Cremisa*, a fundamentis construxit, per cartam nostrae auctoritatis augeremus et firmaremus, hoc est in *pago trungowe sulzibahe* et *siebah, Luibilinbahe* et quicquid inter duo flumina, que vocantur *ipphas*, esse cernitur, nec non decaniam unam de illis sclavis, super quos actores *taliup* et *sparuna*, et XXX. sclavos juxta fluvium *todieha* nec non territorium ad eandem decaniam pertinens, ut *phisso* et *arno episcopus* coniuraverunt. Insuper etiam terram illam, quam sclavi prope flumina *Todicha* et *sirnicha* sine licentia tassilonis ducis stirpaverunt, similiter et in loco, qui vocatur *eporestal*. si vero illi sclavi rectum censum et laudabile servicium facere voluerint, terram illam possideant, sin autem, liberi discedant. *Petainbahe* vero et quicquid ad eandem curtem pertinet, lapidem, *lacum albinae* adjacentesque alpes cum omnibus usibus et in nemore pascus porcorum nec non edificia omnique anno arborem electam navem ad faciendam, ad eporestal de eodem nemore fenum, pastusque et pascua, exstirpaciones, septa apum et cum omnibus usibus, sicut *leodro comes* in beneficium habuit; *Allinchova* cum omni integritate et cum appendiciis vel adiacentiis suis, In *Ascaha* vineas duas cum vinitoribus, In *rotala* vineas tres cum vinitoribus tribus et fabros VII. nec non piscatores IIII. et procuratores apum V. ubicumque etiam loca ejusdem monasterii forestis nostris adjaceant, pastum et pascua nec non, edificia inde habeant sine censu. quod vero piis auribus percipientes per interventum ejusdem pontificis et per fratrum ad idem monasterium deo famulantium imminentes necessitates eadem loca, que tassilo ad eundem locum tradidit, imperiali auctoritate confirmavimus et que per nostri Juris donationem ad prescripta ejusdem monasterii loca donanda erant, donavimus. Et ut hec auctoritas nostre donationis atque confirmationis per futura tempora credatur et conservetur, manu propria firmavimus et anulo nostro insigniri jussimus.

Signum domini Karoli (Monogramma) invictissimi Imperatoris.

Erchanbald Notarius ad vicem *radoni Archicappellani* recognovi. anno dominice incarnationis dCCCII°. Indictione IIII° Data in mense mart. Anno XXI° (sic) regni nostri. actum *aquis palatio* felicit. in dei nomine amen.

Im Auszuge angeführt bei Hund, Metrop. I. (München) 293. (Regensburg) 195. — Hansiz, Germ. sacr. I. 138. Vollständig bei Buchinger, Geschichte von

Passau II. 481. — Mon. boic. XXX. I. 380. Nr. 3. ex orig. (sic) im Auszuge, woselbst diese Urkunde aus den in den Noten *a* und *b* angeführten Gründen zu den unechten eingereihet wurde. Urkundenbuch von Kremsmünster, pag. 7, Nr. 3 ex Cod. Fridericiano sec. XIII — XIV.

V.

823. 28. Juni. Frankfurt. — *K. Ludwig der Fromme restituirt dem Bisthume Passau gewisse, demselben von seinem Vater K. Karl dem Grossen geschenkte Güter, welche aber durch die Markgrafen mittlerweile davon wieder abgekommen waren.*

In nomine domini dei et saluatoris nostri Jhesu Christi *Hludouuicus* diuina ordinante prouidentia *Imperator* augustus. Nullum fidelium nostrorum ambigere credimus, qualiter domnus et genitor noster beatae memoriae piissimus *imperator Karolus regnum hunorum* suae ditioni non sine magno preliorum labore subiugauerit et homines terrae illius cultui christiane religionis mancipauerit In tantum, vt etiam in eadem prouincia multas aecclesias ob dei reuerentiam et renouari et a fundamentis construi faceret. Tum dei iussu super deuastatione et inopia *patauiensis episcopatus* misericordia motus plus celeste quam terrenum lucrum desiderans quedam loca ad eandem *aeclesiam sancti Stephani* promartyris Christi, In qua sanctus *valentinus* corporaliter requiescit, vbi tunc *Vualdaricus venerabilis episcopus* praeerat, tradidit, hoc est in prouincia *auarorum* quendam locum, qui vocatur *litaha*, et in terra *hunorum Zeizzinmurum, Treismam, Vuachouuam, Pelagum, Nardinum, Reode, Asbahc, Vuoluesvuanc, Erlafam* et in *artagrum* basilicas duas et in *saxina* basilicas duas; sed postquam domnus et genitor noster piae memoriae Karolus imperator defunctus est, marchiones eiusdem prouinciae de episcopatu eadem loca alienare et eorum potestati subdere Conati sunt. Cum autem *Reginharius episcopus* effectus est, deuitans discordiam et litem *Gotafredum marchionem* et iudices illius prouinciae in presentiam nostram fecit venire. Nos vero iusta lege et iudicio totius populi iuxta traditionem praedicti Imperatoris loca superius nominata ad praedictam sedem pertinere debere decreuimus. Tunc memoratus episcopus nostram implorauit clementiam, Vt aliquam futurae securitatis a nobis acciperet firmitatem, quo iam dicta loca liberius firmiusque pontifices eiusdem sedis tenerent, quod ita et nos fecisse omnium fidelium nostrorum cognoscat industria. Proinde ergo nostra imperiali auctoritate iubemus, vt praedicta loca, id est *litaha* iuxta fontem, qui

vocatur *sconibrunno*, cum omni integritate, sicut *Theodericus* habuit in sua potestate, et *Zeizinmurus* cum tali marcha, vt genitor noster Karolus decreuit, hoc est ab illo castello in orientali plaga usque ad pendentem lapidem in ora *montis Comageni* et in australi usque ad *chunihohesstetin*, in occidentali autem usque ad acernos sitos inter *tullunam* et ipsum Castellum et vltra *danubium* ad *trebinse* et exinde ad *mochinleo* et usque ad *ézinburi* et *Treisma* cum omni integritate, similiter *Vuachouua* et cetera omnia loca, que praescripta sunt, rectores eiusdem aecclesiae cum omnibus ad eadem pertinentibus cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, siluis, aquis aquarumque decursibus, piscationibus, venationibus, molendinis, exitibus et reditibus, quesitis et inquirendis, totum et integrum absque ulla contradictione teneant atque possideant et quicquid illis exinde facere libuerit, iure aecclesiastico libero perpetualiter in omnibus potiantur arbitrio et siquis hec infringere temptauerit, exinde reddet rationem in diem iudicii, et ut haec auctoritas pristinae traditionis et nostrae confirmationis inconvulsa et inviolabilis permaneat, manu propria subter firmauimus et anuli nostri impressione sigillari iussimus.

Signum (Monogramma) hludouuici piissimi Imperatoris (S. R.).

Simeon diaconus et cancellarius ad vicem *Fridegisi Archicapellani* recognoui et subscripsi. — Data anno dominice incarnationis dcccxxiii.° indict. I.° iiii.° Kl. ivl. Regnante domno hludouuico annos X feliciter. Actum *Franchonofurt* in dei nomine. Amen.

Hormayr, Wien, II. Jahrg. III. Urkundenbuch, pag. 183, Nr. 295. — Buchinger's Geschichte von Passau II. 483. — Hansiz, Germ. sacr. I. 155. — Oefele, Sept. I. 703. — Mon. boic. XXX. I. 381. Nr. 4, wo diese Urkunde für unecht erklärt wird. Siehe loc. cit. die Noten *a* und *b*.

VI.

823. 28. Juni. Frankfurt. — *K. Ludwig restituirt dem Hochstifte Passau gewisse Schenkungen seines Vaters, welche mittlerweile durch die Markgrafen demselben entzogen worden waren.*

In nomine Domini Dei et Saluatoris nostri Jesu Christi *Hludowicus* diuina ordinante prouidentia *Imperator* Augustus. Nullum fidelium nostrorum industria ambigere credimus, qualiter pius Dominus et genitor noster *Carolus* piae memoriae praestantissimus Imperator *regnum Hunnorum* subjugaverit et homines terrae illius cultui diuino mancipaverit in tantum, ut etiam plurima loca *Ecclesiae Pataviensis*

et Praesulibus ejus delegaverit, sed partim ignavia cujusdam hujus sedis Pontificis partim cupiditate comitum ejusdem provinciae quaedam loca exinde contradicta sunt, Item *Treismam, Wachowam, Pelagum, Nardinum, Reoda, Aspach, Wolffeswanch, Erlawam* et in *Artagrum* Basilicas duas et in *Saxinum* Basilicas duas. Sed postquam venerabilis vir *Ragenarius* huic sanctae sedi *Episcopus* subrogatus esset, quae sunt praedicta loca *Godofredo comiti*, qui ea injuste contradicebat et per veracissimam atque justissimam inquisitionem repertum est, loca superius nominata, insuper et Domnus et genitor noster eidem contulerat sedi *cellulam S. Floriani cum Linzea.* Et ut jam dicta loca liberius et firmius Pontifices praefatae sedis in postmodum tenerent, memoratus Episcopus nostram imploravit clementiam, ut super hoc negotio firmitatis causa nostram mereretur habere firmitatem quod ita et nos fecisse omnium fidelium nostrorum industria cognoscat. Praecipientes ergo jubemus, ut, quemadmodum constat praedicta loca a domno et genitore nostro praefatae sedi collata esse et a praedicto Episcopo ad partem Ecclesiae praeterea legibus acquisisse, ita deinceps per hanc nostram auctoritatem Rectores praefatae Ecclesiae teneant atque possideant vel quidquid exinde jure Ecclesiastico ordine facere voluerint, libero in omnibus potiantur arbitrio faciendi, quidquid elegerint. Et ut haec confirmatio nostris futurisque temporibus firmior habeatur et per futura tempora melius conservetur etc. Data IIII^{o} Kalend. Julii anno Christo propitio X^{o} Hludowici serenissimi Augusti Indict. I^{a} Actum *Franconofurt Palatio* in dei nomine feliciter. Amen. *Simeon Diaconus* ad vicem *Fridugisi abbatis* recognovi et subscripsi.

Stülz, Geschichte von St. Florian 204. Nr. 4, nach einer Abschrift aus dem Münchner Archive. Ein Original scheint nicht mehr vorhanden zu sein.

Dass die Urkunde wenigstens in der Fassung, wie sie hier vorliegt, unecht sei, dürfte kaum einem Zweifel unterliegen. Zwar versichert Baron Hornick in seiner Chorographia Passav. (manuscriptlich im Archive des Stiftes St. Florian aufbewahrt, wahrscheinlich das nämliche Werk, welches Buchinger in seiner Geschichte von Passau in der Vorrede, pag. XVII, anführt und vielfach benützte), dass er das Original dieser und der weitläufigeren Urkunde des Kaisers von dem nämlichen Datum (abgedruckt bei Hansiz, I. f. 155, und Hormayr, Geschichte Wiens II. Jahrg. III. pag. CLXXXIII. cf. Buchinger loc. cit. I. pag. 483) selbst gesehen habe. Diese Urkunde hält Buchinger für echt, Lang aber in den Regesten für sehr verdächtig.

Indessen, es mag wie immer sein, so weiss man doch aus anderen Documenten (Mon. boic. XXVIII. Cod. patav. primi, fol. 36), dass Karl der Grosse

dem Bischofe Walderich von Passau wirklich die Kirche St. Martin in Linz und alles, was zum dortigen Schlosse gehört, geschenkt habe, wie ebenfalls auch K. Otto II. bezeugt (Mon. boic. XXVIII. 216), dass derselbe Kaiser ihm das Kloster St. Florian übergeben habe.

VII.

828. 22. März. Achen. — *K. Ludwig schenkt zugleich mit seinem Sohne Lothar dem Kloster Kremsmünster eine Besitzung im Gau Grunzwiti.*

In nomine Domini Dei et Salvatoris nostri JESV Christi: *Ludwicus et Lotharius divina ordinante providentia Imperatores Augusti.* Si erga loca divino cultui mancipata imperiali more beneficia largimur opportuna, id nobis procul dubio ad stabilitatem Imperij nostri et animæ salutem proficere minime dubitamus. Igitur notum esse volumus cunctis fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ et nostris, præsentibus scilicet et futuris, quia ad deprecationem dilecti filij nostri *Ludwici Regis Waioariorum* et *Geroldi Comitis* concessimus cuidam Monasterio nostro, cujus vocabulum est *Chremisa*, quod est constructum in honore et veneratione Domini et Salvatoris nostri JESU Christi situm in *pago Trungowe*, ubi præsenti tempore vir venerabilis *Sigehardus Abba* præest, et Monachis ibidem per tempora degentibus quoddam territorium, quod est in *pago Grunzwiti* juxta montem *Sumerberch*, quod usque modo servi vel Sclavi ejusdem Monasterij ad censum tenuerunt, qui ad partem Comitis solvebatur, ubi etiam Monachi de præfato Monasterio Ecclesiam et domos et cætera ædificia construxerunt. Quod territorium ita terminatur. Incipit enim ex plaga orientali a *Sumerperch*, sicut missi *Geroldi Comitis* designaverunt, usque in *Dræisma* ad locum, qui vocatur *Hohoga*, *Plættchinn* et inde sursum usque ad territorium Episcopatus *Pataviensis* Ecclesiæ et exinde ad *plagam Australem* usque in *Heribrunnum.* Deinde ex parte occidentali usque ad eum locum, ubi *Flinspach* exit de sylva a parte aquilonis, sicut ipsa sylva pergit usque ad jam dictum montem, qui vocatur Sumerperch. Memoratum vero territorium, quantumcumque infra suprascriptam terminationem consistit, salvis tamen proprietatibus liberorum Sclavorum reliquum quidquid infra has terminationes præsenti tempore ad partem comitum pertinebat, omnia supradicto Monasterio Chremisæ per hanc nostram auctoritatem præsentialiter tradimus et de nostro jure in jus et dominationem ejus transfundimus ita videlicet, ut quidquid de præfatis territorijs ob utilitatem et profectum præscripti Monasterij rectores et ministri ejus facere vel

judicare voluerint, libero in omnibus potiantur arbitrio faciendi, quidquid elegerint. Et ut hæc auctoritas nostris futurisque temporibus domino protegente valeat inconvulsa manere, manibus proprijs subterfirmavimus et annuli nostri impressione signari jussimus.

Signum † Hludowici Serenissimi Imperatoris. Signum † Hlotharij gloriosissimi Imperatoris Augusti.

Durandus Diaconus ad vicem *Fridagisi* recognovi. Datum XI° Kal. April. Anno Christo propitio XV° Imperij Domini Ludowici serenissimi Imperatoris et Lotharij VI° Indictione VI^a Actum *Aquisgrani* Palatio regio in Dei nomine feliciter. Amen.

Rettenpacher, Annal. cremifan. 30. — Monum. boic. XXXI. I. pag. 54. ex lib. cop. patav. — Urkundenbuch von Kremsmünster, pag. 9, Nr. 4. ex Cod. Friderici sec. XIII—XIV.

VIII.

829. Ransdorf. — *K. Ludwig der Deutsche schenkt auf die Vermittlung zweier edlen Männer Ernest und Adelbert und des Abbtes Lambert zu Mondsee den ganzen Abersee mit den umliegenden Waldungen nach ausgezeigten Grenzen an das Kloster Mondsee.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. *Ludwicus* diuina fauente gracia rex. Equitatis racione regieque maiestatis moderamine ad hoc prouocamur et excitamur, quatenus vniuersorum maxime autem seruorum dei vtilitatibus promouendis iustisque eorum votis ac peticionibus effectui mancipandis serenitatis nostre benignum fauorem prestare debeamus, vt saluatoris nostri, qui dat salutem regibus, misericordiam consequamur. huius rei gracia fidelium nostrorum *Ernesti* et *adelberti* nobilium virorum mediante interuentu dilecti nostri *lamberti* venerabilis abbatis de cenobio Sancti Michaelis archangeli in *Mânsee* peticioni clementer annuentes lacum in *abernse* cum toto nemore circumiacente eidem Monasterio ad vtilitatem fratrum deo jnibi militancium cum omni proprietatis iure in perpetuum legitime possidendum donauimus. porro ne in posterum pro terminis eiusdem alodij aliqua oriatur contencio, situm pariter et metas nemoris supra dicto cenobio assignati presenti pagina annotari fecimus. pateat itaque vniuersitati tam futurorum quam presencium, idem predium, quod versus occidentem incipit ab ortu fluminis *zinkenbach* nominati et inde in *abárnse* protenditur, ab oriente vero ex ea parte, ubi *Tunilbach* (vel *Tinnlbach*) in eundem lacum deriuatur vsque ad eum locum, vbi *yscula*

in *Trunam* cadit, absque omni dubietate ad predictum pertinere cenobium. ex ea quoque parte terminari omnia in *weissenbach*, quovsque in *Trunam* redundat. Adicimus quoque huiusmodi interdictum, ne ulla persona extranea in locis pretaxatis piscandi aut venandi uel quicquid vendicandi habeat potestatem exceptis fratribus aut eorum colonis. Ne qua igitur in posterum ecclesiastica secularisue persona contra hanc nostre constitucionis paginam venire presumat, ipsam Sigilli nostri inpressione insigniri iussimus, quatenus hec corroboracio nostra firma et inconuulsa omni euo permaneat. Testes sunt huius sollempnis donacionis *Ernsto*, *adelbertus* superius annotati, *Chumbertus comes, Redinoldus (?) comes, Megynwardus comes, Adelger, milo pulcher, petto, hunpold, Sicco, Reinhoh, adelmar, faramund, Tilo.* Acta sunt hec in *Ranstorf* Anno dominice jncarnacionis D·CCC·XXViiij.° Indiccione Vij.°.

Chronic. Lunaelac. I. 70. aus einem Copialbuche des 15. Jahrhunderts.

IX.

834. 21. December. Achen. — *K. Ludwig schenkt seinem Vasallen Patager das Dorf Granesdorf an der Enns in Ketold's Grafschaft.*

In Nomine Domini Dei et Saluatoris nostri Jesu Christi. *Hludouicus* diuina ordinante prouidentia *Imperator* Augustus. Si petitionibus fidelium nostrorum justa petentium aurem serenitatis nostre libenter accommodamus, et regium morem exercemus eosque procul dubio deuotiores in nostro habebimus obsequio. Quapropter comperiat omnium fidelium nostrorum presentium scilicet et futurorum industria, quia nos petenti cuidam Vasallo fideli et familiari nostro *Patagero* concessimus ad proprium quandam Villam juris nostri prope fluuium *Enisa* in comitatu *Ketoldi comitis*, que dicitur *Granesdorf*, que est sita *in parte Sclauanorum*, cum omnibus appenditiis suis et de nostro jure in jus et dominationem prefati viri semper ad habendum contulimus. Hanc Itaque Villam cum toto edificio, domibus, mancipiis, terris cultis et incultis, pratis, pascuis, syluis, aquis, aquarumue decursibus, molendinis, adiacentiis, peruiis, exitibus et regressibus, mobile et immobile, quesitum et ad inquirendum, totum et ad integrum, quantumcunque ad predictam Villam pertinere videtur, cum omni integritate eidem a presenti die concedimus homini et de jure nostro in jus et potestatem eius liberalitatis nostre conferimus gratia Ita videlicet, ut quicquid ab hodierno die et tempore ipse et succes-

sores eius de predictis rebus et mancipiis vel de his, que ad eas pertinent jure potestatiuo facere vel judicare voluerint, per hanc nostre auctoritatis largitionem libero in Dei nomine perfruantur arbitrio faciendi, quicquid elegerint. Et (ut) hec auctoritas largitionis nostre per curricula annorum Deo protegente inuiolabilem atque inconuulsam obtineat firmitatem, manu propria subter firmauimus et anuli nostri impressione signari jussimus.

(Monogramma) Signum hludouici serenissimi imperatoris.

Durandus diaconus ad uicem *helisachar* recognoui. Data XII° Kl. Jan. Anno Christo propitio XXI° imperii Domini hludouici piissimi augusti indictione III° Actum in loco *aquisgrani* palacii in Dei nomine feliciter. Amen.

Hund, Metrop. II. (München) 11. (Regensburg) 8. — Mon. boic. XI. 106. — Wiener Jahrbücher XXXI. Anzeigeblatt 48. — Wird von Kopp in seiner Palaeogr. I. 429, für unecht erklärt.

X.

843. 3. August. — *Gerichtliche Beschau der Jagd- und Fischerei-Grenzen beim Abersee.*

Quicquid enim de legitimis placitis uentilatum fuerit, optime condecet memorie commendandum et quod a nobilibus uiris rationabiliter seu legaliter inquisitum et definitum fuerit, futuris temporibus a nemine possit destrui sed potius iuxta narrationem ueracium hominum res iuste complacitate eius temporibus inconvvlse sine aliqua contradictione permanere ualeant. Enimuero non est incognitum, qualiter quedam commotio exorta fuit inter *Livphrammum Ivvauensis* ecclesie Archiepiscopum et *Baturicum Ratispone ciuitatis Episcopum* de uenatione et piscatione eorum de *Apirinesseo* et in ceteris locis. Tunc tamen uentilata ratione et placito peracto coram supradictis presulibus ac ceteris pagensibus loci ipsius venit *Livphrammus Archiepiscopus* et *Nordperht Comes* in ipsum saltum ad ipsa confinia prospicienda cum aliis quam plurimis nobilibus uiris, ut agnoscere ualerent, quod ipsius rei ueritas haberet. Tunc uero ueraces uiros ad ipsa signa et confinia assignanda nauigando direxerunt, quorum hic nomina subter prenotata sunt: *Farut*, *Wihkoz*, *Kerrat*, *Alpker*, *Reginhart*, *Heriperht*, *Rozzilo*, *Kerilo*, *Deothat*, *Hiltiprant*, *Chunipert*, *Ilpvnch*, *Sigirod*, *Kerhart*, *Růdker*, *Růdheri*. Ista ratione peracta isti homines interrogati ab ipsius loci

Comite in illa fidelitate, quam cum sacramento domno regi promissam habent, ut ipsius rei ueritatem dicerent, qualiter ueracissime scirent, quorum nomina sunt hec: *Kerrat, Kerilo, Wihkoz, Farut, Heriperht, deothad, Růdheri, Westargawo, Heripald, Sigihart, Moricho, Kotadeo, Kerhart, Alpkis, Růdker, Arpeo, Otachar, Alpker, Nordperht.* Postea uero dixerunt de *zinkipah* et *Tinnultnpah* usque super uerticem montis, quem vvlgo nominant *Skafesperch*, ex occidentali parte et meridiana propria illa confinia ad sanctum Petrum. et sanctum Růdbertum ad sedem *Jvuauensem* iuste et rationabiliter pertinere deberent.

Isti alij quam plurimi sepissime ad istam markam fuerunt, qui idipsum testificati sunt, sicut supra dictum est, quorum nomina sunt: *Nordperht comes, Ostarpald, Kvndolf, Westergawo, Alkis, Arpeo, Kogo, Kotadeo, Heripald, Sigihard, Moricho, Kerrod, Vmmilo, Kvndperht, Rato, Kvndheri, Otachar, Saxo, Erchanpald, Otker.*

Actum Anno domini DCCC·XL·III° Indictione VI^a^ die Cons. III° non. Aug.

Abschrift (Pergament, XIII. Jahrhundert) im k. k. geheimen Haus-Archive zu Wien. Pez, Thesaur. VI. 69. Nr. 100. — Chron. Lunael. I. 78. — Juvavia II. 90. cf. in der Zeitschrift für Baiern und die angrenzenden Länder, Jahrgang 1817 die Beschreibung des Attergaues.

XI.

849. 19. Juli. Mondsee. — *Übereinkunft zwischen Erzbischof Liuprand von Salzburg und Bischof Erchanfried von Regensburg in Betreff der Jagdbarkeit und Fischerei am St. Wolfgangsee.*

Breuis comeratorii (sic) de conuentione piscationis et uenationis de *Apirinesseo*, que fuit facta inter *Livphrammum Juvauensis* ecclesie venerabilem Archiepiscopum et *Erchanfredum Ratispone* ciuitatis Episcopum, Coadunauerunt se ambo iuxta unius hominis conditionem, cui nomen est *Heripald*, et sicut ille ueracissime proferret, ita utrique consentire deberent. qui interrogatus, se ab antiquis temporibus recordari respondit, quod de *Juuauensi* sede per totius anni circulum in ipso supra nominato lacu una nauis fieri debet ad piscationem, alia de Castello sursum, tercia de *Maninseo*, excepto autumpnali tempore, quando patuli pisces, quos vvlgo lahsos uocant, coire debent. Tunc solumodo in illo angulari loco, ubi *Iscola* fluuius foris emanat, due naues ad illam piscationem fieri debeant, scilicet de *Salzpurch* et de *Maninseo;* simili modo in vernalj tempore,

quando Albuli pisces coeunt, fieri debet, sed nunc *Erchanfredus* Episcopus licentiam dedit, ut tercia nauis ibidem ad illam piscationem fieret. De uenatione uero ita se coadunauerunt, ut utrisque liceret in ista parte commouere et si in antea Caciando persequi, similiter de altera parte liceret fieri Ea ratione, ut primitus ad noticiam peruenisset ex utrisque partibus et tunc communi manu prefatum opus expleatur.

Isti fuerunt presentes, qui hanc conuenientiam confirmationis audierunt, quorum hic nomina subter prenotata sunt: *Nordperht Comes*, *Arfrid vas. dom. folcrat*, *Pazrih*, *unolz*, *Kerrat*, *Ratpot*, *Wihkoz*, *Reginhart*, *Heriperht*, *taelj*, *Heripold*, *Jacob*, *Fritilo*, *Kerpold*, *ummilo*, *Kvndheri*, *Wasvgrim*, *Rato*, *Meginperht*, *Adalger*, *Upunc*, Item *Arfrid*, *Wisurih*, *cetj*, *Rodperht*, Isti clerici: *Sigiheri*, *Erchanhoh*, *Perhtram*, *Kisalhart*, *Ratkoz*, *Nandrat* et alij multi nobiles uiri atque clerici.

Actum ad *Maninseo*. Anno DCCC·XL·VIIII° indictione XII° sub die cons. XIIII° Kal. Avgusti.

Abschrift (Pergament, XIII. Jahrhundert) im k. k. geheimen Haus-Archive zu Wien. — Hund, Metropol. I. (München) 246. (Regensburg) 164. — Oefele, Scpt. rer. boic. I. 172. — Ried, Cod. diplom. ratispon. I. 42.

XII.

853. (? 854.) 18. Jänner. Regensburg. — *K. Ludwig II. bestätigt dem Bischofe Erchamfried von Regensburg die dem Kloster St. Emeram durch den Grafen Wilhelm geschenkten, zwischen der Aist und Narn gelegenen Güter.*

(Chrismon.) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis *Hludouuicus* diuina fauente gratia rex. Si petitionibus seruorum Dei iustas et rationabiles ad effectum usque perducimus, non solum regium morem decenter implemus, uerum etiam hoc nobis procul dubio ad aeternae remunerationis praemia cappessenda liquido credimus. Quapropter conperiat omnium fidelium sanctae dei ecclesiae nostrorumque praesentium scilicet et futurorum Industria, qualiter uir uenerabilis *Erchamfridus reganesburgensis ecclesiae episcopus* obtulit obtutibus nostris quandam traditionem, quod *uuilihelmus comes* ob dei amorem et animae suae remedium ad *monasterium sancti hemmerammi* tradiderat omnem propietatem suam, quod ille habere uidebatur infra duo flumina, Id est inter *agastam* Et *nardinam* a locis uidelicet, ubi ipsa in danubium fluunt, usque ad loca, ubi de uenis in amnes deriuantur

et ita usque in *nortuualt* In hanc partem silue sine termini conclusione, cum domibus et aedificiis reliquis et mancipiis atque manentibus pratis, pascuis, siluis, aquis aquarumue decursibus, mobilibus et imobilibus, cultis uel incultis, quicquid habuit. Etiam et res illas, quas *engilrade* conjugi suae ad dies uitae suae habere concesserat et post obitum illius ad eandem traditionem sancti hemmerammi constaret. Insuper et quicquid ad *rosdorf* habere uidebatur, omnia et ex omnibus rebus ex illa parte danubii, quicquid sibi pertinebant in mancipiis et aedificiis ac uineis cultis uel incultis, totum et integrum ad iam sanctum locum tradidit atque pleniter delegauit, sed pro integra firmitate ac securitatis studio memoratus Erchamfridus episcopus atque familiaris noster petiit celsitudinem nostram, ut eandem traditionem per nostrum mansuetudinis praeceptum confirmare deberemus. Cuius petitioni denegare noluimus, sed sicut unicuique fidelium nostrorum iuste petentium ita nos illi concessisse atque in omnibus confirmasse omnium fidelium nostrorum cognoscat magnitudo. Propterea hos apices serenitatis nostrae circa ipsum monasterium fieri decreuimus, per quos praecipimus atque iubemus, ut omnes res, quas praedictus comes uuilihelmus tradiderat atque consignaverat, per hanc nostram auctoritatem ad iam dictum sanctum locum in perpetuum consistant. Etiam statuentes seu firmiter jubemus, ut omnes homines, qui super easdem res commanere noscuntur et ad praefatum monasterium pertinere uidentur, tam baioari quamque sclaui, liberi et serui et inantea constituere domino donante potuerint, Nullus Judex publicus neque ulla potestas eos in quoquam constringere audeat, Sed neque illorum Causam abstrahere praesumat nec In aliam partem ire conpellat, Sed liceat rectores (rectoribus) et ministris et aduocatis eiusdem sedis res superius nominatas legaliter possidere ac regere et omni tempore sub nostra defensione atque inmunitatis tuitione plenius consistere. Si uero aliquis fuerit, qui contra istis hominibus superius conscriptis aliquas iusticias requirere aut exactare uoluerit, Tunc aduocati et ministri ipsius monasterii illud, prout iustum est, diligenter rei ueritatem inquirere studeant et emendant. Similiter quoque praecipimus atque omnimodis jubemus, ut nullus Judex publicus neque ex judiciaria potestate super rebus, quae pertinent ad *erlafa* Et in *herilungeuelde* nec non et ad *sirnicha* Et circa *agasta* seu *bernsnicha* atque *rostorf* uel infra praedicta terminia et marka, ubi res *sancti petri* et *sancti hemmerammi* noscuntur pertinere,

neque super hominibus liberis uel sclauis ullam potestatem habeat In quoquam illos distringendos, Sed neque ad placitum ullum uel in hostem ullo umquam tempore ire compellat, Quamdiu aduocati eiusdem sedis justitiam facere uoluerint, sed sicut diximus, cum omni integritate praenominatas res in futurum sub nostra defensione et immunitatis tuitione absque alicuius contrarietate aut inpedimento consistant. Et ut haec auctoritas concessionis atque confirmationis nostrae firmior habeatur et per futura tempora a cunctis fidelibus sanctae dei ecclesiae nostrisque presentibus et futuris uerius credatur atque diligentius conseruetur, manu propria nostra subter eam firmauimus Et anuli nostri Inpressione adsignari jussimus (not. tir.)

Signum (Monogramma) Domni Hludouuici gloriosissimi regis. *Comeatus Notarius* ad Uicem *Radleici* recognoui et ss. (S. R. et n. t.) Data XV.º Kld. Februarias anno Christo propitio XX.º regni domni hludouuici serenissimi regis In orientali francia Indictione prima. Actum *reganesburg ciuitate* In dei nomine feliciter. amen.

Pez, Thesaur. I. III. 20, Nr. 7. — Pez, Scrpt. Praefat. I. 58. — Lünig, Reichs-Archiv XXI. II. 103. — Lib. probat. s. Emerami, 49. Nr. 17. — Ried, Cod. diplom. ratispon. I. 44. — Mon. boic. XXVIII. I. 45. Nr. 31. ex orig. c. sigill. —

XIII.

876. 3. November. Regensburg. — *K. Karlmann schenkt dem Priester Werinolf einige Güter zu Walahofeld im Traungau in der Grafschaft Aribo's.*

(Chrismon.) In nomine sanctae et indiuiduae Trinitatis. *Karlomannus* diuina fauente gratia *Rex.* si pro dei nutu uel pro mercede aeternae retributionis fidelibus quibuscumque quasdam res iuris ac proprietatis nostrae concedimus, non solum munificentiam ac largitionem regum imitari, uerum etiam aeternae retributionis premia nos promereri confidimus. Id circo nouerit industria omnium fidelium nostrorum presentium scilicet et futurorum, quoniam amore diuino conpuncti cuidam fideli prespitero nostro nomine *uuerrinolfo* quasdam res nostras in proprietatem tradidimus, id est hobas quattuor in pago, qui dicitur *Trungaui*, in *comitatu arbonis* in loco, qui dicitur *uualahofeld*, cum terris, agris cultis et incultis, pratis, pascuis, siluis, uiis et inuiis, aquis aquarumque decursibus, mobilibus et inmobilibus cunctisque adiacentiis, quesitis et inquesitis, quatinus ea perpetuis temporibus nullo inquietante teneat atque possideat. Hanc etiam nostrae traditionis largitionem per presentem

auctoritatem nostram confirmauimus atque nostris et futuris temporibus firmiter ac inuiolabiliter mansuram esse uolumus. Et ut haec auctoritas donationis nostrae firmior habeatur et per futura tempora uerius credatur et diligentius conseruetur, manu propria nostra subter eam confirmauimus et anuli nostri inpressione iussimus sigillari.

Signum (Monogramma) Domni Karlomanni serenissimi regis.

Madaluuinus notarius ad uicem *baldonis cancellarii* recognoui et ss. (S. R. cum notis tiron.) Data III° non. Nou. anno Christo propitio I° regni domni Karlomanni serenissimi regis bauuariorum. Actum *reganesburc* ciuitate regia indictione VIIII^a in dei nomine feliciter. Amen.

Wiener Jahrbücher XLIV. Anzeigeblatt 5. — Mon. boic. XXVIII. I. 61. ex orig. c. sigill.

XIV.

877. 28. Juni. Rantesdorf. — *K. Karlmann verleiht dem Kloster Kremsmünster Besitzungen zwischen den Flüssen Spraza und an der Smidaha.*

In nomine sancte et indiuidue Trinitatis *Karolomannus* diuina fauente gratia *Rex*. Si erga loca diuino cultui mancipata regali more beneficia largimur, oportuna id nobis procul dubio ad stabilitatem regni nostri et anime salutem proficere minime dubitamus. Qua propter nouerit industria omnium fidelium sancte dei ecclesie nostrorumque uidelicet presentium et futurorum, quomodo compuncti amore diuino quedam loca nostre hereditatis ad monasterium, quod uocatur *Cremisa*, tradimus, que quamuis nobilissimus pater noster diue memorie *Luodowicus rex* ad id monasterium donaret, tamen nullo auctoritatis sue precepto confirmauerat. Idcirco conplacuit regalitati nostre pro remedio anime prefati beatissimi genitoris nostri et nostre hanc ipsam donationem per presentem auctoritatem nostram confirmare, quatinus perpetualiter firma et inconuulsa permaneat. Tradimus ad prefatum monasterium per hoc presens preceptum nostrum territorium quoddam iuxta fluuium, qui dicitur *Spraza* (Sprazah), quod a capite ab eo loco incipit, ubi unus fons in loco, qui *Benninwanch* dicitur, intrat in Sprazam et sic inter *duas Sprazas* usque in eum locum, ubi ipse due Spraze simul unum cursum confaciunt. Hoc igitur totum, sicut iam advobis (a duobus) *Comitibus Arathoto et Ernusto* circum equitatum fuerat, cum omni integritate ad prefatum monasterium Chremisa, quod est in honore domini et saluatoris nostri Jesu Christi

constructum, tradimus atque donamus et de nostro iure in ius et dominationem eiusdem monasterii transfundimus ita uidelicet, ut quicquid de prefatis rebus ob utilitatem et profectum prescripti monasterii rectores et ministri eius facere uel iudicare uoluerint, libero in omnibus potiantur arbitrio faciendi, quicquid elegerint. Aliud uero territorium tradimus ad ipsum prefatum monasterium sub simili confirmatione in loco, qui dicitur *Smidaha*, cuius terminus a *Danubio*, ubi unus fons emanat, ex una parte incipit et sic uadit in eum usque locum, ubi dicitur *Wachrein*. Hoc igitur totum, sicut diximus et sicut hoc *Willehelmus Comes* quondam ad id monasterium circuit atque signauit, ex nostra potestate in potestatem eiusdem prenominati monasterii securiter tradimus, quatinus rectores, sicut iam diximus, eiusdem ecclesie liberam potestatem ad utilitatem eiusdem loci sancteque congregationis in omnibus habeant inde facere, quicquid elegerint nullo unquam successore nostro irrumpente uel inquietante, sed deo auxiliante perpetuis temporibus firma inuiolabilisque hec donatio permaneat. Qua propter ut firmiorem in dei nomine obtineat firmitatem, manu propria nostra subter eam confirmauimus et anuli nostri impressione sigillari iussimus.

Signum domini Karlomanni serenissimi Regis. (Monogramma.)

Baldo namque *Cancellarius* ad uicem *Diotmari* recognoui. Datum IIII° Kal. Julii anno Christo propitio I° Regni domni Karlomanni serenissimi regis, Indictio VIIII° actum *Rantesdorf* Curte regia In dei nomine feliciter. amen.

Rettenpacher, Annal. Cremif. 32. — Mon. boic. XXXI. I. 103. ex lib. cop. patav. — Urkundenbuch von Kremsmünster, pag. 11. Nr. 5. ex cod. Frideric. sec. XIII—XIV.

XV.

877. 3. December. Öting. — *K. Karlmann schenkt dem Kloster Kremsmünster fünf Huben zu Alburch im Donaugaue etc.*

IN nomine Sanctæ et individuæ Trinitatis. *Karlomannus* divina favente gratia *Rex*. Si circa casas et Monasteria Dei benefica opportuna non desistimus agere, non solum regium morem decenter implemus, verum etiam æternæ beatitudinis præmium nos promereri inde liquido credimus. Quapropter notum sit omnibus fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ nostrisque, scilicet præsentibus et futuris, quomodo nos

pro divini cultus amore et reverentia Sanctorum illius cogitavimus quasdam res proprietatis nostræ tradere ad Monasterium, quod dicitur *Chremisa*, quod esse cernitur constructum in honore Salvatoris Domini nostri JESU Christi in pago, qui dicitur *Trungowe*. Et hoc est, quod illuc tradidimus: id est hubas quinque jacentes in *pago* nuncupato *Tunahgowe* in villa, quæ vocatur *Alburch*, et Barschalcum unum cum huba sua in loco, qui dicitur *Epilinga*, cum terris cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, sylvis, aquis aquarumve decursibus et omnibus adjacentijs et pertinentijs suis. Hæc autem omnia ex integro ad præfatum Monasterium per præsentem auctoritatem nostram tradidimus atque de jure nostro in jus et dominationem ejus ea transfundimus, ut ab hodierna die et deinceps ob redemptionem animæ nostræ et animarum genitoris et genitricis nostræ nec non et animæ dulcissimæ conjugis meæ illuc perpetualiter pertineant et Rectores et Præpositi Monasterij illius inde faciant atque disponant ad utilitatem ejus, secundum quod eis placeat, nullo unquam successore nostro hanc traditionem nostram irrumpente vel inquietante, sed Deo auxiliante perpetuis temporibus firma et inviolabilis permaneat. Et ut hæc auctoritas largitionis nostræ per cuncta futura saecula inviolabilem in Dei nomine obtineat vigorem, manu propria nostra subter eam confirmavimus et annulo nostro assigillari jussimus.

Signum Domini Karlomanni pijssimi Regis. (Monogramma.)

Baldo Cancellarius ad vicem *Theotmari Cancellarij* recognovit. Datum III° Non. Decemb. Anno Christo propitio II° regni Domini Karlomanni invictissimi Regis in Wawaria et I° in Italia, Indictione X.ª Actum ad *Oetingas* curte regia in Dei nomine feliciter. Amen.

Rettenpacher, Annal. cremifan. 34. — Urkundenbuch von Kremsmünster, pag. 13. Nr. 6. ex cod. Frideric. sec. XIII — XIV.

XVI.

878. (879.) 20. September. Hohberahhah. — *K. Karlmann bestätigt einen Gütertausch zwischen dem Bischofe Embricho von Regensburg und Hitto dem Abbte zu Mondsee.*

(Chrismon.) In nomine sanctae et Indiuiduae trinitatis. *Karlomannus* diuina fauente gratia *rex*. Notum sit omnibus fidelibus sanctae dei ecclesiae nostrisque presentibus et futuris, qualiter quidam uir uenerabilis *embricho reginae urbis episcopus* neposque illius *hitto*

abbas monasterii ad lunaelacum nostram adierunt excellentiam una cum aduocatis atque primatibus sancti emmerammi martyris Christi postulantes, ut ipsis per nostrae licentiae consensum quandam aptam utilemque complationem (complacitationem) facere liceret. Tradidit itaque idem praefatus abbas hitto per consensum nostrum atque episcopi praefate sedis totiusque familiae ipsius ecclesiae ad sanctum dei martyrem emmerammum proprietates suas, quales habuit ad *perga* juxta *ufhusa* et ad *albrichinchofa* iuxta *rocchinga*, in manum predicti antistitis aduocatique illius *gundberti.* Cum curtibus, edificiis, mancipiis utriusque sexus, pecudibus, domibus, agris cultis et incultis, siluis, aquis aquarumque decursibus, pratis, pascuis, quesitis et inquesitis, mobilibus et inmobilibus et quae in posterum in ipsis locis adaugeri potuerit, omnia illuc transfundebat atque donabat Ea namque ratione, quatinus beneficia, quae prius habuit de prefatae sedis Episcopo iam iamque dicto, Id est *lentinchofa, rodratinchoua, aragisinchoua, hardheim, heskilebah, ergoltesbah, coginbah, benninchoua, piepetinchoua* cum uniuersis pertinentiis atque adiacentiis eorundem locorum firmiter in proprietatem teneat atque possideat una cum supra nominatis atque traditis proprietatibus usque in finem uitae suae sine ulla diminoratione uel mutatione, post obitum uero suum integriter cuncta maneant in potestate sancti emmerammi et prouisoris eiusdem Ecclesiae. Cuius rei gratia hoc presens preceptum nostrae auctoritatis scribere iussimus, per quod decernimus atque omnino iubemus, ut haec ipsa complacitatio per cuncta tempora inuiolabilis permaneat. Et ut haec auctoritas nostri consensus perpetualiter uerius credatur ac diligentius conseruetur, manu propria nostra subtus eam firmauimus Et anulo nostro sigillari iussimus.

Signum *arnolfi* (Monogramma) gloriosissimi regis.

Signum (Monogramma) *Karlomanni* Inuictissimi regis.

Madaluuinus notarius ad uicem *Theotmari archicappellani* recognoui et ss. (S. R. cum notis tiron.) L. S. Data XII. Kal. oct. anno III. regni Karlomanni serenissimi regis in bauuaria et in italia II. Indict. XII. actum ad *hohberahhah curte regia* in dei nomine feliciter. Amen.

Chron. Lunael. 84. — Pez, Thes. Anecd. I. III. 26. — Liber Probat. S. Emmerami 59. — Lünig, Reichs-Archiv XXI. 1212. — Ried, Cod. ratisb. I. 55. — Mon. boic. XXVIII. I. 64. ex orig. c. sigill. — Nach Böhmer's Regesten der Karolinger, pag. 89, gehört diese Urkunde in das Jahr 878.

XVII.

879. 10. Februar. Ötting. — *K. Karlmann bestätigt die Schenkung der Hube etc. zu Linthart durch den Diacon Chunibert an das Kloster Kremsmünster.*

IN nomine Sanctæ et individuæ Trinitatis. *Karlomannus* divina favente gratia *Rex*. Si aptas utilesque complacitationes inter Ecclesias Dei et nobiles quosque consenserimus, non solum inde res Ecclesiarum sublevari credimus, verum etiam præmia inde nobis æterna providere liquido confidimus. Quapropter noverit industria omnium fidelium Sanctæ Dei Ecclesiæ nostrorum que præsentium et futurorum, qualiter quidam venerabilis Diaconus noster nomine *Chunibertus* ad Monasteria Principum nostrorum nobiscum complacitavit. Tradidit itaque præfatus Chunibertus ad *Monasterium Chremisæ*, quod est constructum in honore Salvatoris, præter agros, prata et sylvas hubam unam, quam emerat in loco, qui dicitur *Linthard*, quatenus ipsa huba cum duobus mancipijs et decem armentis, cum porcis viginti et ovibus totidem post finem vitæ suæ securiter ad jam memoratum Monasterium transeat ea siquidem ratione, ut illi per præceptum nostræ auctoritatis usque in finem vitæ suæ in proprietatem donaremus, quidquid in nostrum beneficium de ipso Monasterio Chremisæ in jam dicto loco, qui dicitur Linthard, habere videtur, id est hubæ duæ cum curte et ædificijs, cum mancipijs utriusque sexus, cum agris, sylvis, pratis, pascuis, aquis, vijs et invijs et cum omnibus, quæ in eodem loco ad sæpedictum Monasterium juste et legaliter pertinerent. Nos autem ejus petitiones iustas et utiles ex utraque parte cognoscentes dedimus illi cunctas præfatas res cum omnibus, quæ ibi in beneficium prius habebat, quatenus ea omnia in proprietatem vitæ suæ tantum habeat atque possideat cum omnibus quæsitis et inquisitis earundem rerum pertinentijs, post finem vero vitæ suæ pleniter atque securiter cum prædicta complacitatione non solum sua traditio verum etiam ipsa nostra largitio ijs verbis, sicut prædictum est, ad præfatum Monasterium et locum Sanctum redeat. Et ut hæc auctoritas nostræ complacitationis per futura tempora firmiter habeatur, manu propria nostra subtus eam firmavimus et annulo nostro sigillari jussimus.

Signum Karlomanni invictissimi Regis. (Monogramma.)

Madalwinus Notarius ad vicem *Theotmari* recognovi. Datum IV.° Idus Febr. anno tertio regni Karlomanni serenissimi Regis in

Wawaria, in Italia secundo, Indictione XI. Actum ad *Oeting curte Regia* in Dei nomine feliciter. Amen.

Rettenpacher, Annal. cremifan. 35. — Urkundenbuch von Kremsmünster, pag. 14. Nr. 7. ex Cod. Frideric. sec. XIII—XIV.

XVIII.

879. 9. April. Ötting. — *K. Karlmann bestätigt einen Gütertausch des Abbtes Hitto von Mondsee mit den Mönchen dieses Klosters.*

In nomine sancte et indiuiduae trinitatis *Karlomannu(s)* diuina fauente gratia *rex.* Si enim fructuosas complacitationes circa casas dei fieri consentimus, Non solum temporaliter nobis profuturum esse credimus, uerum etiam et ad aeternam uitam feliciter perueniendam nobis profuctuosum (sic) esse liquido non dubitamus. Icirco notum sit omnibus sancte ecclesie nostrisque scilicet praesentibus et futuris, quoniam quidam uenerabilis ac dilectus *abbas* noster nomine *Hitto* peciit culmen serenitatis nostre, ut sibi liceret quandam conplacitationem agere cum monachis in cenobio, quod *maninsio* dicitur, consistentibus, quod etiam constructum esse uidetur in honore beati michahelis archangeli domini nostri Jesu Christi. Nos autem petitionibus libenter illius aurem accomodantes permisimus ita fieri, sicut rogauit. Et ideo praefatus abbas cum manu aduocati sui tradidit ad supra dictum monasterium proprietatem suam, qualem uisus est habere in loco, qui dicitur *sulzibach*, cum mancipiis V., cum domibus et ceteris edificiis, cum terris, agris, pratis, uiis et inuiis, pascuis, siluis, aquis aquarumue decursibus et cum omnibus integritatibus suis. Econtra uero tradidit aduocatus sancti michahelis nomine *ato* memorato abbati cum consensu et licentia omnium fratrum in eodem cenobio consitentium (consistentium) omnia beneficia, quae *perhtrammus presbyter* cum sua proprietate conplacitauit usque ad finem uite sue haberet, Id est ad *Kegingon* et ad *erlafu* et *chauinga* et *osteringa* cum omnibus locis illuc aspicientibus et cum omnibus integritatibus suis, Id est cum mancipijs utriusque sexsus (sexus), cum domibus et ceteris edificijs, cum terris cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, siluis, aquis aquarumue decuribus (decursibus). omnia uero hec praedictus aduocatus hittoni abbati tradidit ea ratione, ut post obitum memorati presbyteri usque ad finem uite sue in prietatem (proprietatem) haberet aque (atque) possideret et post discessum eius omnia cum integritate ad praefatum cenobium conueterentur (conuerterentur)

meliora. sed pro firmitatis gratia idem abbas poposcit serenitatem nostram, ut praeceptum nostrum super adderemus, ut illius conplacitatio firma et inconcussa persistere potuisset. Nos uero uoluntarie peticionem illius suscipientes per hoc praesens praeceptum nostrum sancimus atque iubemus, ut, quod ille ad iam dictum monasterium tradidit, ut hoc deinceps illuc perpetualiter (pertineat) atque aspiaciat (aspiciat), Et quod ipse abbas ab eodem cenobio suscipit, hoc omnibus diebus uite sue habeat, teneat atque possideat in proprietatem cum omni integritate sua, ea uidelicet ratione post obitum illius redeant cum omnibus adiacentiis suis meliorata ad praefatum monasterium nullo umquuam (unquam) successore nostro hanc traditionem inrumpente sed deo auxiliante perpetuis temporibus salua et inconcussa permaneat. Et ut hec auctoritas praeceptionis nostre per cuncta futura secula inuiolabilem in dei nomine obtineat uigorem, manu propria nostra subter eam confirmauimus et anuli nostri impressione asigillari iussimus.

Data V° Id. aprilis anno Christo propicio III° domni Karlomani piissimi regis In bauuaria Et II° In italia, Indictione XII^a^ actum ad *otingas* cum regina in dei nomine feliciter. amen.

Chron. lunael. 86. — Pez, Thes. Anecd. I. III. 28. — Liber Probat. S. Emmerami 64. — Ried, Cod. ratisb. I. 58. — Mon. boic. XXXI. I. 111. ex libr. cop.

XIX.

883. 5. April. Regensburg. — *K. Karl der Dicke bekräftigt einen Vertrag zwischen dem Bischofe Embricho von Regensburg und dem Abbte Hitto von Mondsee, vermöge dessen dieser die Abbtei auf Lebensdauer erhält.*

(Chrismon.) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. *Karolus* diuina favente clementia *Imperator* Augustus. si circa seruos dei beneficia largimur oportuna, non solum imperialem modum decenter Implemus, uerum etiam eternae beatitudinis premium nos promereri Inde liquido credimus. Quapropter notum sit omnibus fidelibus sanctae dei ecclesiae nostrisque, scilicet presentibus et futuris, quoniam quidam uir uenerabilis et religiosus *abba* noster nomine *Hitto* tradidit simul cum aduocato suo *otilone* ad sanctum michahelem sanctumque dei martyrem *emmerammum* proprietatem suam, quam habuit in oriente iuxta fluuium, qui uocatur *raba*, Id est hobas XXX. in manum *ambriconis* uenerabilis epicopi (sic) et aduocati eius *gundperti*, Econtra uero prefatus uenerabilis episcopus manibus aduocatorum suorum

una cum consensu totius cleri sibi subiecti tradidit ei in proprietatem possidendam usque in finem uitae suae de rebus Sancti emmerammi abbatiam, quae nuncupatur *laculunensem*, cum omnibus adiacentiis suis, id est cum ecclesiis quam ceteris aedificiis, mancipiis utriusque sexus, terris cultis et incultis, pratis, pascuis, siluis, aquis, aquarumue decursibus, mobilibus et immobilibus seu quicquid ad haec iuste et legitime pertinere uidebantur. Sed ob firmitatis graciam idem hitto religiosus abba nostram deprecatus est celsitudinem, ut praeceptum liberalitatis nostrae super hoc adderemus. Nos autem libentissime petitionibus illius satisfacientes iubemus atque decernimus, ut ab hodierno die et deinceps iam dictam abbatiam cum locis ibi pertinentibus usque ad finem uitae suae habeat, teneat atque possideat Eo etiam tenore, ut post obitum suum praefatae res In omnibus saluae ad sanctum emmerammum reuertantur nullo umquam hanc conuenientiam irrumpente uel inquietante, sed deo auxiliante perpetuis temporibus firma et inuiolabilis permaneat. Et ut haec auctoritas praeceptionis nostrae firmior habeatur et per futura tempora uerius credatur ac diligentius conseruetur, manu propria nostra subter eam confirmauimus et bullae nostrae impressione sigillari iussimus.

Signum Domni *Arnolfi* (Monogramma) serenissimi regis.

Signum domni *Karoli* (Monogramma) serenissimi Imperatoris Augusti.

Uualdo Cancellarius ad uicem *Liutuuardi archicancellarii* recognoui et ss. (S. R. cum notis tiron.) Data non. aprl. Anno incarn. domini. dccc·LXXX·III° Indict. I° Anno uero imperii piissimi imperatoris Karoli III° Actum *regenesburg* In dei nomine feliciter. Amen.

Chronic. lunael. I. 88 und Lünig, Reichs-Archiv XXI. 1212 mit der Jahreszahl 880. — Pez, Thes. Anecd. I. III. 29. — Liber. Probat. S. Emerami 66. Nr. 24. — Ried, Cod. ratisb. I. 63. — Mon. boic. XXVIII. I. 72. ex orig. cum bulla plumbea.

XX.

885. 25. August. Waibling. — *K. Karl der Dicke schenkt zur Capelle in Öting den Neunten von den Höfen zu Weles, Atarhof, Matachhof, Rantesdorf etc.*

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. *Karolus* diuina fauente clementia *imperator* augustus. Si ergo locis diuinis cultibus mancipatis aliquid emonumenti (emolumenti) contulerimus, presentis uitae

prosperitatem a deo nobis donari credimus et aeternae uitae beatitudinem consequi non dubitamus. Quapropter comperiat omnivm fidelivm nostrorum presentium scilicet ac futurorum industria, qualiter nos ob amorem dei ac pro remedio animarum parentum nostrorum genitoris et genitricis nostrae, fratrum sororumque nostrarum ac pro nostra et coniugis nostrae aeterna remuneratione nonas de curtibus nostris subter nominatis omnium rerum nostrarum ad capellam, quae sita est in uilla, quae dicitur *Otinga* perdonauimus, id est de *Vueles*, de *Atarnhova*, de *Matachove*, de *Rantesdorf*, de *Muninga*, de *Svuindilenbach*, de *Otingen*, de *Ostermundingen*, de *Salhburchhoue*, de *Salina*, de *Atilla*, de *Osternhoua*, de *Dingoluingan*, de *Livchingan*, de *Incingan*, de *Peringan*, de *Chieminchhoue*, de *Ueldan*, de *Helfendorf* et nonam partem mutae ad *Rantesdorf* et *Taberesheim*, Ideoque hos nostrae auctoritatis apices inde conscribi mandauimus, per quod decernimus atque omnino sancimus, ut prefatae res ad prefatam cappellam deinceps securiter atque inuiolabiliter permaneant nullo umquam successorum nostrorum eas inde irrumpente. Et ut haec largitionis nostrae auctoritas firmior habeatur, manu propria subter eam firmauimus et anuli nostri inpressione iussimus insigniri.

Signum Karoli serenissimi imperatoris augusti. (Monogramma.)

Amalbertus notarius ad uicem *Livtvuardi archicancellarii* recognoui. Datum VIII° Kalendas Septembris Anno incarnationis domini DCCCLXXXV° Indictione III.ª anno imperii piissimi imperatoris Karoli in italia V°., in francia IIII^{to}., In gallia I° Actum ad *Vueibelingan* in dei nomine feliciter. Amen.

Ludewig, Scrpt. rer. german. II. 393. — Hund, Metrop. III. (München) 62. (Regensburg) 42. — Oefele, Script. rer. boic. I. 704. — Mon. boic. XXXI. I. 116. ex libr. cop.

XXI.

888. 3. Jänner. Regensburg. — *K. Arnulf schenkt dem Kloster Kremsmünster Besitzungen im Traungau und am Flusse Krems zum Seelenheile seines Vaters Karlmann und seines Grossvaters Ludwig.*

IN nomine Sanctæ et individuæ Trinitatis. *Arnulphus* Divina favente gratia *Rex*. Si locis Deo dicatis aliquod nostri suffragij solamen contulerimus, id nobis et ad statum regni nostri et ad perpetuum augmentum profuturum esse credimus. Quapropter noverit

omnium fidelium nostrorum præsentium atque futurorum solertia, qualiter nos pro remedio animæ nostræ nec non venerandæ memoriæ genitoris nostri *Karlomanni* serenissimi Regis avique nostri *Ludwici* animabus quasdam res proprietatis nostræ *in pago Trungawe* juxta fluvium *Chremisa* ad monasterium ejusdem nominis constructum in honore domini nostri JESU Christi jure perpetuo in proprietatem donavimus, Hoc est Curtem vocabulo *Newanhova* cum omnibus ad eam rite pertinentibus, beneficijs, Mancipijs, ædificijs, terris cultis et incultis, pascuis, pratis, sylvis, aquarumve decursibus, mobilibus et immobilibus, quæsitis et inquisitis, exitibus et regressibus, vijs et invijs, forestis forestarijsque atque omnibus interius exteriusque illuc pertinentibus excepto, quod prius Venerabili *Abbati Purchardo apud Papilindorf* in beneficium concessimus erga *Karolum Imperatorem* in propriæ potestatis portionem acquirere et quod *Snelperoni Abbati ad Cidalarin* in orientali latere *Nezilpach* donavimus. Cætera quoque ex integro et per omnia ad supradictum *Cœnobium Salvatoris nostri JESU Christi* tali immunitatis nostræ præcepto in perpetuum donare volumus, ut nullus Judex publicus aut quælibet persona ex judiciaria potestate supradictam Curtem aut loca vel agros seu reliquas possessiones vel quas deinceps unius ipsius curtes divina pietas augeri voluerit, ad causas judiciario more audiendas, exigenda vel freda aut vadia seu mansiones vel pratas (sic) faciendas aut fidejussores tollendos aut homines tam ingenuos quam servos per terram ipsius curtis et super omnia circa ad eum pertinentia commanentes injuste distringendos aut ullas reddibitiones aut illicitas occasiones requirendas ullo unquam tempore ingredi audeat vel ea, quæ superius nominata sunt, penitus exigere præsumat, sed liceat eamdem curtem et res illuc respicientes supradicti cænobij habere Abbatem, cujus vocabulum est Chremisa, sub tali immunitatis nostræ defensione successorumque nostrorum sicut cætera Cænobia, quæ roboratum nostræ immunitatis præceptum prædecessorumque nostrorum habere noscuntur. Et quod omnino fiscus noster exinde sperare poterat, hoc totum pro æterna remuneratione nostra ac genitoris nostri avique nostri ad supradictum Monasterium jure perpetuo donare volumus nullo successore nostro unquam aliaque persona inquietante. Et ut hæc auctoritas nostræ donationis firmior habeatur et ab omnibus fidelibus sanctae Ecclesiæ et nostris verius credatur ac diligentius conservetur, manu propria nostra subter firmavimus et annuli nostri impressione sigillari jussimus.

Signum Domini Arnulphi gloriosissimi Regis. (Monogramma.) *Albertus Cancellarius* ad vicem *Theotmari Archicancellarij* recognoui. Datum III° Non. Jan. Anno Incarnationis Domini DCCCLXXXVIII° Indictione VI^a anno primo regni Arnulphi serenissimi regis. Actum *Regenspurch* in Dei nomine feliciter. Amen.

Rettenpacher, Annal. cremifan. 36. — Urkundenbuch von Kremsmünster, pag. 16. Nr. 8. ex Cod. Frideric. sec. XIII—XIV.

XXII.

888. 4. Jänner. Regensburg. — *K. Arnulf gibt dem Kloster Kremsmünster den Hof Neuhofen im Traungau.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. *Arnolfus* diuina fauente clementia *Rex.* Si locis deo dicatis aliquid nostri suffragii solamen contulerimus, id nobis et ad statum regni nostri et ad perpetuam beatitudinem promerendam profuturum esse manifeste credimus. Quapropter nouerit omnium fidelium nostrorum presentium atque futurorum industria, qualiter nos pro remedio anime nostre nec non uenerande memorie pro animabus patris nostri *Karlomanni* uidelicet serenissimi regis auique nostri *Luodouuici* (Hludowici) piissimi regis quasdam res proprietatis nostre in *Bawaria* (Bawariae) partibus sitis (sitas) in *pago Trvngowe* ad monasterium *Chremisa* a flumine eiusdem nominis ibidem fluente sic dictum in honore Saluatoris domini nostri Jesu Christi constructum iure perpetuo in proprietatem donauimus, Hoc est *Curtem unam Niwanhoua* nuncupatam cum omnibus ad eam rite pertinentibus, cum beneficiis illuc aspicientibus, mancipiis, edificiis, terris cultis et incultis, agris, pratis, campis, pascuis, forestis omnibusque forestariis et uenatoribus, quorum princeps *fuondimuh* uocatur, siluis, aquis aquarumue decursibus, molendinis, piscationibus et piscatoribus, uiis et inuiis, exitibus et reditibus, quesitis et inquirendis, mobilibus et immobilibus, nichil inde extra dimittentes excepto quod prius *Purchardo* fideli nostro et *Snelloni eiusdem monasterii abbati* per preceptum donatum est, et iussimus inde hoc nostre auctoritatis fieri preceptum, per quod decreuimus atque iubemus, ut ab hodierna die et deinceps hec donatio nostra nullo inquietante sed deo auxiliante per omnia secula firma et stabilis perseueret, Abbatesque ipsius Cenobii potestatem habeant pro communi utilitate omnium fratrum ibidem domino famulantium easdem res ita ordinare atque disponere, ut illis placuerit sine alicuius

persone uim inferentis obstaculo. Et ut hec auctoritas nostre concessionis pleniorem in dei nomine optineat firmitatem, idem preceptum propria manu firmauimus anuloque nostro assignari iussimus.

Signum domini Arnolfi gloriosissimi regis. (Monogramma.)

Aspertus Cancellarius ad uicem *Theothmari archicapellani* recognoui. Datum II°. Nonas Januarii anno incarnationis domini DCCCLXXXVIII°. Indictione VI.ª anno I°. regni arnolfi serenissimi regis. Actum *Regenesburch* in dei nomine feliciter. Amen.

Rettenpacher, Annal. cremifan. 38. — Mon. boic. XXXI. I. 118. ex libr. cop. patav. — Urkundenbuch von Kremsmünster, pag. 17. Nr. 9. ex Cod. sec. XI—XII und Cod. Frideric. sec. XIII—XIV.

XXIII.

888. 5. Jänner. Regensburg. — *K. Arnulf verleiht dem Kloster Kremsmünster auf Bitten des Abbtes Snelpero jene Güter zu Nesselbach, in Aribo's Grafschaft, welche es bisher lehenweise besessen hatte, als freies Eigen.*

In nomine sancte et indiuidue Trinitatis. *Arnolfus* diuina fauente clementia *Rex*. Si clericorum atque famulorum Christi votis de rebus superno munere collatis quiddam solacii prebentes clementer annuere studuerimus, apud deum remuneratorem omnium premia sempiterna nos proinde adipisci posse minime dubitamus. Qua propter comperiat omnium sancte dei ecclesie fidelium nostrorumque presentium scilicet ac futurorum industria, qualiter *Snelpero* uenerabilis *abba* monasterii ad locum, qui dicitur *Chremisa*, quod constructum fore dinoscitur in honore sancti Saluatoris mundi, precatus est celsitudinem nostram, ut ei quandam potentie regalis causam, quam ipse prius in beneficium habuit, in proprietatem concederemus. Nos autem ob amorem et pro gratissime sue seruitutis frequentatione petitionibus eius assensum prebentes dedimus illi, quicquid antea in loco *Nezzilapach* dicto iuxta Riuum, qui dicitur *Chremisa*, ipse in beneficium tenuit in *Comitatu Arbonis in pago Trungowi* nuncupato cum omni integritate iure perpetuo in proprietatem cum curtibus et casis aliisque edificiis, cum mancipiis utriusque sexus, terris cultis et incultis, pratis, pascuis, campis, siluis, aquis aquarumue decursibus molendinis, piscationibus, uineis, saltuum finibus uiis et inuiis, exitibus et reditibus, mobilibus, et inmobilibus, quesitis et inquirendis et cum uniuersis appendiciis et adiacentiis ad ipsam proprietatem iuste legitimeque respicientibus totumque ex integro, quicquid dici uel nominari potest, quod illuc

recte pertinere censetur, de nostro iure sibi in ius et dominationem donauimus et tradidimus eo uidelicet tenore, ut deinceps de prefatis omnibus securam habeat potestatem, quicquid sibi placuerit, facere nullo inquietante sed deo propiciante hec donatio nostra potestate concessa et per hoc presens preceptum nostrum roborata firma stabilisque in eternum permaneat. Et ut hec largitionis nostre auctoritas per cuncta succedentium temporum curricula pleniorem in dei nomine obtineat firmitatis securitatem, manu propria nostra subtus eam confirmauimus et anuli nostri impressione iussimus insigniri.

Signum domini Arnolfi gloriosissimi regis. (Monogramma.)

Aspertus Cancellarius ad uicem *Theotmari archicapellani* recognoui. Datum Nonis Januarii anno dominice incarnationis DCCCLXXXVIII° Indictione VI° anno regni domni Arnolfi piissimi regis IIdo. Actum *Regina Ciuitate* in dei nomine feliciter. Amen.

Rettenpacher, Annal. cremifan. 39. — Mon. boic. XXXI. I. 120. ex libr. cop. patav. — Urkundenbuch von Kremsmünster, pag. 19. Nr. 10. ex Cod. Frideric. sec. XIII — XIV.

XXIV.

888. 1. April. St. Florian. — *K. Arnulf schenkt dem Kloster Kremsmünster drei Huben am Bache Scalaha in der Grafschaft Aribo's.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. *Arnolfus* diuina ordinante clementia *rex*. Si sacerdotum dei precatibus presertim eorum, qui nunquam nostro defuere obsequio, assensum prebemus, non solum regalem morem decenter implemus, uerum etiam ardentiores ab hoc nunquam cessare efficimus. Qua propter nouerit omnium fidelium nostrorum presentium scilicet atque futurorum sollertia, quia nos *Snelperoni* uenerabili *abbati* nostro pro eternitatis gaudiis acquirendis grateque seruitutis sue meritis quasdam res proprietatis nostre in proprium concessimus, Hoc est tres Hobas Dominicales iuxta riuum *Scalaha in comitatu Arbonis*, quas prius duo *Sclaui Wartman* et *Saxo* nuncupati tenuerunt, cum omnibus ad eas iuste pertinentibus, terris cultis et incultis, agris, pratis, campis, pascuis, siluis, aquis aquarumue decursibus, uineis, uiis et inuiis, egressibus et regressibus, mobilibus et immobilibus et iussimus eidem Snelperoni hoc nostre regalitatis inde fieri preceptum, per quod uolumus firmiterque iubemus, ut in omnibus, que illi in potestatem tradidimus, liberam habeat potestatem habendi, donandi, uendendi, conmittandi (conmutandi) uel

quodcunque ex hiis elegerit agendum absque alicuius contradicentis obstaculo. Et ut hec donationis nostre auctoritas pleniorem in dei nomine stabilitatem optineat, manu propria eam firmauimus anulique nostri impressione sigillari iussimus.

Signum domini Arnolfi inuictissimi regis. (Monogramma.)

Aspertus Cancellarius ad uicem *Theotmari Archicapellani* recognoui. Data Kalendas Aprilis anno domini incarnationis dccc LXXXVIII°. Indictione VI.ª anno arnolfi regis I.° Actum *ad monasterium sancti Floriani* martyris Christi feliciter. Amen.

Pachmayr, Series Abbat. Cremif. 868. — Mon. boic. XXXI, I. 126. Nr. 59. ex libr. cop. patav. — Urkundenbuch von Kremsmünster, pag. 20. Nr. 11. aus derselben Quelle.

XXV.

888. 13. April. Regensburg. — *K. Arnulf schenkt seinem Capellan Zazlo alle jene Besitzungen um Welas, welche er bisher lehensweise besessen, als freies Eigenthum, unter der Bedingung, dass selbe nach seinem Tode dem Kloster Kremsmünster zufallen sollen.*

IN nomine Sanctissimæ et individuæ Trinitatis. *Arnulfus* Divina favente gratia serenissimus *Rex*. Si devotissimorum et venerabilium Clericorum diu noctuque in nostro anhelantium servitio curam gerimus et aliquid eis de temporali proprietate nostra donare studuerimus, præmia vitæ æternæ inde nobis provenire liquido credimus. Quapropter omnium fidelium nostrorum, præsentium scilicet atque futurorum cognoscat præsentia, qualiter nos cuidam Venerabili et Religioso *Capellano nostro Zazconi* interventu Procerum fideliumque nostrorum nec non et ob assiduum et bonæ fidelitatis suæ servitium tales causas, sicut hactenus ad *Welas* habuit in beneficium, omnibus diebus vitæ concessimus in proprium, id est cum Ecclesijs et ædificijs, cum mansis et beneficiis, cum mancipiis universis utriusque sexus omnibusque decimationibus, cum terris et agris cultis et incultis, campis, pascuis, pratis, sylvis, aquis aquarumve decursibus, molendinis, piscationibus, quæsitis et inquisitis vel cum omnibus juste et legitime ad ipsam capellam pertinentibus nihil extra dimittentes sed totum ex integro de jure et dominatione nostra ei in jus et dominationem per hoc præsens auctoritatis nostræ præceptum pleniter in Christi nomine confirmatum donamus, tradimus atque transfundimus ea scilicet ratione, ut ipse securiter ea omnia teneat atque possideat, quamdiu Deo

opitulante vivit, et potestatem habeat ea omnia potestative tradere ad Monasterium, quod est *Chremisa* nominatum ad *Sanctum Salvatorem* pro remedio animæ nostræ suaque æterna remuneratione, ut post suum discessum illuc pleniter consistat ad usus fratrum ibidem Salvatori nostro die noctuque famulantium. quatenus illos fratres Dei omnipotentis misericordiam pro nobis jugiter orare delectet. Et ut hoc verius credatur et per futura tempora a cunctis fidelibus nostris diligentius conservetur, manu propria confirmavimus et subter hoc sigillo nostro assignari jussimus.

Signum domini Arnulfi Invictissimi Regis. (Monogramma.)

Albertus Cancellarius ad vicem *Theotmari Archicancellarij* recognovi. Datum Idus Aprilis Anno Dominicæ Incarnationis DCCCXXXVIII° Indictione VI° Anno primo domini Arnulfi gloriosissimi Regis. Actum *civitate Regina* In Christi nomine feliciter. Amen.

Rettenpacher, Annal. cremifan. 41. — Urkundenbuch von Kremsmünster, pag. 21. Nr. 12. ex Cod. Frideric. sec. XIII—XIV.

XXVI.

889. 3. Mai. Neukirchen. — *K. Arnulf schenkt dem Kloster Kremsmünster zwei königliche Huben zu Scalaha im Dorfe Obrinindorf in Aribo's Grafschaft.*

(Chrismon.) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. *Arnolfus* Diuina fauente gratia *rex*. Notum esse uolumus omnibus Domini nostri Jesu Christi fidelibus nostrisque, praesentibus scilicet et futuris, qualiter nos depraecatione et rogatu dilectae conjugis nostrae *OTAE* cuidam venerabili *abbati* nostro nomine *snello* quasdam res iuris ac proprietatis nostrae in proprium concessimus, hoc est in *comitatu aribonis* in loco nominato *scalaha* in uilla *obrinindorf*, quicquid nos habuimus, hoc sunt hobae II regales cum aedificiis Et illud Curtile, sicut illud colliculum continet, cum terris et agris, uineis, campis cultis uel incultis, pratis, pascuis, siluis et cum omnibus siluarum marchis, Cum aquis aquarumque decursibus, molendinis, piscationibus viis et inuiis exitibus et regressibus, mobilibus vel immobilibus, quaesitis uel inquirendis Et cum omnibus iuste et legitime ad illas duas hobas pertinentibus, Totum cum omni integritate memorato uenerabilique abbati nostro snelloni per hoc presens auctoritatis nostrae praeceptum in proprium donamus et tradimus, ut ab hodierna

die de his omnibus firmissimam habeat potestatem tenendi, donandi, uendendi, commutandi uel quicquid sibi placuerit faciendi, Et ut hoc uerius credatur et diligentius conseruetur, manu propria nostra subter hoc confirmauimus et sigillo nostro assignari iussimus.

Signum domni Arnolfi (Monogramma) Inuictissimi regis.

Engilbero notarius ad uicem *Deotmari archicappellani* recognoui et ss. (S. R.) Data V? NONAS MAJ Anno dominicae incarnat. DCCCLXXXVIIII? Indictione VII? Anno uero II? regni domni ARNOLFJ serenissimi regis. Actum ad *nouam aeclesiam* in Christi nomine feliciter. AMEN.

Pachmeier, Series abbat. cremifan. 868. — Mon. boic. XXVIII. I. ex orig. cum sigill. — Urkundenbuch von Kremsmünster, pag. 22. Nr. 13.

XXVII.

890. 20. November. Matighofen. — *K. Arnulf bestätigt alle Besitzungen und Rechte des Erzbisthums Salzburg, darunter auch das Fischereirecht auf dem Atersee.*

In nomine sancte et individue Trinitatis. *Arnolfus* divina favente gratia *Rex*. Oportet igitur nos, qui divino sumus munere quodamodo prae ceteris mortalibus sublimati, ejus in omnibus parere praeceptis, cujus clementia praelati sumus atque cujus praecellimus munere, loca utique sibi dicata per peticiones fidelium nostrorum nostro relevari juvamine atque regali tuimine, quoniam hoc nobis et ad mortalem vitam temporaliter transigendam et ad eternam feliciter obtinendam profuturum liquido credimus. Quapropter comperiat omnium nostrorum fidelium praesentium scilicet et futurorum sollercia, qualiter quidam venerabilis *Archiepiscopus noster Diotmarus* veniens in procerum nostrorum praesentiam postulavit serenitatem nostram, ut ob mercedis nostre augmentum quasdam res proprietatis nostre ad sanctam *ecclesiam Juvavensem*, que est constructa in honore sancti Petri et sancti Roudberti confessoris Christi, ubi corporaliter requiescit et ipse praedictus venerabilis Archiepiscopus praeest, in proprium jure perpetuo permanendum concedissemus. Cujus peticioni ob amorem domini nostri Jesu Christi seu ob remedium animarum antecessorum nostrorum ac beate memorie domni ac genitoris nostri nostreque mercedis augmentum libenti assensum prebentes decrevimus ita fieri. Tradimus itaque atque firmamus ad predictum monasterium sancti Petri sanctique Rodberti primitus *Castellum sancte Erndrudis* cum omnibus

juste atque legaliter ad eundem Castellum pertinentibus, cum venacionibus, curtibus, piscationibus, id est ab *ecclesia sancti Martini*, que respicit contra monticulum, qui vulgo *Nochstein* nuncupatur, Sursum ex utraque parte fluminis *Juaris* nominato usque in rivulum *quartinespach* et *Retilinstein* . . Insuper tradimus atque firmamus *sancto Maximiliano* . . . . in aquilonari parte fluit in praedictum flumen atque rivulus *Gastuna* in australi parte. Insuper etiam firmamus ad praefatum monasterium Juvavensem forestem a termino, qui in *pisoncia* incipit, hoc est de rivulo *Erilipach* usque ad acutum montem, qui diotisce *VVassinberch* dicitur, prope *iscalam* in illo loco, ubi terminus forestis *Rapotoni comitis* se ab isto disjungit, et in aquilonari parte de rivulo *Tinnilinpach* usque in summitatem montis *Cirvancus* nominati et de jam dicto monte VVassinberch usque ad praefatum monticulum Nochstein, illa montana omnia, que in potestate antecessorum nostrorum fuerunt et nostra, ad jam dictum monasterium firmamus, Curtem quoque ad *piscofesdorf* cum omnibus juste ad eandem curtem pertinentibus atque piscacionem in lacu *Atarse* vocitato sine alicujus hominis contradictione. illos quondam praedictos XII. privatos tractus, sicut dominicalis terra se ad *Poumgartin* ipso lacu adjungit, sine alia communi piscacione in *Atarse* ad *Atarhof* pertinenti de potestate nostra. Firmamus etiam istas curtes in proprium, que antea inibi in beneficium fuerunt sive ex parte antecessorum nostrorum vel nostra sive ex alterius cujuslibet parte ibi antea beneficiata fuissent, quarum hec sunt nomina: Ad *Scafarafeld* curtem et aecclesiam cum decima et sicut ille terminus in australi parte incipit, qui *VVagreini* dicitur, ultra *ipisam* et in occidentali usque dum ducitur, ubi *urala* se dimittit in praefatum amnem, Et quicquid in origentali parte jam dicti fluminis habere videmur, per totum tradimus ad praedictum monasterium exceptis duobus piscatoribus cum eorum ruribus in aquilonari parte, *Ad Magilicham* terciam partem civitatis et sicut ille terminus se disjungit de illis rebus in occidentali parte, quas quondam ad *sanctum Emmerammum* antecessores nostri tradiderunt, totum in termino origentalis ad praefatum monasterium tradimus exceptis hobis tribus. Ad *Arnesdorf* id est ad *VVachavvam*, quidquid ibi habuimus, cum vineis et saginacione et monte querceato pratisque inter ipsum querceatum montem sitis et inter silvam paltam vel quicquid in ipsis silvis habuimus, totum in usum praedicti monasterii concedimus. Ad *Grunzita* quicquid superfuit hobis quinque, quas

fideli nostro dedimus *Dietrico*, hoc sunt hobas L. Ad *Liubinam*, ad *Holunburch* tertiam partem civitatis cum vineis XXX. et hobis XV. sine curtili terra. Ad *Treisimam* civitatem et ecclesiam *sancti Martini* cum decima et sursum in australi atque origentali parte fluminis *treisima* usque ad *Potilinesprunnin* et sicut *Dietrichespach* fluit contra duos acervos, qui in origentali parte campi positi sunt, et exinde usque *Danubium* in illum locum, qui *tripoliza* dicitur, et ita sursum prope Danubium cum agris, pratis, cultis et incultis, auuis, locis piscacionum, que diutisce *arichsteti* vocantur, et ita sursum usque ad illam marcham, que inter *Treisimam* et *Holunpurch* utrasque res discernendo dividit. Ad *Penninvvanc* quicquid ibi habuimus, Ad *aecclesiam Anzonis*, Ad *VVitinesperch* quicquid ibi habuimus excepto, quod *Mosogovvoni* dabamus propter fidele servitium, hoc est hobe C. Ad *aecclesiam Ellodis aecclesiam Minigonis* presbyteri. Ad *Guntpoldesdorf* quicquid ibi habuimus. Ad *rapam*, ad *Sabariam* civitatem et aecclesiam cum decima et theloneis, vineis, agris, pratis, pascuis, forestibus, montibus cunctisque ad eandem civitatem juste et legitime pertinentibus, Ad *Siccam Sabariam*, Ad *Peininchaha*, ad *Mosaburch* abbaciam, ubi sanctus *Adrianus* martir Christi requiescit, quam antecessores nostri ad jam dictum Monasterium tradiderunt et nos firmamus ac nostra ex parte augmentamus. Nonam quoque de omnibus nostris Curtibus inibi cum theloneo in civitate et piscina adjicimus. Ad *Salapuigin* curtem cum CCC. mansis et totidem vineis vel quicquid ibi habuimus. Æcclesiam ad *quartinahu*, Æcclesiam ad *gensi*, ad V. aecclesias cum theloneis ac vineis, forestibus et cum omnibus, que ab antecessoribus nostris antea beneficiata fuissent, firmamus in proprium. Ad *Ruginesfeld* quicquid ibi habuimus, Ad *Durnavva* aecclesiam, que est constructa in honore sancti *Ruodberti* ceterorumque Sanctorum quam plurimorum martirum, cum monte *parauuoz* nominato, cum vineis, agris, pratis, silvis et cum omnibus, que ibi videmur habere, circa montem sitis. Ad *Pettouiam* aecclesiam cum decima et duas partes civitatis cum bannis, theloneis et ponte, que ab antecessoribus nostris illo tradita fuerunt, et ex parte nostra addimus tertiam partem civitatis, que proprietas *carantani* fuit illique diiudicatum est eo, quia reus magestatis nostre criminatus est constare, exceptis subnotatis rebus, quas uxori illius propter fidele servitium concessimus, Id est in superiori civitate in origentali parte civitatis ipsius curtilem locum, ubi nova ecclesia incepta est, atque

in inferiori civitate in occidentali parte civitatis ipsius illa curtilia loca, que in potestate tunc habuit cum hobis C. et vineis X. in *Zistanesfeld*, ubi nunquam antecessores nostri alicui quicquam dederunt, propter fidele servicium praenominati Archiepiscopi tribuimus ad praefatum monasterium, sicut acervos duo prope *Travum* positi sunt ex summitate terminis, qui *VVagreini* dicitur, et ita sicut ille *VVagreini* tendit usque dum *Trevvina* fluit in amnem *Travum*, ad *Sulpam* civitatem *Zuip* vocatam cum omnibus juste ad eandem civitatem pertinentibus, cum quercetis et campis, sicut illa fossa, que incipit de *Muora* et tendit usque ad *Luonznizam* et ut *Luonzniza* et *Sulpa* de alpibus fluunt, quicquid inter has duas amnes habemus, totum ad praedictum monasterium concedimus et forestum *Susel* cum panno, sicut in potestate antecessorum nostrorum fuit et nostra, venacionemque in dulcis vallibus, quam populus cum sacramentis in potestatem nostram affirmavit, id est epdomadas III ante equinoctium autumpnale ac postea usque in natalem sancti Martini ad venandos ursos et apres. Ad *Lumnicham* juxta *rapam* quicquid ibi habuimus. Ad *Nezelinpach*, ad *Sabnizam* aecclesiam et curtem cum mansis L. Item ad rapam ad *Tudleipin*, Ad *Labantam aecclesiam sancti Andree*, uti antecessores nostros ad jam dictum monasterium firmaverunt cum decima, ut ibi consuetudo est, et de curtibus nostris adicimus decimam, ut in sacris codicibus habetur, nec non et saginacionem in omni labanta valle excepto monte *forest* nominato propter venacionem nostram. Ligna quoque secanda ad aecclesiam et ad aliud servicium episcopi tam in ipso monte quam in aliis omnibus montibus concedimus et unam fossam ruderis in monte *gamanara* semper per totum annum habendam. Ad *Gurcizam* beneficium *Engilbaldi*. Ad *carantanam aecclesiam sancte Marie* cum decima, sicut ecclesiasticus praecipit ordo, de curtibus nostris, id est de *carantana civitate* aliisque curtibus ad eandem civitatem pertinentibus, id est *Trahof*, *Gravindorf*, *Curnuz* ibique ad Curnuz operarios servos II. in monte cum hobis illorum, ligna secanda in ipso monte sine contradictione ministrorum nostrorum, cum saginacione, *Trebina*, *Astarvviza*, *Chrapucfeld*, *Vitrino*, *Friesach*, *Curca*, *Grazluppa*, *Lungovvi*, *Sublich*, *Tiufinpach*, *Chatissa*, *Pelissa*, *Chubenza*, *Undrima*, *Linta*, *Lieznizha*, *Prucca*, *Muonza*, *Liubina*. Ad *Strazzinalam* duo loca Ea videlicet racione, ut ab hodierna die et deinceps praedicte res ad praedictam casam sancti Petri et sancti Roudberti, ubi eciam ipse corpore requiescit, jure

perpetuo permaneant absque alicuius contradictione nec ullus successor noster aut dux vel comes sive vicarius seu qualibet ulla vicaria potestas de praedictis rebus, quas prenominavimus, potestatem habeat inde quippiam abstrahere, Sed per hoc nostre auctoritatis praeceptum, sicut prediximus, ad predictum locum sancti Petri et sancti Ruodberti ubi etiam corpore requiescit in Salzburch civitate absque alicujus molestia vel inquietudine sint. Et (ut) hec auctoritas largicionis ac confirmacionis nostre firmior habeatur et per futura tempora a fidelibus nostris verius credatur et diligencius observetur, manu propria nostra subter eam firmavimus et anuli nostri impressione assignari jussimus.

Signum Domni Arnolfi (Monogramma) serenissimi Imperatoris.

Hebarhardus notarius ad vicem *Grimaldi Archicapellani* recognovi et subscripsi. Data XII° Kalendas Decembris Anno Christi incarnat. . . . . Domni Arnolfi serenissimi in origentali Francia regnante, Indictione VIIII.ª Actum *Matahhoua villa regia* in Dei nomine feliciter. Amen.

Juvavia, Anhang pag. 112. (Aus einer alten Abschrift auf Pergament, gegenwärtig im k. k. geh. Haus-, Hof- und Staatsarchive zu Wien.)

XXVIII.

892. 15. Februar. Ötting. — *K. Arnulf schenkt dem heiligen Florian eine, durch den k. Vasallen Thiethart verwirkte Besitzung zu Rohrbach im Traungau.*

In nomine sancte et indiuidue Trinitatis. Arnolfus divina ordinante clementia rex. Si locis deo dicatis vel servis dei ibidem deservientibus aliquid solatium conferre curaverimus, deum nos ob hoc propicium habere non diffidimus. Qua propter noverit omnium fidelium nostrorum presentium scilicet et futurorum industria, qualiter nos pro remedio parentum nostrorum quasdam res proprietatis nostre in pago Trungowe in loco nuncupato *Rorbach*, quod prius Thiechardo per preceptum donavimus, sed quia ille apostata factus est et regnum nostrum ac fideles nostros depredavit, iure et legalitate abstulimus et ad sanctum florianum martirem christi manu potenti per istud nostrum preceptum firmissime condonamus ea videlicet ratione, ut deinceps sine ullius contradictione prefate res cum omnibus iuste et legitime ibidem aspicientibus edificiis, mancipiis utriusque sexus, terris, vineis, agris, campis, pratis, pascuis, silvis, aquis aquarumve decursibus, molendinis, viis et inviis, cultis et incultis, mobilibus et

immobilibus, quesitis vel inquirendis cum omni integritate ad iam dictum sanctum florianum martirem christi perpetualiter possidende permaneant nullo umquam Successorum nostrorum hoc irrumpente. Et ut hec nostra auctoritas firmior habeatur, manu propria subtus eam firmavimus et annulo nostro insigniri iussimus.

Signum domini Arnolfi gloriosissimi regis. (Monogramma)

Engilpero Notarius ad vicem Thiotmari archicapellani recognovi. Data XV° Kalendas Martii anno dominice incarnationis DCCCXCII° Indictione X° anno vero regni arnolfi piissimi regis V° acta Ottinga curte regia in Dei nomine feliciter. Amen.

Wiener Jahrbücher XL. Anzeigeblatt 7. — Mon. boic. XXXI. I. 141. — Stülz, Geschichte von St. Florian 206. Nr. 5, aus einer alten Abschrift im k. bairischen Reichs-Archive zu München.

XXIX.

893. 22. October. Rantesdorf. (?) — *K. Arnulf schenkt die Güter, welche die Söhne der Markgrafen Wilhelm und Engelschalk durch ihre Untreue verwirkt haben, dem Kloster Kremsmünster.*

IN nomine Sanctæ et individuæ Trinitatis. *Arnulphus* divina favente gratia *Rex*. Si locis Deo dicatis more regali nostra temporalis commodi exhibuerimus solatia, præmia inde nobis conferri non ambigimus æterna. Ideo cuncto Christianæ Religionis præsentis scilicet temporis et futuri notum esse volumus collegio, qualiter divino afflati instinctu et per dilecti Abbatis nostri *Snelperonis* obtentum admoniti nos quasdam res juris nostri ob quorumdam infidelitatis contra nos perpetratæ reatum in nostram publicæ ditionem redactas, id est quicquid *Wilhelmus et Engilschalcus germani fratres Comites* videlicet quondam strenui terminales vel cohæredes, filij ac posteri eorum in terris, agris, vineis, Ecclesijs, decimis, curtibus, ædificijs, familijs, mancipijs utriusque sexus, viniatoribus, agricolis, pratis, pascuis, sylvis, molendinis, piscationibus, quæsitis vel inquirendis seu omnibus rebus, quæ dici vel nominari possunt, tam ad *Eporespurch*, ad *Cambe* sive ad *Persiniacham* quamque in alijs *Waioariæ* scilicet atque *Sclaviniæ* locis vel terminis habuerunt, ad Sanctum Dei Martyrem Agapitum tradidimus, seu quidquid per ullius personæ traditionem divina augente pietate ad eundem Sanctum concessum vel additum esse constat, omnia et in omnibus ad *Monasterium Sancti Salvatoris*, quod *Chremisa* nuncupatur, ubi idem electus Dei Martyr corporaliter

requiescit, cui etiam jam fatus Abba moderno tempore præesse dignoscitur, pro divæ memoriæ Decessorum commemoratione nostrorum nec non pro sempiterna nostra retributione donamus et tradimus. Jussimus quoque hoc præsens auctoritatis nostræ præceptum inde conscribi, per quod decernimus firmiterque præcipimus, ut præfatæ res ex integro deinceps perpetuis temporibus in sustentationem fratrum ibidem Domino Salvatori divini officij obsequia persolventium ad præscriptum Sanctum locum jure hæreditario consistant atque pertineant eo videlicet rationis tenore, ut ipsa Ecclesia et Rectores illius veluti de cæteris ejusdem Abbatiæ rebus securam habeant potestatem juxta eorundem fratrum communem utilitatem, prout eis placuerit, universa ex ipsis rebus disponere nullo unquam successore nostro irrumpente neque immutante sed DEO auxiliante hæc donatio nostra per cuncta labentis mundi curricula stabilis et inviolata permaneat nostra auctoritate semper roborata atque solidata, quatenus memoratos CHRJSTJ famulos pro beatis antecessoribus nostris, pro nobis etiam et conjuge proleque nostra Domini misericordiam attentius exorare delectet. Et ut hæc auctoritas largitionis nostræ inviolabilem in DEJ nomine per immortalia sæcula obtineat stabilitatis vigorem et a fidelibus nostris verius credatur ac diligentius observetur, manu nostra subtus eam roborantes annulo nostro jussimus insigniri.

Signum Domini Arnulphi (Monogramma) largissimi Regis.

Engelpero Notarius ad vicem *Dietmari Archicapellani* recognovi. Datum XI.° Kal. Novembris Anno Dominicæ Incarnationis DCCCXCIII.° Indictione XI.ª Anno vero VII.° Domini Arnulfi Serenissimi Regis. Actum ad *Ratensdorf* in Dei nomine feliciter. Amen.

Rettenpacher, Annal. cremifan. 43. — Urkundenbuch von Kremsmünster, pag. 23. Nr. 14. ex cod. sec. XI—XII und cod. Frideric. sec. XIII—XIV.

XXX.

898. 9. September. Regensburg. — *K. Arnulf bestätigt dem Bischofe Wiching von Passau die Immunitäten, Besitzungen und Freiheiten seiner Kirche.*

(Chrismon.) In nomine sanctae et indiuiduae Trinitatis. *Arnolfus* diuina fauente clementia *Imperator* augustus. Si liberalitatis nostrae munere locis Deo Dicatis quiddam beneficii conferimus et necessitates aecclesiasticas ac petitiones seruorum dei nostro releuamus iuuamine atque imperiali tuemur munimine, Id nobis et ad mortalem uitam transiendam temporaliter et ad aeternam feliciter obtinendam

profuturum liquido credimus. Quapropter comperiat omnium fidelium nostrorum presentium scilicet et futurorum industria, quod *vuichingus patauiensis aecclesiae presul* venerandus optulit nobis auctoritates immunitatum piae recordationis *Karoli* atque *hludouuici* serenissimorum videlicet imperatorum, in quibus continebatur insertum, qualiter ipsi predictam sedem, quam *viuulo quondam sanctae lauriacensis aecclesiae archiepiscopus* post excidium et miserabilem barbaricam deuastationem eiusdem prescripte lauriacensis ecclesiae nuspiam alibi Inventa suae tuicionis securitate primus episcopauit *otilone strennuo baiouuarum duce* concedente, qui etiam canonicos et monachos, quos dei misericordia hostium subtraxerat predae, In aecclesia quae est constructa in honore *sancti Stephani* Protomartiris christi, vbi etiam *sanctus valentinus* corpore requiescit, reuerenter collocauit, quam vero cum omnibus ad eam pertinentibus vel aspicientibus sub immunitatis suae defensione consistere fecerant et confirmauerant, ut, quicquid ex liberalitate imperatorum atque regum siue ducum vel ceterorum fidelium eidem sedi collatum fuerat, perpetuo eius dicione consisteret. Ad haec etiam et cartulas traditionum, quas predictus *Otilo et filius eius Tassilo duces baiouuariorum* ob eiusdem sanctae patauiensis aecclesiae restaurationem vel amplificationem fecerant, obtutibus serenitatis nostrae praeferens isdem prescriptus pontifex, in quibus legebatur, quod idem predicti duces ad eandem sedem areas et mercatum cum integro teloneo suo ac mancipia utriusque sexus, molendina piscationes et vineas et quicquid in eadem urbe uel circa eam visi sunt in proprium possidere, nihil extra dimittentes omnia in omnibus sancto stephano sanctoque Valentino iure perenni tenenda tradiderunt. Nos autem diuino amore compuncti et tam earundem conscriptionum testimoniis quam et predicti pontificis precibus commoti pium morem antecessorum nostrorum videlicet gloriosissimorum augustorum exequentes eandem sedem cum omnibus sibi subiectis simili modo sub nostre defensionis mundiburdio et immunitatis nostrae defensione constare decreuimus atque jubemus, ut, sicut a predictis principibus constat eandem sedem sub eorum immunitate hucusque vigere, ita deinceps sub nostra permaneat defensione et per hoc nostrum imperiale preceptum non solum istas immunitates confirmamus sed etiam omnium imperatorum seu regum sepe dictae aecclesiae noviter vel antiquitus collata munimus atque renouamus praecepta et si quicquam adhuc est, quod ex prenominata urbe

fiscus noster exigere poterit, hoc totum pro luminaribus et necessitatibus eiusdem aecclesiae expendendum ipsi quoque tradimus et insuper precipimus, ut in prememorata urbe amodo nullus iudex publicus vel quislibet vir ex curiali dignitate placitum aut comitatum habere presumat vel omnino super familiam aut suburbanos aliqua secularia siue judiciaria in ea exerceat negotia, sed aduocatus atque patronus sanctae dei casae sub ditione illius sedis episcopi constitutus, quaecumque illic sunt disponenda, Ipse et non alius ordinet et examinet. Preterea similiter iubemus, ut nihilominus quispiam in ecclesias aut abbatias siue cellulas aut loca vel agros seu reliquas possessiones, quas moderno tempore in quibuslibet pagis vel territoriis infra imperium regni nostri iuste et legaliter memoratum tenet vel possidet monasterium vel ea, que deinceps per praecepta regum vel quorumlibet traditiones fidelium in jure ipsius monasterii voluerit diuina largitas augeri, temerarie vim siue usurpationem aut rapinas vel pressuram moliri audeat nec nos nec ullus successorum nostrorum deinde munera aut conuiuia aut ullum coactum seruitium accipere satagat et vbicumque vero loca eiusdem monasterii forestis nostris adjaceant, inde omnia ligna aedificiorum, pastum ac pascua sine censu sumant. Prenominatorum itaque sanctorum negotiatores in aquis et in aruis sine teloneo ubique pergant, aurifices autem eorum, quoscunque permiserit prefatae sedis antistes, non aliter quam nostri omnibus fluminum arenis absque contradictione vtantur et penitus nulla iudiciaria persona homines illorum in ulla re stringere temptet Nullusque, Sicut prediximus, superioris vel inferioris ordinis reibublicae procurator vel qualibet (quaelibet) persona ad causas tribunitio more audiendas vel freda exigenda aut mansiones seu paratas faciendas, parafredos aut fidejussores tollendos aut homines tam ingenuos quam seruos distringendos ullo modo super terram ipsius aecclesiae commanentes nec ullas publicas redibitiones aut inlicitas occasiones requirendas exigere conetur, Sed liceat memorato pontifici suisque successoribus res predicti monasterii cum omnibus sibi subjectis et rebus et hominibus ad se iuste aspicientibus sub tuitionis atque immunitatis nostrae defensione remota totius iudicariae potestatis inquietudine quieto ordine possidere et regere et nostro fideliter parere imperio atque pro incolomitate nostra conjugisque et prolis seu etiam totius regni nostri a deo collati vna cum canonicis et monachis sibi subjectis domini inmensam clementiam jugiter exorare

delectet. Et ut haec immunitatis et donationis nostrae auctoritas plenissimam In christi nomine per cuncta voluentis mundi curricula obtineat stabilitatis firmitudinem, manu propria subtus eam confirmauimus et anuli nostri impressione iussimus insigniri.

Signum Domni Arnolfi Serenissimi (Monogramma) Imperatoris Augusti.

Engilpero Notarius Ad uicem *Deotmari Archicappellani* recognoui. (S. R.) Data V° id. Sept. Anno Incarnationis dominicae DCCCXCVIII° Indictione I° Anno XI° regis arnolfi, Imperii autem eius III° Actum *reganesburch regio palacio.* In dei nomine feliciter. Amen.

Hansiz, Germ. sacr. I. 169. — Buchinger, Geschichte von Passau II. 488. — Mon. boic. XXVIII. I. 119. Nr. 86. ex orig. cum sigill.

XXXI.

898. 17. October. Regensburg. — *K. Arnulf gibt auf Fürbitte des Bischofs Wiching von Passau dem Priester Ellimprecht die von ihm, dem Kaiser, erbaute Capelle zu Rantesdorf und das dazu gehörige Widem auf Lebenszeit als Eigenthum.*

In nomine sancte et individue Trinitatis. *Arnolfus* divina favente gratia *Imperator* Augustus. Notum sit omnibus sancte Dei Ecclesie fidelibus tam presentibus quam futuris, qualiter nos pro eterne salutis adipiscenda mercede nec non per supplicationem *Wichingi* venerabilis *Episcopi* cuidam fideli ac religioso prespitero, cui nomen *Ellimpreht*, tales res, quales hactenus in beneficium in *Rantesdorf* muneris nostri largitate tenebat, id est capellam, quam nos ibi in honorem Christi et sancti Pancratii a fundamentibus construximus doteque oportuna et ornatu ecclesiastico accumulavimus, cum omnibus, que modo per preceptum nostrum illuc collata sunt vel in futuro per Dei gratiam collata erunt, integraliter ad proprium diebus vite sue concessimus cum curtilibus et edificiis, famulis et utriusque sexus mancipiis, vineis et vinitoribus, censibus, agris, pratis, pascuis, silvis, cum *foresto ad Honhart*, aquis aquarumque decursibus, piscationibus, molendinis, viis et inviis, exitibus redditibus (sic), terris cultis et incultis, quesitis et inquirendis, mobilibus et immobilibus universisque appendiciis et adiacentiis suis. Jussimus quidem hoc presens nostre auctoritatis preceptum inde conscribi, per quod decernimus atque jubemus, ut prenominatus honorabilis prespiter ipsam capellam in Rantesdorf

consistentem cum pertinentiis suis omni tempore vite sue sub usu fructuario teneat, habeat atque possideat absque ullius persone offendiculo Ea videlicet ratione, ut eadem capella cum universa integritate sua post obitum ipsius *ad sanctum Philippum Apostolum*, cuius sacratissimum membrum in *villa Otinga* venerabiliter humatum est, in memoriam patris nostri *Carlomani regis*, qui ibidem corporaliter requiescit reconditus, nec non pro remedio anime nostre convertatur Ita, ut sub jure ottingensis Ecclesie perenniter consistat provisorumque illius. Et ut hoc preceptum melius credatur diligentiusque nemine irrumpente in perpetuum conservetur, manu nostra subtus id roborantes anulo nostro jussimus insigniri.

Signum Domini Arnolfi (Monogramma) Imperatoris Augusti.

Engelpero Notarius ad vicem *Diotmari Archi-Capellani* recognovi. Data sunt hec anno Domini DCCCXCVIII. XVI. Kal. Nov. Indictione II. anno XI. Regni Arnolfi Regis, Imperii autem eius III. Actum ad *Regina civitate* in Dei nomine feliciter. Amen.

Hund, Metrop. III. (München) 62. (Regensburg) 43. — Ludewig, Scrpt. rer. Germ. II. 394. — Mon. boic. III. 309. Nr. 1. ex orig. cum sigill. loc. cit. XXVIII. I. 122. Nr. 87, im Auszuge.

XXXII.

(Circa 898.) Regensburg. — *K. Arnulf erlaubt dem Cleriker Nithart auf Fürbitte des Bischofes Engilmar von Passau eine Besitzung des unteren Klosters (Nieder-Münster) zu Regensburg, zu Hartkirchen in der Grafschaft Liupold's, lebenslänglich zu geniessen.*

In nomine sanctae et indiuiduae Trinitatis. *Arnolfus* diuina fauente gratia *Imperator* augustus. Si de rebus terrenis a deo omnipotente iure nobis collatis in dei et nostro seruicio laborantibus oportuna loca concesserimus, procul dubio et aeternae retributionis praemia inde a deo nobis uenire liquido credimus et eos omnino deuotiores esse manifestissime credimus. Quapropter omnium sanctae dei aecclesiae fidelium nostrorumque tam praesentium scilicet quam et futurorum cognoscat industria, quia nos per interuentum uenerabilis ac dilecti *episcopi nostri Engilmari* cuidam clerico nostro nomine *Nithard* ob bonae fidelitatis et seruitutis suae mercedem quasdam res ad *Abbatiam inferioris Monasterii* pertinentes cum consensu et uoluntate dilectae coniugis nostre *Odae* in proprium concessimus, hoc est in *Comitatu Liupoldi Comitis nostri in loco Hartchirihha* nuncupato, ut ipse de iam dicta coniuge nostra ibi eatenus in beneficium

habere dinoscitur, aecclesiis cum decima, curtilibus, aedificiis, mansis ac mancipiis utriusque Sexus, terris, agris cultis uel incultis, campis, pratis, pascuis, siluis uiis et inuiis, aquis aquarumque decursibus, molendinis, exitibus ac reditibus, quesitis uel inquisitis totum, quicquid ad ipsum beneficium pertinere uidetur, cum omni usu fructuario iam dicto Nithardo in proprium concessimus omnibus diebus uite sue habendum et ut post eius discessum cum omni integritate iterum redeat ad iam dictam dei casam. Et ut hec largitionis nostre auctoritas firmior habeatur et per futura tempora a cunctis fidelibus nostris uerius credatur ac diligentius obseruetur manu propria subtus eam firmauimus et anulo nostro Sigillari iussimus.

Signum domini Arnolfi (Monogramma) Serenissimi Imperatoris Augusti.

Actum Ratisbonae In dei nomine feliciter. Amen.

Wiener Jahrbücher XLIV. Anzeigeblatt 8. — Mon. boic. XXXI. I. 154. ex lib. cop.

XXXIII.

899. 5. Februar. Regensburg. — *K. Arnulf schenkt der von ihm erbauten St. Pankraz-Capelle zu Ranshofen zwei Joch Ackerland, eine Mühle, Holz aus dem Weilhart und Schweinmastung aus dem Hönhart.*

In nomine sancte et individue Trinitatis. *Arnolfus* divina favente Clementia *Imperator* Augustus. Si igitur locis Deo dicatis oportuna exhibuerimus suffragia, mansura nobis a Deo (omnium) remuneratore impertiri liquido credimus gaudia. Id circo cunctorum christiane religionis presentis scilicet temporis et futuri noverit sagacitas fidelium, qualiter nos divino compuncti amore, intercedentibus quoque *Wichingo Venerabili Episcopo* et *Isengrimo* (Isangrimo) *illustri comite ministerialique* nostro ad capellam, quam in loco *Ranshoven* (Rantesdorf) Domino et sancto Pancratio martiri suo a fundamentis construximus, de terra jugera duo prope curten (Curtem), in qua eadem constructa cernitur Ecclesia, orientali parte extra parietem coniacentia ad comoditatem ipsius loci et servorum Dei ibidem divina persolvencium officia perpetuo jure ad proprium concessimus. Similiter etiam molendinum unum attenus (hactenus) ad opus nostrum pertinens in ripa fontis de *Pruele* (Pruolo) parietibus circumsepto decurrentis constructum et in foresto adiacenti videlicet in *Wilhart* succisionem lingnorum (lignorum) tam ad edificia construenda quamque ad focum nutriendum, prout ipsi loco sufficere videtur, Et de feno secundo

(secando) ad carradas viginti (XX.) Idemque in altero foresto *Honhart* (Hohinhart) et mutuoque (in utroque) saginacionem porcorum absque ulla districtione provisorum eidem contulimus Ecclesie pro remedio parentum nostrorum et anime nostre liberatione. Et jussimus hoc presens largitionis nostre preceptum inde conscribi, per quod decernimus atque omnino (omnimodo) precipimus, ut hec donatio nostra stabilis nostris futurisque temporibus nullo inquietante sed Deo oppitulante perseveret, quatinus divina laus et nostre orationis instantia nunc et in perpetuum augmentetur atque incessabiliter frequentetur illic. Et ut hec auctoritas nostra firmiorem in Dei nomine obtineat stabilitatem in eternum, manu nostra subter eam roborantes Anuli nostri impressione iussimus sigillari.

Signum domini Arnulfi Imperatoris. (Monogramma.)

Engelpero (Engilpero) *notarius* ad vicem *Wichingi Episcopi* recognovi. Data (Datum) Nonis Februarii anno Domini DCCCXCVIIII°. Indictione II^a^ (V^a^) anno XII° Arnolfi Regis, Imperii autem eius III° Actum in *Regenespurch* in Dei nomine feliciter. Amen.

Hansiz, Germ. sacr. I. 171. — Mon. boic. III. 310. Nr. 2. loc. cit. XXXI. I. 156. Nr. 77. ex lib. cop.

XXXIV.

(?901.) 900. 19. Jänner. Regensburg. — *K. Ludwig, das Kind, vergabt die zum Schutze des Landes erbaute Stadt Enns, welche zum Theile auf dem Grunde des Klosters St. Florian erbaut ist, auf die Bitte des Bischofes Richar von Passau dem besagten Kloster, welches durch einen plötzlichen Überfall der Heiden war verwüstet worden, und bestätigt die Schenkung eines seiner Hörigen auf der Nordseite der Donau.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. *Ludowicus* diuina gratia fauente *rex*. Si erga loca diuino cultui mancipata more paterno nostri iuvaminis beniuolenciam ostenderimus, hoc nobis ad regni nostri diuinitus nobis collati nec non ad perhennis uite premium feliciter capessendum credimus profuturum.

Ideoque omnibus sancte dei ecclesie fidelibus presentibus scilicet et futuris notum esse uolumus, qualiter uir uite venerabilis nomine *Richarius Patauiensis* scilicet presul per quorundam procerum nostrorum, *Adalberonis* quoque reuerendi antistitis ac studiosissimi nutritoris nostri ac *Waltonis Frisingensis* Episcopi nec non *Liutpoldi* illustris Comitis ac dilecti propinqui nostri interuentum regalitatis nostre eminenciam merore confectus episcopii sui dampnum lamen-

tando interpellauit eo, quod seuiente prohdolor paganorum inpugnacione quedam pars dyocesis sue, ubi *sancti floriani martiris monasterium* constructum esse cognoscitur, ex inprouiso deuastata est, deprecans, ut ciuitatem illam, quam fideles nostri regni pro tuicione patrie unanimiter contra eorundem christiani nominis persecutorum insidias nouiter in ripa *anesi* fluminis partim in proprio iam dicti martiris partimque in terra prefecture terminalis statuentes construxerunt, ad supra scriptum sacrosanctum locum, in quo eiusdem beatissimi martiris corpus uenerabiliter humatum est, traderemus Jurique ipsius sancti atque potestati largiendo firmaremus. At nos diuino conpuncti amore beatique floriani confisi intercessione consultui cunctorum procerum nostrorum gratanter satisfacientes nec non prenominato ipsius episcopii prouisori libenti animo annuentes decreuimus rata fieri eandemque ciuitatem cum omni apparatu municionis sev utilitatis cum coniuencia terminalis comitis per hoc preceptum nostrum christi martiri floriano absque ulla retractione perhenni iure pro remedio anime nostre parentumque nostrorum etterna liberacione contulimus atque tradidimus. Insuper eciam, quicquid seruus quidam noster nomine Perhart in aquilonali parte *danubii* proprii in terra ac mancipiis in ipsa marha tenuit, eidem sancto dei perpetim firmamus, ut idem episcopus tam de ciuitate, quamque ex ipso proprio suique successores libera perhenniter fruantur potestate. Et ut hoc uerius credatur in euum, Manu nostra subtus id roborantes anulo nostro iussimus insigniri. Data XIIII° Kalendas Februarii, Anno dominice incarnacionis d·cccc° Indictione IIII° Anno uero regni REGJS *Ludowici* . . . . . In ciuitate *Ratispona*, In dei nomine feliciter. Amen.

Hund, Metrop. I. (München) 351. (Regensburg) 234. — Lünig, Spicileg. eccl. II. 759. — Hansiz, Germ. sacr. I. 181. — Hormayr, Beiträge zur Lösung der Preisfrage II. 86. — Kurz, Beiträge III. 206. — Mon. boic. XXXI. I. Nr. 162. 80. ex libr. cop. Vorstehender Abdruck ist aus einem im Archive des Klosters St. Florian befindlichen Pergament-Codex, geschrieben um 1300, entnommen.

XXXV.

903. 12. August. Ötting. — *K. Ludwig verleiht dem Capitel zu Passau mehrere Güter im Innviertel als Eigenthum.*

In nomine sanctae et indiuiduae Trinitatis. *Ludowicus* diuina largiente gratia *rex*. Liquido enim confidimus, si erga diuina monasteria deo seruientibus aliquod solamen largituri sumus, nobis in perpetuum et ad stabilitatem regni nostri prodesse. Quapropter nouerit

omnium fidelium praesentium atque futurorum sollertia, qualiter quidam *Comes* nomine *Arbo* et *Engilmar Purchardi episcopi fassallus* licentia eiusdem episcopi celsitudinem nostre dominationis humili admonitione flagitantes adierunt, ut quibusdam *canonicis patauiensium* et deo et sancto Stephano prothomartyri Christi die noctuque famulantibus quaedam loca, quae antea unacum decimatione ab illius sedis rectoribus scilicet episcopis in beneficium habere noscuntur, in proprietatem concederemus. Nos uero ob amorem domini nostri Jesu Christi et sancti Stephani licentia Purchardi eiusdem aecclesiae sedis episcopi concessimus supradictis Canonicis Patauiae loca unacum decimationibus cunctis ad illa loca iuste pertinentibus, quae ante in beneficium habuerunt, hoc est inprimis *Prama*, deinde *Gurtana*, *Lubihchinespach*, *Pollinga*, *Hohinhard*, *Altheim*, *Ostarunaha In Matahgowe*, Preterea etiam *Chorpheim*, *Hohunstat* et *Scardinga* cum omnibus ad iam nominata loca iuste et rationabiliter aspicientibus, terris cultis et incultis, campis, siluis, aquis aquarumue decursibus, mobilibus et immobilibus, quesitis et inquisitis, molendinis, piscationibus, uiis et inuiis, exitibus et regressibus, decimationibus totis intus et extra, prope aut longe, omnia ex integro supramemoratis canonicis ibidem deo et sancto Stephano militantibus in propriam potestatem perpetualiter donamus ita, ut nullus Successorum nostrorum nec de Successoribus uidelicet episcopis supradictae Sedis aliquid de eis rebus minuere aut distrahere audeat, quae pro remedio animae nostrae ac genitoris auique nostri antenominatis Canonicis concessimus et iussimus exinde hoc nostrae auctoritatis praeceptum conscribi, per quod decernimus atque iubemus, ut haec dominationis nostrae donatio ab omnibus fidelibus sanctae dei aecclesiae praesentium atque futurorum (sic) uerius credatur et diligentius conseruetur, manu propria nostra subter eam confirmauimus et anuli nostri impressione sigillari iussimus.

Signum Ludowici (Monogramma) serenissimi regis.

Engilpero notarius ad uicem *Theotmari archicapellani* recognoui et subscripsi. Data II. idus Augusti anno incarnationis dominicae DCCCCIII. Indictione VI. anno regni Ludowici serenissimi regis III. actum ad *Otinga curte regia* in dei nomine feliciter. Amen.

Hund, Metrop. I. (München) 352. (Regensburg) 234. — Lünig, Spicileg. eccles. II. 760. — Hansiz, Germ. sacr. I. 186. — Wiener Jahrbücher XLIV. Anzeigeblatt 10. — Mon. boic. XXXI. I. 169. Nr. 85. ex lib. cop.

XXXVI.

903. 8. September. Passau. — *Vertrag zwischen dem Bischofe Burkhart von Passau und seinem Chorbischofe Madalwin, welcher die Kirche Passau zum Erben seiner Güter einsetzt.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Utilis olim in sancta inolevit Ecclesia usus complacitationis, id est, ut nobiles quique et religiosi uiri ad augmenta sanctarum Ecclesiarum dei suas res proprias traderent et ab episcopis seu abbatibus per conscriptionis auctoritatem testiumque confirmationis ecclesiasticas res acciperent, sibi in ius et proprietatem sub usu fructuario usque in finem uite illorum tenerent atque possiderent. Post finem uero uite illorum ipse proprietates unacum ipsis ecclesiasticis rebus ad proprias redirent ecclesias, que utilissima consuetudo usque hodie in sancta perseuerat ecclesia. Quapropter notum esse volumus omnibus sancte dei ecclesie, presentibus scilicet et futuris, qualiter ego *Burchardus patauiensis ecclesie presul* et *Madaluinus choriepiscopus* eiusdem sedis in ipsa urbe et in ecclesia sancti Stephani prothomartyris consedentes publicamque synodum tenentes multisque laycis tam Comitibus quam ceteris nobilibus iuris presentibus quandam complacitationem inter nos fecimus et perpetualiter confirmauimus. Tradidit namque prefatus Madaluinus in manum nostram et in manus aduocatorum nostrorum *Ratolfi* et *Alperici* totum apparatum suum, id est, sicut ipse paratus ad missam solitus fuerat stare, pluuiale purpureum auro paratum, Casulam purpuream, Siricam de sirico precioso, Stolas II. cum anfanone auro et gremmis paratum, plenarium IIII. ewangeliorum, epistolare I, Librvm sacramentorum, in quo continentur benedictiones ecclesie et benedictiones sacrorum ordinum et cetera omnia, que ad ipsum ministerium episcopi pertinent, Gra(u)ale et nocturale bene notati, predicationes per anni curiculum, Collectarium ab initio XLe (Quadragesime) usque in pascha super omnia cottidiana euuangelia, Tractatum Albini super IIII. ewangelia, canones de diuersis conciliis et *de capitularibus Karoli* ceterorumque Regum, epistolas pauli et VII. epistolas canonicas bene glossatas, passionale de Natale domini usque ad missam sancti Johannis, Aliud passionale de missa sancti Michahelis usque in pascha, vitam sancti Martini et Dyalogos seueri de miraculis, que fecit, Comp(u)tus cum Cyclo pleno, *Vitam sancti Seuerini* confessoris et explanatio in regum, Liber penitentialis et *lex bawariorum et*

francorum et alemannorum in uno corpore, De *Arte Gramatica*, Donatum minorem et maiorem et opus Albini in Donatum, Gramatica augustini vide infra igitur uel *Jeronimi*, quod fecit deodato filia augustini, Opus Bede presbiteri de metrica ratione, Opus Malii teodori de ipsa arte, Opus orosii de ratione anime, Opus *Cassiodori* oratoris de disputatione anime, opus boetii de consolatione philosophie bene glosatum et opus ipsius de diuiduitate idem apoteosis, Libros martiani minnei felicis capelle pleniter in VII. liberales artes, Carmen paschale sedulii in uetus et nouum testamentum cum prosa ipsius, Carmen artoris subdiaconi in actus apostolorum et libri *Catonis* IIII. et fabule auieni et *plauti*, aularia et formatas epistolas et martyrologium metro compositum et opus *Wan Dyaconi* in ministerium celebrationis misse et explanatio in Genesis in uno corpore, Epigramata prosperi et psichomachia prvdentii, Enigmata simphosii et Althelmi et Joseppi et libros bestiarum ysiodori, in uno corpore decem egloge et georicon *Virgilii*, Liber *seruii* plenissimus in totum virgilium, liber officiorum et martirologium uersibus conpositum et expositio in genesis. Summa vero omnium librorum est L. et VI. libros. Insuper tradidit ei proprietatem, quam ei *rex Arnolfus* per preceptum donauit, in *comitatu arbonis Comitis* in loco, qui dicitur *wolueswanc*, cuius terminus ab oriente usque in *Fluuium urulam*. et proprietatem *Hagewolui* ab occidente usque in siluam *Anesi Fluminis* et in Fluuium, qui dicitur *bachinha*, ab aquilone in *marcam sancti Stephani* et a meridie in proprietatem *anionis*. Hanc marcam cum omni integritate tradidit ad sanctum Stephanum excepta *hoba salica* I, quod *puozo* quondam ibi habere uisus fuit. Insuper in *panonia* in loco, qui dicitur *liliunprvnno*, *hobas salicas* nouem, quas ei *Arnolfus rex* tradidit. Econtra vero accepit de manu nostra et predictorum causidicorum nostrorum omnia beneficia sua, que ipse ad manum suam et homines sui in beneficio eo eodem die habebant in omnes pagos idem in *quinzingowe*, in *sutinahgouue*, in *rotahgouue*, in *trungouue* et *ultra montem Comagenum* ad *nominichha* et ad *medilichhu*. Hec omnia sibi in ius et proprietatem usque in finem uite sue possidenda tradidimus atque confirmauimus Exceptis hiis locis, quos (sic) ipse ipso die in eodem Synodo nobis sponte dimisit, id est curtem ad *loochum*, IIII. locis illuc pertinentibus et ecclesiam baptismalem ad *heurtteswanc* cum omnibus locis illuc pertinentibus Exceptis *scilhara* et *prama*. Cetera omnia loca sua, que ipso die in sua potestate habere uisus

fuit, cum omnibus pertinentiis et adiacenciis eorundem locorum, id est cum ecclesiis et decimis vniuersis, cum curtibus et edificiis, cum mancipiis utriusque sexus et omnibus mobilibus et inmobilibus, quesitis et inquirendis sub usu fructuario usque in finem uite sue securiter tenere et possidere ei tradidimus sine ullo censu et inquietudine, Post finem vero uite sue ut *Wolfhardus eius cognatus*, qui cum ipsam traditionem fecit et accepit, illo loca omnia, que quinzingowe habuit, sub eadem ratione et confirmatione ipse teneat atque possideat ad seruitium dei et sancti Stephani usque in finem uite sue. Post finem vero uite illorum amborum omnia ab eis tradita et accepta cum omni integritate ad sanctum Stephanum perpetualiter manenda redeant. Hii sunt testes ex utraque parte eiusdem conplacitationis per aures tracti: *Waltilo Comes*, *Chadalhoc Comes*, *Willipret*, *Engilmar*, *Adalfrid*, *Adalger*, *Engilpalt*, *Gotapreht*, *Quuinipreht*, *Engilscalc*, *maihelm*, *vswart*, *Ererich*, *Haidanrih*, *Otahchar*, *Weto*, *Gerhart*, *Item Gerhart*, *puopo*, *ermpreht*, *Walto*, *ermpreht*, *Altman*, *Fricho*, *Teuit*, *Echo*, *engilpern*, *Diotrih*, *Vtto*, *Riheri*, *Amuzi*, *Reginolt*, *Ruodacher et filius Holperht*, *Kerolt*, *Diopreht filius Ratolfi iunioris*, *eigel*, *alprich*, *Golscalh*, *Ecco*, *Williport*, *Volchart*, *Rihguowe*, *papo*, *herualh*, *woluolt*, *pernum*, *Raffolt*, *Adalrch*, *Herich*, *Hadagis*. Acta est hec confirmatio conplacitationis in *Vrbe Patauia* VI° Idus Septembris anno ab incarnatione domini DCCCC·IIII° Indictione Secunda anno Tercio *Hludouuici Regis*.

Wiener Jahrbücher XI. Anzeigeblatt 9. — Mon. boic. XXVIII. II. 200. Nr. 3. ex cod. trad. patav.

XXXVII.

903. 26. September. Alpasee. — *K. Ludwig verleihet dem Zwetboch fünf Huben im Thale Oliuspespurk in der Grafschaft Aribo's und das Fischrecht in der Krems.*

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis *Ludewicus* diuina favente gratia *rex*. Notum sit omnibus sanctae dei ecclesiae fidelibus nostrisque praesentibus et futuris, quomodo nos ob aeternae mercedis retributionem et per obtentum fidelium nostrorum *Sigihardi* scilicet *comitis*, *Regimberti* atque *Isimgrimi ministerialium nostrorum* cuidam homini nomine *Zwetboch dilecti propinqui nostri Liupoldi* videlicet *marchionis* vasallo in valle, quae dicitur *Oliuspespurk* (in) *comitata Arbonis* inter tria loca *Staicholfesdorf*, *Adalpoldesdorf* et *Wichartesdorf* nuncupato hubas V. cum consilio procerum nostrorum

consentiente etiam praefato Arbone iure perenni concessimus in proprietatem cum curtibus et aedificiis, campis, agris, pratis, pascuis, silvis, aquis aquarumque decursibus, molinis (molendinis), piscationibus in *Chreimsa*, viis et inviis, exitibus et reditibus, quaesitis et inquirendis, mobilibus et immobilibus omnibusque appendiciis et adiacentibus suis. Jussimus itaque hoc praesens auctoritatis nostrae praeceptum inde conscribi, per quod decernimus atque omnia praecipimus, ut praefatus Zwetboch tempore perpetuo iure firmissimo ex (sic, exinde?) ipsis donationis nostrae rebus utatur potestate habendi, donandi, vendendi, commutandi vel quidquid sibi exinde placuerit faciendi absque ullius successoris nostri impedimento, et ut haec largitionis nostrae auctoritatis (auctoritas) inviolabilem in Christi nomine per cuncta labentis mundi curricula obtineat stabilitatem et a fidelibus nostris verius credatur ac diligentius obseruetur, manu nostra subtus eam firmavimus et annuli nostri impressione sigillari jussimus.

Signum Ludewici Serenissimi Regis. *Engelspero* (sic) *notarius* ad vicem *Diotmari Archicapellani* recognoui. Data VI° Kalendas Octobris Anno incarnationis domini DCCCCIII° Indictione VII° Anno vero IV° regni domni Ludowici regis. Actum apud *Alpase* in dei nomine feliciter. Amen.

Hormayr, Archiv für Süddeutschland II. 217. (In einer Garstner Urkunde vom 5. Februar 1319 werden verkauft drei Güter in der Pfarre Moln im Öbleinstal. S. Urkunde vom 7. December 1005. Juvavia, Anhang 214 und die Tradition der Oda de Olispurch, c. 1160, welche einen Hof am Flusse Cremese vergabt, bei Pez, Thes. III. III. 760.)

XXXVIII.

904. 5. März. Regensburg. — ***K. Ludwig schenkt dem Bischofe Tuto von Regensburg ein kleines Dorf auf der östlichen Seite des Inns bei der Einmündung der Marchlupp in der Grafschaft Isangrind's.***

(Chrismon.) In nomine sanctae et indiuiduae Trinitatis *Hludouuicus* Diuina fauente gratia *rex*. Si locis diuino cultui mancipatis largitatis nostrae beneficentiam exhibuerimus Et oportuna terreni commodi eis impenderimus suffragia, Non solum ad regni diuinitus nobis collati stabilitatem roborandam, verum etiam et aeternae uitae felicitatem promerendam Id nobis liquido credimus profuturum. Ideoque omnibus sanctae dei ecclesiae fidelibus praesentibus scilicet et futuris notum sit, quoniam *Tuto reuerendus sanctae radesponensis ecclesiae praesul* per interuentum *Pabonis* et *meginuuardi comitum*

fideliumque ministerialium nostrorum nostram precatus est clementiam, vt quandam uillulam rebus ecclesiae suae contiguam et oportunam in *australi* scilicet *aeni fluminis* litore prope hostium aquae, quae dicitur *marchluppa*, constitutam ad *portum Malluhhinga* nuncupatum, hoc est In *matahgouue Comitatu Isangrimi*, Quae tiam (etiam) ad *curtem muninga* dictam beneficium uidelicet *Cundboldi comitis* hactenus pertinuit, ad *sanctum emmerammum* donaremus Statimque nos libenti animo congruae illius intercessioni annuentes consentiente cundboldo eiusdem beneficii possessore pariterque cum *Iringo comite* atque *Engilberto* consilium dante pro beati patris nostri *arnolfi* imperatoris animae remedio Nostraeque mercedis incremento Praefatam uillulam in ripa ut supra dictum aeni sitam Cum omni integritate sua, ad cuiuscumque regalis ministri quicquam Inde ministerium pertineret, ad Christi martyrem emmerammum, cuius sacratissimum corpus extra moenia *radesponensis ciuitatis* in propria uenerabiliter humatum est ecclesia, jure perenni delegauimus in proprium Cum curtilibus et aedificiis, Mansis in ipsa uillula habitantibus et mancipiis utriusque sexus, censibus, Campis, agris, pratis, pascuis, siluis, portu et portatico, Aquis aquarumque decursibus, Molinis, Piscationibus, viis et inuiis, exitibus et reditibus, quaesitis et inquirendis, Terris cultis et incultis universisque appenditiis et adjacentiis suis. Jussimus quidem hoc praesens praeceptum nostrum inde conscribi, per quod uolumus et auctoritate nostra firmiter precipimus, ut ipsa concessionis nostrae uillula Nunc et deinceps tempore perpetuo Jure firmissimo sine ullius contradictione personae integriter ad memoratum dei electum pertineat et inrefragabiliter consistat Eo tenore, vt iam fatus honorabilis episcopus eiusque successores ex eadem uillula sicut de ceteris ipsius pii patroni rebus in aeternum habeant potestatem, quicquid uoluerint, faciendi. Et ut haec auctoritas nostra inuiolabilem Christo propitio perenniter obtineat firmitudinem, Manu nostra eam roborantes Anulo nostro Jussimus sigillari.

Signum domni Hludouuici (Monogramma) gloriosi regis

Engilpero notarius ad uicem *Diotmari* recognofecit et ss. (S. N. cum not. tir.) Data III° Martii Anno Incarnationis domini DCCCCIIII° Indictione VII° Anno uero regni pij regis HLUDOUUICI V° Actum *ciuitate regina* in dei nomine feliciter. Amen.

Pez, Thes. I. III. 41. — Lünig, Spicileg. eccles. contin. III. 105. — Liber probat. S. Emmer. 95. Nr. 35. — Ried, Cod. dipl. ratispon. I. 88. Nr. 92. — Mon. boic. XXVIII. I. 136. Nr. 96. ex orig.

XXXIX.

(Circa 906.) — *Festsetzung der Zollsätze für das Ostland, welche unter dem Vorsitze des Markgrafen Aribo zu Raffelstätten verhandelt worden.*

Nouerit omnium fidelium orthodoxorum praesentium scilicet ac futurorum industria, qualiter questio clamorque cunctorum *bawariorum episcoporum*, uidelicet *Abbatum* ac *Comitum* omniumque, *qui in orientales partes iter habebant*, ante *Hlodowicum regem* uenerant dicentes, se iniuste theloneo et iniqua muta constrictos in illis partibus et coarctatos. Ille vero secundum morem antecessorum regum hoc benignis auribus audiens *Arboni marchioni* precepit, quatenus cum iudicibus orientalium, quibus hoc notum fieret, inuestigaret ac iura thelonica modumque thelonii exploraret. Nuncios suos *Theotmarum archiepiscopum, Purchardum patauiensis ecclesie presulem* et *Otacharium Comitem* dedit, ut hoc in suo loco iuste legitimeque corrigerent, Et isti sunt, qui iurauerunt pro theloneo *in comitatu arbonis: Walto uicarius, Durinc uicarius, Gundalperth, amo, Gerpreht, Pazrich, Diotrich, aschrich, arbo, Tunzili, Salacho, Helmwin, Sigimar, Gerolt, ysac, Salaman, Humperht, Item Humperht, Engilschalh, azo, Ortimuott, Ruothoh, Emilo, Item Durinc, Reinolt, Eigil uicarius, Poto, Eigilo, Ellinger, Otlant, Gundpold, Item Gerolt, Otperht, adalhelm, Tento, Buoto, Wolfker, Rantolf, Korperht, Graman, Henno.* Isti et ceteri omnes, *qui in hiis tribus comitatibus nobiles fuerunt*, post peractum iuramentum interrogati ab *Arbone Marchione* in presentia *Theotmari archiepiscopi* et *purchardi presulis patauiensis ecclesie* residente cum eis *Otachario Comite* in ipso placito in loco, qui dicitur *Raffoltestetun*, retulerunt loca thelonio et modum thelonei, qualiter temporibus *Hludouici, Karlomanni* ceterorumque regum iussime exoluebatur. Naues uero, que ab occidentalibus partibus, postquam egresse sint *siluam pataviam* et ad *Rosdorf* uel ubicunque sedere uoluerint et mercatum habere, donent pro theloneo semidragmam; idem scoti, id est si inferius ire uoluerint ad *Lintzam*, de una Naui reddant iij. semimodos, idem iij. scafilos de Sale. De mancipiis uero et ceteris aliis rebus ibi nichil soluant, sed postea licentiam sedendi et mercandi habeant usque ad *siluam Boemicam*, ubicunque uoluerint. Si aliquis de *Bawaris* sal suum ad propriam domum suam transmittere uoluerit, gubernatore nauis hoc adprobante cum iuramento nichil soluant sed securiter

transeant. Si autem liber homo aliquis ipsum legitimum mercatum transierit nichil ibi soluens uel loquens et inde probatus fuerit, tollatur ab eo et nauis et subera. Si autem seruus alienus hoc perpetrauerit, constringatur ibidem, donec dominus eius ueniens dampnum persoluat et postea ei exire liceat. Si autem *Bawari* vel *Sclaui istius patrie* ipsam regionem intrauerint ad emenda uictualia cum mancipiis uel cauallis uel lobis uel ceteris suppellectilibus suis, ubicunque uoluerint in ipsa regione sine theloneo emant, qui (sic) necessaria sunt. Si autem Locum mercati ipsius transire uoluerint, per mediam plateam transeant sine ulla constrictione et in aliis locis ipsius regionis emant sine theloneo, que potuerint. Si eis in ipso mercato magister conplaceat mercari, donent prescriptum theloneum et emant, quicunque uoluerint et quanto melius potuerint. Carre autem Salinarie, que per stratam legitimam *anesim fluuium* transeunt, ad *urulam* tantum unum Scafil plenum exsoluant et nichil amplius exsoluere cogantur, Sed ibi naues, que de *Trungowe* sunt, nichil reddant, sed sine censu transeant. hoc de Bawaris obseruandum est. Sclaui uero, qui de *Rugis* uel de *Baemanis* mercandi causa exeunt, ubicunque iuxta ripam *Danubii* uel ubicunque in *Rotalariis* uel in *Reodariis* loca mercandi optinuerint, de Sagma una de cera duas massiolas, quarum uterque Scoti unum ualeat. De onece (onere) unius hominis massiola una eiusdem precii. Si uero mancipia uel cauallos uendere uoluerit, de una ancilla Tremisam I., de cauallo masculino similiter, De seruo Saigam unam, similes de equa. Bawari uero uel sclaui istius patrie ibi ementes uel uendentes nichil soluere cogantur. Item de nauibus salinariis, postquam siluam . . . . . . transierunt, in nullo loco licentiam habeant emendi uel uendendi uel sedendi, antequam ad *Eperaespurch* perueniant. Ibi de unaqueque Naui legitima idem quum tres homines nauigant, exsoluant de Sale scafil iij. nichilque amplius ex eis exigatur, sed pergant ad *mittarim* uel ubicunque tunc temporis salinarium mercatum fuerit constitum, et ibi similiter persoluant idem iij. scafil de sale nichilque plus et postea liberam ac securam licentiam uendendi et emendi habeant sine ullo banno comitis uel constrictione alicuius persone, sed quantocunque meliori precio uenditor et emptor inter se dare uoluerint res suas, liberam in omnibus habeant licentiam. Si autem transire uoluerint ad *mercatum moravorum*, iuxta estimationem mercationis terre temporis exsoluat solidum unum denarium et licenter transeat, reuertendo autem nichil cogantur ex-

soluere legitimum mercatorem idem iudei et ceteri mercatores indecumque uenerint de ista patria uel de aliis patriis iustum theloneum soluant tam de mancipiis quam de aliis rebus. sicut semper in prioribus temporibus regum fuit.

Oefele, Scrpt. rer. boic. I. 718. — Hormayr, Historisches Taschenbuch für 1813. — Hormayr, Beiträge zur Preisfrage II. 88. — Mon. boic. XXVIII. II. 203. Nr. 4. ex cod. tradit. patav.

XL.

909. 19. Februar. Holzkirchen. — *K. Ludwig schenkt dem Erzbischofe Pilgrim von Salzburg und dem Grafen Arbo die Abbtei Traunsee.*

In nomine sancte et individue Trinitatis. *Loudevvicus* divina favente clemencia rex. Si fidelium nostrorum peticionibus praecipue, quorum devocio erga nos laborare non desinit, consentimus, liquido nobis profuturum fore credimus. Quapropter omnes fideles nostri praesentes scilicet et futuri cognoscant, qualiter nos per interventum fidelium nostrorum *Adaberonis, Salomonis, Dracholfi venerabilium episcoporum* nec non *Chounradi comitis et propinqui nostri* atque *Altmani missi Hattonis Archiepiscopi* seu *deotrici vassi venerabilis Pilgrimi archiepiscopi* cuidam *comiti* nomine *Arbo* quandam *abbaciam* iuris nostri *Trunseo* dictam, quam antea *Alpker et Gundperht Germani* visi sunt habere, sibi et *Pilgrimo archiepiscopo* usque in finem vite utriusque, postea vero pro genitoris nostri nostraque redemptione ad sanctum Petrum sanctumque Roudbertum ad *sanctam Juvavensem sedem* in proprietatem donare decrevimus. Dedimus itaque sibi cum consultu fidelium nostrorum praenominatam abbaciam Trunseo cum monasteriis, edificiis, curtibus, mancipiis utriusque sexus, terris cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, campis, silvis, venacionibus, aquis, piscacionibus, viis et inviis, exitibus et regressibus, molinis, quesitis et inquirendis, mobilibus et inmobilibus cum omni integritate usque in finem vite utriusque in proprietatem Et deinceps ad sanctam Juvavensem sedem perpetualiter in proprietatem, ut, quicunque presul sit praenominate sedis, ex rebus praedicte abbacie potestatem habeat per istud auctoritatis nostre praeceptum, veluti de episcopatu suo eius temporibus cuncta disponere. Et ut hec auctoritas nostra firma permaneat, manu nostra roborantes anulo nostro sigillari iussimus Et quicunque hanc infringat, deo racionem reddat.

Signum domni serenissimi (Monogramma) Loudevvici Regis.

Salomon cancellarius ad vicem *Pilgrimi Archicapellani* recognovi et subscripsi. Data XI.° Kalend. Martii Anno incarnacionis domini DCCCCVIIII.° Indictione XII.ª regnante domno *Loudevvico* Anno X.° Actum *Holzchircha* in domino feliciter. Amen.

Original im k. k. geh. Haus-, Hof- und Staatsarchive zu Wien. — Juvavia, Anhang 121. Nr. 60.

XLI.

940. 13. Juli. Sippenfeld. — *K. Otto I. verleiht dem Marquart, einem Vasallen des Herzogs Berthold, zehn Herrenhuben im Ufgau.*

(Chrismon.) In nomine sanctae et indiuiduae Trinitatis. *Otto* dei gratia *rex*. Nouerit omnium fidelium nostrorum iudustria, Praesentium scilicet et absentium, Qualiter nos per intercessionem fidelis dilectique *ducis nostri perehtoldi* simul et *Kerungi* ac *hiltiboldi comitum* cuidam nobili uassallo suo ac *comiti marchwardo* dicto X. hobas dominicales, quas pridem aurarii insederant in *pago vfgovve in comitatu ejusdem marchwardi* Juxta *riuum fuehtebah* nominatum sitas in proprietatem donauimus Cum curtilibus, agris, pratis, campis, pascuis, siluis, aquis aquarumque decursibus, exitibus et reditibus, quesitis et inquirendis omnibusque iuste legitimeque ad ipsas pertinentibus; iussimus autem hoc praeceptum Inde conscribi, per quod uolumus firmiterque Jubemus, quatenus memoratus marchwart ab hodierna die in futurum tempus de eadem proprietate liberrimam habeat potestatem tenendi, possidendi, donandi, commutandi, uendendi uel quicquid sibi libuerit, exinde faciendi. Et ut haec nostrae largitatis traditio per diuturna tempora firmum stabilemque obtineat uigorem, manu propria nostra eam firmauimus Anulique nostri inpressione caute insigniri praecepimus.

Signum Domni Ottonis (Monogramma) serenissimi regis.

Adalman notarius ad uicem *popponis archicancellarij* recognoui et ss. (S. R. cum notis tir.) Data III.° idus iulij Anno ab incarnatione domini DCCCCXL.° Indictione XIII.ª feria II.ª Anno autem Ottonis piissimi regis IIII.° Actum *sippenvelde* In dei nomine feliciter. Amen.

Mon. boic. XXVIII. I. 176. Nr. 122. ex orig. cum sigill.

XLII.

951. Regensburg. — ***Tauschvertrag des Bischofs Tuto von Regensburg mit Bischof Christian von Passau über die dem Kloster Mondsee gehörigen Güter Ruste und Walkisingen gegen die Pfarre Mondsee und die Waldzehente von Mondsee, Oberwang und Abersee, welche der Bischof von Passau dem Kloster überlässt.***

In nomine sancte et indiuidue trinitatis ego *Tuto Ratisponensis* ecclesie dei gratia episcopus fratribus in Monasterio *Månnse* deo seruientibus in perpetuum. Cum ex officio pastorali omnibus nobis subiectis paternam sollicitudinem debeamus, maxime nobis inuigilandum esse cognoscimus, ut Monasteria deo dicata rebus et honoribus cum quiete et pace amplificentur in domino. Inde est, quod omnibus notum fieri volumus de quodam legitimo concambio, quod factum est inter nos et dominum *Christianum patauiensis* ecclesie uenerabilem episcopum de predijs Monasterij nostri Månnse et de predijs prefate *patauiensis* ecclesie. Factum est autem hoc concambium cum consensu cleri et ministerialium utriusque episcopatus hoc modo, duas uillas iam dicto monasterio nostro *Månnse* proprias *Ruste* et *Walkisingon* tradidimus domno *Christiano* prenominato episcopo et ecclesie sue *patauiensi* in perpetuam possessionem, et e conuerso ipse nostro Monasterio *Månnse* tradidit in perpetuam proprietatem . parrochiam cum decimis tocius foresti *Månnse* cultis et incultis, quesitis et inquirendis et cum decimis foresti *oberwange* et cum decimis foresti *Åbernse* et cum omnibus decimis, ubicumque possessiones prefatum habet Monasterium in episcopatu *patauiensi*. confirmatum est eciam hoc idem concambium inter nos et uenerabilem predictum episcopum Anno ab incarnacione domini d·cccc·lj°. *Ratispone* in curia sollempni ducis *arnolfi* in presencia principum et multorum illustrium uirorum frequencia. Si uero aliquis neglecto tenore iusticie huius pagine nostre auctoritati manu temeraria obuiare presumpserit, sciat se bannum nostrum incurisse, et perpetuo anathematis uinculo multandum, et ut hoc factum noticie futurorum indubitatum esse possit omni tempore, presentem paginam nostro Sigillo muniri iussimus. Testes huius rei sunt *Otacher comes, Engilprecht comes, Eberhart comes, gottj, adalprecht, weriant, dultinc, hunolt, jsirich, gunzo, Azzo, Kerbalt* et alij multi.

Chron. lunael. I. 96. ex lib. cop. sec. XV.

XLIII.

953. 29. November. Aufhausen. — *K. Otto I. bestätigt dem Erzbischofe Herold von Salzburg jene Güter, welche ihm Papst Agapit gegen einen jährlichen Zins übergeben hatte.*

In nomine sancte et individue Trinitatis. *Otto* divina annuente clemencia *rex*. Nos itaque de statu regni nostri regali more, ut iusticie solidamentum augeretur, tractantes loca sacra nostris eciam privilegiis corroborari decrevimus. Quapropter noverit omnium fidelium praesencium scilicet et futurorum industria, quod venerabilis *Juvavensis ecclesie Archiepiscopus Heroldus* nostram adiit regalitatem postulans, ut nostre auctoritatis praecepto confirmaremus quedam loca hiis denotata nominibus: *Wincheringa, Antesina, Wolinpach* cum adiacenciis omnibus et appendiciis, hoc est parscalcis et aliis servis. mansis et silvis, pratis, pascuis, aquis aquarumque decursibus ac molendinis, quesitis et inquirendis, sibi etiam a religioso *Papa* romane sedis *Agapito* proprialiter tradita in hec scilicet verba, ut singulis quibusque in annis tres libras argenti ad altare sancti Petri apostolorum principis rome principaliter constructum detulisset aut transmisisset. Et si hoc forte per negligenciam quadam intestante necessitate aliquo in anno subtraheretur, in sequenti impleretur; si vero in tercio aut in quarto subtractum fuisset, ad prioris dominii statum iam dicta reverterentur loca. Nos autem assecuti eius peticionem hoc praesens iussimus conscribi praeceptum, manu nostra firmavimus et anuli nostri impressione munitum, ne quis succedencium regum vel comitum ullam haberet potestatem suprascriptis in praediis sibi habendi vel in beneficium dandi, sed sub venerabilis archiepiscopi iam dicti eiusque successorum potestate iuxta id, quod supra scriptum est, perpetualiter permanere.

Signum domni invictissimi (Monogramma) Ottonis Regis.

Data III° Kalend. Decembris anno incarnacionis domini DCCCCLIII° Indict. VII° regnante pio rege Ottone anno XVIII° Actum *Ufhusa* in dei nomine feliciter. Amen. *Liutulfus cancellarius* ad vicem antedicti episcopi recognovi et subscripsi.

Original im k. k. geh. Haus-, Hof- und Staatsarchiv zu Wien. — Juvavia, Anhang 179. Nr. 65.

XLIV.

955. 13. December. Regensburg. — *Tuto, Bischof von Regensburg, scheidet die Capelle Zell aus dem Verbande der Pfarre Rurippe und schenkt selbe, mit Gütern begabt, als eine Pfarrkirche zu dem Kloster Mondsee mit Bewilligung des Bischofes Christian von Passau.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. ego *tuto Ratisponensis* Ecclesie episcopus salutari remedio anime mee consulens nec non parentum meorum deuocioni satisfaciens sedi etiam, cui preeram, pastorali dilectione invigilans opus etiam et desiderium eterne beatitudinis amplectens omnibus christiane religionis cultoribus tam futuris quam presentibus notum fieri cupio, qualiter manu traditiua et ad tradendum potestatiua Capellam *celle* in parrochia *Ruripрe* sitam dotali feodo subarratam, cum decimationibus de duodecim hobis quesitis et inquirendis, cum piscatura, agro instaurata, cum fabrica, fabrilibus instrumentis stabilita, cum appendice seruicio super altare Sançti Michahelis et Sançti petri in *Mánnse* ad usus fratrum ibidem deo militantium delegaui. sed ut plenius et salubrius incrementum ceptum opus sortiretur, annuente *Christiano* venerabili patauiensis ecclesie antistiti, presentibus uero eiusdem chori canonicis predictam capellam *celle* iure, quo tenebatur ad parrochiam *Ruripрe*, emancipaui delegans super ecclesiam *Ruripрe* decimaciones, que ḓe sex hobis persoluuntur, eo condicionis . . . ., ut predicta capella celle dignitate plebane ecclesie fungeretur excepto pascali et pentecostali baptismo ab abbate *Mánnsense* spiritali munere procuranda et procuratori per manum eius locanda. Huius rei testes sunt *eckhardus comes, Wilhelmus comes, adalo aduocatus, herideo nobilis homo, Reginhelmus et filius eius Deothelmus, Machelmus, Astrichus, reginolf, Adalger, harthnid, wolfkos, egino.* Si autem aliquis neglecto tenore iusticie huius pagine nostre auctoritati temeraria manu obuiare presumpserit, nisi resipuerit et dignam satisfactionem egerit, sciat se bannum nostrum incurrisse et perpetuo anathematis vinculo multandum, et ut in perpetuum firma et inconuulsa permaneant, paginam presentem Sigilli nostri inpressione insigniri et roborari precepimus. Data *Ratispone* in oratorio Sancti petri multa principum inibi societate jdibus decembris Anno ab incarnacione domini Dcccc.lv. etc.

Chron. lunael. I. 98. ex lib. cop. sec. XV.

XLV.

975. 11. Juni. Erfurt. — *K. Otto II. erneuert dem Bischofe Piligrim von Passau die Schenkung der Abbtei Kremsmünster.*

In nomine sanctae et indiuidue trinitatis. *Otto* diuina clementia *imperator* Augustus. Nouerit omnium fidelium nostrorum tam praesentium quam et futurorum industria, qualiter uenerabilis *Piligrimus sanctae Pataiensis aecclesiae episcopus* obtutibus serenitatis nostrae adtulit quasdam sui Kartas episcopatus, in quibus continebatur, qualiter piae recordationis antecessores nostri *Hludowicus* et *Arnolfus imperatores* quamdam sui iuris *Abbatiam Chremisa* vocitatam ad Patauiensem aecclesiam, quae est in honore sancti Stephani prothomartyris Christi constructa et dedicata, ubi sanctus Valentinus confessor Christi corpore requiescit, iure imperiali donauerint, obsecrans pietatis nostrae munificentiam, ut eas nostre quoque auctoritatis roboratione renouaremus. Idcirco non suae solum seruitutis assiduitate commoniti sed et interuentu fidelium nostrorum *Willigisi* et *Gereonis archiepiscoporum* incitati iustis eius praecibus assensum praebuimus et eandem abbatiam cum omnibus iuste et legaliter pertinentibus ad praefatam aecclesiam sancti Stephani, ubi Piligrimus pontifex praeesse dinoscitur, donamus et imperiali uigore perpetualiter roboramus eo uidelicet tenorę, ut sepedictae aecclesiae rectores eandem iam dictam Abbatiam sine alicuius contradictione atque molestia securiter teneant atque possideant. Et ut haec nostrae donationis et renouationis auctoritas ueriorem firmioremque per cuncta uoluentis mundi curricula optineat uigorem, iussimus hanc cartam conscribi et anuli nostri inpressione sigillatam manu propria subtus firmauimus.

Signum domini Ottonis Imperatoris augusti. (Monogramma.)

Poppo Cancellarius ad uicem *Willigisi archicapellani* recognoui. Datum III° idus Junii anno dominice incarnationis DCCCCLXXV°. Indictione III.ª anno uero regni domni imperatoris Ottonis XIIII°. Imperii autem VIII°. Actum *Erfesfurt* In Christi nomine feliciter. Amen.

Mon. boic. XXXI. I. 223. Nr. 115. ex lib. cop. patav. — Urkundenbuch von Kremsmünster, pag. 26. Nr. 15.

XLVI.

975. 21. Juni. Altstadt. — ***K. Otto II. bestätigt dem Bischofe Piligrim von Passau die Schenkung der Abbtei Kremsmünster.***

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. *Otto* diuina fauente clementia *imperator* Augustus. Si petitiones seruorum dei iustas et rationabiles ad effectum perducimus, hoc nobis procul dubio ad regni nostri statum et ad aeternae beatitudinis praemia capessenda manifeste confidimus. Quapropter comperiat omnium fidelium nostrorum tam praesentium quam et futurorum industria qualiter *Piligrimus sanctae Patauiensis aecclesie presul* uenerandus obtulit serenitatis nostrae obtutibus quasdam sui cartas episcopatus, in quibus continebatur, qualiter piae memoriae antecessores nostri Imperatores quandam *Abbatiam Chremisa* uocitatam ad Patauiensem aecclesiam iure imperiali donauerint, nostram flaggitans munificentiam, ut easdem cartas in nostra nostrorumque fidelium praesentia legi iuberemus. Cuius igitur petitionibus assensum praebentes coram fidelibus nostris eas legi fecimus et interuentu dilecti ac fidelis nostri Willigisi archiepiscopi pium praedecessorum nostrorum morem sequentes praedictam abbatiam cum omnibus ad eam iuste et legaliter pertinentibus, hoc est ecclesiis, decimationibus, cellulis, curtis, agris, uineis, nemoribus, pratis, pascuis, aquis, molendinis, exitibus et reditibus, quaesitis et inquirendis et cum omnibus attinentiis ad iam dictam patauiensem sedem iure imperiali tradimus et traditam confirmamus eo uidelicet tenore, ut eiusdem iam dictae Patauiensis aecclesiae rectores perpetualiter eandem Abbatiam absque alicuius contradictione personae teneant atque possideant. Et ut haec nostrae donationis et renouationis confirmatio pleniorem firmioremque in Christi nomine per cuncta uoluentis mundi curricula obtineat uigorem, iussimus hanc cartam conscribi et sigillo nostro sigillatam manu propria subtus firmauimus.

Signum domini Ottonis imperatoris Augusti. (Monogramma.)

Poppo Cancellarius ad uicem *Willigisi archicapellani* recognoui. Datum XI.° Kalendas (sic) Anno dominice incarnationis DCCCCLXXIIII.° (sic) anno regni domni Ottonis imperatoris XIII.° imperii autem VII.° Indictione III.ª Actum *Altstat* in Christi nomine feliciter. Amen.

Mon. boic. XXXI. I. 225. Nr. 116. ex lib. cop. (Erzbischof Willigis folgte in der Würde eines archicapellanus dem am 13. Jänner 975 verstorbenen archi-

cancellarius Rupert. Diesem und der angegebenen indictio III.ª zu Folge scheint diese Urkunde richtiger zum Jahre 975 eingereiht zu werden.)

XLVII.

976. 22. Juli. Regensburg. — *K. Otto II. ertheilt dem Bischofe und der Kirche von Passau eine Bestätigung aller Immunitäten, Rechte und Besitzungen.*

(Chrismon.) In nomine sanctae et indiuiduae Trinitatis. *Otto* diuina fauente clementia *Imperator* Augustus. constat nos diuina donante gratia ceteris mortalibus supereminere. Unde oportet, ut, cuius precellimus munere, eius studeamus modis omnibus parere voluntati. Quapropter conperiat omnium fidelium nostrorum praesentium scilicet et futurorum industria, quia vir venerabilis *piligrimus sanctae patauiensis aecclesiae episcopus* optulit nobis auctoritates inmunitatum piae recordationis *Imperatorum Karoli* atque *hludouuici* nec non domni et genitoris nostri *ottonis* piissimi imperatoris, in quibus continebatur insertum, qualiter ipsi praedictam sedem, quae est constructa in honore sancti Stephani protomartyris christi, vbi etiam beatissimus confessor christi valentinus corpore requiescit, cum pertinentibus monasteriis, id est *cella sancti floriani* martiris atque *treisma* ad monasterium *sancti ypoliti* nec non *Crhemisa,* quae est in *honore sancti saluatoris* fundata et consecrata, cum reliquis cellulis sibi subjectis et rebus uel hominibus ad se pertinentibus uel aspicientibus sub inmunitatis suae defensione consistere fecerant et confirmauerant, ut quicquid ex liberalitate regum reginarumque, ducum vel caeterorum fidelium eidem sedi collatum fuerat, perpetuo in eius dicione consisteret. Ob firmitatis namque studium petiit excellentiam nostram praedictus praesul, ut morem parentum sequentes eandem sedem cum omnibus sibi subiectis simili modo sub nostra constitueremus defensione et inmunitatis tuitione. Cuius precibus ob amorem dei et reverentiam ipsius sanctae sedis assensum prebuimus et hanc nostrae auctoritatis inmunitatem firmitatis gratia erga ipsum sanctum locum fieri decreuimus, per quam precipimus atque iubemus, ut, sicut a praedictis piis principibus constat eandem sedem sub eorum inmunitate hactenus consistere, Ita deinceps sub nostra permaneat defensione et quicquid eidem aecclesiae retro actis temporibus collatum fuerat et modernis conferuntur

uel quae deinceps collata fuerint, per hanc auctoritatem nostram absque alicuius contrarietate teneat atque possideat et nullus iudex publicus vel quilibet superioris vel inferioris ordinis reipublicae procurator in monasteria, cellulas, aeclesias, loca vel agros seu reliquas possessiones memoratae aecclesiae, quas moderno tempore iuste et legaliter possidere videtur uel quae deinceps in iure ipsius sancti loci voluerit diuina pietas augere, ad causas iudiciario more audiendas uel freda aut tributa exigenda aut mansiones vel paratas faciendas aut fideiussores tollendos seu homines ipsius aecclesiae tam ingenuos quam et seruos super terram ipsius commanentes injuste distringendos nec ullas redibitiones aut illicitas occasiones requirendas ullo umquam tempore ingredi audeat uel ea, quae memorata sunt, penitus exigere praesumat sed liceat memorato praesuli suisque successoribus cum omnibus sibi subiectis et rebus vel hominibus ad se aspicientibus sub inmunitatis nostrae defensione quieto ordine possidere Et quicquid de rebus aecclesiae praedictae ius fisci nostri exigere poterat, totum in luminaribus ipsius aecclesiae et stipendiis pauperum seruorumque dei ibidem deo famulantium concessimus, ut in perpetuum illic proficiat in augmentum, quatenus eiusdem sedis episcopi una cum clero et populo sibi commisso pro nobis et stabilitate regni nostri domini misericordiam adtentius exorare valeant. Et ut haec inmunitatis et donationis nostrae auctoritas plenissimam in christi nomine per cuncta voluentis mundi currica (curricula) obtineat stabilitatis firmitudinem, manu propria subter firmauimus et anuli nostri inpressione iussimus insigniri.

Signum Domni Ottonis (Monogramma) inuictissimi Imperatoris augusti.

Egbertus cancellarius ad uicem *Uilligisi archicapellani* notaui. (S. R.) Data XI.° Kal. aug. Anno dominicae incarnat. DCCCCLXXVI.° Indictione IIII.ª Anno vero regni domni ottonis piissimi Imperatoris XV.° Imperii autem VIIII.° Actum *radasbonae* in christi nomine feliciter. Amen.

Hund, Metrop. I. (München) 358. (Regensburg) 239. — Lünig, Reichs-Archiv XVII. 765. — Hansiz, Germ. Sacr. I. 220. — Buchinger, loc. cit. II. 493. — Mon. boic. XXVIII. I. 216. Nr. 147. ex orig. cum sigill.

XLVIII.

977. 5. October. Regensburg. — *K. Otto II. schenkt der Kirche Lorch das Prädium Ensburg im Traungau und 10 königliche Huben zu Lorch.*

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. *Otto* diuina fauente clementia *imperator* Augustus. Nouerit omnium fidelium nostrorum praesentium scilicet et futurorum industria, qualiter solidum et inmarcescibile bonum nobis fore credimus, si de transitoriis diuinitus nobis collati regni commodis et pauperum in calamitatibus et sanctarum Christi aecclesiarum necessitatibus regia munificentia succuramus. Quapropter lamentabili miseratione perculsi super infortunio et iactura depraedationis rerum aecclesiasticarum episcopii uenerabilis atque nobis dilectissimi *Piligrimi pontificis*, cuius sanctae *Patauiensis aecclesiae* urbem et parrochiam exorta regni perturbatione incursu hostili invasam et non solum ab inimicis omnino deuastatam, uerum etiam deo propitio de illis nobis uictoriam concedente recidiuo consulentes periculo ciuitatem praefatam condolemus funditus nostra iussione destructam. Vnde ergo siquid est, quod aut dictante regali districtione uel cogente irritae pacis suspicione lesionem aliquam jam dicta ciuitas nostro molimine pertulit aut parrochia, nosmet ipsos a dei omnipotentis sanctorumque reatu et offensa absoluere satagentes tam desiderio remunerationis uite aeternae succensi quam etiam carissimi *fratruelis nostri Ottonis* scilicet *ducis Bauvariorum* et illustris *Livpoldi marchionis* interuentu precibusque sollicitati quoddam praedium iuris nostri *Anesipurch* nominatum, quod quondam uenerandae recordationis *Adalbertus sanctae Patauiensis aecclesiae antistes* ex massa *sancte Lauriacensis aecclesiae* patrimonii Heinrico duci piae memoriae patruo quoque nostro tradidit in concambium in pago Trungowe in ripa *Anesi fluminis in Comitatu Livpoldi* eidem sanctae Lauriacensi aecclesiae, quae in honore sancti Stephani sanctique Laurentii martyrum foris murum constructa est, quam primae sedis antiquitus praesulatum fore nouimus, id ipsum regali atque imperiali auctoritate reddimus omnique integritate sui in proprium praefatis sanctis perpetualiter tenendum ea tradimus conditione ut a iam dicto Heinrico econtra uicario uilla donata, quae dicitur *Vfhusa*, nihilominus una in proprium aeternaliter permaneat, insuper etiam decem regales hobas ab occidentali ripa praedicti Anesi fluminis, hoc est in uico uisci (fisci) nostri Loracho nuncupato et ubi sanctae

Lauriacensi aecclesiae propinquius mensurari possit praefata quantitas hobarum cultae et arabilis terrae cum omni iure et lege concedimus, hoc est mancipiis, cum quibus possessae erant tempore ducatus Heinrici iunioris, omnique usu, quo illi seruiebant uel quae sunt inde oriunda utriusque sexus, et aecclesiis, decimationibus, curtibus, siluis, pratis, pascuis, aquis aquarumque decursibus, molendinis, piscationibus, mobilibus et inmobilibus, quaesitis et inquirendis omniaque pertinentia ad iam dicta donamus et in potestatem sanctae Lauriacensis aecclesiae perpetuo transfundimus. Presertim sicut priscis temporibus sancta Lauriacensis aecclesia, quae foris murum in honore sancti Stephani sanctique Laurentii martyrum constructa et dedicata est, ante discidium et desolationem regni Bauvariorum mater aecclesia et episcopalis cathedra fuit, ita deinceps pristino honore ac dignitate canonica auctoritate perfruatur. Quam etiam praesenti praecepto nostro renouamus atque roboramus et iam sepedictae Sanctae Lauriacensi sedi uenerabilem Piligrimum reintronizamus antistitem, quatinus amodo tam ipse quam omnes sui Successores Lauriacenses fiant et nominentur pontifices. Quicunque autem nostrae donationis (et) traditionis paginam mutauerit uel quicquam de praescriptis alienare de causa (casa) dei praesumpserit, primum dei omnipotentis sanctorumque martyrum Stephani atque Laurentii iram incurrat et tamen nihilominus nostrae liberalitatis indulta donatio rata et inuiolabilis permaneat.

Signum domini Ottonis inuictissimi cesaris. (Monogramma.)

Gerpertus Cancellarius ad uicem *Willigisi archicapellani* notaui. Data IIII.° Nonas Octobris anno domini DCCCCLXXVII.° indictione VI.° Regnante piissimo imperatore Augusto Ottone anno XVII.° actum *in ciuitate Ratisbonensi* In Christi nomine. amen.

Wiener Jahrbücher XL. Anzeigeblatt 13. — Mon. boic. XXXI. I. 232. Nr. 120. ex lib. cop.

XLIX.

977. 5. October. Eidrateshusa. — *K. Otto II. schenkt der Kirche Lorch das Prädium Ensburg im Traungau und zehn königliche Huben zu Lorch.*

(Chrismon.) In Nomine sanctae et indiuiduae Trinitatis *Otto* diuina fauente clementia *imperator* augustus. Notum sit omnibus sanctae Dei aecclesiae fidelibus nostrisque, presentibus scilicet et futuris, qualiter uenerabilis sanctae *pataviensis aecclesiae antistes*

piligrimus nostrae celsitudinis pietatem querulosa reclamatione adiit pro diocesis suae locis in perturbatione *bauuarorum* regni tam perniciosa *scalauorum* (sclavorum) inuasione quam aliorum inimicorum damnosa insectatione miserabiliter desolatis, quatenus nos aecclesiae suae huiusmodi dispendio laesae atque adnullatae aliquod leuamen imperiali nostra munificentia impendere curaremus. Cuius itaque miserandis moti querelis praecipue, quia et nos barroechiae suae licet necessitate impulsi tum in destructione urbis patauiae tum etiam in exercitus nostri morosa sustentatione grauem intulimus iacturam, pro diuino timore et aeternae retributionis indubia spe ac insuper amantissimi fratruelis nostri *Ottonis ducis* nec non spectabilis *liutbaldi marchionis* petitionibus inducti quoddam nostrae potestatis *praedium Anesapurch* nuncupatum in *pago trungouue* in ripa *anesi fluminis in comitatu liutbaldi* cum omnibus suis pertinentiis, sicut piae recordationis noster patruus *Heinricus* et beatae memoriae *episcopo Adalberto* in concambium recepit, *Sanctae Lauriacensi aecclesiae*, quae in honore sancti Stephani sanctique laurentii martyrum foris murum aedificata est, ubi antiquis etiam temporibus prima sedes episcopalis habebatur, imperiali auctoritate in proprium tradimus atque concedimus, Quin etiam decem regales hobas ab occidentali ripa praedicti *fluminis Anesi* in quadam nostri juris uilla nomine *Loracho* cum mancipiis utriusque sexus, quibus erant possessae, et cum omni integritate, exitibus quippe, reditibus, aecclesiis, decimationibus, curtibus, siluis, pratis, pascuis, aquis aquarumque decursibus, molendinis, piscationibus, mobilibus et inmobilibus, quaesitis et inquirendis in jus sanctae patauiensis aecclesiae absque omnium contradictione firmiter tenendum ac possidendum regia atque imperiali majestate transfundimus atque donamus. Et ut haec nostrae liberalitatis traditio firma et inconuulsa permaneat, hanc cartam conscribi et anuli nostri impressione jussimus insigniri.

Signum Domni Ottonis inuictissimi imperatoris. (Monogramma.)

Gerbertus Cancellarius ad uicem *uilligisi archicappellani* notaui. Data III^o^ Non. octobris Anno dominicae Incarnat. DCCCCLXXVII^o^ Indict. VI^a^ Regnante piissimo imperatore augusto Ottone anno XVII^o^ Imperii autem X^o^ Actum *Eidrateshusa* in christi nomine feliciter. amen.

Wiener Jahrbücher XL. Anzeigeblatt 11. — Mon. boic. XXVIII. I. 221. Nr. 149. ex orig. c. sigill.

L.

993. 27. Jänner. Trotmannia. — *K. Otto III. bestätigt dem Bischofe Christian von Passau nebst allen Besitzungen auch die der Abbtei Kremsmünster. Mattsee etc.*

(Chrismon.) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. *Otto* diuina fauente Clementia *rex*. Quia respicit ad regium ius pro diuino amore aecclesias dei exaltare et confirmare, ideo omnibus fidelibus nostris praesentibus scilicet atque futuris notum esse uolumus, quomodo uir uenerabilis *Christianus patauiensis aecclesiae episcopus* ad nos uenit rogans et petens, ut omnia a regibus uel imperatoribus aut ab aliis religiosis uiris uel feminis eidem aecclesiae tradita nostrae auctoritatis donatione confirmaremus, sicut antecessores nostri reges et imperatores fecerunt. Cuius iustae peticioni pro animae nostrae remedio pium assensum praebentes omnes curtes, abbacias, aecclesias, uicos et uillas et alia praedia cum suis pertinentiis ab aliquibus personis maioribus uel minoribus pro mercede aeternae retributionis praefatae aecclesiae tradita hac nostrae praeceptionis auctoritate nouiter eidem aecclesiae donamus atque confirmamus Et insuper nominatiue abbaciam, quae dícitur *Chremisemuntstiuri*, cum suis omnibus pertinentiis, curtibus, uicis et uillis, aecclesiis et aliis utensilibus illuc rite pertinentibus in mancipiis utriusque sexus, areis, aedificiis, terris cultis et incultis, agris, pratis, campis, pascuis, siluis, uenationibus, aquis aquarumue decursibus, piscationibus, molendinis, uiis et inuiis, exitibus et reditibus, quaesitis et inquirendis cunctisque aliis appendiciis, quae dici possunt, *Capellam* quoque *Otinga* nominatam cum omnibus rebus ad eam rite aspicientibus, *abbaciam Matahse* et *curtem Riuti* cum aliis curtibus et pertinentiis, quae aliquo modo nominari possunt, similiter nostrae auctoritatis donatiuo hoc nouo ad iam dictam patauiensem sanctam aecclesia (sic) sub sua prouisorumque ejus potestate perpetualiter habenda corroboramus. Et ut haec nostrae donationis confirmatio praesenti ac futuro tempore firma consistat, hoc praeceptum inde conscriptum nostroque sigillo signatum manu propria corroborauimus.

Signum domni Ottonis (Monogramma) gloriosissimi regis.

Hildibaldus episcopus et cancellarius uice *Willigisi archiepiscopi* recognoui. Data VI°. Kal. Febr. Anno dominicae incarnationis

DCCCCXCIII. indictione VI. Anno autem tercii Ottonis regnantis decimo. Actum *Trotmannie.*

Hund, Metrop. I. (München) 362. (Regensburg) 241. — Lünig, Reichs-Archiv XVII. 769. — Hansiz, Germ. sacr. I. 232. — Mon. boic. XXVIII. I. 249. Nr. 165. ex orig. c. sigillo.

LI.

Circa 993. — *Vertrag zwischen dem Bischofe Christian von Passau und dem Grafen Arnolf wegen eines streitigen Waldes.*

In christi nomine. Nouerint omnes christi fideles presentes et futuri, qualiter *christianus* episcopus et comes *arnolf* lites, quibus actenus inuicem erga nemus discordabant, conposuerunt. Abnuit ergo se predictus episcopus in loco, qui dicitur *steinuelda,* duarum hobarum contra comitem a(rnolfum). E contra prefatus comes concessit episcopo et seruis, qui habitant *pettinpah,* a uia, que dicitur *hiparslippa* usque ad illum locum, qui dicitur *scarta,* totum usum exceptis feris et euulsionibus, liberi quoque tributum persoluerent. Et huius scahhi se abrenuntiauit, qui est inferius *scarta* usque in pulblicam (sic) uiam, quę pergit de *pettinpah* usque ad *egininstein,* quocumque modo libitum esset vtendum feris exceptis. Et abnuit se illius *scahhi* de profundissimo angulo contra *egininstein*, qui attinet in siluam in parte alpana, uti rectissime potest adiri in campum, qui uocatur *zizanasheim*, seruis vtendum sine tributo feris exceptis et euulsione, liberi quoque censum persoluerent. E regione abnuit se episcopus contra comitem A. illius cellę, quę est inferius *zizanasheim,* quę nuncupatur *stochheim.* Iterum e contra abrenuntiauit se comes A. contra episcopum et monasterium illius siluę a capite recti *sippinpahchi*, uti rectissime potest adiri in *chremisam* et ut ipse predictus riuus oriente defluit ex silua, quocumque modo libitum esset utendum feris exceptis, euellendum a finibus agrorum, quantum uellent, eo tamen tenore, quod nullus imponatur domos aedificandas. Et abnuit se longitudinis inter *sippinpah* et *liupilinpah* ab initiis agrorum et transuerso contra nemus longitudine decem iurnalium feris exceptis et euulsione, seruis utendum absque tributo, liberi quoque censum persoluerent. Et abnuit se nouellarum, quę in nemus factę fuissent et quę illo die arabiles et fenibiles essent. Et terciam partem foeni in superiori *harda* Eo pacto, ut hęc coadunatio ita perageretur. Et sine hac conpactione ultro ad *alpanase* nauim con-

cessit vnam. Huius rei testes sunt: *Ratpoht, Eigil, Altman, Megingoz, Aribo,* Iterum *Aribo, Reginolt, Reginhart, Hettilo, Porn, Wolfkanc, Lanzo, UVitigowo, Pezili, Wizilin, Ozi, Ernust, Mazili,* Iterum *Mazili, Eginolf, Ratpoto, Nanzo, Helmpreht, UVolfger, Gumpo, Eggirih, Mazili, Gumpo, Erimpreht, Rantolf, Guntheri, Rihheri, Adelger, Gerhoh, Jepo, Kepo, Aribo.*

Aus einer auf der Rückseite der Original-Urkunde K. Heinrich's IV. für Lambach ddo. 18. Februar 1061 befindlichen Abschrift dieser Urkunde von einer Hand aus dem Anfange des XII. Jahrhunderts. — Pachmeier, pag. 36 und 870. — Kurz, Beiträge II. 433. — Hormayr, Archiv 1815. pag. 497. — Urkundenbuch von Kremsmünster, pag. 27. Nr. 18. ex Cod. Frideric. sec. XIII—XIV.

LII.

995—1012. Sine loco. — *Aufforderung des Abbtes Gotthart von Tegernsee an den von Mondsee, sich bei dem Bischofe Christian von Passau einzustellen.*

Abbas G. vester in omnibus confrater devotissimus A. Lunilacensium Abbati multiplicissimas in Domino salutes. In omnibus vos prosperari nostri scitote esse gaudimonii et si aliter, in his libenter compatimur similiter. Proximo Apostolorum natalitio interfuimus sollemni Missarum officio Pontificis (Pataviensis) Christiani, quamvis nobis summo studio renitentibus; episcopaliter tamen vocavit vos et hoc firmiter definivit, nisi intra quatuordecim noctes ad se veniatis, vos excommunicandum. Quapropter consiliamur vobis, ut cum licentia Episcopi vestri G. (ebehardi Ratisbonensis) ad illum veniatis et vos ipse præsentialiter audiatis, qualiter eventus hujus rei habeatur. Si aliquid indigebitis ad id causam negotii, parati sumus qualitercumque vultis vobis suffragari. Vale.

Mabillon, Vetera Analecta (Parisiis 1723) 454. (Bis 31. October 994 war der heilige Wolfgang Bischof von Regensburg. Christian lebte als Bischof von Passau von 991 — 1012. Das Chron. lunaelac. führt um diese Zeit übrigens keinen Abbt an, dessen Name mit A beginnt.)

LIII.

1002. 18. Juli. Kirchberg. — *K. Heinrich II. schenkt dem am Gestade des Flusses Ipf erbauten Kloster St. Florian eine daselbst gelegene Hube.*

(Chrismon.) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Heinricus diuina fauente clementia rex. Notum sit omnibus fidelibus nostris presentibus scilicet et futuris, qualiter nos per interuentum dilecte

coniugis nostre Cunigunde pro remedio animae nostrae uel parentum et antecessorum nostrorum memoria cuidam monasterio *sancti floriani* martiris iuxta ripam fluminis, quod dicitur *Ippha*, constructo quandam nostrae proprietatis hobam prope eandem ripam sitam dono contulimus et insuper quicquid fratribus ibidem deo famulantibus olim pro beneficio concessimus cum omnibus eidem predio iuste et legaliter pertinentibus mobilibus et immobilibus, areis, aedificiis, agris, terris cultis et incultis, pratis, pascuis siue compascuis, siluis, uenationibus, aquis aquarumque decursibus, piscationibus, molendinis, portu et portatico, uiis et inuiis, exitibus et reditibus, quęsitis et inquirendis ac cęteris, quę quolibet modo uocari possunt, utensilibus et appendiciis eo tenore, quatinus predicti fratres suam tantum et monasterii inopiam inde aliquatenus releuent et pro nobis deum et sanctum florianum attentius exorent. Et ut haec nostrae traditionis (confirmatio?) stabilis et inconuulsa permaneat, hanc precepti paginam conscriptam manu propria roborantes sigilli nostri inpressione signari iussimus.

Signum domni Heinrici (Monogramma) regis inuictissimi.

egilbertus cancellarius uice *uuilligisi archi-capellani* recognoui. Data XIII° Kalendas augusti. Anno dominice incarnationis M°II°. Indictione XV° Anno uero domni Heinrici regis I° Actum *Kirichberge.*

Orig. im Archive des Stiftes St. Florian mit aufgedrucktem Siegel; Umschrift: † HEINRICHVS·DEI·GRATIA·REX. — Kurz, Beiträge III. 256.

LIV.

1005. 7. December. Merseburg. — *K. Heinrich II. schenkt dem Erzbisthume Salzburg sein Erbgut Schlierbach im Gaue Ouliupestal.*

(Chrismon.) In nomine sancte et individue Trinitatis. *Heinricus* divina favente clemencia *rex.* Si de terrestrium rerum facultatibus nobis divinitus collatis ecclesias dei locupletare sub obtentu future remuneracionis studuerimus, decursu huius vite agone bravio indeficienti nos coronari non diffidimus. Quapropter generaliter omnium pateat industrie, qualiter nos interveniente dilecta coniuge nostra *Chunegunda* videlicet *regina* quoddam nostri iuris predium *Slierbach* dictum *in comitatu Rapotonis* situm, in pago vero *Ouliupestale Juvavensi ecclesie*, ubi sanctus Roudbertus corporaliter requiescit. pro redemptione anime nostre dilecteque coniugis per hoc regale testamentum donando firmamus cum omnibus appendiciis et utilita-

tibus eidem predio adiacentibus, cum familia utriusque sexus, cum areis, edificiis, terris, cultis et incultis, viis, inviis, exitibus et reditibus, aquis aquarumve decursibus, molendinis, piscacionibus, silvis, venacionibus, pratis, pascuis, compascuis sive apium pascuis nec non cum omnibus, que dici vel scribi possunt, quoquolibet modo utilitatibus. Praecipientes ergo regali auctoritate iubemus, quatenus Juvavensis ecclesie venerabilis *archiepiscopus Hartvvicus* suique successores liberam dehinc habeant potestatem possidendi, edificandi, commutandi, praecariandi seu quicquid ibi libeat omnimodo ad utilitatem monasterii de eodem predio faciendi. Et ut hec nostre tradicionis auctoritas stabilis et inconvulsa permaneat, hanc cartam inde conscriptam manu propria roborantes. sigilli nostri impressione insigniri iussimus.

Signum domni Heinrici (Monogramma) Regis invictissimi.

Eberhardus cancellarius vice *Willigisi archicapellani* recognoui et subscripsi. Data VII° Idus Decembris Indictione III° Anno dominice incarnacionis Millesimo V° Anno vero domni Heinrici secundi regnantis V° Actum *Merseburch* feliciter. Amen.

Original im k. k. geh. Haus-, Hof- und Staatsarchive zu Wien. — Juvavia, Anhang 214. Nr. 84.

LV.

1007. 1. November. Frankfurt. — *K. Heinrich II. schenkt dem von ihm gestifteten Bisthume Bamberg den Ort Matichhofen im Matichgaue.*

(Chrismon.) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. *Heinricus* diuina clementia preordinante *rex*. Saluberrimus (saluberrimis) igitur sacri eloquii institutionibus erudimur et admonemur, Ut temporalia relinquentes bona et terrena postponentes commoda aeterna et sinae (sine) fine mansura in celis studeamus adipisci consistoria. Quapropter nos dominicis non surdum auditum praebentes praeceptis et deificis obtemperando intendentes suasionibus quendam nostrae paternae hereditatis locum *Babinberc* dictum in sedem et culmen episcopatus sublimando proueximus et romana auctoritate atque venerabilis *Heinrici vuirciburgensis episcopi* consensu ac pari communique omnium nostri fidelium tam archiepiscoporum quam episcoporum abbatumque nec non ducum et comitum consultu decretoque in honorem santae dei Genitricis Mariae sanctorumque apostolorum Petri et pauli nec non martirum kyliani atque Georii stabiliuimus et corroborauimus, ut et inibi nostrum parentumque nostrorum celebre habe-

retur memoriale et iugis pro omnibus ortodoxis hostia mactaretur salutaris; proinde nouerit omnium nostri fidelium tam praesens etas quam et successura posteritas, quia nos nostrae quendam proprietatis locum *Matughof* dictum in *pago Matuggouuue* et in *comitatu Gebehardi comitis* situm ad eandem supradictam episcopalem sedem Babenberc dictam vna cum omnibus eius pertinentiis siue adherentiis, videlicet vicis, villis, aecclesiis, seruis et ancillis, areis, aedificiis, terris cultis et incultis, uiis, inuiis, exitibus et reditibus, quaesitis uel inquirendis, siluis, forestibus, saginis, venationibus, aquis, piscationibus, molis, molendinis, rebus mobilibus et inmobilibus ac ceteris omnibus, quae rite scribi uel appellari possunt, quoquolibet modo utilitatibus hac nostrae auctoritatis praeceptali pagina, prout firmius possumus, donamus atque proprietamus omnium contradictione remota Precipientes igitur, ut in deo dilectus nobis sepe dictae sedis *Eberhardus episcopus* liberam dehinc habeat potestatem suique successores eundem locum Matughof dictum cum omnibus appenditiis suis tenendi, possidendi seu quicquid sibi libeat modis omnibus in usum episcopatus inde faciendi. Siquis igitur, quod absit, huius nostre donationis munificentiam destruere siue uiolare, (?) conscriptam manu propria roborantes sigilli nostri inpressione insigniri iussimus.

Signum Domni Heinrici (Monogramma) regis inuictissimi.

Eberhardus Cancellarius uice *uuilligisi archicapellani* recognoui. Data Kalendis Nouembris indictione V.ª anno dominicae incarnationis M.ºVII.º anno uero domni Heinrici secundi regnantis VI.º actum *Frankonofurt* feliciter. amen.

Mon. boic. XXVIII. II. 369. Nr. 236. aus dem Originale mit aufgedrucktem Siegel im k. bairischen Reichsarchive.

LVI.

1007. 1. November. Frankfurt. — *K. Heinrich II. schenkt dem von ihm gestifteten Bisthume Bamberg den Aterhof im Atergau, in der Grafschaft des Grafen Gebehard.*

(Chrismon.) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. *Heinricus* diuina fauente clementia *rex*. Saluberrimis igitur sacri eloquii institutionibus erudimur et admonemur, ut temporalia relinquentes bona et terrena postponentes commoda aeterna et sine fine mansura in celis studeamus adipisci consistoria. Quapropter nos dominicis non surdum auditum prebentes preceptis et deificis obtemperando

intendentes suasionibus quendam nostrae paternae hereditatis locum *Babenberc* dictum in sedem et culmen episcopatus sublimando proueximus et romana auctoritate atque venerabilis *Heinrici vvirciburgensis episcopi* consensu ac pari communique omnium nostri fidelium tam archiepiscoporum quam episcoporum abbatumque nec non ducum, comitum consultu decretoque in honorem sanctae dei genitricis Mariae Sanctorumque apostolorum Petri et Pauli necnon Martirum Kiliani atque Georii stabiliuimus et corroborauimus, ut et inibi nostrum parentumque nostrorum celebre haberetur memoriale et jugis pro omnibus ortodoxis hostia mactaretur salutaris. Proinde nouerit omnium nostri fidelium tam presens etas quam et successura posteritas, quia nos nostrae proprietatis quendam locum *Aterahof* dictum in *pago Ateragowi* et in *comitatu Gebehardi comitis* situm ad eandem episcopalem sedem Babenberc dictam vna cum omnibus eius pertinentiis siue adherentiis, videlicet vicis, villis, aecclesiis, seruis et ancillis, areis, aedificiis, terris cultis et incultis, uiis, inuiis, exitibus et reditibus, quaesitis uel inquirendis, siluis, forestibus, saginis, venationibus, aquis, piscationibus, molis, molendinis, rebus mobilibus et inmobilibus ac ceteris rebus omnibus, quae rite dici uel scribi possunt, utilitatibus hac nostrae auctoritatis preceptali pagina, prout firmissime possumus, donamus atque proprietamus omnium contradictione remota. Precipientes igitur, ut nobis in deo dilectus sepe dictae sedis *Eberhardus episcopus* liberam dehinc habeat potestatem ac sui successores eundem praescriptum locum Aterahof dictum cum omnibus appendiciis suis tenendi, possidendi seu quicquid sibi libeat, modis omnibus in usum episcopatus inde faciendi. Siquis igitur, quod absit, huius nostrae donationis munificentiam destruere siue violare praesumet, in nouissimo die coram oculis dei inextinguibili tormento luat. Quod ne fiat sed haec traditio nostra ab omnibus incorrupta permaneat, hanc cartam inde conscriptam manu propria roborantes sigilli nostri inpressione insigniri iussimus.

Signum Domni Heinrici (Monogramma) regis Inuictissimi.

Eberhardus Cancellarius uice *uuilligisi Archicapellani* recognoui. Data Kalendis Novembris indictione V.ª anno dominicae incarnationis M°VII° Anno uero domni Heinrici secundi regnantis VI° actum *Frankonofurt* feliciter. amen.

Mon. boic. XXVIII. II. 371. Nr. 237. aus dem Originale mit aufgedrucktem Siegel im k. bairischen Reichsarchive.

LVII.

1010. 28. April. Regensburg. — *K. Heinrich II. schenkt dem Kloster Niedernburg zu Passau einen Theil des Nordwaldes zwischen der Ilz und Rotel in der Grafschaft des Grafen Adalbero.*

(Chrismon.) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. *Heinricus* diuina fauente clementia *Rex*. Siquid nos aecclesias dei uel in eisdem seruientes de nostris ditare studuerimus, procul dubio inmarcescibile premium in futuro capescere credimus. Qua de re cunctis fidelibus nostris presentibus scilicet atque futuris notum esse uolumus, qualiter nos aeternae uitae desiderio inflammati tam pro remedio animae nostrae quam parentum nostrorum necnon et interuentu dilectae contectalis nostrae *Chunigundae* et fideli rogatu dilectissimi *ducis Hezelini* et deuoto obsequio *Eilikae* eidem aecclesiae sanctae dei genitricis Mariae, cui ipsa praeesse uidetur, in usum sanctimonialium inibi deo famulantium portionem siluae, quae uocatur *Nortuualt*, *in comitatu Adalberonis* in longitudine a fonte fluminis, quod dicitur *Ilzisa*, sursum usque ad terminum predictae silvae, qui separat duas terras *Baioariam* videlicet et *Boemiam*, et ita usque ad fontem fluuíi, qui dicitur *Rotala*, In latitudine uero per decursus eorundem fluminum scilicet Ilzisae et Rotilae usque in fluuium *danubii*, quicquid eiusdem siluae his finibus inclusum est, per hanc regalis praecepti nostri paginam concedimus atque largimur cum omnibus appendiciis ad eosdem terminos pertinentibus, areis, aedificiis, terris cultis et incultis et pratis, pascuis, aquis aquarumue decursibus, molendinis, piscationibus, uenationibus, siluis exstirpatis uel adhuc stirpandis seu cum omnibus, quae dici vel nominari possunt, vtensilibus Et de nostro iure ac dominio in eius ius ac dominium omnino transfundimus ea quippe ratione, ut predicta abbatissa suique successores exinde liberam habeant potestatem tenendi, commuttandi vel quicquid eis in usum praedictarum sororum agere libuerit. Et ut haec nostrae donationis auctoritas omnium hominum contradictione remota stabilis et firma constet, hanc cartam ex nostra iussione conscriptam ac firmatam propria manu signauimus. Siquis autem, quod absit, hanc tradicionem uiolare aut minuere praesumat, aeternas paenas cum iuda traditore luat.

Signum domni Heinrici (Monogramma) regis inuictissimi.

Guntherius cancellarius uice *Uuilligisi archicappellani* recognoui. Data IIII° Kal. Maii Indictione VIII° Anno dominicae incarna-

tionis Millesimo X.° Anno uero domni Heinrici secundi regnantis VIII.° Actum *Regenesburc*.

Buchinger, Geschichte von Passau II. 498. — Mon. boic. XXVIII. II. 421. Nr. 266. aus dem Originale mit Siegelrest im k. bairischen Reichsarchive.

LVIII.

1014. 21. Juni. Regensburg. — *K. Heinrich II. schenkt dem Bisthume Bamberg einige Orte im Matichgau, welche Graf Gebhart zu Lehen trug.*

(Chrismon.) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. *Heinricus* diuina fauente clementia *romanorum Imperator* Augustus. Nouerit omnium fidelium nostrorum tam praesens aetas quam et successura posteritas, qualiter nos quendam nostrae paternae hereditatis locum *Babenberc* dictum in sedem et culmen episcopatus sublimando proueximus, quaedam nostrae proprietatis loca, que *Gebehardus comes* in beneficium habuit, *In comitatu Piligrimi* et *in pago Matihgowe* sita ad eundem comitatvm pertinentia excepto vno praeconali manso, quod nos *scherinhoba* vocamus, cum omnibus eorum pertinentiis siue adherentiis, rebus mobilibus et inmobilibus Ac ceteris omnibus, quae rite scribi uel appellari possunt quoquolibet modo utilitatibus hac nostrae Auctoritatis praeceptali pagina Ad eundem supradictum locum Babenberc, prout firmius possumus, donamus atque proprietamus omni contradictione remota, Praecipientes igitur, ut in deo dilectus *episcopus eberhardus* atque successores sui liberam dehinc habeant potestatem eadem loca cum omnibus appendiciis eorum Tenendi, possidendi seu quicquid sibi libeat modis omnibus in usum episcopatus inde faciendi. Siquis igitur, quod absit, huius nostrae donationis munificentiam destruere siue uiolare praesumet, tormento Inextinguibili coram oculis dei luat. Quod ne fiat, Sed haec traditio nostra ab omnibus incorrupta permaneat, Hanc cartam inde conscriptam manu propria roborantes sigilli nostri inpressione iussimus insigniri.

Signum domni Heinrici (Monogramma) Imperatoris inuictissimi.

Guntherius cancellarius ad uicem *erchanbaldi archicappellani* recognoui. Data XI.° Kal. Julii Indict. XI.ª anno dominicae incarnationis MXIIII.° anno vero domni heinrici secundi regnantis XII.° Imperii vero I.° Actum *Radaspone*.

Mon. boic. XXVIII. II. 448. Nr. 281. aus dem Originale im k. bairischen Reichsarchive zu München.

LIX.

1018. Februar. — *Papst Benedict VIII. schliesst mit dem Kaiser Heinrich II. einen Tausch über einige Güter, darunter das Gut Antisina.*

Papa Benedictus episcopus servus servorum Dei dilectissimo in Domino nostro spirituali filio *Heinrico* invictissimo ac triumphatori *imperatori* augusto vobis in perpetuum. Quamquam rei commutatio ex ipsa corporali traditione possit firma consistere vel ea, quæ legaliter geruntur, nulla valeant refragatione convelli, ne qua tamen possit esse contrahendi dubietas, nostræ debet intervenire auctoritatis annutus.

Et quoniam curtes tres, nimirum unam quidem vocabulo *Hollenbach* (supr. Wolinbach) aliam namque *Antesna* (s. Antisna), tertiam quidem *Wineringa* cum omnibus earum pertinentiis, servis denique et ancillis, colonis ac colonabus utriusque sexus ibidem residentibus, utrasque vero curtes sitas (in) *ducatu Baiovariæ* hactenus nostra apostolica sedes detinuit iuris sanctæ nostræ Romanæ, cui Deo auctore deservimus, ecclesiæ, poposcit atque desiderat commutare. Ad cuius vicem compensationis recepimus nos per chartam commutationum in sancta Romana ecclesia a vobis, dilecte fili noster Henrice auguste, uidelicet curtem regalem, quæ dicitur *Colle Calvus* (supr. Terma), cum omni sua pertinentia constituta infra *comitatu Spoletano.* Et nos mensæ, quemadmodum ad vestrum videtur pertinere imperium et sicuti nostra commutationum charta a (vobis) nobis facta continet assistenti XII. indict. vobis in perpetuum iam dictas curtes in vicem tradimus atque commutamus. Unde recepimus a (vobis) prædictam curtem vestram regalem, quæ dicitur Colle calvus, in ius dominiumque sanctæ nostræ Romanæ ecclesiæ. Nam fatas curtes tres in vicem, una quidem vocabulo Hollenbach, alia namque Antesna, tertia siquidem Vuineringa cum omnibus earum pertinentiis, servis et ancillis, colonis et colonabus utriusque sexus ibidem residentibus, quæ vobis commutavimus, a die presenti habeatis, teneatis, possideatis, (in) vestra ius et dominium perpetualiter vindicetis et defendatis. Nam nullus unquam nostrorum successorum, pontificum vel alia quælibet magna parvaque persona has sæpedictas curtes tres cum omnibus earum pertinentiis a potestate et ditione vestra auferre vel alienare audeat, sed liceat vobis in perpetuum omni tempore a nostra sancta Romana ecclesia securiter tenere ac possidere. Nam si quis hoc nostrum

apostolicum præceptum et commutationem. quod non credimus, infringere tentaverit, sciat se vobis compositurum auri purissimi libras centum et hæc commutationis pagina in sua maneat firmitate perpetualiter.

Scriptum per manum Benedicti notarii regionarii et scrinarii S. Romanæ ecclesiæ in mense Februario indictione secunda.

Ussermann, Episcop. bamberg. Cod. probat. 28. Nr. 25. ex lib. privileg.

LX.

1018. (8. Februar. Mainz.) — *K. Heinrich II. schenkt dem Domcapitel von Bamberg das Gut Antisina in der Grafschaft des Grafen Arnold, welches er selbst vom Papste Benedict VIII. für das Gut Terma im Herzogthume Spoleto eingetauscht hatte.*

(Chrismon.) In nomine sanctae et Indiuiduae trinitatis. *Heinricus* diuina fauente Clementia romanorum *Imperator* Augustus. Nouerit omnium sanctae dei aecclesiae nostrique fidelium tam praesens aetas quam successura posteritas, qualiter nos apostolici patris ordinatorisque nostri *Benedicti* peticione in ipsa ordinationis nostrae die quoddam concambium apud suam sanctam romanam aecclesiam pari consilio utrobique collaudauimus. Donantes igitur sanctae praefatae aecclesiae in honore apostolorum Petri et Pavli constructae quoddam nostri iuris praedium *Terma* dictum in *ducatu spoletano* et *in Comitatu narnensi* situm contra tale praedium, quale sanctus Petrus habuit in loco *Antisina* dicto in pago . . . . . et in *comitatu Arnolfi* comitis cum omnibus eius pertinentiis, videlicet seruis et ancillis, terris cultis et incultis, campis, siluis, uenationibus, aquis aquarumque decursibus, piscationibus, molendinis, pascuis, uiis, inuiis, exitibus et reditibus, quaesitis uel inquirendis, rebus mobilibus et immobilibus et omnibus, quae quoquo modo iure nominari aut scribi possunt, utilitatibus eo videlicet tenore commutationis, quatinus idem praescriptus sancti Petri uicarius eiusque successores idem praedium Terma dictum habeant, teneant et ad usum sanctae romanae aecclesiae firmiter possideant. De contra uero dato predio Antisina et eius pertinentiis se ulterius non intermittant (intromittant). Igitur fidelium nostrorum communi consensu firmato concambio nouerit omnium dei nostrique fidelium uniuersitas, qualiter tam pro senioris et antecessoris nostri *Ottonis* scilicet *tercii imperatoris* quam pro nostro parentumque nostrorum remedio eundem sepe dictum locum ad stipendium canonicorum in *coenobio sancti Petri sanctique Georgii*

Babenberc degentium per hanc imperialem nostrae traditionis paginam concedimus, donamus atque proprietamus cum omnibus eius pertinentiis et utilitatibus omnium contradictione remota, Precipientes igitur, ut neque imperator neque dux, neque episcopus neque comes neque magna uel parua persona Caros in Christo Babenbergenses fratres nostros in praefato predio inquietare, molestare, disuestire siue eundem locum commutare nisi communi fratrum consilio praesumat. Si quis uero hanc nostrae dominationis (?) paginam uiolare, quod absit, presumat, Cum iuda traditore indigestibilis buccellae gustum sumat Atque tormento inextinguibili poenas perpetualiter luat. Quod ne fiat, sed haec nostra traditio stabilis et inconuulsa nunc et in futurum permaneat, hanc paginam inde conscriptam manu propria roborantes sigilli nostri impressione insigniri iussimus.

Signum Domni Heinrici romanorum inuictissimi (Monogramma) imperatoris Augusti.

Guntherius Cancellarius uice *ercanbaldi archicappellani* recognouit. Data . . . . . . Indictione I.ª Anno dominicae incarnationis Mill. XVIII.º Anno uero domni Heinrici secundi regnantis XVIj.º Imperij autem iiij.º Actum.

Nagel, Origin. boic. domus 278. — Östreicher, geöffnete Archive, Jahrg. III. I. 501. Nr. 3. — Mon. boic. XXVIII. II. 470. Nr. 293, aus dem Originale mit Siegel im k. bairischen Reichsarchive zu München. — (Cf. Ussermann, Episc. bamberg. Cod. probat. 26. Nr. 23. Ort, Tag und Monat sind zwar in dieser Urkunde nicht angegeben, ergeben sich jedoch mit grosser Wahrscheinlichkeit aus der ähnlichen Tauschurkunde zwischen K. Heinrich II. und Papst Benedict VIII. welche mit der Datirung „VI.º idus Februarii . . . . . . actum Moguncie" in den Mon. boic. XXVIII. II. 468. Nr. 292 abgedruckt ist.)

LXI.

1025. Ohne Ort. — *Kaiserinn Kunigunde überlässt dem Bisthume Freising ihre Güter zu Ranshofen etc.*

Precaria seu Complacitatio Domnæ Chunigundæ Imperatricis Augustæ atque Venerandi Egilberti Frisingensis Ecclesiæ Episcopi.

Anno Dominicæ Incarnationis Millesimo Vicesimo quinto Summæ Divinitatis miseratione provisum est, ut pia Deoque amabilis Domina *Chunigunda Imperatrix* Augusta ob amorem coelestis desiderii atque ob recordationem Divæ memoriæ Senioris sui *Heinrici Imperatoris* Augusti nec non ob quoddam vitæ temporalis emolumentum cum consilio gloriosi *Ducis Bajoariorum Heinrici* scilicet fratris sui

cunctorumque procerum et Optimatum comitumque Bajoariae provintiae ac Judicum quædam sui juris prædia *Rantersdorf* sive *Ranteshova, Hohperchach, Ostermuntinga, Veltchiricha* nominata traderet in manus Venerandi *Egilberti Frisingensis Ecclesiæ Episcopi* et Advocati sui *Uodalscalchi* cum Ecclesiis ac decimis, cum foresto *Willinhart* ac forestariis, cum terris cultis et incultis, mancipiis utriusque sexus, vineis, molendinis et cum omnibus juste et legaliter ad ea pertinentibus, exceptis tantum quinque servilibus mansis cum pratis ad eosdem rite pertinentibus in beneficio *Bezelini* sitis, quod nuncupatur . . . . . et quinque servis cum quatuor ancillis, quibus ipsum beneficium tunc temporis erat possessum, quod videlicet beneficium ea lege, ut dictum est, ipsa Domna Imperatrix Augusta tradidit in proprium Uxori præfati Bezelini absque Venationibus et saginationibus ac sine lignorum incisionibus in foresto jam dicto. Excepit etiam memorabilis Imperatrix Camerarium unum Azili nominatum absque beneficio sui (sic) et famulas duas Peza et Raza nominatas. Insuper etiam Imperatrix Augusta tradidit eidem Episcopo, quidquid visa est habere in loco *Hal* dicto cum utriusque sexus mancipiis, ædificiis, terris cultis et incultis, sartaginibus ac locis sartaginum ac locis onustariis Witevendin censalibus et cum omnibus jure et legaliter ad ipsam Salinam respicientibus atque cum omnibus rebus, quas visa est habere supra fluvium *Sala* nominatum, ea videlicet ratione, ut ipsa venerabilis Domina, quamdiu Deo ordinante viveret, ... res omnes supra memoratas in integrum possideret. Post discessum vero vitæ mortalis pro elemosina piæ memoriæ Domini sui Heinrici Imperatoris adoptato quoque propriæ animæ remedio ad altare S. Mariæ semper Virginis Sanctique Confessoris Christi Corbiniani Frisingæ corporaliter quiescentis, in jus videlicet atque dominium egregij Antistitis Egilberti Successorumque suorum lege precaria refunderentur. Testes: *Gerolt Comes, Fridirih Comes, Arnolt Comes, Hartvvic palatinus Comes, Adalpero Comes, Tiemo Comes, Poppo Comes, Piligrim Comes, Altman Comes, Item Gerolt Comes, Gunspolt Comes, Heinrih filius Tiemonis comitis, Peraholt filius Friderici comitis, Gerolt filius Geroldi comitis, Sarhilo filius Sarhilonis comitis, Gerolt, Maganus, Gamanolf, Albrih. Item Gamanolf, Helmperht, Hartvvic, Ekkihart, Luitolf.*

Meichelbeck, Hist. Frising. I. 219. — Orig. im k. bairischen Reichsarchive zu München. — (Conf. Lang. Regesta I. pag. 74.)

LXII.

1039. 1. Mai. Noulomago. — *Kaiser Konrad II. schenkt dem Grafen Piligrim im Matichgau den Ort Metemenhaa. (Mettmach.)*

(Chrismon.) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. *Chuonradus* diuina fauente clementia romanorum *Imperator* Augustus. Omnium Christi nostrique fidelium tam futurorum quam praesentium sciat industria, qualiter nos ob interuentum ac petitionem dilectissimae contectalis nostrae *Gisilae imperatricis* Augustae necnon unicae prolis nostrae *Heinrici regis Burgundionum* fideli nostro *comiti Biligrimo* regalem mansum in loco *Metemenhaa* dicto in *pago Matgouue in comitatu eiusdem Biligrimi* situm cum omnibus ad eundem mansum pertinentibus in proprium tradidimus cum areis, edificiis, mancipiis utriusque sexus, agris, terris cultis et incultis, pratis, pascuis, campis, siluis, uenationibus, aquis aquarumue decursibus, molis, molendinis, piscationibus, uiis et inuiis, exitibus et reditibus, quesitis et inquirendis seu cum omni utilitate, quae ullo modo inde prouenire poterit, eo nimirum tenore, ut praescriptus Biligrim de eodem manso liberam deinceps habeat potestatem tenendi, tradendi, commutandi, precariandi uel quicquid sibi placuerit, inde faciendi. Et ut haec traditionis auctoritas stabilis et inconuulsa omni tempore perseueret, hoc praeceptum inde conscriptum manuque propria roboratum sigilli nostri impressione precepimus insigniri.

Signum domni Chuonradi inuictissimi (Monogramma) Romanorum Imperatoris Augusti.

Theodericus Cancellarius uice *Pardonis Archicapellani* recognouit. Data Kal. Maii Indict. VII. Anno dominicae incarnationis M.XXX.VIIII. anno autem domni Chuonradi secundi regnantis XII. Imperantis vero XIII. — Actum *Nouiomago* feliciter. amen.

Schultes, Histor. Schriften. II. 340. — Mon. boic. XXIX. I. 50, aus dem Originale mit aufgedrucktem Siegel im k. bairischen Reichsarchive zu München.

LXIII.

1040. 9. Jänner. Regensburg. — *K. Heinrich schenkt der Kirche des heil. Pancraz zu Ranshofen allen Zehent des Prädiums Ranshofen.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis *Heinricus* diuina fauente clementia Rex omnibus christi nostrisque fidelibus tam futuris quam presentibus notum esse uolumus, qualiter nos super altare

sancti Pancracii in parrochia, que dicitur *Ranshouen*, omnem decimationem ipsius predii tam de cultis agris, pratis, pascuis, campis, siluis uenationibus, piscationibus quesitis et inquirendis cum omni utilitate, que ullo modo inde prouenire potest, in perpetuum dedimus atque tradidimus ea scilicet ratione, ut dei seruicium a clericis ibidem manentibus cottidie stabilitum permaneat. Hec traditio facta est in conspectu H, cui ducatum ipsius regni dedimus, et archiepiscopi *Saltzburgensis* ecclesie *Ditmaro, Niceni, Laodicensis* episcopi et *Perngeri patauiensis* episcopi. Si autem predictus dux aut aliquis successorum suorum hanc traditionem irritam fecerit, nostri nostrorumque successorum regum siue imperatorum iuris sit defendere. Et ut hec nostra regalis traditio stabilis et inconuulsa permaneat omni euo, hanc cartam inde iussimus conscribi [et nostri sigilli munimine insigniri.

Signum D. Heinrici Regis invictissimi. Theodoricus Cancellarius vice Partonis Archicapellani recognovi. Data V. Id. Januarii Ind. VIII. An. d. Inc. MXL. Anno autem D. Heinrici ordin. XII. Regni Anno primo. Act. Ratisb. feliciter. Amen.]

Hund, Metrop. III. 146. — Mon. boic. III. 311. — Hier aus einem Cod. pergam. sec. XIV in der k. bairischen Hofbibliothek zu München. — (Die eingeklammerten Worte am Ende fehlen in dieser Handschrift, und sind aus dem Abdrucke der Mon. boic. beigefügt. Die Urkunde dürfte wohl kaum echt sein.)

LXIV.

1040. 18. Jänner. Regensburg. — *Kaiser Heinrich bestimmt die Gränzen der Pfarre Ranshofen und ihrer Zehente.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis *Heinricus* diuina fauente clementia Imperator ac semper augustus omnibus christi nostrique fidelibus tam futuris quam presentibus notum esse uolumus, qualiter soluimus decimationes S. Pancratii in parrochia *Ranshouen* cum prediis, que iacent infra terminos istos: De *flurnespach* usque in *grabense*, deinde super montem, qui dicitur *Hounsperch*, usque ad flumen, quod dicitur *Mulebach*, Deinde *půchperch* usque ad lapidem, qui dicitur *wartstain*, Deinde ad locum, qui dicitur *durchfere* usque *makkingen*. Insuper tradidi predia, que sunt infra istos terminos *saltzpurch* ad soluendas rursus decimationes sancti Pangracii *Ranshouensis*. De *růchohesperig* usque ad flumen, quod dicitur *Ogete*. Deinde *Liuterbach* usque *riute*. Similiter quoque soluimus decima-

tiones de loco, qui dicitur *Otingen*. Soluentes itaque omnem decimationem in loco, qui uocatur *Ranshouen*, ipsum predium omnesque decimas predii eiusdem tam de incultis quam de cultis agris uidelicet pratis, pascuis, campis, siluis, uenationibus, piscationibus quesitis et inquirendis cum omni utilitate, que ullo modo inde prouenire potest, super altare sancti Pancracii in proprium dedimus atque manu propria tradidimus ea scilicet ratione, ud (sic) dei seruicium a clericis ibidem manentibus cottidie stabilitum permaneat. Hec solucio decimarum facta est et traditio earundem decimacionum in conspectu *heinrici*, cui ducatum ipsius regni dedimus. et archyepiscopi *Saltzpurgensis* ecclesie *Ditmaro* et *Nicetij Leodicensis* ecclesie episcopi et *Perngeri patauiensis* episcopi. Terminum quoque parrochie inposuimus hos eidem sancti Pancracii ecclesie parrochiales terminos statuentes cum predictis episcopis scilicet *Ditmaro* archyepiscopo *Saltzpurgensis* ecclesie, et *Perngero patauiensi* episcopo et *Niceno Laodicensis* ecclesie episcopo cum aliis XIIj. episcopis incipientes de *Etnawe* usque ad *gruzensewen* et *creben* et *pirenpach*, *Rantwigezprunne* quoque, inde ad *iden*, *Ritperch* quoque, *fuversengen*, *adelberin* et *perchstain*, *Rechinque* quoque et *huluen*, *zangaren* quoque per ferinam semitam capelle s. Georii martiris, deinde *swarzgreben* et usque *auwerpach*, deinde per *albrechzperch*, deinde per *Půchchirichen*, deinde in flumen *Maeticha*. Si autem predictum decimationum concambium siue traditionem aut terminorum parrochialium diffinitionem prefatus dux aut aliquis successorum suorum seu episcoporum quilibet in irritum ducere temptauerit, nisi resipuerit, nostri nostrorumque successorum regum siue imperatorum iuris sit defendere et regia potestate retorquere. Et ut hec nostra regalis traditio stabilis et inconuulsa omni permaneat euo, hanc cartam inde fecimus conscribi [et nostri sigilli munimine insigniri.

Signum Domni Heinrici regis invictissimi.

Theodoricus Cancellarius Vice Bardonis Archicapellani recognovi. Data XV. Kalendas Februarii, Ind. VIII. Anno dominic. Incarnat. MXL. Anno autem Domni Heinrici ordinat. XII. regni Anno I. Actum Ratisbone feliciter. Amen.]

Hund, Metrop. III. 142. — Mon. boic. III. 312. — Hier aus einem Cod. pergam. sec. XIV der k. Hofbibliothek zu München. — (Die eingeklammerten Worte am Ende fehlen in der Handschrift, und sind aus dem Abdrucke der Mon. boic. beigesetzt. Die Urkunde dürfte wohl kaum echt sein.

LXV.

1041. 14. Mai. Worms. — ***K. Heinrich III. schenkt dem Bisthume Freising den königlichen Hof Ostermiething im Salzburggau.***

(Chrismon.) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. *Heinricus* diuina fauente clementia *rex*. Si sanctarum ecclesiarum res ex nostris facultatibus ampliamus, hoc ad presentis nostrae uitae statum et ad aeternae retributionis premium nobis profuturum esse indubitamus. Huius spei gratia nos ob interuentum ac peticionem *Gisilae* dilectissimae matris nostrae imperatricis augustae nec non et *Tietmari Salzburgensis* aecclesiae uenerabilis *archiepiscopi* quandam nostrae potestatis *curtem Ostermundingun* nominatam *in pago Salzgowe et in comitatu Aribonis palatini comitis sitam frisingensi aecclesiae* in honorem sanctae Mariae sanctique Corbiniani confessoris consecratae et constructae ob dilectionem et gratam nobis seruitutem *Nitgeri* ecclesie prefatae uenerabilis *episcopi* Cum omnibus suis pertinentiis, hoc est utriusque sexus mancipiis, areis, edificiis, terris cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, campis, siluis, uenationibus, aecclesiis, decimationibus, aquis aquarumque decursibus, molis, molendinis, piscationibus, uiis et inuiis, exitibus et reditibus, quaesitis et inquirendis seu cum omni utilitate, quae ullo modo inde potest prouenire, in proprium dedimus atque tradidimus Ea uidelicet ratione, ut prescriptus Nitgerus episcopus suique successores de pretitulata curte liberam dehinc potestatem habeant scilicet tenendi, commutandi, precariandi uel quicquid sibimet ad usum prenominatae aecclesiae placuerit inde faciendi. Et ut haec nostrae traditionis regalis auctoritas stabilis et inconuulsa omni permaneat aeuo, hanc paginam inde conscribi manu propria, ut infra uidetur, corroborantes, sigilli nostri inpressione iussimus insigniri.

Signum domni Heinrici tercii (Monogramma) regis inuictissimi.

Eberhardus cancellarius uice *bardonis archicancellarii* recognoui. Data II. idus Maii Indictione VIIII. Anno dominicae incarnationis MXLI. Anno autem domni Heinrici tercii ordinationis eius XIIII. Regni vero II. Actum *wormatiae* feliciter. Amen.

Lünig, Reichsarchiv XVII. 227. — Hund — Gewold I. 149. (Monac.) — Meichelbeck, Hist. Frising. I. 238. — Mon. boic. XXXI. I. 319. ex libr. cop. Frising. I. et II. sec. XII et XIII.

LXVI.

1049. 16. Juni. Gemvnde. — *K. Heinrich III. schenkt dem Bischof Engelbert von Passau den Jagd- und Forstbann auf den Besitzungen der Kirche zwischen dem Sarming- und Dimbache.*

(Chrismon.) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. *Heinricus* diuina fauente clementia romanorum *imperator* Augustus. Nouerint quique christi nostrique fideles tam futuri quam praesentes, qualiter nos ob interuentum nostri thori ac regni consortis scilicet *Agnetis* imperatricis augustae nec non ob petitionem et deuotum famulatum nostri fidelis et dilecti *Egilberti Patauiensis aecclesiae episcopi* ex nostra imperiali auctoritate praenominato episcopo tradidimus atque concessimus ius et potestatem legitimi banni super uenatione et foresto in praedio *sancti Stephani* protomartyris eiusdem episcopii patroni, scilicet *in comitatu Adalberti marchionis* et intra geminas fluminum *Sabinichi et Tvminichi* ripas sito Ea uidelicet conditione, ut nemo absque licentia et uoluntate prefati episcopi successorumque suorum infra praedictos eiusdem foresti terminos banni conclusione uetitos praesumat uenari aut aliquod genus ferarum, quod inforestatum iure banni interdicitur lege, qualibet uenatoriae artis industria capere uel decipere. Et ut haec nostra imperialis traditio atque concessio eiusdem banni, quod donauimus in potestatem Egilberti episcopi, apud ipsum successoresque suos praedictae Pataviensis aecclesiae futuros episcopos Stabilis et inconuulsa perenniter maneat, hoc praeceptum inde conscriptum manu propria corroborantes sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Signum domni Heinrici tercii regis inuictissimi, (Monogramma) secundi romanorum imperatoris augusti. (Signum speciale.)

uuinitherius cancellarius uice *bardonis archicancellarii* recognoui *). Data XVI. Kal. Julii Anno dominicae incarnationis Millesimo XL.VIIII. indictione II. Anno autem domni Heinrici tercii regis, imperatoris secundi ordinationis eius XX.I. regni quidem XI. imperii autem III. in nomine domini. Actum *Gemvnde* feliciter. Amen.

Lünig, Reichsarchiv XVII. 771. — Hund — Gewold I. 365. (Monac.) — Hansiz, I. 248. — Buchinger II. 500. — Mon. boic. XXIX. I. 96, aus dem Original mit aufgedrucktem Siegel im k. bairischen Reichsarchiv zu München.

---

*) Signo recognitionis nomen cancellarii graecis literis inscriptum est.

LXVII.

1050. c. Sine loco et anno. — *Stiftbrief des Nonnenklosters Erla.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis patris et filij et spiritus sancti. Ego *Otto* consensu fratris mei et consensu consagwineorum meorum *Vdalschalchi* et *Dieterici* Monasterium *Herlahense* jn honore sancte Marie, sancti Petri et sancti Johannis Baptiste construximus, sororemque meam *Gisilam* jnibi deo militaturam sub ordine sancti Benedicti Abbatissam ordinari elaborauimus jta quidem, quod et liberam electionem Abbatisse sanctimonialibus perpetualiter jnstituimus et michi nobisque succedentibus aduocacie dignitatem secundum peticionem Abbatisse sine aliquo subaduocato ad honorem dei et conseruacionem familie censuimus huiusmodi libertatis auctoritatem legittime et religiose inchoatam liberaliter et honeste obseruandam, Venerabilis sancte *Patauiensis* ecclesie episcopi *Eigelberti* suorumque successorum amminiculo et defensioni assignauimus, vt, si forte infelix quis jnter successores nostros degener et extraneus prefatam ecclesiam jn aliquo presumpserit libertatis iure damnare vel minorare, spirituali gladio dei et omnium sanctorum dominique pape et omnium episcoporum, archiepiscoporum et precipue *Patauiensis* episcopi, cuius fideli tuicioni commisimus, multatus erubescat et satisfaciat deo et prefate ecclesie, conseruatores uero eiusdem cenobij cum Abraham et Isaac et Jacob dei benedictione fruantur, violatores vero in eternum cum Dathan et Abiron et Juda traditore in infernum cruciandi tradantur. jn fundacionem igitur eiusdem ecclesie tradidimus sancte Marie et prenominatis sanctis predia nostra absque contradiccione scilicet *Herla* et omnes hereditarias possessiones circa hunc locum sitas, *Steine*, *Waldarn*, *Grůbe Hengelberge*, *Wengelbach*, *Gotthinhofen*, *Palsenze*, *Asscha*, *Flinsbach*, *Wernhersdorff*, *Scauervelt*, *Imcinesdorff*. eodem die Venerabilis *Eigilbertus* episcopus tradidit prenominatis sanctis quinque hobas et duas vineas cum mancipijs, jn ecclesia quoque *Ofthcrinhen* terciam partem decimacionis, iuxta ecclesiam *Woluesbach* predium, et jntegram decimacionem de vigintiquatuor mansis jn plebana ecclesia *sancti Valentini* jntegram decimacionem, de viginti quatuor mansis jn ecclesia *Ardacker* predium et duas partes decimacionis. Huius tradicionis testes per aures tracti sunt *Hartman* de *Herla*, *Wernhere* de *Staffelarn*, *Frithel*, *Herbo*, *Vdalrich de Ardacker*, *Walchun de Perge*, *Pilegrim*

de Cella, Alram de Wilheringen, Vdalrich de Maclant, Hadamar, Hadamar de Herla, Hederich de Hederichesdorff, Hartbic de Heide, Jedunc, Regil et alij quam plures.

Pez, Cod. dipl. epist. I. 333. — Vorstehender Abdruck ist aus einem Original-Transsumpte, ausgefertigt vom Abbt Benedict von Gleink dd. Erla 25. Juli 1494, entnommen, welchem, wie ausdrücklich bemerkt ist, das mit dem Siegel des Stifters Otto versehene Original dieses Stiftbriefes zu Grunde gelegen.

LXVIII.

1052. 20. Juli. Passau. — *K. Heinrich III. bestätigt der Kirche Passau alle Besitzungen, namentlich die der Abbteien Kremsmünster, Mattsee etc.*

(Chrismon.) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. *Heinricus* diuina fauente clementia romanorum *imperator* augustus. res aecclesiasticas et seruorum dei petitiones nostro releuari ivuamine atque imperiali munimine tueri, ad animae nostrae remedia et ad imperii, quod administramus, profuturum esse credimus gubernacula. Quare fidelium nostrorum praesentium scilicet ac futurorum non ignoret industria, *Egilbertvm* sanctae *pataviensis aecclesiae episcopum* uenerabilem episcopii sui traditiones aliquod (aliquot) nostrae celsitudini obtulisse obsecrantem, ut ex his nobis innotesceret, Quid regum aut imperatorum munificentia aecclesiae contulisset suae et idem renouationis nostrae auctoritas roboraret. Eius nos iustae petitioni non solum fidelis seruitii sui assiduitate commoniti sed et contectalis nostrae *Agnetis imperatricis* augustae precibus sollicitati pivm assensum praebuimus et curtes, aecclesias, uillas et omnia praedia cum suis pertinentiis a regibus uel imperatoribus aut ab aliis religiosis uiris uel feminis sanctae patauiensi aecclesiae tradita, insuper etiam specialiter *abbatias Chremisimvnistivri, Matiseo* cum praedio nomine *Hvnisperch*, *Capellam Otingam* et curtim *Rviti* et uillam *Hvfhvsvn*, quemadmodum eandem *Adalbertvs* eiusdem sanctae *patauiensis aecclesiae episcopus* pro *anesipurch sanctae lavriacensis aecclesiae* praedio, ubi quondam episcopatus sedem fore nouimus, ab *heinrico duce bawariorum* iuste et legaliter in concambium accepit atque possedit et in *osterichi* in loco, qui dicitur *Chirichbach*. territorium quoddam cum aecclesia, quae ad radices *comageni montis* sita est, in eodem monte mansos C. faciendos et plus cum omnibus ad eandem pertinentibus mancipiis utriusque sexus, aecclesiis, uillis. areis cultis et incultis, agris, pratis, campis, pascuis, siluis, uena-

tionibus, aquis aquarumque decursibus, piscationibus, molendinis, uiis et inuiis, exitibus et reditibus, quaesitis et inquirendis cunctisque aliis appenditiis, quae dici possunt, donatiuo hoc nouo praefatae aecclesiae sancti Stephani protomartiris christi, in qua et sanctus Valentinvs confessor corporaliter requiescit, prouisorumque eius potestati aeternaliter possidenda imperiali nostra auctoritate donamus, corroboramus atque confirmamus. Et ut haec nostra imperialis confirmatio stabilis et inconuulsa omni permaneat aeuo, hanc paginam inde conscribi manuque propria, ut subtus uidetur, corroborantes Sigilli nostri impraessione (impressione) iussimus insigniri.

Signum domni Heinrici (Monogramma) tercii regis inuictissimi secundi romanorum imperatoris augusti. (Signum speciale.)

uuinitherius cancellarius uice *liutboldi archicancellarii et archiepiscopi* recognouit.

Data XIII. Kalend. Aug. Anno dominicae incarnationis M.L.II. indictione V. anno autem domni Heinrici tercii regis, secundi imperatoris ordinationis eivs XX.III. Regni uero XIIII. imperii VI. Actum in nomine domni (sic) *Bazzovva* feliciter. amen.

Lünig, Reichsarchiv XVII. 771. — Hund — Gewold I. 366. — Hansiz I. 250. — Buchinger II. 501. — Mon. boic. XXIX. pag. 109. ex orig. c. sigill. (Conf. Urkundenbuch von Kremsmünster, pag. 30. Nr. 20.)

LXIX.

1055. 22. März. Brixen. — *K. Heinrich III. schenkt der Kirche Salzburg die Güter des geächteten Pfalzgrafen Aribo zu Isingrimesheim an der Marchluppe im Matichgau.*

In nomine sancte et individue Trinitatis. *Heinricus* divina favente clemencia romanorum *imperator* Augustus. cum in hoc praesentis vite stadio discurrentes praemium immarcescibile adipisci cupimus et ecclesiarum atque orphanorum viduarum nec non omnium egenorum inopiam elemosinarum largitate ditare festinamus, quia inde eternam mercedem accipere speramus et pro meritorum qualitate unicuique, prout possumus, digna retribuentes atque in semita iusticie ita gressus nostros confirmantes videlicet bonis et nobis fideliter servientibus praemia cumulando, malis autem et Christi nostrique infidelibus penas minitando, Idcirco noverint omnes Christi nostrique fideles tam futuri quam praesentes, qualiter nos pro remedio anime nostre et incolomitate ac peticione consortis regni theorique nostri *Agnetis imperatricis* nec non pro salute et intercessione filii nostri

Heinrici regis atque ob interventum *Salzburgensis episcopi* nomine *Baldevvini* deo nobisque fidi quoddam predium *Botonis* rei maiestatis et in palatino placito dampnati atque proscripti, quod nostre potestati lege adiudicatum est in loco *Isingrimesheim* dicto iuxta *Marchluppam* fluvium situm in *pago Mathgovve* et hobas atque duas curtiles causas ad ipsum predium pertinentes ac titulum sancti Petri sanctique Roudberti, quorum honore *Salzburgense* monasterium constructum est, ad eundem locum in proprium tradidimus cum omnibus suis appendiciis, hoc est utriusque sexus mancipiis, areis, edificiis, agris, pratis, pascuis, terris cultis et incultis, aquis, aquarumque decursibus, molis, molendinis, piscacionibus, silvis, venacionibus, exitibus et reditibus, viis et inviis, quesitis et inquirendis, cum omni utilitate, que ullo modo inde poterit provenire. Et ut hec nostre imperialis tradicionis auctoritas stabilis et inconvulsa omni evo permaneat, hanc cartam inde conscriptam manu propria, ut infra videtur, corroborantes sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Signum domni Heinrici (Monogramma) tercii Regis Romanorum Imperatoris Augusti.

Wintherius cancellarius vice *Liutpoldi archicancellarii* recognovi. Data XI. Kalendas Aprilis anno dominice incarnacionis M. L. V. Indictione VIII. Anno autem domni *Heinrici tercii regis, Imperatoris secundi,* ordinacionis eius XXVII. regni vero XVI. Imperii VIIII. Actum *Brixine* in dei nomine feliciter. Amen.

Juvavia, Anhang pag. 240. — Original mit Siegel im k. k. geh. Haus-, Hof- und Staatsarchive zu Wien.

LXX.

1056. Regensburg. — *Stiftbrief des Klosters Lambach.*

† Ego *Adelbero* dei gratia *Wirziburgensis* episcopus notum esse uolo omnibus christi fidelibus, qualiter licentia domini apostolici papę *Gregorii* congregationem clericorum in *lambach* consensu et consilio parrochiani episcopi *patauiensis* scilicet *Altmanni* mutaui in conmunem cęnobialis uitę uidelicet monachorum conuersationem. Et quoniam conmunis uita monachorum plus indiget quam secularium conuentus clericorum, ad supplementum eorum ex nostro adauxi fisco quatuor uidelicet siluas, Quarum duę iuxta *trunam* in parte aquilonari sunt sitę una mercato *Wels* inferior, alia superior. Inferioris uero *Hardis* nemorarius *Enzo* erat, superioris autem *Hardis*

nemorarius erat *Engizo*. Ex altera autem parte eiusdem fluminis *trune* contra septemtrionem duę siluę una ad *buchunloch*, cuius nemorarius *Bero* erat, altera ad *eiterwalt*, cuius nemorarius *Ello* erat. In his ergo siluis solus abbas absque ulla contradictione pro suo libitu habet potestatem euellendi, domos ędificandi, plantandi, molendinos faciendi, uenandi, insuper quicquid ad utilitatem fratrum inde potuerit excogitari. Addidi insuper, quantum mihi predii de patruo meo *Aribone* ad *zuuisili* contigit et uicinum mercatum ad *wels* duoque mercata in francia, unum ad *Onoldesbach*, ad *Geroldeshouen* alterum cum omni utilitate ad ipsa pertinente et parrochiam, quę dicitur *Tötinstetin*. Haec omnia *Eggiberto* uenerabili abbati conmisi eo, quo ego hęc iure habui, monasteriique curam potestatiue habere feci. Huius rei testes sunt: *Eberhardus comes*, *Marcwardus*, *Gering*, *Ebo*, *Heinrich*, *Zeizolf*, *Aribo*, *Porn*, *Itemque Porn*, *Nending*, *Archo*, *Herrant*, *Penno*, *Werimōt*, *Aribo*, *Erchenbreht*, *Adalram*, *Altman*, *Adalbret*.

Actum est *Ratispone* anno Millesimo L. VI. Indictione VIIII., Episcopatus autem domni *Adalberonis* XII. Si quis hanc traditionem infringere aut destruere presumpserit, perpetuo anatemate ligatis manibus et pedibus mittatur in tenebras exteriores, ibi erit fletvs et Stridor Dentivm.

Pez. Script. rer. Aust. II. 12. Hier aus einer facsimilirten Abschrift. (Das Original zu Lambach?)

LXXI.

1061. 18. Februar. Regensburg. — *K. Heinrich IV. bestätiget dem Kloster Lambach das Marktrecht in Wels, den Zoll in Lambach, die Fischerei auf der Traun und auf der Ager und das Eigenthum von vier Waldungen.*

C. (Chrismon.) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis *heinricus* diuina fauente clementia rex. Notum esse uolumus omnibus christi nostrique fidelibus tam futuris quam praesentibus, qualiter nos ob interuentum dilectissimae genitricis nostrę *Agnetis* imperatricis augustae et ob peticionem fidelis nostri *Adalberonis Wirziburgensis* episcopi bannum mercati in loco *Wels* et theloneum in *lambach* et insupèr bannum piscationis de superiori casu *Trvnae* et in *agra* ab *asintal* usque ad ea loca, ad quae praediorum suorum termini pertingunt, et ab *asintal* sursum communem utilitatem usque ad portum

Vehclaha, in *albanaa*, in *Rintbach* et iterum in *Rintbach* et in *steinbach* nec non quatuor nemorum unum ad *Eitirwalt*, aliud etiam ad *Brchvnloch*, duo, quę uulgo sub appellatione dicuntur superioris siue inferioris *Hardis* eo iure, quo parentes eius scilicet auus eius *Arnoldus* et item pater suus Arnoldus et frater suus Marchio *Gotefridus* et ad ultimum idem episcopus *Adalbero* eundem bannum habuerunt, ęcclesiae in *lambach*, quae in hore (honore) sanctae Mariae et sancti Kyliani sociorumque eius constructa est, cum omni utilitate, quę ullomodo inde prouenire potest, legitime annuimus, potestatiue confirmamvs et perpetuo in proprium dedimus atque tradidimus ea uidelicet ratione, ut nullus in predictis locis aut mercatum destruere aut theloneum impedire aut piscari aut noualia facere aut domos aedificare sine consensu et uoluntate abbatis in *lambach* suorumque successorum presumat. Et ut haec nostra regalis traditio nunc et in ęuum stabilis et inconuulsa permaneat, hanc cartam inde conscribi et ut subter cernitur, manu propria corroborantes sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Signum domni *heinrici* (Monogramma) quarti regis.

Fridericus cancellarius uice *sigifridi* archicancellarii recognoui. Data XII. Kalendas Martii, Anno incarnationis domini MLXI. Indictione XIIIj. Anno autem ordinationis domni *Heinrici* quarti regis VII. Regni uero V. Actum *Ratispone* feliciter. Amen.

Kurz, Beiträge II. 435. — Hormayr, Archiv 1815. 498. Original auf Pergament im Archive des Klosters Lambach. — Das Siegel, rund, in ungefärbtem Wachse, ist am linken Rande der Urkunde aufgedrückt, beträchtlich beschädigt. Das Monogramm entspricht vollkommen der Abbildung im Chronico Gottwicensi.

LXXII.

1061. 18. Februar. Regensburg. — *König Heinrich IV. bestätigt mit Anführung der Gränzen die von Bischof Adalbero von Wirzburg gemachte Stiftung des Klosters Lambach.*

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis *heinricus* diuina fauente clemencia rex. Notum esse uolumus omnibus christi nostrique fidelibus tam futuris quam praesentibus, qualiter nos ob interuentum dilectissimę genitricis nostrę *Agnetis* augustę et ob peticionem fidelis nostri *Adalberonis wirziburgensis* episcopi bannum mercati in loco *Wels* et theloneum in *lambach* et insuper bannum piscationis de superiori casu *Trunae* et in *agra* ab *asintal* usque ad ea loca, ad que

prediorum suorum termini pertingunt, et ab *asintal* sursum conmunem utilitatem usque ad portum *Vehclahaa*, in *albana*, in *Rintbach* et iterum in *Rintbach* et in *steinbach* necnon quatuor nemorum unum ad *Eitirwalt*, aliud etiam ad *Bvchrnloch*, duo, quę uulgo sub appellatione dicuntur superioris siue inferioris *hardis*, eo iure, quo parentes eius scilicet auus *Arnoldus* et item pater suus *Arnoldus* et frater suus marchio *Gotefridus* et ad ultimum idem episcopus *Adelbero* eundem bannum habuerunt, aecclesiae in *lambach*, quę in honore sanctae *Mariae* et sancti *Kyliani* sociorumque eius constructa est, cum omni utilitate, quę ullo modo inde prouenire potest legitime, annuimus, potestatiue confirmamus et perpetuo in proprium dedimus atque tradidimus ea uidelicet ratione, ut nullus in predictis locis aut mercatum destruere aut theloneum impedire aut piscari aut noualia facere aut domos ędificare sine consensv et uoluntate abbatis in *lambach* suorumque successorum presumat. Et ut hęc nostra regalis traditio nunc et in euum stabilis et inconuulsa permaneat, hanc cartam inde conscribi et, ut subtus cernitur, manu propria corroborantes sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Signum domni *heinrici* (Monogramma) quarti regis.

Fridericus cancellarius uice *sigifridi* archicancellarii recognoui. Data XII. Kalendas Martii, Anno incarnationis domini MLXI. Indictione XIIII. Anno autem ordinationis domni *Heinrici* quarti regis VII. Regni uero V. Actum *Ratisbone* feliciter. Amen.

Original auf Pergament im Archive des Klosters Lambach. Das aufgedrückte Siegel ist sehr beschädigt, so dass von der Umschrift nichts mehr erhalten. Das Monogramm hat den Verbindungsstrich.

LXXIIII.

1063. 25. October. Regensburg. — *K. Heinrich IV. bestätigt dem Bischof Egilbert von Passau die Güter seiner Kirche, namentlich den Besitz von Kremsmünster etc.*

(Chrismon.) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis *Heinricus* diuina fauente clementia *rex*. Res aecclesiasticas et seruorum dei petitiones nostro releuari iuuamine atque regali munimine tueri, ad animae nostrae remedia et ad imperii, quod administramus, profuturum esse credimus gubernacula. Quare fidelium nostrorum praesentium scilicet ac futurorum non ignoret industria, *Egilbertum* sanctae

Patauiensis aecclesiae episcopum uenerabilem episcopii sui traditiones aliquot nostrae celsitudini obtulisse obsecrantem, ut ex his nobis innotesceret, Quid regum aut imperatorum munificentia aecclesiae contulisset suae, et idem renouationis nostrae auctoritas roboraret. Eius nos iuste petitioni non solum fidelis seruitii sui assiduitate commoniti, Sed et dilecti nostri magistri *ANNONJS coloniensis archiepiscopi* caeterorumque fidelium nostrorum precibus sollicitati pium assensum praebuimus et curtes, aecclesias, villas et omnia praedia cum suis pertinentiis a regibus uel imperatoribus aut ab aliis religiosis viris uel feminis sanctae Patauiensi aecclesiae tradita, Insuper etiam specialiter *abbatias Chremisimvnistivri, Matiseo* cum praedio nomine *Hvnisperch, capellam otingam* et curtim *Rviti* et villam *Hvſhvsvn,* quemadmodum eandem *Adalbertus* eiusdem sanctae *Patauiensis* aecclesiae *episcopus* pro *anesibvrch* sanctae *Lauriacensis aecclesiae* praedio, ubi quondam episcopatus sedem fore nouimus, ab *Heinrico duce bawariorum* iuste et legaliter in concambium accepit et possedit, et in *osterichi* in loco, qui dicitur *chirichbach,* territorium quoddam cum aecclesia, quae ad radices *comageni montis* sita est, et in eodem monte mansos c. faciendos et plus nec non praedia quaedam *in comitatu Ernasti* (Ernusti) *marchionis* sita *Gowacisbrvnnun* et *Bovmgarden* ac *Chrvbet* dicta, quae dilectus noster genitor piae memoriae *Heinricus imperator* augustus eidem Patauiensi aecclesiae imperiali auctoritate tradidit, cum omnibus ad eadem pertinentibus, hoc est utriusque sexus mancipiis, aecclesiis, villis, areis, cultis et incultis, agris, pratis, campis, pascuis, siluis, venationibus, aquis aquarumque decursibus, piscationibus, molis, molendinis, viis et inviis, exitibus et reditibus, quesitis et inquirendis cunctisque aliis appenditiis, quae dici possunt, donatiuo hoc nouo praefatae aecclesiae sancti Stephani protomartyris Christi, in qua et sanctus Valentinus confessor corporaliter requiescit, prouisorumque eius potestati aeternaliter possidenda regali nostra auctoritate donamus, corroboramus atque confirmamus. Et ut haec nostra regalis confirmatio stabilis et inconuulsa omni permaneat aeuo, hanc cartam inde conscribi manuque propria, ut subtus cernitur, corroborantes sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Signum domni Heinrici (Monogramma) quarti regis.

Fridericus cancellarius uice *sigefridi archicancellarii* recognouit. Data VIII. Kal. Nov. Anno dominicae incarnat. M.LX.III.

Indict. II. Anno autem ordinat. domni Heinrici quarti regis VIIII. Regni uero VII. actum *Ratisbone* in dei nomine feliciter. amen.

Lünig, Reichsarchiv XVII. 772. — Hund. — Gewold I.366. — Buchinger. II. 507. — Mon. boic. XXIX. pag. 166 ex orig. c. sigillo. (Conf. Urkundenbuch von Kremsmünster, pag. 31. Nr. 22.)

LXXIV.

Circa 1070. Passau. — *Altmann, Bischof von Passau, bestätigt dem Bischof Adalbero von Wirzburg einen schon früher zwischen Bischof Christian von Passau und dem Grafen Arnolt von Lambach abgeschlossenen Tauschvertrag.*

† In nomine sanctę et indiuiduę trinitatis ego *altmannus* dei gratia sanctę patauiensis ęcclesię episcopus. Licet omnibus, quos in christo sollicitudine sacerdotalis prouidentię amplectimur omnifariam impendere diligentiam debeamus, precipue tamen pauperum christi intimo ex affectu memores esse debemus et non solum presentibus immo et futuris eorum obuiare inconmodis. Ea propter notum esse uolumus uniuersis christi fidelibus tam futuris quam presentibus, qualiter peticione dilecti confratris nostri *Adelberonis* ęcclesię *wirziburgensis* episcopi quoddam concambium, quod iam olim per auum eius *Arnoldum* cum predecessore nostro beatę memorię presule *Christiano* legitime actum fuerat, sed nostris temporibus nonnullam contradictionis molestiam sustinebat, nos deo propicio, ut idem concambium in perpetuum fixum esset et immobile, cum coniuentia totivs cleri et populi ęcclesię nostrę repetita conmutatione renouauimus et omnem futuris temporibus controuersię ac simultatis causam decidimus. Denique a supradicto *Adelberone* confratre nostro acceptis tribus mansibus sui predii, uno in *Niunchirchen*, duobus in *Gundeschirchen* nos decimas, quas parentes eius uidelicet pater *Arnoldus* et auus *Arnoldus* et marchio *Gotefridus* possederant et ęcclesię *lambacensi* contradiderant, hoc est in terminis parrochię, quę pertinet ad memoratum cenobium, in *pachmannen* quoque in terminis sui predii et patrui sui *Arbonis* episcopali auctoritate et banni nostri interpositione eidem ęcclesię et fratribus ibidem conmunis uitę disciplinam sectantibus libere et secure possidendas confirmauimus. Siquis igitur episcoporum aut laicorum hanc nostram confirmationem infringere aut annullare presumpserit, ex auctoritate patris et filii et spiritus sancti perpetuo anathematis uinculo subiaceat, nisi forte

resipuerit et sub debitę reconpensationis satisfactione pęnitentiam egerit. Ne uero confirmationem hanc aliqua imperpetuum possit exterminare obliuio, eam sigilli nostri impressione iussimus et testium subscriptione corroborari. Testes sunt canonici *Rŏpertvs prepositus, Ŏdalricus decanus, Meginhardus, Chŭnradus, Guntherus, prepositi Wezil, Ŏdalricus archidiaconi.* Laici *Ŏdalricus comes aduocatus patauię, Heinricus comes de formbach et frater eius Gebeharth de Uiethensteine, Eberhardus comes de formbach, Hermannus comes frater Ŏdalrici de windeberge, Gotefridus de Gottinsdorf, Arbophath de Echinperge, Arbo de Heicinisdorf, Erchinpreth et frater eius Altman de Aiterbach.*

Data *patauię* anno ab incarnatione domini millesimo I^mo^ VI^to^ Indictione VIIII. Episcopatus autem domni *Altmanni* anno VIII^o^ temporibus *Ekkeberti* abbatis ✝.

Original auf Pergament mit Siegel im Archive des Klosters Lambach. Die Urkunde ist in der vorliegenden Form sicher unecht; Bischof Altmann kam erst 1065 zur Regierung, die Schrift möchte der ersten Hälfte des 13. Jahrhunderts angehören. — Wendenthal, VII. 402. — Hormayr, Archiv 1815. 498.

LXXV.

1071. 25. Juni. Passau. — *Bischof Altmann von Passau stellt das Kloster St. Florian wieder her, und übergibt es regulirten Chorherren.*

✝ In nomine sancte et indiuidue trinitatis *altmannus* dei gratia sacro sancte patauiensis ecclesie episcopus et apostolice sedis legatus cunctis successoribus suis et omnibus christi fidelibus in perpetuum.

Sicut ex iniuncto nobis pastoralis dignitatis officio ecclesias, ubi necessarium esse uiderimus ad honorem dei fundare, sic et quocumque casu lapsas tenemur in christo, dum possumus, ad laudem ipsius reformare. Hinc est, quod ecclesiam beati floriani martyris christi, quondam in pago *Lauriacensi* ab antiquissimis terre illius incolis iuxta riuulum, qui *ypha* dicitur, fundatam et in defensionem sancte romane ecclesie ad annualem censum unius aurei traditam, sed tandem in illo miserabili sancte *Laureacensis* ecclesie excidio tempore *Wulfilonis* ipsius ecclesie pontificis a barbaris destructam, dum postmodo annis multis quasi desolata nullum uel a sede romana, uel ab alio quoquam reformationis inueniret auxilium, nos tandem summi pontificis *Alexandri* interuentu, sed precipue diuine remunerationis intuitu in nostram defensionem suscipientes, ipsam omni diligentia, qua potuimus, reformare curauimus, pia etiam quorundam predeces-

sorum nostrorum *Richarii* videlicet, *Adalberti*, *Eigilberti* episcoporum uestigia sectantes, qui ipsius ecclesie desolationem miserati, ad eius reformationem multo studio laborauerunt, sed continua barbarorum inuasione impediti, pium cordis eorum affectum ad effectum plene perducere non potuerunt.

Nos itaque diuina ordinante clementia ipsis in episcopatum succedentes, bonum opus ab ipsis bene inchoatum, deo adiuuante consummauimus, murosque monasterii quondam ab ungaris dirutos cum tecto resarcientes, ipsum monasterium cum quinque altaribus consecrauimus, canonicos regulares deo ibi perpetuo seruituros instituentes, *Hartmannum* uirum in sancta conuersatione probatum prepositum ipsis prefecimus, reditus (sic) distractos, quos potuimus, reuocauimus et ut ipsi canonici conmunem et regularem uitam ibidem professi sancte et religiose uiuentes diuine contemplationi liberius uacare et pro nostri omniumque fidelium salute deuotius deo debeant supplicare, nos quedam licet pauca de dominicalibus nostris in subsidium prebende fratrum eorundem contulimus. Curiam uidelicet in *Enzingen*. Curiam ad sanctum Stephanum iuxta *wæninpach* cum omnibus ad eam pertinentibus, Ad *Almisvelt* uillam totam cum omnibus ad eam pertinentibus, transitu scilicet fluminis *trvne* et piscationibus, pratis, pascuis, siluis, et duas partes decimationis in omnibus eiusdem ecclesie terminis tam cultis quam colendis. Ad *svnilburch* mansum unum et dimidium et duas partes decimationis Ad *Ebilsperch* mansos duos et dimidium, Ad *strummingen* augeam cum omnibus ad eam pertinentibus. Predia uero, que quocunque modo distracta et alienata, in usus ipsius cenobii reuocauimus, sunt hec: Curia in *Phaffinhouin* cum omnibus ad eam pertinentibus, Curia in *Lilinhovin*, Curia in *Gerlantingen*, In *Gômerichingen* duo mansi et dimidius. Preterea, quod maximum est, parrochiam in qua ipsum cenobium fundatum est, et in omnibus ipsius parrochie terminis tam cultis quam colendis decimam totam ipsi cenobio restituimus, quam tamen parrochiam et decimam fratres ipsius cenobii, sicut ex antiquis eorum priuilegiis plenius certificati sumus, a quibusdam antecessoribus nostris duabus uicibus quondam conmutantes, primo domino *Haertwico* pie recordationis episcopo decem hûbas iuxta prefatum riuulum, qui *ypha* uocatur, sitas, postmodum domino *Adalberto* sanctissime recordationis episcopo oppidum in *Anesiburch* in litore *Anesi* fluminis situm, in usus et proprietatem episcopatus pro conmutacione supradicte parrochie et decime

contulerunt, sed ipsam iterum atque iterum in destructione iam dicti monasterii distractam et usibus fratrum ipsius cenobii penitus abalienatam, nos eam nunc tercio, sed respectu tantum diuine remunerationis et ob reuerentiam romane sedis de potestate baronum terre, qui ipsam decimam usibus suis uiolenter manciparant, recolligentes, parrochiam pleno iure, decimam totaliter et integraliter ipsi cenobio restituimus. Licet enim plurima beato christi martyri floriano in prima fundatione ipsius sui monasterii fuerint collata, omnibus tamen postmodum in destructione ipsius monasterii distractis, usibus fratrum tunc temporis ibidem deo militantium tantum hec paucissima inuenimus remansisse: Villam, in qua ipsum monasterium fundatum est, cum omnibus ad eam pertinentibus, agris scilicet et uinetis, pratis, pascuis siluis, aquis aquarumque decursibus, piscationibus, uenationibus et molendinis. Ad *waelhelingen* mansum unum et dimidium, Ad *vrienlivtin* mansum unum et dimidium. Nos igitur omnes possessiones sepedicti monasterii et iam sibi collatas et quas adhuc deo dante poterit adipisci, in nostram protectionem suscipientes, talem fratribus ibidem deo seruientibus indulgentiam facere decreuimus, ut, si ministeriales nostri, seu quicunque homines ecclesie nostre predia sua ad nos quocunque iure spectantia ipsis conferre decreuerint, liberam habeant potestatem conferendi, quando et ubi uelint. Preterea omnem, quam prius de indulgentia romane sedis habuerunt libertatem plene ipsis redonamus, liberam uidelicet sepulturam ipsis indulgentes ita, ut quicunque apud eos sepeliri uoluerit, libere non obstante alicuius plebani uel uicarii contradictione sepeliatur. Adicientes quoque hanc gratiam ipsis indulgemus, ut, si quando prelatum ipsius monasterii uiam uniuerse carnis ingredi contigerit, fratres liberam habeant potestatem eligendi alium quem magis ydoneum inuenerint, episcopo etiam irrequisito. Volumus etiam et firmiter inhibentes semper obseruandum statuimus, ut nullus successorum nostrorum uel alter quispiam siue ecclesiastica siue secularis persona aliquem eis aduocatum uel in hominibus uel in prediis aliquatenus presumat ordinare, nisi quem prelatus ipsius monasterii cum cǫnsilio fratrum suorum sibi elegerit aduocatum, qui etiam, si, ut plerumque fieri solet, grauis ipsis et iniuriosus exstiterit, dum admonitus emendari noluerit, ad arbitrium ipsius prelati ab episcopo, uel si episcopus noluerit, a sede romana mutetur, altero ad peticionem ipsius prelati substituto. Igitur ut iam dicta ecclesia cum omnibus illuc uel nunc collatis uel iuste

postmodum conferendis plena pace gaudeat et secura consistat, nos ipsam dei omnipotentis patrocinio supponentes, auctoritate ipsius dei et beatorum apostolorum Petri et Pauli eorumque uicarii *Alexandri* pape et potestate, qua nos fungimur, precipimus et sub pena eterne dampnationis firmiter inhibemus, ut nullus uel successorum nostrorum uel alia qualiscunque siue ecclesiastica siue secularis persona res ipsius ecclesie uel inuadere uel inminuere uel quocunque modo usibus fratrum ibidem deo seruientium subtrahere presumat uel auferre. Si autem quispiam successorum nostrorum, quod deus auertat, hec instituta nostra transgressus fuerit, si tercio conmonitus congrua satisfactione non emendauerit, prepositus ipsius monasterii hoc utens priuilegio super tanta iniuria querimoniam coram domino papa deponat, ut super hoc, quod iustum fuerit, decernat. Si ergo super hoc, quod forte fieri potest, indignatus dominus papa predictum monasterium a iurisditione patauiensis ecclesie in iurisditionem romane sedis transferat, deus omnium iniquitatum uindex iustus tantum honoris et rerum dispendium *Patauiensi* ecclesie irrogatum ab auctore ipsius mali requirat et hic et in futuro. Conseruantibus autem pax a deo et misericordia et in presenti et in futuro seculo conseruetur. Amen. Et ut omnia hec omnes tam futuri quam presentis temporis homines sciant esse iugiter et inuiolabiliter conseruanda, presentem paginam sigilli nostri inpressione duximus confirmandam, nominibus Kathedralium et ministerialium nostrorum, quorum consensu et consilio hec omnia acta sunt et confirmata, subnotatis. De Kathedralibus: *Dietmarus maior prepositus, Imbertus decanus, Baldwinus scolasticus, Engilbertus archydiaconus, Imbertus capellanus, Almarus, Heinricus, Fridericus, Hugo Egino, Otakarus, canonici* et ceteri omnes, De ministerialibus, *Egelolf de velbach, Haertwich et frater eius Rěpreht de Chraenzingen, Chaecil de shaltarn, et frater eius Otaker, Ymzo de stegebach, Livtkoz de tagebrehtishvsin, Otaker de widach* et alii quam plures.

Datum *Patauie,* Anno ab incarnatione domini M°lxx°j° Indictione XIIII. VII. Kalendas Julii. Regnante *Heinrico* imperatore IIII. Anno regni eius VII° Imperii uero V° feliciter. A(men).

Aus dem Originale mit aufgedrucktem Siegel im Archive des Klosters St. Florian. Umschrift des Siegels: .... TMANNV ..., ... RA. PATAVJENSJS. EPS. Abgedruckt: Pez, Cod. dipl. epist. I. 254. — Hormayr, Wien I. II. S. III. — Mon. boic. XXIX. II. 9.

LXXVI.

1073. 3. März. Rom. — *Papst Alexander II. bestätigt die Stiftung des Klosters St. Nikola durch Bischof Altmann.*

Alexander episcopus seruus seruorum dei dilecto fratri in christo *Altmanno patauiensi* episcopo et per eum ecclesię quam in territorio eiusdem ciuitatis in portu *ęni* fluminis construxit et in honore sanctę trinitatis et resurrectionis domini nostri iesu christi et sanctorum Andreę apostoli, Pantaleonis martiris et sancti Nycolai confessoris consecrauit, in perpetuum. Conuenit apostolico moderamini religiosis desideriis et peticionibus ea benignitate et pietatis studio condescendere effectumque prebere, ut, dum spiritualis auctoritas officii sui debitum peragit, dum pia fidelium statuta roborando venerabilibus locis presidium defensionis impendit, hinc affectus supernę retributionis lucratur meritum, quod in prestando beneficio non minor fuerit caritas quam potestas. Hoc enim et bonorum studiis spe proficiendi augmentum tribuit et opus proprium fructu perfectionis deo acceptabile reddit. Itaque dilecte frater, carissima S. Petri filia imperatrice *Agnete* semper augusta indicante nobis, te in suburbio ciuitatis tuę iuxta portum predicti fluminis *ęni* ad conmunem et regularem canonicorum uitam ęcclesiam construxisse et ut eam iuxta propositum tuę deuotionis et constitutionis apostolicis priuilegiis firmaremus, tum ipsa preces tuas referente, tum ipso pro te sanctissimo desiderio postulante tanto promptius utriusque uoluntati annuendum esse iudicauimus, quanto et tua uota iusta esse certius intelligimus et illius desideria diuino accensa spiritu ubique prosperari cupimus. Concedentes igitur tibi et prefatę ęcclesie huius nostri apostolici decreti priuilegium sancimus et apostolica auctoritate statuimus, ut clerici, qui uel nunc in eadem ęcclesia sunt ordinati uel aliquo post in tempore fuerint ordinati, sub conmuni semper uita et claustrali conuersatione consistant. Ad quorum conmunem usum confirmamus et inconmutabiliter tenenda decreuimus determinate quidem et ea, quę prenominata imperatrix augusta pro remedio animę suę donauit uidelicet nonam partem omnium, quę ad *Persinbiugen* et *Ibseburch* ad manus suas culta redduntur et ea, quę tu ipse per manum aduocati tui *Rainberti* illuc tradidisti, scilicet ante signatum portum predicti fluminis *eni* cum omni utilitate sua gratis quidem transponendis, qui

causa orationis uadunt, insuper duas curtes *sempftelingen* et *Niuwenhouen* cum pertinentiis suis omnibus et unam Houesacham, quam *Egeno* ad usum episcopi in altare sancti Stephani protomartiris dedit, et duas Houesachas in loco, qui dicitur *Alburch*, et decimationem eiusdem uillę cum uno manso et unam curtem *Wachinwis*, *Enzinwis* cum *genezeo* et omni utilitate et tres houesachas de *Ebechendorf* cum omni utilitate. Ad *Richeresdorf* unum mansum et unum molendinum, Ecclesiam unam, que dicitur *Eitenbach*, cum omni utilitate, quę ad episcopum pertinebat, et unam Houesacham *Ôsta* cum cęteris bonis illic (sic) pertinentibus et ad *Allenchouen* unum mansum cum decimatione eiusdem uillę et ad *zôintis* I. mansum cum decimatione eiusdem uillę. Ad *Rusten* decimationem, ad *Môtarn* unum mansum, Ad *Liuben* unam uineam, ad *Wachouwe* duas uineas, Ad *sconenbôhel* duas, Ad *Ascha* duas, Ad *sebach* tres et tres sagenas, unam *patauie*, aliam *sebach*, terciam *Mathse*. Pro uestitu autem decem libras argenti de nauibus *patauie*: Tres ad *Mathse* de censu. Hec inquam omnia et quecunque etiam innominata bona eidem ęcclesię uel nunc iuste collata sunt uel inposterum deo disponente conferenda eo tenore et auctoritate ad conmunem usum fratrum ibidem deo famulantium decernimus et corroboramus, ut conmunem et regularem uitam ducentes nichil de bonis ęcclesię proprio et singulari usui uendicent. Vt igitur hęc nostra decreta adiuuante domino undique firma illibataque permaneant, apostolica auctoritate constituimus, vt nullus rex, imperator, dux, comes, episcopus uel archiepiscopus seu aliqua persona secularis aut ęcclesiastica prefatam ęcclesiam ab eo statu et ordine, quem superius confirmauimus, diuellere aut aliqua perturbatione impedire presumat uel quicquam de rebus et bonis ęcclesię inuadere aut diminuere uel ab usu fratrum subtrahere audeat. Si quis autem contra huius nostrę sanccionis decreta temerario ausu uenire temptauerit, usque ad dignam satisfactionem anathematis laqueo se irretitum nouerit. Qui uero hęc eadem fideli deuotione obseruare curauerit, diuinę remunerationis gratiam et apostolicę benedictionis hic et in futuro consequatur habundantiam. Datum *Rome* V. Nonas Martii Per manus *petri* sanctę Romanę ęcclesię presbiteri cardinalis ac bibliothecarii Anno XII. pontificatus domni secundi *Alexandri* papę, Indictione XII.

Mon. boic. IV. 287, aus einer Abschrift sec. XII. im k. bairischen Reichsarchive zu München.

LXXVII.

1074. 27. Juli. Passau. — *Bischof Altmann verleiht dem Propste zu St. Florian die Freiheit, die Seelsorge der Pfarre einem Chorherrn übertragen zu können.*

✝ In nomine sancte et indiuidue trinitatis *altmannus* dei gratia sacrosancte patauiensis ecclesie episcopus et apostolice sedis legatus cunctis successoribus suis et omnibus christi fidelibus in perpetuum. Officium pastoralis dignitatis summopere exigere uidetur, ut nos, qui quasi rectores et gubernatores ecclesiarum a deo ex omnibus hominibus specialiter electi sumus et constituti, specialius etiam pre omnibus ipsarum securitati et non solum presenti sed et future debeamus iugiter intendere. Hinc est, quod nos continua nec non et deuota dilecti fratris nostri *Hartmanni* prepositi domus *sancti floriani* peticione conmoniti, parrochiam, in qua ipsum, cui preest, fundatum est monasterium, speciali priuilegio nostro sibi suisque successoribus confirmare et quo iure ipsam aliasque possessiones undecumque sibi et nunc collatas, nec non et postmodum iuste conferendas, possidere debeant, omnium et successorum nostrorum et aliorum christi fidelium memorie presenti scripto duximus firmiter conmendare. Pateat igitur omnibus christi fidelibus tam futuris quam presentibus, quod fratres quondam in domo *sancti floriani* deo seruientes supra dictam parrochiam et in omnibus ipsius parrochie terminis tam cultis quam colendis decimam totam a duobus antecessoribus nostris pie recordationis episcopis *Haertwico* scilicet et *Adalberto* legitimo concambio permutatam duabus uicibus in proprios usus suos pleno iure conquisierunt, sed eam iterum atque iterum in destructione ipsius monasterii distractam et usibus eorum penitus abalienatam nos tandem nunc tercio sed respectu tantum diuine remunerationis decimam totam et indiuisam parrochiam pleno iure restituimus ipsis et confirmamus auctoritate dei omnipotentis sub pena eterne dampnationis firmiter inhibentes, ut nullus successorum nostrorum ipsos uel secularem clericum uel etiam de fratribus unum iam dicta parrochia inuestiendum sibi representare conpellat, sed ipsius monasterii prelatus eam libere uni de confratribus suis, quem ad hoc ydoneum inuenerit, conmittat, qui et plebem in diuinis summa diligentia procurare non negligat et tamen singulis diebus et ad refectorium et ad dormitorium suum redire non omittat, quem etiam pro tempore, si negligentem inuenerit, mutet

alterum substituendo et hoc faciat, quandocumque uiderit expedire, et episcopo et archidyacono et eorum decano inconsultis et irrequisitis. Reliquis autem parrochiis uel nunc sibi collatis uel postmodum iuste conferendis, quandocumque uacauerint, seculares clericos pleno iure inuestiat, nullum super cura animarum recipienda uel episcopo uel archidyacono representans. In omnibus enim ecclesiis suis curam animarum sibi in confirmatione sui una cum prelatura debere conferri statuimus et inuiolabiliter confirmamus. In aliis autem ipsius monasterii possessionibus, decimis scilicet et prediis, agris et uinetis talem iusticiam et libertatem prelato indulgemus, ut plenam in eis habeat potestatem cum consilio tamen fratrum suorum dandi, uendendi, precariandi, conmutandi in omnem utilitatem, sicut conmodius sibi et ecclesie sue uiderit expedire, non obstante nec factum suum impediente uel episcopi uel etiam eius, quem pro tempore sibi elegerit aduocatum, contradictione. Igitur ut hec nostre institutionis iura rata et perpetuo ab omnibus seruari debeant inconuulsa, presentem paginam sigilli nostri inpressione consignamus, auctoritate dei omnipotentis sub pena eterne dampnationis firmiter inhibentes, ut nullus uel successorum nostrorum uel alter quispiam prescripte institucionis formam uel infringere presumat aliquatenus uel infirmare. Si autem quispiam successorum nostrorum, quod deus auertat, eam postmodum temere uel infregerit uel infirmare presumpserit, si tercio conmonitus resipiscere noluerit, prepositus ipsius monasterii hoc utens priuiligio (sic) super tanta iniuria querimoniam coram domino papa deponat, ut ipse hoc, quod iustum fuerit, decernat. Si ergo super hoc, quod forte fieri potest, indignatus dominus papa predictum monasterium a iurisditione *patauiensis* ecclesie in iurisditionem romane sedis transferat, deus omnium iniquitatum uindex iustus tantum honoris et rerum dispendium *patauiensi* ecclesie irrogatum ab auctore ipsius mali requirat et in hoc seculo et in futuro. Conseruantibus autem pax a deo et misericordia et in presenti et in futuro seculo conseruetur. Amen.

Datum *Pataue*. Anno ab incarnatione domini M°lxx.IIII° Indictione V. VI. Kalendas augusti. Regnante *Heinrico* imperatore huius nominis IIII° Anno regni eius VIIII° Imperii uero eius VII. feliciter. Amen.

Original mit Siegel im Archive des Klosters St. Florian. Umschrift des Siegels: † ALTMANNVS. DJ. GRA. PATAVIENSIS EPS. — Abgedruckt bei Hormayr, Wien I. II. S. XVII. — Mon. boic. XXIX. II. 14.

LXXVIII.

1075. 24. März. Rom. — *Papst Gregor VII. bestätigt die Stiftung des Klosters St. Nikola bei Passau.*

Gregorius Episcopus seruus seruorum dei dilecto fratri in christo *Altmanno patauiensi* episcopo et per eum ęcclesię, quam in territorio eiusdem ciuitatis in portu *ęni* fluminis construxit et in honore sanctę trinitatis et resurrectionis domini nostri iesu christi et sanctorum Andreę apostoli, pantaleonis Martyris et sancti Nycolai confessoris consecrauit, in perpetuum. Conuenit apostolico moderamini religiosis desideriis et peticionibus ea benignitate et pietatis studio condescendere effectumque prebere, ut, dum spiritualis auctoritas officii sui debitum peragit, dum pia fidelium statuta roborando uenerabilibus locis presidium defensionis inpendit, hinc affectus supernę retributionis lucretur meritum, quod in prestando beneficio non minor fuit karitas quam potestas. Hoc enim et bonorum studiis spe proficiendi augmentum tribuit et opus proprium fructu perfectionis deo acceptabile reddit. Itàque dilecte frater, carissima sancti Petri filia Imperatrice *Agnete* semper Augusta indicante nobis te in suburbio ciuitatis tuę iuxta portum predicti fluminis *ęni* ad communem et regularem uitam ęcclesiam construxisse et ut eam iuxta propositum tuę deuotionis constitutionis apostolicę priuilegiis firmaremus, tum ipso pro te sanctissimo desiderio postulante tanto promptius utriusque uoluntati annuendum esse iudicauimus, quanto et tua uota iusta esse certius intelligimus et illius desideria diuino accensa spiritu ubique prosperari cupimus. Concedentes igitur tibi et prefate ęcclesię huius nostri apostolici decreti priuilegium sanctimus et apostolica auctoritate statuimus, ut clerici, qui uel nunc in eadem ęcclesia sunt ordinati uel aliquo post in tempore fuerint ordinandi, sub communi semper uita et claustrali conuersatione consistant. Ad quorum communem usum confirmamus et incommutabiliter tenenda decernimus determinatę quidem et ea, quę prenominata imperatrix augusta pro remedio animę sue donauit uidelicet nonam partem omnium, quę ad *persinbiugen* ad manus suas culta redduntur et ea, quę tu ipse per manum aduocati tui *Rainberti* illuc tradidisti, scilicet antesignatum portum predicti fluminis *ęni* cum omni utilitate sua gratis quidem transponendis, qui causa orationis uadunt. Insuper duas curtes *Semftelingen* et *Niuwenhouen* cum omnibus pertinentiis et unam

houesacham, quam *Egeno* ad usum episcopi dedit, et unum mansum et dimidium ad *steinuelde* et tres houesachas in loco, qui dicitur *Alburch* et decimationem eius uillę cum uno manso et unam curtim *Encinwis* cum *genezeo* et omni utilitate et tres houesachas de *Ebechendorf* cum omni utilitate. Ad *richeresdorf* I. mansum et I. molendinum. Ecclesiam I. que dicitur *Eitinbach*, et I. decimationem in barrochia *Hôtaren* et I. houesacham ad *Ôsta* cum cęteris bonis illuc pertinentibus, Et ad *allinchouen* I. mansum cum decimatione eiusdem ęcclesię, Ad *Rustam* decimationem, Ad *Liuben* I. uineam, Ad *Mutaren* I. mansum, ad *Walchôuue* II. uineas, Ad *sconenbôhel* II, Ad *Ascha* II. Et III. sagenas, unum *pataule* et aliam *sebach*, terciam *Mathse*. Pro uestitu autem XXIV. libras, X. de nauibus, VI. de *Goldarewerde*, IV. de *Euirdingin*, III. de censu *Mathse*, I. de *Vfhusen* et molendinum in eodem loco, Vnam houesacham ad *Roingerisdorf*, I. peringen, *Ôinkirichen* et *Altheimin* cum omnibus pertinentiis suis, I. *Gerichwis*, I. *Heimingen*, I. decimationem *Rôtprehtishouen*, II. uineas *Liumuntingen*, I. ęcclesiam cum decimatione *Griezkirichen* et I. houesacham *Kaltinbach*, decimationem in rure *biugin*, item decimationem *Zôintis*. Hęc inquam omnia et quęcunque etiam innominata bona eidem ęcclesie uel nunc iuste collata sunt uel inposterum deo disponente conferenda, eo tenore et auctoritate ad communem usum fratrum ibidem deo famulantium decernimus et corroboramus, ut communem et regularem uitam ducentes nichil de bonis ęcclesie proprio et singulari usui uendicent. Si quis vero imperatorum, regum, sacerdotum, clericorum iudicum ac religiosarum personarum hanc constitutionis nostrę paginam agnoscens contra eam uenire temptauerit, potestatis honorisque dignitate careat reumque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et nisi ea, quę ab illo sunt male ablata, restituerit uel digna pęnitentia illicite acta defleuerit, a sacratissimo corpore ac sanguine domini redemptoris nostri iesu christi alienus fiat atque in extremo examine districtę ulcioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta seruantibus sit pax domini nostri iesu christi, quatenus et hic fructum bonę actionis percipiant et apud districtum iudicem premia ęternę pacis inveniant. Datum *Rome* per manus *Petri* presbiteri cardinalis ac Bibliothecarii IX. Kalendas Aprilis anno Pontificatus domni *gregorii* papę VII, Indictione XIII.

Mon. boic. IV. 290, aus einer Abschrift sec. XII. im k. bairischen Reichsarchive zu München.

LXXIX.

Nach **1075. Passau.** – *Stiftbrief des Klosters St. Nicolaus bei Passau.*

In Nomine Sancte et indiuidue trinitatis. Ego *Altmannus* peccator qualiscunque *Pataniensis Ecclesie pastor.* episcopalis cure sollicitudine conmonitus Locum diuinis cultibus et seruitiis aptum sancti spiritus gratia et auctoritate dictante et cooperante prouidi, in quo religiosi ac deo deuoti canonici pie et iuste uiuentes et diuine contemplationi vacarent et pro nobis et pro cunctis fidelibus deum exorarent. Adiuuante itaque et cooperante beata *Imperatrice Agnete in suburbio Pataviensis ciuitatis in portu Eni Fluminis* monasterium in honore Sancti Andree apostuli et sancti Panthaleeymonis martyris et *beati Nycolai* confessoris fundauimus et apostolicorum virorum *Alexandri*, *Gregorii pape* necnon et *Hainrici regis huius nominis quarti* priuilegiis et sigillis insigniri et corroborari impetrauimus et religiosis viris ex diuersis cenobiis ad predictum monasterium congregatis deo, in quantum potuimus, superna prosperante gratia seruitium inibi preparauimus et ea bona, que eidem monasterio prenominata imperatrix Augusta et ego in communem usum fratrum ibidem regulariter conuersantium longe uel prope, culta uel colenda donauimus, nostri precepti tuitione et sigilli inpressione stabiliuimus et firmiter semperque tenenda firmauimus hac conditione, ut ipsi canonici comunem et regularem uitam secundum instituta regule beati Augustini ibidem ducentes nichil de bonis ecclesie propriis usibus suis uendicent, sed pari uictus et uestitus sustentatione fruentes debitas deo pro beneficiis sibi collatis gratias agere non cessent. Hec igitur sunt bona, que beata Imperatrix pro remedio anime sue predicto cenobio donauit: nona pars omnium, que de *Bersinbuoge* et *Ibisbvrch* ad manus suas culta reddebantur. Ego uero, que in usum et prebendam fratrvm inibi deo seruientium contuli, per manum *Aduocati mei Regenberti* illis tradidi, decimas scilicet de ortis, de pomeriis, de vineis, de agris, que in illo domate coluntur. Ad usum quoque fratrvm contuli presignatum *portum fluminis Eni* cum omni utilitate sua excepto, quod hii, qui gratia orationis uadunt, gratis transducantur. Tradidi etiam illis *Ecclesiam Sancte Marie Magdalene* dimidio manso dotatam et in suburbio ciuitatis undecim domata et quicquid culti ruris est a danubio usque ad Enum preter duo iugera in *Winkobeln* et duas stabularias curtes ibidem, *Senftelingen* scilicet et

Niwenhoven, in *Tantobel* dimidiam hvbam, in *ripa*, que dicitur *Peutra*, dimidiam hvbam, *Pachmuole* hvobam, *soumingen* hvobam, *Hasenpruole* huobam, *holzhaim* quatuor Huobas, *Probestesriuote* hvbam, *Windelberch* hvbam, *Svonenbach* quatuor hubas cum silvis et pratis illuc pertinentibus. *Porckarting* duas hubas et beneficium cum omnibus illuc pertinentibus, *Pimezheim* curtem stabulariam, *Schalcheim* cum omnibus illuc pertinentibus, In loco, qui dicitur *Albvrch*, ecclesiam et quicquid iuris Episcopus Patauiensis in ea habere uidebatur, gratia proprietatis fundi, ius videlicet patronatus et duas partes decimacionis et duas curtes stabularias, *Geheri* curtem unam, *Auekkingen* tres hvbas soluentes ferrum, *Berigen* curtem unam et dimidiam hvbam cum pratis et siluis illuc pertinentibus, *Hergolvingen* hvbam, *Uoffhvsen* molendinum, *Rongerstorf* curtem unam et dimidiam hvbam cum una decimacione, *Evchendorf* ecclesiam cum omni utilitate et iure parrochiali et curtem stabulariam et dimidiam hvbam cum pratis et siluis illuc pertinentibus, *Baezerichsdorf* curtem vnam cum omnibus eius appenditiis, *Enzenwis* villam totalem cum omnibus illuc pertinentibus, In Rivte VII. hvbas, *Dornach*, curtem unam et unam hvbam et siluam et unam decimacionem, *Wachenwis* duas curtes stabularias et hvbam unam et dimidiam et unam decimacionem cum pratis et siluis illuc pertinentibus, *Einharstorf* molendinum et dimidiam hvbam cum pratis et siluis et areis, *Kolnbrvonen* unam hovesathe, *Richerstorf* duas hvbas cum pratis et siluis illuc pertinentibus, *Gerchwis* tres hvbas et tres carratas cereuisie de bonis Episcopi in eadem uilla dandas, *Althaim* curtem unam cum omnibus eius appenditiis, *Ouwenchirchen* ecclesiam cum omni iure et utilitate parrochia . . . . . . et curtem vnam cum omnibus eius appenditiis et quicquid utilitatis supradicti fratres sibi potuerint ordinare tam in agris quam in siluis et oblationibus et areis et vnam decimationem, *Mattenheim* hvbam, *Aher* hvbam cum silua adiacente, *Uilsehoven* dimidiam hvbam, *Chvffarn* tres hvbas, *Huokkenchouen* hvbam, *Hauchesbach* hvbam, *Percheim* duas hubas, *Leimkar* duas hvbas, *Eitenbach* Ecclesiam cum omni iure et seruitio episcopali et unam decimationem, In *Parrochia Hvtarn* unam decimationem, In *Parrochia heimingen* duas partes decimationis, Quas partes decimationis noualium silue, que dicitur *Hoehnhart*, in quatuor ecclesiis, quarum termini in eandem siluam ex inferiori parte poriguntur, Quarum nomina sunt hec: *Eberswanch*, *Schiltern*, *Aspach*, *Vekkelstorf*, quas partim ab *Her-*

manno babinbergensi Episcopo iure synodali cum donatione aliarum XII. hubarum optinui, partim ut in proprio Episcopatu nemine contradicente dedi. Tradidi etiam illis *Ecclesiam Grizkyrchen* cum omni iure et seruitio episcopali et unam decimam in omnibus terminis eiusdem Ecclesie tam cultis quam colendis. Dedi etiam ipsis *Ecclesiam in Allenchoven* cum omni iure et seruitio episcopali et unam decimacionem, decimas quoque noualium infra terminos eiusdem ecclesie et unam hovesacham, Ad *Auosten* curtem unam, *Strazze* quatuor hvbas et dimidiam, *Stavdah* dimidiam hvbam, *Emmeling* dimidiam hvbam, *Harde* hvbam cum silua adiacente, *Winkelarn* dimidiam hvbam, *Hartheim* curiam et dimidiam hvbam, In *Rvit* hvbam, *Buosingen* curiam et dimidiam hvbam, cum aliis illuc pertinentibus, *Leuwentingen* hvbam et dimidiam, In *Pruol* dimidiam hvbam in usum apum et *Kaltenbach*. In oriente in rure citra *Rvste* et *Izendorf* tradidi illis decimam unam in omnibus terminis eiusdem ruris tam cultis quam colendis et in rure, quod dicitur *Bevchriche* duas partes decimationis in quatuor ecclesiis, *Niuwokirchen* scilicet, *Ritenbach*, *Molte et Rienbvrch*, decimas quoque noualium in omnibus terminis earundem ecclesiarum, In *ecclesia Stregen* unam decimam et in *Hohnwart* duas partes decime in omnibus terminis eiusdem ecclesie tam cultis quam colendis. Tradidi etiam illis tres sagenas, vnam *Sebach*, unam *Matsse*, vnam *Patavie* in uno littore Eni a pede montis, super quem sita est ciuitas usque in *Walkerslegen* et quicquid vtilitatis sibi predicti fratres in eodem littore possint ordinare. Preterea tradidi eis *Sebach* tres vineas, *Aschahe* duas, *Nvachowe* quatuor, *Hvntshaim* quatuor, *Mvtarn* duas et vnam hovesacha et in loco, qui dicitur *Halle*, vnam sartaginem cum suo iure. Ad luminaria ecclesie tradidi eis *Capellam sancte* marie in *ciuitate Lavreacensi* cum omni iure Parrochiali et omni utilitate, que predictis fratribus tam in oblationibus quam in censualibus et areis adiacentibus inde poterit prouenire. Pro uestitu autem XXIIII. libras eis ordinaui, de nauibus *Patavie* sex, de *Goldarwerde* octo, de *Euerdinge* sex, de *huoffhvsen* quatuor. Omnibus igitur tam futuri quam presentis temporis hominibus notum facio, quod ipsos predicti Monasterii fratres liberos ab omni aduocatorum seruitio constitui. *Comitem heinricum de Vornbach* aduocatum illis in partibus *Bawarie* et *Livpoldum marchionem* in partibus *Austriae* aduocatum eis ordinaui et hoc quasi pro iure semper obseruandum statuens Auctoritate dei omnipotentis sub pena eterne dampnationis

inhibeo, ut nec ipsi nec aliqui heredum suorum nec alter quispiam eis quacumque sorte succedentium aduocatorum aliquem sibi nisi fratribus predicti cenobii petentibus subaduocatum presumat ordinare. Quod si aliquis improbus aduocatus postmodum, quod deus auertat, infringens temptauerit, vinculo anathematis illum in nodo eterne ultionis uindicta, nisi resipuerit, perpetualiter puniendum. Preterea notum esse uolo, quod pro seruitio, quod plerumque occasione aduocatie ab hominibus religiosis exigitur, X. uineas in *Rvtarn* sitas cum omnibus earum appenditiis Comiti H. de vornbach et in loco, qui dicitur *Mvkkaruouwe*, tres hvbas et LXX. mancipia Livpoldo Marchioni in beneficium concessi ea conditione, ut nec ipsi nec aliqui successorum suorum aliquod ab illis seruitium quasi iure aduocatie aliquando presumat expetere. Ego quoque siquid reddituum supradictis fratribus circa *Grizchirchen* et circa *Allenchoven* contuli, michi et successoribus meis uice Aduocati patrocinandum reseruaui, Auctoritate dei patris omnipotentis firmiter inhibens, ut nullus successorum meorum aliquem sibi subaduocatum nisi pro petitione fratrvm ibi aliquando presumat substituere. Notum etiam facio, quod in omnibus ecclesiis, quas predictis fratribus contuli, quicquid iuris et seruitii Episcopus in eis habere uidebatur, totum ipsis et plenarie contuli. Mortuo quoque preposito eorum eis electionem indulsi et hec faciens omnia communi consilio et consensu canonicorum chori Pataviensis et Ministerialium meorum confirmaui. Hii ergo testes de Clero aderant: *Vlricus prepositus, Imbertus Decanus, Balduwinus scolasticus, Engilbertus archipresbiter, Imbertus capellanus, Egeno, Otakkerus* canonici et ceteri omnes. De Ministerialibus vero isti aderant: *Egilolf de Velbach, Kaezzel de Schaltarn et frater eius Otakker, Hertweich de Krenzingen et frater eius Rvpreht, Otakker de Widach, Imizo de Stegebach, Livtgoz de Tagebrehtshavsen* et alii quam plures. Vt igitur hec omnia firma et illibata permaneant, iuditio dei patris omnipotentis et filii et spiritus sancti et auctoritate beati Petri apostoli eiusdemque vicariorum Alexandri et Gregorii pontificum et fidutia et consolatione beati Andree Apostoli et Sancti Panthaeeleymonis martiris et pii confessoris Nicolai interdicimus et prohibemus, ut nullus successorum nostrorum seu aliqua secularis uel ecclesiastica persona de nominatis prefate ecclesie prediis inuadere uel diminuere uel usui fratrum inibi apostolica uestigia seruantium subtrahere presumat. Siquis autem, quod deus auertat, ausu nefario hec transgressus

fuerit, si tercio commonitus congrva satisfactione non emendauerit, anathematis laqueo se irretitum et cum iuda pessimo mercatore partem habiturum indubitanter agnoscat. Conseruantibus autem pax et misericordia in presenti et futuro seculo seruetur. amen. Datum *Patauie* Anno ab incarnatione domini Millesimo LX. VII. Indictione V. Pridie Kalendas Octobris.

Mon. boic. XXVIII. II. pag. 213. Nr. XI. ex lib. cop. patav. III. (Codex episcopi Ottonis Consdorf. 1254—1265.)

LXXX.

Nach **1075. Passau.** — *Stiftbrief des Klosters St. Nikolaus bei Passau.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis omnibus fidelibus in perpetuum. Nos *Altmanus* qualiscunque peccator *patauiensis* Ecclesie Rector episcopalis cure sollicitudine commoniti, sancti quoque spiritus gratia celitus instigati prouidimus ecclesie locum, in quo religiosi Canonici pie et iuste uiuendo diuine contemplationi uacare et pro nobis et nostris confratribus cunctisque fidelibus deo continuis debeant orationibus supplicare. Adiuuante igitur nobis felicissima imperatrice domina *Agnete* in suburbio *Patauiensis* Ciuitatis in portu *Eni* fluminis fundauimus monasterium pia deuotione et sincera intencione in honore S. Andree apostoli et S. Pantaleonis martiris et precipue sanctissimi confessoris et pontificis Nycolai, Cui de nostris dominicalibus paucissima largientes de rebus tantum ipsum dotauimus, quas a personis extraneis et vasallis nostris comparando absoluimus aliorum eciam terre nobilium auxilio fauorabili accedente. Quam utique fundationem apostolicorum uirorum domini *Alexandri* et domini *Gregorii* paparum nec non domini *Heinrici* Romanorum regis huius nominis quarti confirmari magna sollicitudine sigillatis priuilegiis procurantes viris quoque religiosis illuc ex diuersis cenobiis congregatis deuotum deo obsequium ibidem preparauimus atque gratum. Preterea omnia bona, que nos et prenominata Augusta in communem usum fratrum illic deo famulantium pie et sincere donauimus, sigillis et priuilegiis ad perpetuam ualitudinem duximus roborare Ea tamen conditionis lege ut ipsi canonici communem et regularem vitam inibi ducentes de bonis ecclesie datis vel donandis usui proprio nichil uendicent, sed pari uictus et vestitus sustentatione fruentes pro collatis sibi beneficiis semper grates (sic) summo referant largitori. Volentes itaque

idem cenobium magno labore nostro ex nouo constructum nullius rectoris extranei preceptis sev ordinationibus subiacere, omne ius parrochiale extra menia sev ualles Ciuitatis nostre *Patauie* cum sepultura libera et cum capellis forinsecus iam fundatis uel adhuc fundandis eidem donauimus pleno iure ita, ut vnus fratrum de conuentu ipsi plebi in suburbio residenti per omnium sacramentorum exhibitionem in suo Monasterio, quod eis pro parrochia statuimus, debeat tamquam pastor legittimus prouidere. Ipsam etiam fundationem nostram gaudere uolumus omnibus libertatibus a sanctis patribus institutis ita, ut libera sit ab omni inuasione laycali et nec rebus nec hominibus infra septa eiusdem constitutis sub pena excommunicationis, quam iam in eos ferimus, aliqua uiolentia inferatur. Dedit autem prefata imperatrix in promotionem ipsius fundationis aream, in qua situm est monasterium, cum duabus curiis stabulariis *Senftling* uidelicet et *Neunhouen*, ut per eas habere possint facilius pascua pecorina, Item ortos et pomeria ipsi Ecclesie adiacentes, Item nonam partem omnium rerum suarum, quas in *Persenpevg* et *Ybespurch* usu proprio possidebat. Ea uero, que nos in usum et prebendam eisdem fratribus dedimus, omnia per manum domini *Reinberti* Comitis nostri aduocati ipsis tradimus pro robore perpetue firmitatis. Sunt autem hec, que eidem Monasterio dedimus siue damus Primo, ut in nostro foresto sibi contiguo recipere debeant sine exactione iuris, quod vorstreht dicitur, omnia ligna, que ad edificandum necessaria habuerint uel cremandum. Item dedimus eis libere possidendum quicquid iuris est extra valles Ciuitatis culti uel inculti a *Danubio* usque ad *Enum* preter duo iugera ultra montem *weinchnobel* sita, vnacum decimis predictarum Curiarum et aliorum agrorum, quocienscunque de suo domate propriis aratris coluerint, simulque omnes decimas vinearum, ortorum, pomeriorum in eisdem terminis positorum. Item dedimus eis portum siue passagium *Eni* fluminis cum omni sua utilitate gratis tamen illis omnibus transducendis, qui causa deuotionis sanctorum limina duxerint visitare. Item dedimus eis in *Tantobel* dimidium mansum, in *Holzhaim* quatuor hubas, in *Hegenbach* vnam hubam, in *Probstraevt* vnam hubam, circa *Paevtram* dimidiam hubam, in *Sovming* dimidiam hubam, in *Hasenpruel* vnam hubam, in *Winberch* unam hofsacham, in *Stainvelde* vnam hubam, in *Sunnepach* vnam hubam, in *Pimzheim* vnam hofsacham, in *Alburch* tres curtes stabularias cum aliis prediis empticiis, Item ibidem duas partes

decimarum, im *Gehai* vnam curtem, in *Aufhausen* unum Molendinum et vnam decimam et dimidiam hubam, In *Euchendorf* vnam Cappellam cum omni vtilitate et pleno iure, Ibidem vnam curtem stabulariam et dimidiam hubam cum pratis et siluis illuc pertinentibus, in *Weizrichstorf* vnam curtem cum omnibus eiusdem appendiciis, in *Enzenweis* totam villam cum molendino et *Genezeo* cum siluis, pratis, piscationibus et omni sua vtilitate, item *Bering* et *Richerstorf*, in *Raevt* septem hubas, in *Dornach* vnam curtem et vnam hubam cum siluis, pratis, piscationibus, Ibidem vnam decimam, Item in *Ahausen* iuxta *Landawe* vnam decimam, Item in *Engelmarsperg* vnam Curiam cum Molendino et alio predio parvo, In *Cholnprunne* vnam hubam, in *Wachenweis* duas curtes stabularias cum aliis hubis, areis, Molendinis, pratis, siluis, piscationibus ad eas pertinentibus, in *Gerchweis* tres hubas, in *Althaim* vnam curtem cum omnibus eius appendiciis, Item in *Aunchirchen* capellam cum omni vtilitate et pleno iure, Item ibidem duas partes decimarum et vnam curtem cum omnibus eius appendiciis et quidquid vtilitatis fratres ibidem ordinare sibi poterunt in aquis et siluis, oblationibus et areis in eadem uilla constitutis; Item in *Aitenpach* vnam Ecclesiam cum omni vtilitate et cum iure parrochiali et vnam decimam in omnibus terminis eiusdem Ecclesie tam cultis quam colendis, in *Aha* vnam hubam cum silua adiacente, in *vilshouen* dimidiam hubam, in *Cupharn* tres hubas, in *Perchaim* duas hubas, in parrochia *Hůtarn* vnam decimam cum noualibus. In Parrochia *Chelichperch* vnam decimam cum noualibus, In Parrochia *Irsheim* vnam decimam cum noualibus, Item in Ecclesia, que Haiming dicitur, duas partes decimationis cum noualibus, Item duas partes decimationis noualium in silua, que *Hónhart* dicitur, tam cultorum agrorum quam colendorum in quatuor videlicet illis ecclesiis, quorum (sic) termini in eandem siluam ex inferiori parte poriguntur, Quorum ecclesiarum nomina sunt hec: *Eberswanch*, *Schiltarn*, *Aspach*, *Vekchelsdorf.* Item parrochiam in *Griezchirchen* cum omni vtilitate et pleno iure cum vna decima in omnibus terminis ipsius Ecclesie tam cultis quam colendis, Item parrochiam in *Alnchoven* cum omni vtilitate et pleno iure, Item decimam cum noualibus in omnibus terminis eiusdem Ecclesie, Item ibidem vnam hofsacham, In *Eusten* vnam curtem, in *Strazz* quatuor hubas, in *Hard* vnam hubam cum silua adiacente, In *Winchlarn* dimidiam hubam, in *Stavdech* dimidiam hubam, in *Emling* dimidiam hubam, Ad *Tunhaim* dimidiam hubam,

in *Harthaim* vnam Curiam et dimidiam hubam, In *Reut* vnam hubam, in *Pv̊sing* vnam Curiam et dimidiam hubam cum omnibus illuc pertinentibus, In *Levnting* vnam hubam et dimidiam, In *Pruel* dimidiam hubam, In *Chaltenpach* vnam hubam, In *Rueprehteshouen* vnam decimam, Item in Austria in *Rure* circa *Rvste* et *Eytzendorf* vnam decimam in omnibus terminis eiusdem ruris tam cultis quam colendis, item in Rure, quod *Pevchrich* dicitur, duas partes decimationis in quatuor Ecclesiis, videlicet *Nevnchirichen*, *Rórnpach*, *Molte* et *Rietenburch* simulque omnes decimas noualium in omnibus terminis earundem Ecclesiarum, Item in Ecclesia *Stregen* duas partes decimarum cum ipsis noualibus. Item in parrochia *Hohenwart* vnam partem decimationis in omnibus terminis eiusdem ecclesie tam cultis quam colendis, Item tres sagenas vnam in *Sebach*, alteram in *Matse*, terciam in *Patauia*, que protenditur a pede montis, in quo sita est Ciuitas, usque *Walkerstegen*. Addidimus etiam, quidquid ipsi fratres vtilitatis sibi in eodem litore potuerint ordinare, Item in *Sebach* tres vineas, in *Aschach* duas vineas, in *Bachouia* quatuor vineas, In *Hvntshaim* quatuor vineas, Item in *Mavtorn* vnam curiam cum duabus vineis, In *Halle* vnam sartaginem cum iure suo, In *Sebach* vnam decimam, In *Linthaim* vnam Curiam. Item dedimus ad luminaria Ecclesie Cappellam sancte Marie in loco *Lauriacensi* cum omni vtilitate et iure, que ex ipsa cappella tam ex oblationibus quam censualibus vel ex areis infra cimiterium sitis aut eciam ex quibusdam ortis ibidem potuerit prouenire. Pro vestitu vero fratrum ordinauimus viginti quatuor libras taliter exhibendas: De nauibus *Patauie* decem libras, de *Golderwert* sex libras, de *Euerding* quatuor libras, de censu *Matse* tres libras, De *Aufhausen* vnam libram. Preterea concessimus eisdem fratribus pro iure perpetuo, vt de nauibus victualia eorum ducentibus supra vel infra, siue sit annona siue vinum vel sal, quod eis pro domo dedimus uel quidquid alii pro domo necessarium habuerint, in nullo loco ad nos spectante theloneum aliquod dare debeant vel uectigal, immo gaudere debent omni iure, quod ciuibus competit Ciuitatis. Ad hec omnes Ecclesias et omnes decimas prescriptas, quas eidem monasterio tradidimus, tam libere dedimus, ut cum iure patronatus etiam inuestituram spiritalium habeant omniumque noualium decimas percipere debeant indiuise. Concedimus eciam ipsi preposito, ut omnes causas vel questiones circa homines suos extra Ciuitatem emergentes ipse uel sui officiales per iudicium debeant

terminare Exceptis hiis tantum, que mortem hominis exigunt: in illis Judex noster quantum ad corpus potestatem iudicandi habebit ita, vt bona persone nocentis Ecclesie debeant integraliter remanere. Indulgemus eciam eisdem fratribus liberam habere electionem ita, vt mortuo vno preposito plenam auctoritatem habeant alterum sibi secundum suam conscienciam eligendi. Verum cum predia eiusdem fundationis nostre tam per felicem Augustam *Agnetem* quam eciam per nos et alios multos nobiles sibi collata in diuersis terrarum posita sint districtibus, ut eadem ab aliorum aduocatorum seruicio libera omnimodis existant, domnum *Hainricum de Vornbach Comitem prouincialem* ex vtraque parte *Eni* fluminis super omnia predia dicti Monasterii, quocunque loco in *Wabaria* sunt posita, aduocatum perpetuum duximus ordinandum. Cui duodecim vineas in *Raevtarn* castro suo *Griezpach* adiacentes cum aliis prediis et agris ad culturam earum pertinentibus pro eo in feodum contulimus, ut ipse eadem predia sine omni uexatione iuris aduocacie defensare debeat fideliter et tueri. Idem autem nobilis Comes pro exhibito sibi aduocacie honore donauit, eisdem fratribus pro iure perpetuo, vt in suo foresto castro suo *Nevnburgensi* contiguo recipere omni tempore debeant omnia ligna ad edificandum vel cremandum necessaria nulla ab eis utilitate forestica requisita. Domnum vero *Levpoldum* piissimum Marchionem terre Australis super Curiam in *Mavtorn* et super omnia predia et decimas eorum videlicet in *Ruste*, in *Eyzendorf*, in *Bachouia*, in *Vreindorf*, in *Blat*, in *Pevchrich*, super tres Curias videlicet *Purchwisen*, *Stregen*, *Nevpauch* et decimas ad eas pertinentes, super Ecclesiam et uillam in *Mvnichrevt*, item super predia circa *Ybsam* et in *Machlant* sita et super curiam in *Linthaim* et generaliter super omnia predia eorum quocunque loco superius vel inferius in sui Marchionatus districtu posita de bono et maturo consilio perpetuum statuimus aduocatum, Nisi forte quispiam successu temporis pro remedio anime sue et pro reverentia sanctissimi Nycolai pontificis eidem Cenobio aliquas possessiones tradiderit et ius aduocacie cum priuilegio a Monasterio recepto in eisdem sibi reseruauerit, illum cum debita discretione frui volumus suo iure. Qui vero testimonium talis priuilegii non ostenderit, nullum ius aduocatie sibi debet vel poterit vendicare. Pro seruicio tamen, quod occasione aduocatie ab ecclesiasticis personis requiri solet, prefato Marchioni in *Mvkkerawe* et circa locum eundem viginti quatuor hubas et septuaginta honesta mancipia titulo contulimus

feodali pro eo, vt nullum aliud emolumentum deinceps nomine aduocati recipere de eorum possessionibus teneatur. Ipse vero illustrissimus Marchio tanquam pius et deuotus oblatam sibi aduocatiam oculo gratuito in sue potestatis dominium suscipiens ad incrementum nostre nove plantationis ita, ut dici possit et etiam esset noster conplantator, absoluit et exemit de maturo consilio suorum nobilium Baronum eandem Ecclesiam per omnem districtum sui Marchionatus in terris et in aquis, in foris et ciuitatibus ab omni iure thelonei sine mvte ita, ut quolibet tempore anni vinum, annonam, pisces et alia queque pro domo necessaria in terris et in aquis libere transducere debeant vel si necesse fuerit, in *Stain* et in *Horn*, vbi granum eorum tractari solet, nec non in aliis Ciuitatibus avt foris vendere vel locare sine omnibus exactionibus antescriptis. Concessit etiam eidem Monasterio, ut per nullum iudicem occasione alicuius querimonie victualia eorum in terris uel in aquis detineri debeant, nisi prius ab eo tamquam a vero aduocato uel ab ipso, quem ad hoc specialiter statuerit, iusticia fuerit requisita. Quas vtique gracias ideo presenti priuilegio annotare curavimus, vt, si forte aliquis suorum successorum, quod deus auertat, easdem scire nollet, per hoc scriptum predecessoris sui beneuolam munificenciam recognoscat. Aduocatis igitur premissis auctoritate omnipotentis dei et sub pena eterne dampnationis prohibemus, vt nec ipsi nec sui heredes sed nec alter quisquam aduocatorum quocunque casu succedentium aliquem de eadem aduocatia infeodare vel substituere debeat vel presumat. Si autem aliquis nolente domino in contrarium fecerit, hic anathematis vinculis ex tunc se nouerit innodatum ac eterne dampnationis vindicta, nisi reuocauerit, puniendum. Et si aliquis prepositus necessitate quacunque coactus subaduocatum sibi dari aliquando petierit, huius substitutionem ad vnum tantum vel saltem ad duos annos volumus perdurare. Quod si aliquis diutius pro viceaduocato postulatus tamen perposito placuerit, ne talis ex diutina conmissione aduocationem hereditariam sibi possit ascribere, volumus, ut prelato cedente vel decedente auctoritas huiusmodi subaduocati omnimodis finiatur. Ipsi etiam prescripti aduocati, in quorum iudiciorum terminis pene omnia predia ecclesie iacere videntur, hanc gratiam ipsi monasterio concesserunt, ut prelati eiusdem omnes causas siue questiones in hominibus eorum exortas per se nel per suos officiales debeant iudicare. Si autem culpa alicuius hominis penam mortis exigit, iudex in persona

rei iudicium exercere tenetur, bona vero ipsius Ecclesie remanebunt. Predia autem, que in *Griezchirchen* et in *Alnchoven* cenobio dedimus memorato, nobismetipsis et nostris successoribus sine omni vtilitate iuris aduocatie reseruauimus defendenda sic tamen, vt prepositus omnes causas in eis emersas debeat iudicare nullusque successorum nostrorum super ea aliquem subaduocatum sibi presumat substituere, sed per se pie et fideliter pro honoris sui decencia tueatur. Si autem aliquis Episcoporum honorem proprium paruipendens eandem aduocatiam ad alias personas quocunque modo transtulerit vel ex impotencia aut desidia ipsos tueri neglexerit. licitum erit fratribus hoc vsi priuilegio a principe terre protectionis auxilium inuocare. Item quia predia, quibus idem monasterium dotauimus, tam libere sibi dedimus, quod nulli hominum aliquod ius hereditarium competit in eisdem, predicti aduocati, quorum interest de ipsis iudicare prediis, statuęrunt, ut nullus hominum contra eadem predia alio testimonio agere debeat, nisi per sola priuilegia, que super iuribus specialibus a monasteriis dari solent. Et quia idem cenobium in latere nostre kathedralis Ecclesie ideo fundauimus, vt prelati eiusdem tamquam intimi secretarii et cappellani successores nostros in suis debeant oneribus supportare, congruum valde est, vt et ipsi successores nostri eandem Ecclesiam specialibus honoribus, promotionibus, fauoribus et graciis prosequi teneantur. Cum igitur omnia facta pie et iuste inchoata a malignis hominibus suggestione diabolica inpugnari, immo frequencius soleant impediri, nec hoc opus nostrum religiosum ad honorem huius Patauiensis kathedre factum et feliciter consummatum iniquorum calumpniatorum malicia successu temporis audeat vel valeat infestare, pro originali nostre fundationis instrumento premissa omnia presenti pagina nostro sigillo autentico roborata simulque cum testimonio venerabilium personarum canonicorum nostrorum videlicet et ministerialium duximus confirmare. Testes de Canonicis *Willipoldus Tvmprepositus*, *Erkhengerus decanus*, *Isenbertus Cantor*, *Paldwinus Scholasticus*, *Aigelbertus archipresbiter*, *Egeno et Otakhrus Capellani*. Ministeriales vero *Reinherus de Rotawe*, *Gozwertus de Wesen*, *Raffoldus de Morspach*, *Porno de Holzhausen*, *Rudigerus de Ridelberg*, *Ekkolfus de Wolnpach*, *Chaetzlinus de Schaltarn et frater eius Otakhrus*, *Hertwicus de Chrentzing et Rudbertus frater eius*, *Otakhrus de Weidaech*, *Imzo de Stegbach*, *Livtgoz de Tagbrehteshusen* et plures alii ex nostris fidelibus. Vt autem hec omnia

firma et illibata permaneant, iudicio dei patris et filii et spiritus sancti et auctoritate beati Petri apostoli eiusque vicariorum *Alexandri* et *Gregorii* paparum et fiducia sanctorum patronorum Andree apostoli, Panthaleonis martiris, Nycolai pontificis districte interdicimus, vt nullus successorum nostrorum seu aliqua secularis uel ecclesiastica persona de prediis Ecclesie iam datis vel postmodum donandis inuadere vel diminuere vel vsui fratrum aliquid presumat subtrahere ullo modo. Si quis autem, quod deus auertat, ausu nefario id ipsum transgressus fuerit, si tercio commonitus debita satisfactione non emendauerit, anathematis laqueo se nouerit irretitum et partem cum Juda pessimo habiturum. Conseruantibus autem pax et misericordia hic et in futuro seculo perseueret. Amen. Acta sunt hec in kathedrali nostra Ecclesia aput *Patauiam* Anno domini Millesimo Septuagesimo quarto Indictione Nona duodecima Kalendas Junii.

Hund, II. 530. (edit. Monac.) — Hansiz, Germ. sacr. I. 259 (theilweise). — Mon. boic. IV. 293. ex apographo, sec. XV. — (Einer aufmerksamen Vergleichung dieser Urkunde mit der unmittelbar vorhergehenden wird die wesentliche Verschiedenheit des Inhaltes derselben an beiden Orten nicht entgehen. — Jedenfalls scheint die Aufschreibung im Lonsdorfer Codex (verfasst zwischen 1254—1265) den Vorzug zu verdienen.)

LXXXI.

1082. Lorch. — *Altmann, Bischof von Passau, bezeugt den zwischen Otakar Markgrafen von Steyr und dem Bisthume Passau eingegangenen Tausch in Betreff der Pfarre Behamberg und Garsten.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. *Altmannus* dei gratia *patauiensis* episcopus christi fidelibus in perpetuum. Qualiter nobilis uir *Otakar* marchio *styrensis* nobiscum et cum fratribus nostris fecit permutationem, propter rei memoriam pagine presenti conmendamus. Siquidem marchio predictus predium unum ad *beheimperch* et ęcclesiam cum area, in qua constituta est ecclesia, per manus aduocati nostri *V̊dalrici* in manus nostras libere tradidit et quiete remittendo nobis etiam contiguarum uillarum decimationes. Econtra nos de nostrorum consilio canonicorum et aliorum fidelium donauimus et tradidimus marchioni prenominato ęcclesiam *garstinam* pleno iure, ut ipsa habeat liberam inuestituram et omne ius sacerdotale et parrochiale cum omnibus suis appenditiis, scilicet omnibus, que interiacent inter *rubnicham* inferius urbem manantem et *rubinicham* superiorem et infra fluuium *anesum* et flumen *styram* usque in *rotebach* et ultra

styram dotem et molendinum cum iure suo et curtim illam, ubi *rubincha* labitur in *anesum*, cum omni culta et inculta decimatione et toto iure sacerdotali. Adtendentes itaque hoc concambium siue hanc permutationem nichil iniquum continere, cum licitum sit, ęcclesiam pro ęcclesia, decimam pro decima, predium pro predio permutare, presenti carta roborauimus eandem sigillum nostrum appendentes eidem. Siqua igitur ęcclesiastica secularisue persona contra eam temere uenre (sic) presumpserit, ream se diuino iudicio existere de perpetrata ininiquitate (sic) cognoscat atque propter hoc in extremo examine districte ultioni subiciendum non dubitet. Cunctis autem obseruantibus et custodientibus sit pax domini nostri iesu christi, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia ęterne pacis inueniant amen. Huius autem rei testes fuerant archipresbiteri *Arnoldus*, *Eberhardus*. Decani, *Sinbertus* (sic) *V̊dalricus*, *Meingozus*, *Růdolfus*. Capellani, *Hartwic de chernzingen*, *Gerolt de matse*, *Adelhalm*, *Marquart*, *Reinhart*. *Milites marchionis*, *Walchunn*, *Cholo*, *Vdalricus*, *Aribo*, *Hartnit*, *Arnhalm*, *Otto*. De familiaribus autem *Alram*, *Duringus*, *Erchenger*, *Pabo*, *Duringus*, *Alber*, *Perhtolt*, *Rycher*, *Volcholt*, *Duringus*, *Isingrim*, *gerungus*, *Reinhalmus*, *Otto*. Acta sunt autem hec apud *lauriacum* anno incarnationis domini M.lxxxii.

Urkunde mit Siegel im Archive zu Garsten. — Das Siegel in bräunlichem Wachse ist an einer aus ungebleichten Zwirnfäden geflochtenen Schnur angehängt. Es zeigt den Bischof in halber Figur, wie an der Gleinker Urkunde von 1088 am 19. August. Die Umschrift ist fast ganz verwischt. †. ALTM...... SIS. EPC. Das vorliegende Exemplar scheint eine um fast ein Jahrhundert jüngere Abschrift des Originals zu sein. — Pusch, Dipl. Garst. 17. — Kurz, Beiträge II. 472, ein Fragment bei Ludewig Reliqq. Mscptt. IV. 193.

LXXXII.

1088. 19. August. Lorch. — *Altmann, Bischof von Passau, bezeugt einen mit dem Markgrafen Otaker von Steyer eingegangenen Tausch seiner am Hausruck gelegenen Besitzungen gegen das Kirchengut Dietach.*

C. In nomine sancte et indiuidue trinitatis patris et filii et spiritus sancti amen. *Altemannus* dei gratia *Patauiensis* episcopus et apostolice sedis legatus cunctis christi fidelibus imperpetuum. Officii nostri ratio id postulare uidetur, ut iuxta apostolum sapientibus et insipientibus debitores effecti dominici tritici mensuram conseruis deuote dispensemus et tam fidelium laicorum quam etiam christi

ecclesiarum vtilitatibus uigilanter insudare curemus. Vnde notum facimus cunctis christi fidelibus tam futuris quam et presentibus, quod nos vniversorum conmuni consilio canonicorum videlicet atque Ministerialium nostrorum conmutationem fecimus cum inlustri marchione Stirię *Otakkerio* pro conmodo Sancte *pataviensis* ecclesie, cui indigni deo fauente presidemus; Ipse quippe Marchio respectu christi Sed et nostra sedula conmonitione inductus resignauit ecclesie per manvm nostram plurima beneficia sua diu ab ipsa alienata Sita autem ubi ubi (sic) circa montem *Husrůke* atque supra *Kezelarwalde*, Item sparsim posita circa istos riuuos (sic) *trahtina*, *Innen* atque *Ahsa* usque in *danubium*, Item supra *Trunvelde* sua beneficia, que Ministeriales ecclesie ab illo suscepta in beneficio tenebant. Item resignauit ius petitionis ac decimationis parrochiarum *Puhele* et *gundeskirchen*. Hec omnia predictus marchio atque pater ejus *Otakkerus*, qui rome obiit, dudum ante etatem nostram a *pilgrimo pataviensi* episcopo in beneficium susceperat et ea ab *Arnulfo* magnifico comite de *Welsa* atque de *Lambachha* ipsorum consanguineo ad eos fuerant deuoluta atque possessa. Itaque nos deuotionj predictj marchionis obuiantes quandam capellam *Tẘedick* nominatam ex iure fundi eius propriam castro *Stire* contiguam ac pertinentem libertate ecclesiastici iuris promouimus speciales ei terminos instituimus, ius altaris ac nostrum marchioni contulimus, ut ipse potestatiue possideat ipsamque capellam incendio tum uiolatam denuo consecrauimus. Quam etiam a prefato pontifice P(ilgrimo) pridem consecratam, libertate donatam, prediis a kathedrali ecclesia exemptam paucasque ecclesias in illis locis tunc fuisse in euidenti ejusdem antistitis *Pilgrimj* priuilegio invenimus, relegimus ac, sicut congruebat, factum tanti pontificis ratum habuimus. Nomina autem terminorum ejusdem capelle, exordia et fines, dimensiones atque emensiones, sicut ab eodem institutas ac expressas inuenimus, Nos quoque ej damus et confirmamus, hic interserimus sicque illos assignamus. A terminis *chremsmunstrensis* ecclesie per siluas camposque, per plana et inuia, ipsius termini inchoant conplectentes culta et inculta sursumque e regione in prepetem fluujum *Stire* protendunt et secundum illius defluxum in flumen *anesum* descendunt. In alio vero latere ab eisdem terminis et cum ipsis per uastum Nemus ac per uarias emensiones ipsj terminj decurrentes culta incultaque conplectentes profusius sese extendunt et usque ad terminos ecclesie S. martiris Floriani pertingunt, a quibus et in

quibus ad terminos *Lauriacensis* parrochie directim (?) permaneant atque cum illis uicissim e regione decurrunt et in fluujvm *anesum* se determinant. Predicte itaque capelle potestatem conferimus ac confirmamus integra iura in diuinis dispensationibus, in decimatione, in diuinorum plenaria administratione in illis locis, que infra predictos terminos posita esse dinoscuntur. Cuj etiam concedimus, ut, si a dycesiano (sic) suspensio diuinorum exierit, ipsa libera existat atque ab eodem exconmunicatos ad sepulturam recipiat. Vtque istud pro bono factum nostrum ecclesie et marchionj semper firmum permaneat, paginam istam fecimus inde conscribi et sigillo nostro conmuniri, testibus subnotatis, *Dietmarus major prepositus*, *V̊lricus*, *aguileiensis*, *V̊lricus de Zwentendorf*, *Almarus*, *Heinricus*, *Hugo*, *Hugo*, *canonicj*. *Hartmmanus* (sic) *prepositus sancti Floriani*, *Engelbertus prepositus sancti Yppoliti archydiaconus* *) *Arnoldus*, *Eberhardus decani*. *Isembertus*, *V̊lricus*, *Mengodus capellanj*. Isti de laicis, *Fridericus comes de pilstein*, *Hartwicus de hagnowe*, *Pabo de zollinge*, *Dietricus de pômgarten*. Ministeriales ecclesie, *Hartwicus de Krenzinge*, *Gerolt de matse*, *Porno de holzhusen cum filiis suis Rudigero*, *Vlrico*, *porno*, *Hartmôt pincerna*, *Siboto dapifer*. De militibus marchionis, *Walchun*, *cholo*, *Vlricus*, *aribo*, *Hartnidus*, *Otto*, *arnchalmus*, *Renherus* et alii multj. . . . . .

Data apud *Lauriacum* anno dominice incarnationis. M.lxxx.viii°. XIIII. Kalendas Augusti, Anno pontificatus nostri XXIIII, Indictione XI^ma^ Regnante domino nostro iesu christi (sic) in eternum. Amen.

Original mit Siegel im Archive zu Gleink. — Hansiz, Germ. sacr. I. 279. — Kurz, Beiträge III. 294. — Hormayr, Archiv 1815. 499. — Mon. boic. XXIX. II. 44. cf. Bernardus Noricus bei Pachmayr, 34.

LXXXIII.

1089. 14. September. — *Erneuerung des Stiftbriefes des Klosters Lambach durch Bischof Adalbero von Wirzburg.*

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Ego *Adalbero* Dei Gratia *Wirzburgensis* episcopus notum esse uolo omnibus christi fidelibus, qualiter parentes mei ob salutem animarum suarum in Loco *Lambach* dicto congregationem instituerunt clericorum et qualiter

---

*) Oder Archydiaconi, was sich nicht unterscheiden lässt.

heres eorum factus licentia domini apostolici papę *Gregorii*, qui et *Hiltiprandus*, pro hac in eodem loco congregationem substitui monachorum consensu et consilio parrochiani episcopi *Patauiensis* scilicet *Altmanni*. Et quoniam conmunis uita monachorum plvs indiget quam secularium conuentus clericorum, ad suplementum eorum ex nostro adauxi fisco IIII^{or} uidelicet siluas, Quarum duę iuxta *Trvnam* in parte aquilonari sunt sitę una mercato *Wels* inferior alia superior. Inferioris uero *hardis* nemorarius erat *Enzo*, superioris autem *hardis* nemorarius erat *Engizo*. Ex altera autem parte eiusdem fluminis *Trune* contra meridiem due siluę una ad *Buchenloch*, cuius nemorarius *Bero* erat, altera ad *Eiterwalt*, cuius nemorarius *Ello* erat. In his ergo siluis solus abbas absque ulla contradictione pro suo libitu habet potestatem euellendi, domos ędificandi, plantandi, molendinos faciendi, uenandi, insuper quidquid ad utilitatem fratrum inde potuerit excogitari. Addidi insuper quantum mihi predii de patruo meo *Arbone* ad *Zuisil* contigit et uicinum mercatum ad *Wels* duoque mercata in francia, unum ad *Onoldesbach*, ad *Geroldeshouen* alterum cum omni utilitate ad ipsa pertinente et parrochiam, quę dicitur *Tûtensteten*. Hec omnia *Ekkeberto* uenerabili abbati conmisi eo, quo ego hęc iure habui, monasteriique curam potestatiue haberi feci. Huius rei testes sunt *Eberhardus comes, Marchwardus, Gerungus, Ebo, Heinricus, Zeizolf, Arbo, Porn* Itemque *Porn, Nendingus, Archo, herrandus, Penno, Wermut, Arbo, Erchenbertus, Adalrammvs, Altmannus, Adelbertus*. Actum est *Ratispone* anno M.l.vi. Indictione VIIII. Episcopatus autem domni *Adalberonis* XII. Deinde post aliquantum temporis abbatis *Ekkeberti* coactus piis petitionibus ab hoc onere sibi imposito eum absolui, sed ex suis ille unum fratrem nomine *Becemannum* in hoc abbatię onvs elegit. Hunc quoque pergens mecum illuc adduxi eandemque rem, qualiter antecessori suo conmissa erat, conmisi. Cum autem hoc ipsum monasterium instauratum a supra dicto *Altmanno* et a me pariter dedicaretur anno dominice Incarnationis M.lxxx.viiii. Indictione XII. Epacta VI. Concurrente VI. XVIII. Kalendas Octobris, Anno ordinationis domni *Altmanni* XX^{o}V^{o} meique XI^{o} v^{o} iterum et tercio hęc, quę prius feci, renouaui tradens tunc ad altare sanctę Marię et s. Kyliani unam stabulariam curtem ad dotem simul cum his omnibus, quę a me uel a parentibus meis ante ad illud tradita fuerant. Hęc episcopali banno atque huiusmodi anathemate ambo episcopi confirmauimus, ut, siquis hanc traditionem destruere

presumpserit, ligatis manibus et pedibus mittatur in tenebras exteriores, ibi erit fletus et stridor dentium.

Pez, Script. rer. Austr. II. 12. — Hier aus einem Cod. Msc. perg. sec. XIII, im Archive des Klosters Lambach.

LXXXIV.

1096. — ***Born, ein Freier, schenkt dem Bisthum Wirzburg einen Hörigen mit Namen Udalrich als freien Dienstmann.***

In nomine sanctę et indiuiduę trinitatis. Notum sit omnibus in petra, quę christus est, fundatis, qualiter ego *Born* homo ingenuus *Ôdalricum* potestatiua manu domini sui *Ôdalrici* uidelicet comitis in manum meam contraditum ac delegatum ad reliquias sancti Kyliani sociorumque eius *wirceburc* tradiderim ac delegauerim ita, ut penitus sui iuris exutus dominio eiusdem altaris aduocati pace tueretur ac patrocinio. Ea autem conditione facta est hęc traditio, quatinus predictus *Ôdalricus* ab omni iugo seruili absolutus episcopo eiusdem loci libere seruiat eo scilicet iure, quo seruiunt sibi meliores supra memoratę ecclesię. Et ne aliqua ex parte uacillare uideatur, testimonio subscriptorum testium utriusque delegationis confirmetur. *Emehardus episcopus, Rubbertus prepositus, Ôdalricus decanus, Meigenhardus prepositus, Cunradus prepositus, Guntherus prepositus, Weicil archidiaconus, Ôdalrich archidiaconus.* Laici, *Friderich, Richart, Godebolt, Eber, Hoholt, Emehart, Cûno, Gerhart, Adelbraht, Godebolt, Adelrihc, Rôbbolt, Ebo, Heirolt, Godefrit, Elbuuin, Heinrich, Rôbbolt, Bôdo, Diezman.*

Isti subscripti testes uiderunt et audierunt, qualiter ego *Born* prefatum *Ôdalricum* fideiussoria lege a domno suo *Ôdalrico* accepi: *Rabbodo comes, Mecelin, Alberih, Bilegrim, Ebbo, Rôbbraht, Merebodo, Huc, Heireman, Adelram, Ôgger, Willehalm Weirgant, Huc, Heirerant, Sigebodo, Heicil, Ebbo, Weirnhart, Reigenbraht, Gundaker, Jaggo, Heinrih, Godefrit, Adelbero, Kelbegras, Dietmar, Ôtger, Adelbero, Ôdelscalc, Heinrich, Rabbodo, Adelbrath, Diemo.*

Acta et transacta est hęc traditio anno dominice incarnationis Millesimo XCVI. Indictione III. regnante *Heinrico* imperatore, *Cunrado* rege, *Emehardo* episcopo, *Godebaldo* comite.

Original auf Pergament ohne Siegel im Archive des Klosters Lambach. — Kurz, Beiträge II. 237.

LXXXV.

1099. 30. April. Regensburg. — *K. Heinrich IV. stellt dem Kloster Kremsmünster einige ihm von dem Bischofe Christian von Passau entzogenen Güter im Traungau etc. wieder zurück.*

IN nomine Sanctæ et indiuiduæ Trinitatis. *Henricus* divina favente clementia tertius *Romanorum Imperator Augustus.* Quoniam divino munere confortati justum esse novimus ac salutiferum, quod Ecclesias Dei sub nostro sitas imperio misericorditer respiciamus et eas justa potentia de manu impiorum hominum, qui eas miserabiliter lacerant et opprimunt, eripiamus, dignum duximus, ut tam salutifero operi vigilanter insudare studeamus. Igitur ad omnium Christi nostrique fidelium notitiam pervenire volumus, quod caussa Dei et remedio animæ nostræ omniumque parentum nostrorum ac filij nostri *Henrici* regis salute et digno interventu *Rudberti Babenbergensis Episcopi* et *Hermanni Augustensis electi, Widonis Osenburgensis Episcopi, Friderici Ducis, Burchardi Marchionis* et aliorum nostrorum fidelium, insuper ob venerabilem petitionem *Adalrami Abbatis* prædium *Petinpach* appellatum et in alio loco alia duo prædia *Cotprehtescella* et *Geroltsdorf* nuncupata in *pago Trungowe* sita ab Episcopo quodam nomine *Christiano* prius ablata *Monasterio Salvatoris mundi* Sanctique Agapiti electi Martyris sui, quod *Cremsemunster* dicitur, et longo tempore injuste ab eodem Monasterio abalienata et a *Marchione Liudpaldo* et a *Comitibus Perngario* et *Engelberto*, qui illa injuste tenebant, judicio et justitia convictis in manus nostras et *Tyemonis Pataviensis electi* reddita memorato Monasterio Cremsemunster nuncupato immutabiliter restituimus cum omnibus appendicijs, terris, agris cultis et incultis, campis, pascuis, pratis, sylvis, aquis aquarumque decursibus, molendinis, piscationibus, venationibus, mancipijs utriusque sexus, quæsitis vel acquirendis legitime ad prænominata prædia pertinentia, nihil extra dimittentes sed totum ex integro per hoc præsens auctoritatis nostræ præceptum pleniter in Christi nomine confirmatum donavimus, tradidimus Ea videlicet ratione, ut ex hoc in antea nullus Episcoporum aut Abbatum aut alicujus personæ potestas præfata prædia ab usu fratrum ibidem Deo famulantium auferre præsumat, sed fratres inibi Salvatori nostro et electo Martyri suo Agapito die noctuque servientes illa secure teneant atque possideant et Dei omnipotentis misericordiam pro nobis et pro filio nostro rege Heinrico et pro omnibus parentibus nostris incessanter orare non desistant.

Et ut hoc verius credatur et per futura tempora a cunctis nostris fidelibus diligentius conservetur, manu propria confirmavimus et subter hoc sigillo nostro insigniri jussimus.

Signum Domini Heinrici tertij Romanorum Imperatoris invicti.

Humbertus Cancellarius vice *Archicancellarij* recognovit. Data II. Kal. Maij anno Dominicæ Incarnationis MXCIX. Indictione V. Regnante Heinrico Romanorum Imperatore Augusto Anno XLIX. Imperante autem XV. Actum est *Ratisponæ* Feliciter. Amen.

Rettenpacher, Annal. Cremifan. pag. 148. — Urkundenbuch von Kremsmünster, pag. 33. Nr. 26. ex Cod. Frideric. sec. XIII—XIV.

LXXXVI.

Circa 1100. — *Otacher Markgraf von Steyr übergibt dem Kloster Garsten die Capelle Haselbach mit ihrem Widem in Niederwinkel und zwei Höfen zum Seelenheil seines erschlagenen Dienstmannes Otto.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis patris et filij et spiritus sancti. Notum sit omnibus christi fidelibus tam presentibus quam futuris, quia ego *Othacher* Stirensis Marchio tradidi ecclesie sanctę Marię in Gersten capellam *Haselpach*, a uenerabili domino *Vdalrico* pataviensi episcopo Rogatu meo exemptam cum omni dote in *Niderwinkel*, insuper duo curtilia pro remedio anime ministerialis mei *Ottonis* occisi, et hoc cum peticione matris prefati *Ottonis*. Huic donationi mee intererant idonej testes, quorum nomina huic pagine inscripta memorię commendantur. *Hartmannus prepositus tituli sancti Ypoliti, Engelbertus prepositus tituli sancti Floriani, Archipresbiteri, Arnoldus, Eberhardus, Decani, Isenbertus, V̊dalricus, Megengotus, Růdolfus, cappellani.* Insuper intererant ministeriales *Arnhalmus de Volkesdorf, Reinhertus de Steine, Gundaker de Stira, Haertnidus de Ort, Walchěn, Cholo, Arbo.* De familiaribus autem *Adelramus, Durink, Pabo, Durinc, Albero, Perhtolt, Gerunc, Reigenhalmus, Otto* et alii quam plures.

Urkunde auf Pergament mit hängendem Siegel im Archive zu Garsten. Das Siegel stellt den Markgrafen zu Pferde links reitend dar, in der Rechten die Fahne, am linken Arme den Schild mit dem Panther führend. Umschrift: † OTACHGR. MARCHIO. STIRGNS. Es sieht den Siegeln an den Urkunden des letzten Otokar ganz ähnlich. Die gegenwärtige Urkunde scheint nur eine spätere Bestätigung (circa 1180) der ersten Schenkung. Dahin deutet das Siegel (hängend) und die Zeugen. Das Wort: „Ypoliti" scheint als fehlerhaft radirt worden zu sein. — Kurz, Beiträge II. 477.

LXXXVII.

1103. 23. April. — *Emehart, Bischof von Wirzburg, schenkt dem Kloster Lambach einige Güter, Wälder und die Fischerei auf der Ager.*

† Notum sit omnibus christi fidelibus tam presentibus quam futuris, qualiter Domnus E. (Emehardus) *) wirziburgensis episcopus ob remedium animę episcopi A. (Adelberonis) et suę tradidit ad altare sanctę MARJE et sancti Kyliani martyris V. filios *Gnanilini* cum omni possessione eorum prope ac procul quesitum et non quesitum, *Maezelinum* uero de *witinspach* cum nouissimo filio suo omnique possessione eius, *Degnonis* preterea uxorem cum omni posteritate ac possessione nec non et mancipiis suis, villam quoque ad *Immingin* cum mancipiis prope ac procul quesitum et non quesitum cum omni iure, Nemus insuper ad *Buchunloch*, super quod nemorarii sunt *Amulung* et frater eius *Deitmarus* cum omni potestate et utilitate, siluis ac feris, quocunque abbati libitum fuerit, *Bezemanswert* cum feris ac omni utilitate penitus in potestate cum potestatiua manu dedit. Uenatores igitur ad monasterium seruientes nullius potestas, nisi solius abbatis super eos sit. Addidit adhuc uillam ad *stroheim* cum mancipiis et omnibus quesitis et inquirendis. In *aegre* piscationem a *vehlaa portu* vsque in *trunam* idem ipse abbas in banno habet. Hęc traditio super altare sanctę MARJE et sancti Kyliani in manum *Bezmanni* abbatis et aduocati marchionis Otahkars cum omni iure delegata est. Hii sunt testes *Wolframus comes de amenberch, Gozuuinus camerarius Arnolt vicedominus, Hartwih de Chreglingin, Ludeuuihc, Pillung, Arnhalm, Durinch, Warmunt, Rapoto et frater eius Deitprant et filius eius Deitprant, Porn et filius eius, Manegolt, Hartman, Timo Deitrihc, Sigeboto, Wernhart, Egilolf.*

Anno ab incarnatione domini Millesimo C.III. Indictione XI. Epacta XI. Concurrente III. VIIII. Kalendas Mai HEC ACTA SUNT.

Original auf Pergament mit Siegel im Archive des Klosters Lambach. Die Urkunde ist kaum echt, und gehört wahrscheinlich dem 13. Jahrhunderte an. — Kurz, Beiträge II. 438.

---

*) Die eingeschalteten Worte Emehardus et Adelbero stehen im Originale zwischen den Zeilen.

LXXXVIII.

1104. 27. Februar. Regensburg. — *K. Heinrich IV. verordnet, dass die dem Kloster Mondsee mit Unrecht entzogenen Güter bei Wieselburg und andere, dann die vom Bischofe von Regensburg wieder herausgegebene Pfarre Strasswalchen dem Kloster zurückgestellt werden sollen.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis *hainricus* diuina fauente clemencia quartus romanorum imperator Augustus. Sanctum opus regum et jmperatorum esse nouimus diuinarum testimonio scripturarum eos omnibus jniuriam pacientibus iusticie consolacionem exhibere et loca sanctorum, que ab impijs opprimuntur, pietatis studio respicere et ea misericorditer de manibus eorum eripere, ut ibi deo seruiatur cum iocunditate, quod opus ob desiderium eterne beatitudinis et nos amplectentes omnibus christiane fidei cultoribus tam futuris quam presentibus notum fieri volumus, qualiter nos propter deum et anime nostre nostrorumque parentum remedium et ob amorem et salutem *heinrici* regis dilecti filij nostri et ob deuotam peticionem *Rudberti* venerabilis abbatis eiusdem loci cenobium *Mánnse* constructum in honore sancti Michahelis archangeli respeximus et bona ecclesie, que vsui fratrum ibi deo seruiencium diu iniuste subtracta fuerant, in presencia archiepiscoporum, episcoporum, comitum et aliorum multorum nostrorum fidelium eidem loco iuste restituimus et habere perpetuo cum pace concessimus. hec sunt nominatim bona: decima uidelicet omnium exstirpatorum foresti *Wiselburg*, quod erat in banno, et decima stagni eiusdem foresti, et quidquid foresti nondum exstirpatum est in omni vtilitate sua, et parrochia ad *straswalhen*, quam episcopus Ratisponensis in nostra manu reddidit, et silua *Bübenwang* et vna huba ad *tanperkch*. vt autem hec nostre pietatis et iusticie (concessio) inuiolabilis permaneat, hanc cartam inde scribi fecimus eamque manu propria corroboratam inpressione nostri Sigilli insigniri iussimus.

Signum Domini Heinrici IV. Romanorum Imperatoris Invictissimi.

Erlongus Cancellarius recognovit. Data iij. Kalendas marcii, Anno dominice incarnacionis Millesimo C.I. jndiccione XII regnante *Heinrico* iiij. Romanorum imperatore augusto Anno lij, imperante autem XX, Anno ordinacionis *heinrici* regis incliti filij eius VII. Actum est *Ratispone* in christi nomine feliciter amen.

Aus einem Copialbuche des Klosters Mondsee, sec. XV. — Chron. Lunaelac. I. 113. — Pez, Cod. dipl. epist. 283. — Ried, Cod. Ratisb. 169. Wegen der

Chronologie S. Böhmer, Regesten 1104. Nr. 1971. Die eingeklammerten Worte am Schlusse sind aus dem Chron. lunaelac. beigesetzt, da sie im Copialbuche fehlen.

LXXXIX.

1106. Mainz. — *Ruotpert Bischof von Wirzburg übergibt dem Kloster Lambach alle Söhne und Töchter des Clerikers Berwin zur immerwährenden Dienstbarkeit.*

✝ In nomine Sancte et indiuidue trinitatis *ruotpertus* dei gratia uuirciburgensis episcopus. Notum sit omnibus christi fidelibus tam presentibus quam futuris, qualiter uenerabilis RUOTPERTUS *Wirziburgensis episcopus* ob remedium animę domni *adelberonis episcopi* suorumque parentum nec non et suę iure perpetuo ac potestativa manu tradidit in manum *Sigiboldi* abbatis presente *Berone abbate solitariense* id scribente delegandum vice sua ad altare sanctę Marię et sancti Kyliani ac sociorum eius in *lambahc* omnes filios *Beruuini* clerici tam uiros quam feminas ea ratione, ut nullvs suorum successorum audeat hanc traditionem conuellere aut infringere. Acta sunt hęc *magontie*, ubi *rex Heinricus* regni gubernacula in conuentu nobilium suscepit id annuentibus et consentientibus episcopi militibus ac seruientibus, scilicet *Gozuuino camerario*, *Marcuuardo*, *Rukkero*, *Diemone*, *Volkkero*, *Heremanno*, *Hartmanno*, *Willone*, *Rihcpolto*, *Adelberto*.

Quę si quis presumptor et in sua audatia confidens ista destruere presumpserit, dampnandum se pro certo sciat illa domini sententia dicentis: ligatis manibus eius et pedibus mittite evm in tenebras exteriores, ibi erit fletus et stridor dentium.

Original; Pergament mit Siegel im Archive des Klosters Lambach. — Auswendig von einer jüngern Hand folgende Aufschreibung:

Notum sit omnibus fidelibus tam presentibvs quam futuris deposito BERONE conqvesti sunt *Sigeboto* prepositus et *Wernhardus* camerarivs de *Eggeuuiba* et de *Deitsuuinda* et de filiis earum adtrahere uolentes in potestatem sancti Kyliani, sed Marchio iusto iudicio stabiliuit eos in pristinum seruitium Sancte MARJE coram testibus, qui sunt *Ernost*, *Hadamar*, *Berenger*, *Manegolt* nobiles. *Heinrihc*, *Sigeboto* et frater eius *Wernhart*, *Adelbertus*, *Ratbodo*, *Hugo*, *Rihcheri*, *Rihcger*, *Růdolf*, *Hauuart*. Et firmiter in eodem iudicio sub hisdem testibus stabiliti sunt, *Heirlunc* et soror eius *Ratburc* cum omni posteritate eorum.

Bero soll beiläufig um 1124 abgesetzt worden sein. Vide Hoheneck.

XC.

1107. Regensburg. — *Bischof Hartwik von Regensburg gibt dem Kloster Mondsee die Kirchen Wiselburg und Steinenkirchen mit allen Zugehörungen, die Neugereute von der Kirche zu Zell bis Urstorf mit den Forstzehenten und allen Besitzungen.*

In nomine sanctę et indiuiduę trinitatis ego *hartuuicus* dei gratia ratisponensis ęcclesię episcopus. Omnibus christi fidelibus tam futuris quam presentibus innotescere cupio, qualiter pro remedio animę meę successorumque meorum ad cenobium Sancti Michaelis, quod dicitur *Maninse*, in usum fratrum ibidem deo serujentium rogatu religiosissimi *Rǒdbertj* eiusdem locj abbatis et canonicorum ęcclesię nostrę presente reuerentissimo pataujensis ęcclesię episcopo *ǒdalrico* tradiderim ęcclesias *Wisilburch* et *Steininechirchin* cum omnibus ad eas pertinentibus. Insuper noualia ab ęcclesia, quę dicitur *cella*, usque ad uillam *vrstorf.* Decjmas quoque forestj cultj et incultj sed et omnia, quę eadem ęcclesia in presentiarum possidet uel postmodum possessura est, eidem loco perpetualiter habere sub anathemate confirmamus. Ut autem hęc traditio de cetero firma permaneat, presentem paginam conscribj et sigillj nostrj inpressione insignirj iussimus. Anno dominicę incarnationis M°C°VIj° Indictione XV. in ęcclesia sanctj Petrj apostolj ratjspone. Huius rei testes sunt *Palatinus comes Engilbertus, Gerloch de orte, Sigihart de durchilnburch.* De ministerialibus ęcclesię sanctj Petri *Rǒdbertvs uicedominus, Arnolt de punnenchouen, chazilo de hǔnshouen, Adalbret flenno.*

Original; Pergament. Siegel fehlt. Im k. k. geh. Haus-, Hof- und Staatsarchive zu Wien. — Chron. Lunaelac. I. 115. — Ried, Cod. ratisb, I. 170.

XCI.

1109. (1108.) 4. November. Passau. — *K. Heinrich V. bestätigt die Schenkung des Edeln Eppo von Windberg an das Kloster St. Florian.*

C. In nomine sancte et indiuidue trinitatis *heinricus* diuina fauente clementia romanorum quintus rex. Credimus a deo uitam longeuam, salutem atque uictoriam regibus dari in hoc seculo et parari uitę perpetue felicitatem in futuro, si ęcclesias nomini eius edificatas coluerint easque tam propriis diuiciis quam alienis a christianis deuote collatis regia confirmatione ditauerint atque defenderint. Quod nos in quantum dei nobis auxiliante gratia poterimus desiderantes obseruare, rogamus eum, ut nostre deuotioni prestet pius suffragium et effectum.

Sciant igitur omnes christi nostrique fideles tam futuri quam presentes. quod nos causa dei pro regni nostri stabilitate et animę nostrę nostrorumque parentum salute interueniente *Frederico* uenerabili coloniensium archiepiscopo et uenerabilibus episcopis rogantibus ac consulentibus *Ődolrico* patauiensi, *Burchardo Monasteriensi, Hartuico Radisbonnensi* nec non *Alberto* nostro dilecto cancellario, *Vuelfone duce bauuarie* et comitibus idem postulantibus *Herimanno Saxonie, Beringario de Sulcebac, Godefrido de caloen* et aliis quam plurimis nostris fidelibus christianę petitioni *Epponis* hylariter assensum prebuimus, Qui divinitus inspiratus sibi deum heredum constituit et omnia sua allodia tam hereditaria quam suo labore iuste conquisita ad deo seruiendum contulit cum ecclesia, quam ipsemet propriis bonis edificauit in honore sancte Marie sancto Floriano in loco, qui *Floriani domus* appellatur. Nos autem eiusdem deuoto rogatu et licentia eadem allodia inter *Bosenbac* et *Ebresbac* usque ad terminos *boemię* et predium, quod dicitur *cella* ad *movhile*, eidem supradicte ęcclesię per hanc preceptalem paginam regia consuetudine habenda perpetuo cum omnibus eorum pertinentiis concessimus atque firmauimus. — Videlicet familiis utriusque sexus, terris cultis et incultis, areis, prediis, uinetis, pratis, riuis, pascuis, siluis, uenationibus, aquis aquarumque decursibus, molendinis, piscationibus, exitibus atque reditibus, placitis, districtionibus, uiis et inuiis et omni utilitate, que inde iuste poterit extorqueri omni tempore. Concessimus etiam, ut ibidem deo pro tempore seruientes habeant liberam potestatem hec bona dandi, uendendi, comutandi (sic), precariandi et quidquid libuerit faciendi, concorditer tantum ad utilitatem ęcclesię. Et ne qua dubitatio de terminis horum allodiorum oriatur, manifestum sit, quod eorum continuatio sine interruptione iacet a capite *Ebresbac* usque ad fines *Boemie*. Hec siquidem et alia bona, quę iam dicta ecclesia uel oblatione liberorum hominum uel collatione uel alio modo quolibet iuste adquisiuit uel adquisitura est, sub tutela nostrę defensionis suscepimus rogantes, ut ab omnibus causa dei, Sancte Marie, Sancti Floriani et nostri conseruentur, et precipientes sub pena nostri banni, ne ab aliquo arte qualibet uel presumptione uastentur uel inuadantur, sed in tranquilla pace permaneant, quamdiu mundus stabit. Rogamus quoque, ut reges nostri successores causa dei dignam uindictam exerceant super corruptores huius rei, si forte contigerit, quod diuina prouidentia prouideat. Vt autem hoc credibile sit et ab omnibus

obseruetur, hanc paginam inde scriptam manu propria corroboratam reuerenda inpressione nostri sigilli insigniri iussimus.

Signum domni *heinrici* (Monogramma) romanorum regis inuictissimi.

Albertus cancellarius uice *rotardi maguntini archiepiscopi* et archicancellarii recognouit. Data II. Non. Nouemb. Indiction. I. Anno dominice incarnationis Millesimo. C.VIIII. Regnante *Heinrico* V. rege Romanorum anno III. ordinationis eius VIIII. Actum est iuxta *patauiam* in christi nomine feliciter, cum de vngaria rediremus.

Original auf Pergament mit aufgedrucktem Siegel im Archive des Klosters St. Florian. Das Monogramm wie im Chronico Gottwic. mit dem Vollziehungsstriche. — Hormayr, Wien I. II. S. XVII.

XCII.

1110. 18. September. — *Bischof Ulrich von Passau bezeugt die Gründung der Pfarrkirche zu Gramastetten durch den edlen Mann Ulrich und Ottilia seine Hausfrau.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis notum sit omnibus Christi fidelibus tam futuris quam presentibus, quod quidam homo nomine *Udalricus* quandam ecclesiam in loco, qui dicitur *Grimhartesstetin*, constructam cum dote, que est *perndorf*, et quinque mancipiis et uno domate prope ecclesiam cum coniuge sua *Ottilia* per manum *Odalrici pataulensis episcopi* beato *Stephano* tradidit ea scilicet conditione, ut, si ipse uel heredes eius idoneum et populo utilem clericum inuenerint, episcopus ecclesiam ei tradat, sin autem episcopus utilem et idoneum sacerdotem ibi constituat. Huius ecclesie termini sunt: Primum a capite *rotilich* usque dum idem riuulus *rotilam* influat et sic per *chonzanwisa* et *pertinolssperch* usque ad ripam *danubii*. Secundo uero contra meridiem usque ad terminum ecclesie *buchn(owe)*. Tercio uero supra montem contra orientem usque *hasilbach*. Quarto quoque a ripa predicti fluminis danubii contra septentrionem usque ad *marcham boemicam*. Consecrata est autem hec ecclesia et facta tradicio anno ab incarnacione domini mill. C.X. Indictione III. XIIII. Kal. Octobris regnante *Heinrico rege* huius nominis quinto feliciter. Amen.

Original-Pergament mit Siegel im Archive des Klosters Wilhering. — Kurz, Beiträge IV. 522.

XCIII.

Circa 1110. — ***Bischof, Ulrich von Passau, stellt das von seinem Vorgänger Altmann gegründete, seither aber in Verfall gekommene Kloster St. Nikola wieder her und übergibt ihm seine Güter und Rechte.***

† In nomine sanctę et indiuiduę trinitatis Ǒdalricus dei gratia patauiensis episcopus cunctis successoribus suis et omnibus inposterum fidelibus in perpetuum Episcopalis prouidentia et pastoralis sollicicitudo (sic) conpellunt nos religiosis et deo sacratis locis non solum in presenti favere, sed etiam in futurum eorum quieti et securitati, ne inproborum peruersitate ledi aut perturbari ualeant, quantum diuina conceditur clementia, prouidere, quatenus nobis et cunctis fidelibus ex orationibus inibi deo seruientium tanto copiosior fructus accrescat, quanto eis ad uacandum deo nullius perturbationis inprobitas obsistere presumat. Quapropter monasterium a sanctissimo predecessore nostro huius sanctę sedis episcopo *Altmanno* in honore beati Andreę apostoli et s. Pantaeleymonis martiris et beati Nicolai confessoris adiuuante et cooperante beatę memorię *Agnete* imperatrice in portu *eni* fluminis fundatum et apostolicorum uirorum *Alexandri* et *Gregorii* Paparum nec non et *Heinrici* regis huius nominis quarti priuilegiis et sigillis roboratum, sed peccatis facientibus iam diu ab aduersariis destructum adiuuantibus et collaborantibus filiis nostris *Ǒdalrico* scilicet preposito et *Manegoldo* decano ceterisque religiosis uiris ibidem deo seruientibus, quantum potuimus, superna prosperante gratia reparauimus atque ut inconuulsum et illibatum omni futuro tempore permaneat, deo patri sanctisque eius flectere genua precibus et suspiriis non cessamus. Non minore enim remuneratione reparatorem ditari quam fundatorem confidimus. Omnia itaque bona, quę eidem monasterio prefatus episcopus et prenominata imperatrix augusta in conmunem usum fratrum inibi regulariter conuersantium longe vel prope, culta seu colenda, quesita siue querenda tradiderunt, nos quoque stabilimus et firmiter semperque tenenda decernimus et constituimus. Sunt autem hęc inprimis, que prenominata imperatrix augusta pro remedio animę suę donauit, nona uidelicet pars omnium, quę ad *bersinpiugin* et *ibisiburch* ad manus suas culta reddebantur. Quę uero sequuntur, per manum aduocati sui *Reginberti* prefatus episcopus illuc tradidit, scilicet presignatum portum fluminis *eni* cum omni utilitate sua, ęcclesiam S. Marię magdalene dimidio manso

dotatam, in suburbio uero ciuitatis XI. domata et quicquid ruris est a *danubio* usque ad *enum*, preterea duo iugera, insuper duas stabularias curtes *semptilingen* et *niuwenhouen* cum omnibus pertinentiis suis, ad *tantobil* dimidium mansum, ad *Holzheim* IV. hŏbas, ad *Hegibach* I. ad *Probestriut* I. uasa tornata soluentem, I. houesacham ad *winedeberch*, I. hŏbam ad steinuelt, I. ad *sunnenbach*, I. ad *binizheim*, unam houesacham in loco, qui dicitur *alburch*, et duas partes decimationis eiusdem ęcclesię cum una hŏba, ipsam uero ęcclesiam nos pro concambio sagenę, que est in loco, qui dicitur *mathse*, illuc tradidimus. Dedit etiam III. hŏbas ad *ahafeckingen* soluentes ferrum, I. molendinum ad *ufhusen* et ad *rongerisdorf* I. curtim, ad *ebechendorf* I. cum hŏbis illuc pertinentibus, ad *pazrichesdorf* I., in *enzenwis* cum *genezeo* et molendino, siluis, pratis, piscationibus et omni utilitate sua, I. houesacham ad *wachenwis*, I. ad *cholenprunnen* cum omnibus ad eas pertinentibus, I. houesacham *gerichwis* cum I. hŏba, III. carradas cereuisię de bonis episcopi in eadem uilla, *ouenchirchen* cum decimatione et I. hŏba *altheim* cum sua utilitate, ecclesiam, quę dicitur *eitenbach*, cum seruitio, quod episcopo soluebat, dimidiam hŏbam ad *filschouen*, II. ad *chŏfaren*, III. ad *percheim*, I. ad *huchinchouen*, I. ad *habechesbach*, I. ad *walda* soluentem picem et auenam, I. decimationem in parrochia *Hŏtaren* et ad *chelcberch* et ad *iersheim*, II. partes decimationis ęcclesię, que dicitur *heimingin*, cum I. manso. Tradidit etiam II. partes decimationis noualium siluę, que dicitur *hohenhart*, tam cultorum quam colendorum in illis ęcclesiis, quarum termini in eandem siluam ex inferiori parte porriguntur, quarum ista sunt nomina: *eberiswanch*, *sciltarin*, *aspach*, *uechelsdorf*, quas partim a *heremanno babinbergensi episcopo* iure sinodali cum decimatione aliarum XII. hŏbarum optinuit partim, ut in proprio episcopatu nemine contradicente dedit. Donauit etiam ęcclesiam, quę dicitur *griezchirche*, cum I. decimatione, ad *allenchouen* I. hŏbam cum decimatione, I. houesacham ad *eusta* cum IV. mansis, dimidium mansum ad prŏle ad usum apum, dimidium ad *tŏnheim*, unam decimationem ad *rŏtprehtishouen*, I. hŏbam ad *chaltenbach*. In oriente I. decimationem ad *rusta*, unam ad *Zŏntes*, I. ad *hohenwart*. In rure, quod dicitur *biuga*, II. partes decimationis, ad *mutaren* I. hŏbam, ad *widach* I. Dedit etiam III. sagenas I. *sebach*, I. *pataule*, I. *mathse*. In loco qui dicitur *hal*, I. sartaginem cum suo iure. Ad *sebach* III. uineas, ad *aschaha* II, ad *sibbach* I, ad *liumendingen* II,

ad *sconenpuhel* II, ad *liuben* II. ad *wachowa* IIII., ad *mutarin* I. ad *huntisheim* I. Ad luminaria ęcclesie dedit capellam S. Marię in ciuitate *lauriacensi.* Ad eadem etiam luminaria dedit *Perinhardus* de *sconheringen* quandam partem de censu nauium. Pro uestitu autem ordinauit XXIV. libras, decem de nauibus *patauię,* VI. de *goldarewerde,* IIII. de *efridingen,* III. de censu *mathse,* I. de *ufhusen.* Sunt etiam quędam, quę alii fideles pro remedio animarum suarum prefatę tradiderunt ęcclesię: Quidam nobilis homo nomine *Hezil* tradidit *peringen* et *richeresdorf* cum I. molendino. Quędam matrona nomine *Azala* I. hŏbam ad *bŏch,* Domnus *Adalram* petente *Aschwino* I. houesacham ad *walgisingen,* Quidam sacerdos nomine *Raffolt* predia, quę habuit in duobus locis *sunnenbach* et *purchardingen* cum familia, *Theoderichus* aduocatus unum predium, *Ermenrich* unum predium cum molendino ad *breitenbrunnen,* *comes Gebehardus scalcheim* cum pertinentiis suis, *Gebehardus* cognomento *longus* I. predium ad *bochingen,* *Meingoz* sacerdos I. predium ad *sunemanningen,* *Adalram* de *aschaha* I. predium ad *wurgildorf,* Quidam nobilis homo nomine *Meginhart pollenheim smidingen* cum aliis prediis suis, quorum quędam pro aliis utilioribus conmutata sunt, Quidam *Gerhohe* I. predium ad *chrebezbach,* Quidam sacerdos nomine *Ekkerich* I. predium ad *Hartheim* cum duabus uineis, secundum ad *bŏsingen,* tercium ad *rute,* Quedam matrona nomine *Richinza* dedit II. uineas ad *imizinesdorf* et dimidium mansum ad *ruste,* Quam traditionem postea nepos eius *Ratpoto* firmauit. Hęc inquam omnia et quęcunque etiam innominata bona idem monasterium uel nunc liberalitate predictarum personarum iure possidet uel in antea iuste et canonice deo fauente poterit adipisci, nostri precepti tuitione et sigilli inpressione firmamus et corroboramus eo scilicet tenore et conditione, ut ad communem usum fratrum ibidem deo famulantium proficiant et communiter regulariterque conuersantes nullus seu in presentiarum uel in crastinum de bonis ęcclesię proprio vel priuato usui quicquam presumat usurpare, sed iuxta apostolicę institutionis normam, prout cuique opus erit, a prelatis distribuatur. Ut igitur hęc omnia firma et illibata permaneant, iudicio dei patris omnipotentis et filii et spiritus sancti et auctoritate beati Petri apostoli eiusque uicarii *Paschalis* papę et fiducia et consolatione beati Andreę apostoli et sansti Pantaeleymonis martiris et pii confessoris Nicolai, amore etiam reverendę memorię *Altmanni* episcopi interdicimus et prohibemus, ut nullus

successorum nostrorum seu aliqua sęcularis uel ecclesiastica persona de nominatis prefatę ęcclesię prediis inuadere aut diminuere uel usui fratrum apostolica inibi uestigia seruantium subtrahere presumat. Si quis autem, quod deus auertat, ausu nefario hęc transgressus fuerit, si tercio conmonitus congrua satisfactione non emendauerit, anathematis laqueo se irretitum et cum Juda pessimo mercatore partem habiturvm indubitanter agnoscat. Conseruantibus autem pax et misericordia in presenti et futuro seculo seruetur. Amen.

Original auf Pergament mit aufgedrucktem Siegel im k. bairischen Reichsarchive zu München. — Mon. boic. IV. 302.

XCIV.

Circa 1110. — *Bischof Ulrich von Passau bestätiget den Tauschvertrag zwischen dem Markgrafen Otakar und dem Bischofe Altmann von Passau, durch welchen dieser gegen Behamberg die Pfarre Garsten an jenen abtritt.*

In nomine sanctę et indiuiduę trinitatis notificamus, quia ego *ůdalricus* dignatione dei patauiensis ęcclesię episcopus cum consilio concanonicorum et aliorum fidelium confirmamus concambium, quod factum est sub temporibus felicis memorię *altmanni* predecessoris nostri inter marchionem *Otacharum* et iam dictum episcopum. Hoc est autem concambium. Idem marchio tradidit in manu episcopi *altmanni* et eius aduocati *ůdalrici* mansum unum ad *beheimberge* et aream, ubi constituta est ęcclesia et remisit episcopo *altmanno* decimationem contiguarum uillarum eo tenore, ut ęcclesia *garstyna* perpetuo iure obtineret concessu episcopi et successorum eius omnia, quę interiacent inter *rubicham* (sic) inferius urbem *styram* manantem et *rubinicham* superiorem et infra fluuium *anesum* et fluuium *styram* usque in *rotinpach* et ultra *styram* dotem illam et molendinum cum iure suo et curtim illam, ubi ex altera parte *rubicha* labitur in *anesum*, cum omni culta et inculta decimatione et toto iure sacerdotali. Et ut hęc predecessoris nostri constitutio firma, illibata inconuulsaque perpetuo persistat nec alicui successorum nostrorum liceat eam infringere, priuilegio nostro bulla nostra impressa, sic ut ipse corroborauimus. Si qua igitur ęcclesiastica secularisue persona contra eam temere uenire presumpserit monasteriumque garstense ab eodem marchione constructum et eodem concambio dotatum inquietauerit, ream se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat

atque propter hoc in extremo examine districte ultioni subiciendum non dubitet.

Original auf Pergament mit Siegel im Archive zu Garsten. — Pusch, Dipl. Garst. 20. — Kurz, Beiträge II. 475.

XCV.

Circa 1110. — *Ein Verzeichniss der Güter, welche Otakar VI. (IV.), Markgraf zu Steyr, an das Kloster Garsten übergeben.*

Nouerit omnium christi Fidelium tam presens etas quam successura posteritas, quod hic habentur possessiones, quas domnus O. marchio ac parentes eius siue alii fideles nobiles atque eius familiares huic *ecclesie carstensi* tradiderunt, Qui prefatus marchio deo auctore domnum *Eberhardum* hic canonicam instituentem eo magis iuuit, quo ipse hunc locum ad monachicam uitam, sicut in presenti cernitur, mutare decreuit. Inprimis dominicale illud, quo prima dotata est ęcclesia, modo fundatum consistit monasteriolum. Secundam dotem trans *anesim* cum silua contigua, quam pater marchionis O., qui rome defunctus dormit, nuntiis *Wolfkango* et *Erchingero* mediantibus, tradidit et quicquid cultum siue incultum inter fluuiolos *tanpach* et *fruznich* situm est. Beneficium *arnhelmi* inter *rubinich* et *fruznich*, quod marchio pro conmutatione decimarum cum aliis alibi sitis tradidit. Possessio etiam iuxta sita, que *iagirinberge* dicitur. Alius fundus, quem domnus *Heinricus* nobiscum conuersatus tradidit. Aliud predium trans *rubinich*, quod domnus *arnhelmus* dedit. Inter flumina uero *anesim* et *stiriam* hęc sunt, que marchio matri ęcclesię dedit, scilicet *cella* et beneficium *liutoldi*, quod *liutoldus* et eius conuicanei possident. Ad *husmannin* duos mansus et quod *ôthwin* cum slauonibus possidet. Dotem illam ad *aschaa*, qua dotata est ęcclesia sancti Martini. Aliam pertinentem ad titulum sancti Viti *terniperch*. Ad *suammarin* dimidium mansum antiquitus a parentibus marchionis traditum. Ad *tuncingin* mansum unum, quem domnus *bertoldus* tradidit. Predium, quod *Wazaman* sepulchrum domini reuisurus tradidit. Item dominicale, quod quidam *Wecil* tradidit. Aliud etiam, quod *adalrammus* dedit. Item, quod domnus *Hartwicus* de *riuthe* tradidit. In ualle autem anensi ad *salchinperge* dominicale unum cum appendiciis suis, quod domnus *Eberhardus* dedit, et beneficium *woluoldi*, quod marchio inibi donauit. Item beneficium *Megin-*

hardi etiam *slateheim* et *strechou*, que idem dedit. Aliud predium ad *steinarin* iuxta *michilindorf* et unum mansum, quę utraque prefatus marchio tradidit beneficia *ŏthfridi*. Ad *nuzpach* possessio, quam fratres dato pretio conparauerunt. Ad *husrukun* loco, qui dicitur *ruthe*, predium, quod prefatus marchio pro decimis *cherbach* dandis tradidit, cuius partem cum uinea gratia meliorandi atque conmodius ponendi uendidimus. Mansum unum, quem domnus *Herrant* dedit. Alius fundus *heglinheim* dictus, quem Reginpolt dedit. Ad *roh* predium, quod domnus *fridericus de hunisperge* tradidit. Ad *pŏchi* predium, quod *pillunc* et *Adalheit* tradiderunt. Ad *Hartheim* predium, quod frater *arnhelmus* dedit. Ad *hartperge* V. uineas, quas marchio tradidit. Item *sibinpach* dominicale unum pene cum totidem uineis, quę utraque conparata sunt cum pretio catenulę, quam marchionissa in extremis ob remedium animę suę dari constituit. Ad *hasinhuriuarh* predium, quod frater *Etich* hic conuersatus dedit. Item in inferiori loco eiusdem ripe prediolum, quod domnus *Diethmarus* dedit. Juxta *lauriacum* predium, quod marchio dedit. Ad *stadile*, quod *herrant* dedit. Ad *nezzilpach* predium, quod matrona quedam uocabulo *helena* dedit pro filio suo *Warmundo* nobiscum degente. Ad *cidilheim* predium, quod marchio tradidit, quo loco etiam domnus *bruno* partem siluę ob remedium animę uxoris suę dedit. Non longe inferius iuxta *trunam* fluuium dominicale unum, quod marchio dedit. Ad *Wagreini* predium, quod quędam *Gŏdrat* pro remedio animę suę dedit. Ad *parscalchin* mansum, quem domnus *adalrammus* tradidit. Ad *enggizinstetin* XII. mansus, quos quędam matrona uocabulo *bertha* cum mancipiis ad ęcclesiam sancti iohannis baptiste tradens. omnia simul huc ad altare sancte Marie delegauit. Item ad *wagrein* iuxta *herlah* predium, quod quędam relicta *ŏdalrici chunigunt* uocabulo ob remedium animę eiusdem mariti sui tradidit. Ad *Willihalmispurch* loco, qui *chrebizpah* dicitur, XII. mansus cum XXX. mancipiis, quos marchio pro decimationibus dedit, quod erat beneficium cuiusdam *etichis*, cuius filium uocabulo *piligrimum* rogatu propinquorum huc educandum tradidit. Aliud predium inibi situm, cuius sunt tres mansus, qui pro *reginhero* predicti pueri fratruele traditi sunt cum V mancipiis. Item predium *lanzingrabin*, quod fratres erga *iakkin* et cuiusdam *gunzilini* filios conparauerunt, cuius predii partem iam dictus pater eorum pro remedio animę suę tradidit, addens hanc conditionem presentibus *reginhero* et *arbone*, ut, si

idem filii suam portionem excolendi copiam non possiderent, alias uendendi, nisi huc pro nominata pecunię quantitate potestatem non haberent, Quod ita factum est. Ad *suarzinperge* predium, quod etiam fratres conparauerunt. Ad *purchmannisdorf* iuxta *sanctum ypolitum* situm, quod pro conmutatione predii *scorsindorf*, quod *erchingerus* dedit, adito pretio fratres conparauerunt. Item dimidium mansum, quem *reginherus* frater prepositi *heinrici* huc dandum proprietatis iure destinauit. Item ad *aschaa* predium, quod marchio dedit et *rŏdolfus* possidet, et uineę, quę in oriente sitę sunt. V. ad *Wachŏ*, III. ad *Willihalmispurch*. IIII. ad *mŏtinsdorf*. Et ut hęc traditio cuncta superius expressa conprehendens et per manus marchionis et filii eius *liupoldi* sollempniter celebrata permaneat, hi testes idonei per aurem sunt adtracti, *Meginhardus et frater eius fridericus*, *Waltherus*, *Adalbero*, *Walchŏn filius rŏdperti*, *Heinricus filius meginhaldi*, *Goteschalc*, *Marchwart et frater eius meginhardus*, *Bruno et frater eius rŏdolfus*, *Adalbero*, *Raffoldus*, *Habrant* et *otachar*. *Rudolf*, *Erchingerus*, *Gerunch*, *Reginherus*, *Lanthfridus*, *Engilsalchus*.

Gleichzeitige Aufschreibung auf Pergament im Archive zu Garsten. — Wendtenthal, Austria sacr. VII. 404. — Kurz, Beiträge II. 535.

XCVI.

1111. 25. Juni. Passau. — *K. Heinrich V. bestätiget die Besitzungen des Klosters St. Nikola bei Passau.*

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis, *Heinricus* diuina fauente clementia *imperator* augustus cunctis Christi fidelibus in perpetuum. Aecclesias dei ab hostium uisibilium infestatione defendere, nostrum dominus constituit imperium, ut hi, qui in locis sanctis ac deo dicatis spiritualiter deo militant, quanto securius ac liberius nostra tuitione deo uacant, tanto imperium nostrum in praesenti exaltetur et sublimius brauium perpetuae remunerationis nobis paretur in regno caelorum. siquidem in suburbio *patauiensis aecclesiae* in transitu *eni fluminis* piae memoriae *Altmannvs eiusdem aecclesiae episcopus* fauente et cooperante dignae memoriae avia nostra *Agnete imperatrice* monasterium fundauit et ad sanctae et indiuiduae trinitatis honorem, Andreae apostoli et Pantaeleymonis martyris et *beati Nicolai* pii pontificis nominibus attitulauit. Unde quia fratres praefati monasterii priuilegium patris nostri iam dudum acceperunt, primitus

quoque nostri imperii idem monasterium et quae ad illud pertinent, muniri deuote postulauerunt, ut praedictorum sanctorum nobis ubique non desit adiutorium. Quorum petitioni tanto clementius annuendum esse censuimus, quanto non minor nobis est potestas quam uoluntas igitur hoc nostrae auctoritatis imperiali edicto promulgamus, ut quicquid Altmannvs episcopus eiusdem aecclesiae fundator seu aliquis utriusque sexus fidelis eidem aecclesiae de suo uel tradidit uel tradere uoluerit, firmum et inconuulsum et ab omni inuasione et infestatione hostili maneat securum. In primis ergo omnia, quae predicta auia nostra piaeque memoriae pater meus illuc tradiderunt, nos quoque, quisquis praedium teneat, pro dei amore et animae nostrae remedio damus nonam uidelicet partem de *ibisibvrch* et *Persinbiugen*, quae uero sequuntur, per manum aduocati sui *Reginberti* praefatus tradidit episcopus, scilicet decimas de hortis, de pomeriis, de uineis, de agris, quae de illo domate coluntur, ad hospitale pauperum ibidem constitutum, ad usum quoque fratrum praesignatum portum fluminis eni cum omni utilitate sua, *aecclesiam S. Mariae magdalenae* dimidio manso dotatam, in suburbio uero ciuitatis XI. domata et quicquid iuris est a danubio usque ad enum preter duo iugera, insuper duas stabularias curtes *semftlingen* et *niuwenhouen* cum omnibus pertinentiis suis, ad *tantobil* dimidium mansum, ad *holzheim* IIII. hovbas, ad *Hegibach* unam, ad *probestesriut* unam uasa tornata soluentem, unam houesacham ad *Windeberc*, I. houbam ad *steinueld*, I. ad *sunnenbach*, I. ad *binezheim*, unam houesacham in loco, qui dicitur *alburch*, et duas partes decimationis eiusdem aecclesiae cum una houba, ipsam uero aecclesiam *Oudalricus patauiensis episcopus* pro concambio sagenae, quae est in loco, qui dicitur *mathse*, illuc tradidit; dedit etiam praedictus episcopus Altmannvs III. houbas ad *ahefeckingen* soluentes ferrum, unum molendinum ad *ufhusen*, ad *rongerisdorf* I. curtim, ad *ebechendorf* unam cum houbis illuc pertinentibus, I. ad *bazrichesdorf*, I. *enzenwis* cum genezeo et molendino, siluis, pratis, piscationibus et omni utilitate sua, I. houesacham ad *wachenwis*, I. *cholenbrunnen* cum omnibus ad eas pertinentibus, I. houesacham *gerichwis* cum I. houba, tres carradas ceruisae (sic) de bonis episcopi in eadem villa, *ouwenchirchen* cum decimatione et una houba, *altheim* cum sua utilitate, aecclesiam, quae dicitur *eitenbach*, cum seruicio, quod episcopo soluebat, dimidiam houbam ad *filsehouen*, II. ad *choufaren*, III. ad *percheim*, I. ad *huchinchouen*, I. ad

haberhesbach, I. ad *walda*, unam decimationem in *parrochia houtaren*, I. ad *Chelchberc*, I. ad *iersheim*, duas partes decimationis aecclesiae, quae dicitur *heimingen*, cum uno manso, II. partes decimationis noualium siluae, quae dicitur *hohenhart*, tam cultorum quam colendorum in illis aecclesiis, quorum (quarum) termini in eandem siluam ex utraque parte porriguntur, quarum nomina sunt *uechelsdorfh*, *eberiswanc*, *sciltarin*, *aspach*. *habbingen*, quas partim a (ab) *heremanno babinbergensi episcopo* iure sinodali cum decimatione aliarum XII. houbarum optinuit, partim ut in proprio episcopatu nemine contradicente dedit. Donauit etiam aecclesiam, quae dicitur *Griezchirche*, cum I. decima, ad *allenchouen* I. houbam cum decima, I. houesacham ad *eusta*, cum IIII. mansis, dimidium mansum ad *prouli* ad usum apum, dimidium ad *tounheim*, I. decimationem ad *routprehtishouen*, I. houbam ad *chaltenbach*, in oriente I. decimationem ad *rusta*, I. ad *Zountes*, I. ad *hohenwarte*, in rure, quod dicitur *bluge*, II. partes decimationis, ad *mutarin* I. houbam, ad *widach* I. dedit etiam III. sagenas I. *sebach*, I. *pataue*, I. *mathse*, in loco, qui dicitur *hal*, I. sartaginem cum suo iure, ad *sebach* III. uineas, ad *aschaha* II., ad *sibbach* I., ad *liumendingen* II., ad *sconenbuhel* II., ad *liuben* I., ad *Wachouwa* IIII., ad *mutarin* I., ad *huntisheim* I. ad luminaria aecclesiae dedit *capellam S. Mariae in ciuitate lauriacensi*, ad eadem etiam luminaria dedit *Perinhardus de sconheringen* quandam partem de censu nauium *patauiae*. Pro uestitu autem ordinauit XX.IIII. libras, X. de nauibus *patauiae*, VI. de *goldare werde*, IIII. de *efridingen*, III. de censu *mathse*, I. de *hufhusen*. sunt etiam quaedam, quae alii fideles pro remedio animarum suarum praefatae tradiderunt aecclesiae. Quidam nobilis homo nomine *hezil* tradidit *peringen* et *richersdorf* cum I. molendino; Quaedam matrona nomine *Azala* I. houbam ad *bouch;* Dominus *Adalram* petente *Ascwino* I. houesacham ad *walgisingen;* quidam sacerdos nomine *Raffolt* praedia, quae habuit in duobus locis *sunnenbach* et *purchardingen*, cum familia; *Theodoricus aduocatus* unum praedium; *Ermenrich* I. praedium cum molendino ad *breitenbrunnen; comes Gebehardus scalcheim* cum pertinenciis suis; *Gebehardus cognomento longus* I. praedium ad *bochingen; Megingoz* sacerdos I. praedium ad *sunemanningen; Adalram* de *aschaha* I. praedium ad *wrgeldorf;* quidam nobilis homo nomine *Meginhart pollenheim*, *smidingen* cum aliis praediis suis, quorum quaedam pro aliis utilioribus commutata sunt; quidam *Gerhoch* I. praedium ad

chrebesbach; quidam sacerdos nomine *Ekkerich* I. praedium ad *hartheim* cum duabus uineis, secundum ad *boufingen*, tercium ad *rute;* Quaedam matrona nomine *Rihinza* dedit II. uineas ad *imizinesdorf* et dimidium mansum ad *ruste*, quam traditionem postea nepos eius *Ratpoto* firmauit; quaedam matrona nomine *Adalhait de tanna peneuentinriut* cum familia et omni utilitate sua; Quidam *alwinus de steine* I. praedium ad *hefte*. Unde ut haec traditio firma rataque omni futuro tempore permaneat, nostra imperiali auctoritate praecipimus et confirmamus. At si aliquis inimicus dei, quod absit, hoc imperiale edictum temere uiolare praesumpserit, iram dei nostraeque potentiae uindictam et indignationem sibi non dubitet affuturam. Haec igitur omnia ut firma illibataque permaneant, kartam praesentem nostrae confirmationis testem scribi iussimus, quam, ut infra uidetur, manu nostra confirmatam et sigilli nostri impressione insignitam omnis generationis tam futurae quam praesentis noticiae relinquimus.

Signum domni Heinrici (Monogramma) quarti romanorum imperatoris invictissimi.

Albertus cancellarius recognouit. Actum *patauiae* anno incarnationis dominicae M.C.XI. indictione IIII. VII. Kal. ivlii anno V. regni Heinrici imperatoris huius nominis quinti, imperii uero primo in nomine domini. Amen.

Hund — Gewold I. 548. — Mon. boic. IV. 306. Loc. cit. XXIX. I. pag. 226. ex orig. c. sigill.

XCVII.

1111. 23. August. Lorch. — *Ulrich, Bischof von Passau, bestätigt die Besitzungen des Klosters St. Florian, insbesondere den Besitz der Pfarren Münzbach und Wartberg.*

✝ In nomine sancte et indiuidue trinitatis. *Owdalricus* gratia dei sacrosancte *patauiensis aecclesie episcopus* cunctis successoribus suis et omnibus christi fidelibus in perpetuum. Pastoralis sollicitudo et episcopalis circumspectio pro nostro debito officii admonet, imo cogit nos filiorum nostrorum quieti et securitati tam future quam presenti prouidere, sed enixius et attentius eorum tuitioni insudare, qui diuinis cultibus die noctuque familiarius atque deuotius noscuntur uacare. Quapropter fili karissime *Isinberte*, qui monasterio beate marie uirginis et preciosi martyris christi *floriani* presidere cognosceris, tibi tuisque fratribus et per uos cunctis uestris successoribus

manum nostre defensionis contra omnes aduersantium infestationes extendere curamus, quatinus deo tanto liberius pro peccantium erratibus supplicetis, quanto nostre auctoritatis protectione ab aduersariorum incursibus muniti existitis. Decernimus itaque atque statuimus, ut bona omnia, que prefatum monasterium liberalitate nostrorum predecessorum seu aliorum christi fidelium, nostra etiam donatione uel in presenti possidet uel in futuro iuste et legaliter poterit adipisci, uobis uestrisque successoribus profutura firma et illibata permaneant eo scilicet tenore, ut communem et apostolicam uitam agentes nihil priuatis proprietatibus uendicetis sed a prelatis dispensanda, prout rerum necessitas et utilitas et ecclesie facultas postulat, communiter perfruenda possideatis. Sunt autem hec: Inprimis uidelicet ab occidentali porta atrii eiusdem ecclesie per uiam occidentalem usque ad tria proxima fossata et per medium fossatum uersus aquilonem ascendit terminus usque ad summitatem montis et in summitate montis descendit per septentrionem usque ad terminum uinearum ad orientem, Inde uertit ad uiam australem per mediam uillam reuertens ad predictam portam, Insuper in eadem uilla ecclesia *beati iohannis* cum orto, curtis una ad colligendas decimas, mansus unus pro dote meridiani altaris et molendinum et beneficium lignarii artificis et ex utraque ripa fluminis prata quedam nota loci ipsius habitatoribus, Super hec, quod maximum est, decimatio totius parrochie exceptis triginta sex domibus, Ad *sunnilburch* mansus et due partes decimationis, *Albinisuelth* tota uilla cum suis pertinentiis, scilicet transitu fluminis *trunae* et piscationibus et duabus partibus decime, Curtis *phafinhouin* cum omnibus suis pertinentiis, Ad *niunchirchin* tres mansi, *Liliginhouin* cum omnibus suis pertinentiis, *Waninpahc* cum omnibus suis pertinentiis, Ad *ellenperch* mansus, Ad *gomerichin* mansi duo et dimidius, ad *eustin* mansus dimidius, Ad *stromingin* piscationes, ad *Sueinbahc* mansus et dimidius, ad *gerlatingin* mansus et dimidius, Ad *nescilbach* mansus, ad *glunichi* mansi duo, ad *stadelin* mansi duo, Ad *hiuzingin* dimidius, ad *ilbungistetin* mansus, ad *goldestorfh* mansus, ad *mura* et *Rovgersbach* mansus, ad *stilla* mansus, Ad *bercheim* dimidius, ad *rostorfh* dimidius, ad *amistetin* decima portaria una, Ad *stefinishart* una, Ad *assbach* una, ad *glunich* una, ad *sibenbach* una, ad *oftheringen* una, ad *geroldisdorf* una, ad *heresingen* una, ad *tenin* due, ad *terinbach* una, ad *liumitingen* una, ad *linzie* una, ad *chirchdorf* una, ad *riute* una, ad *meirsdorf* una, ad *horbach* una, ad *tabers-*

hem una, ad *lufinberch* una, ad *pulgarin* una, ad *riedae* una, Ad *mittrinchirchin* una, ad *sahssinchirchin* una, Decime uini in duabus ecclesiis *tabrisheim* et *linzie* pro sacrificio altaris. In eadem ecclesia decime apum ad *sanctum nicolaum* pertinentium, Ad *aschac* uinee tres. Cetera, que secuntur, alii quoque fideles christi pro remedio animarum suarum eidem monasterio contulerunt. Sunt autem hec: Inprimis predia, que dedit quidam *nobilis uir eppo* tam hereditaria quam acquisita, sicut in priuilegio *Heinrici imperatoris* huius nominis *quinti* terminatum et firmatum est, De hinc due uinee ad *balsenzie*, quas tradidit *Egilolf*, una ad *aschac*, quam tradidit *geppo presbyter*, Curtis una ad *truhcbach* cum uinea, quam tradidit *presbyter Megingoz*, ad *geilspach* mansus et dimidius, quem tradidit *Gerolt*, ad *Winchlarin* due uinee, ad *heresingin* predium, quod tradidit *noppo*, ad *baschingin* predium, quod tradidit *Manegolt*, ad *studahe*, quod tradidit *ovzi*, ad *tegrinbahc*, quod tradiderunt *rovdhart* et *gotti*, ad *trunae* predia, que tradiderunt *rovdolf aduocatus*, *adalbero*, *ovdalrich*, Ad *trunardorf* predium, quod tradiderunt *engilpreth*, *izo* et alii fideles, ad *raffoldistettin* predium, quod tradiderunt *Wolfger*, *Totila;* Predium ad *totelingin*, quod dederunt *Ekkerich*, *Herrant;* ad *eglincheim*, quod tradiderunt *Rovdolf*, *adalram*, *Engilbreth*, *Gisila;* ad *rorbach* predium, quod tradiderunt *Pruninch*, *Walto;* In eadem uilla predium, quod de monasterio *beati agapiti* concambio suscepimus; ad *gomerichingin* predium, quod tradidit *rovdolf aduocatus;* Predium ad *salmansliten*, quod tradiderunt *Pillunc*, *adala;* Predium in *monte*, quod tradidit *Wolffrit;* ad *walhlingin* predium, quod dedit *pero;* ad *friginliutin*, quod dederunt *Engilbreth*, *Liupirch;* ad *widelheim* predium, quod tradiderunt *misico*, *wolfpret*, *wolffrit*, *erchinpolt*, *riziman;* ad *friginliutin* predium, quod tradiderunt *hadamovth*, *hezilo*, *peringer* et ibidem predium, quod dedit *presbyter azilinus;* ad *mitstetin*, quod tradidit *waziman*, ad *primizlastorf* praedia, que dederunt *Trebes*, *engilsalch*, *primizla*, *meginhart*, ad *gerlantingin* predium, quod tradidit *willa*, *izo;* ad *nescilbach*, quod tradidit *marchwart;* *Aecclesia munichispach* cum dote, quam tradidit *friderich;* Uinee cum predio, quas tradidit *Dietmar clericus;* ad *imizinstorf*, ad *woluarin* predium, quod dedit *willihalm;* ad *eustin* predium, quod tradidit *peritolth;* ad *wartperch* aecclesia cum dote, quam tradidit *sigihart;* ad *bosinbach* predium, quod dedit *Rovdolf aduocatus* rogatu *Willibirgis;* ibidem predium, quod dedit *urliuch;* Predium,

quod dederunt *pezilie, wolozo, Herto;* Uinea, quam tradidit *Reginhart,* ad *chunipretistorf* mansus, quem concambio a beato *agapito* suscepimus. Vt igitur hec omnia rata, firma et inconuulsa uestris successorumque uestrorum usibus permaneant, iudicio dei patris omnipotentis et filii et spiritus sancti interdicimus, ne quis successorum nostrorum aut aliqua ecclesiastica uel secularis persona hec temere inuadere, minuere uel auferre presumat, sed usibus fratrum in una societate apostolica uestigia seruantium per manus dispensatorum conseruentur fideliter offerenda. Si quis ergo huius nostre preceptionis paginam sciens contra eam temere uenire et eorum, quod auferre presumpserit, si tercio commonitus congrua satisfactione non emendauerit, iram dei perpessurum et cum iuda pessimo mercatore partem habiturum se cognoscat. Conseruantibus autem pax et misericordia a deo X. Et ut hec ad futura quoque tempora indubia perueniant, presentem cartam nostre imaginis inpressione sigillatam huius confirmationis uadem testemque relinquimus.

Actum *Lauriaco* anno dominice incarnationis MCXI. indictione IIII. X. Kal. septembr. regnante *Henrico imperatore* huius nominis V. anno regni eius VII. imperii vero I. feliciter.

Original; Pergament mit Siegel im Archive des Klosters St. Florian. — Stülz, Geschichte von St. Florian, pag. 209.

XCVIII.

1111. 23. August. Passau. — ***Bischof, Ulrich von Passau, bestätigt die Freiheiten des Klosters St. Florian, und den Besitz der Pfarrkirchen Wartberg und Münzbach.***

✝ In nomine sancte et indiuidue trinitatis. *Vdalricus* dei gratia sacrosancte *patauiensis aecclesie episcopus* cunctis successoribus suis et omnibus christi fidelibus in perpetuum. — Pastoralis sollicitudo et episcopalis circumspectio pro nostri officii debito admonet, immo cogit nos filiorum nostrorum quieti et securitati tam future quam presenti prouidere, sed enixius et adtentius eorum tuicioni insudare, qui diuinis cultibus diu noctuque familiarius atque deuotius noscuntur uacare. Quapropter fili karissime *Isinberte*, qui monasterio beate Marie uirginis et preciosi christi *martyris Floriani* presidere cognosceris, tibi tuisque fratribus et per uos cunctis successoribus uestris manum nostre defensionis contra omnes aduersantium infestastaciones extendere curamus; quatinus deo tanto liberius pro peccantium erratibus supplicetis, quanto nostre auctoritatis protectione ab aduersa-

riorum incursibus muniti existitis. Decernimus atque statuimns, ut bona omnia, que prefatum monasterium liberalitate nostrorum predecessorum seu aliorum christi fidelium, nostra etiam donatione uel in presenti possidet uel in futuro iuste ac legaliter poterit adipisci, uobis uestrisque successoribus profutura firma et illibata permaneant eo scilicet tenore, ut communem et apostolicam uitam agentes nichil priuatis proprietatibus uendicetis, sed a prelatis dispensanda, prout rerum necessitas et utilitas et ecclesie facultas postulat, communiter perfruenda possideatis et ecclesie Patauiensi familiarius atque deuotius subesse debeatis. Licet enim plurima beato christi martyri floriano in ipsa prima fundatione sui monasterii fuerint collata, omnibus tamen postmodum in destructione ipsius monasterii distractis fratribus tunc temporis ibidem deo militantibus tantum hec paucissima remanserunt: Villa scilicet, in qua ipsum monasterium fundatum est, cum omnibus ad eam pertinentibus, agris scilicet et uinetis, pascuis, pratis, siluis, aquis aquarumque decursibus, piscationibus, uenationibus et molendinis, Ad *waehelingen* mansus unus et dimidius, Ad *vrienliutin* mansus unus et dimidius, Curia in *Phaffenhouin* cum omnibus ad eam pertinentibus, Curia in *Lilinhouin* cum omnibus suis pertinentiis, Curia in *Gerlantingen* cum omnibus ad eam pertinentibus, Ad *Goemerichingen* duo mansi et dimidius cum omnibus illuc pertinentibus, agris, siluis, pratis et pascuis. Antecessores itaque nostri pie recordationis *episcopi Eigilbertus* scilicet et *Altmannus* desolationem iam dicti monasterii miserati ipsum tandem spiritu sancto inducti nec non et de beati floriani martyris suffragio quam plurimum confisi in prestinum statum religionis reformarunt quasdam episcopatus nostri proprietates in subsidium prebende fratrum ibidem deo famulantium conferrendo (sic) *Parrochiam* uidelicet, in qua ipsum prefati martyris monasterium situm est, et in omnibus terminis ipsius parrochie tam cultis quam colendis decima tota et indiuisa exceptis triginta sex domibus; *Almisuelt* uillam totam cum omnibus ad eam pertinentibus, transitu scilicet *fluminis Trvne* et piscationibus, pratis, pascuis, siluis et duas partes decimationis in omnibus terminis eiusdem ecclesie tam cultis quam colendis; Ad *Svnilburch* mansum unum et dimidium et duas partes decimationis; Curiam in *Enzingen*, Curiam ad *sanctum Stephanum* iuxta *waeninpach* cum omnibus suis pertinentiis; Ad *Ebilisperch* duos mansus et dimidium; Ad *Strummingen* augeam cum omnibus ad eam pertinentibus. Nos itaque talem ante-

cessorum nostrorum donationem ratam habentes et presenti priuilegio confirmantes quedam etiam licet pauca in subsidium prebende fratrum ecclesie iam dicti martyris contulimus, Viginti scilicet tres decimas portarias in diuersis parrochiis distinctas, Ad *amistetin* unam decimam, Ad *Stevensharde* decimam unam, Ad *aspach* unam, Ad *Glunich* unam, Ad *Sibenbach* unam, Ad *Oftheringen* unam, Ad *Geroldistorf* unam, Ad *Heresingen* unam, Ad *Tenin* duas, Ad *Terinpach* unam, Ad *Liuntingen* unam, Ad *Lintze* unam, Ad *Chirchdorf* unam, Ad *Rute* unam, Ad *Meirstorf* unam, Ad *Horbach* unam, Ad *Tabirsheim* unam, Ad *Pulgarn* unam, Ad *Luffenberch* unam, Ad *Riede* unam, Ad *Mittirchirchen* unam, Ad *Sahsinchirchen* unam et decimam uini totam in duabus *parrochiis Tabirsheim* et *Lintze* et ad *Assha* tres uineas in sacrificium altarium ipsius monasterii contulimus. Cetera, que secuntur, alii fideles christi spe diuine remunerationis fratribus supradicti monasterii contulerunt, inter quos maximum et precipuum deo munus offerens *Eppo* quidam nobilis et religiosus homo *de Windiberge* omnia predia sua, que possedit, tam hereditaria quam aquisita, tam culta quam colenda cum omni utilitate, cum agris scilicet et pratis, pascuis, piscationibus et uenationibus et siluis, que protenduntur usque ad fluuium, qui *Wultha* uocatur, potestatiua manu super altare beati floriani tradidit. Preterea idem Eppo tres ecclesias parrochiales in eodem predio sitas, ecclesiam scilicet *sancte Marie in Waltchirchen* et ecclesiam *sancti Petri* et ecclesiam *sancti Johannis* una cum ipso predio iam dicto monasterio donauit. Decimas quoque earumdem ecclesiarum, quas de manu nostra in beneficio habuit, ea condicione nobis resignauit, ut ipsas prefato monasterio conferremus, quod et ad peticionem ipsius fecimus et sic tandem prenominatus Eppo donationem prediorum et ecclesiarum priuilegio Heinrici imperatoris huius nominis quinti confirmari impetrauit. Preterea quidam *nobilis homo Fridericus* nomine *ecclesiam in Munichspach* cum dote ipsius ecclesie sepedicto monasterio tradidit.

Quidam etiam *nobilis homo Sighardus* nomine *ecclesiam in Wartperch* cum dote eidem monasterio contulit.

Decimam uero eiusdem ecclesie, quam a nobis in beneficio habuit, ea nobis condicione resignauit, ut ipsam antedicto monasterio conferremus, quod et ad peticionem ipsius fecimus. *Rudolfus* quidam homo nobilis *de Perge* quatuor predia in *Trungav* et rogatu cuiusdam *Wilbirgis* predium in *Poesinbach* super altare beati floriani tradidit.

Pertholdus quidam homo nobilis hubam in *Austin* et quidam *Geroldus* mansum unum et dimidium in *Geilspach*. Quidam *Noppo* nobilis homo predium in *Heresingen*, quidam *Ozo* et *Hatto* mansum in *Goldinstorf*. Quidam *Izo* et uxor sua *Willa* duos mansos in *Stadelen*. Quidam *Ruthart* et frater suus *Gotto* mansum unum in *Nezzilbach* et alii fideles christi quam plures predia sua ipsi beato christi martyri contulerunt, que tediosum esset priuilegiis annotari. Nos tamen omnes possessiones ipsius monasterii et tam collatas et quas adhuc deo dante poterit adipisci, in dei omnipotentis et nostram protectionem suscipientes talem tibi frater Isinberte et fratribus tuis uestrisque successoribus indulgentiam facere decreuimus, ut, si ministeriales nostri seu quicunque homines ecclesie nostre predia sua ad nos quocunque iure spectantia uobis conferre decreuerint, liberam habeant potestatem conferendi, quando et ubi uelint. Preterea liberam uobis sepulturam indulgemus ita, ut quicunque apud uos sepeliri uoluerit, libere non obstante alicuius plebani uel uicarii contradictione sepeliatur. Adicientes quoque hanc libertatem uobis indulgemus, ut, si quando prelatum monasterii uiam uniuerse carnis ingredi contigerit, uos et successores uestri liberam habeatis potestatem eligendi alium, quem magis ydoneum et utilem inueneritis, episcopo etiam irrequisito. Volumus etiam et quasi pro lege semper tenendum statuimus, ut nullus successorum nostrorum uel alter quispiam siue ecclesiastica siue secularis persona aliquem uobis aduocatum uel in hominibus uel in prediis uestris aliquatenus presumat ordinare, nisi quem prelatus ecclesie cum consilio fratrum sibi elegerit aduocatum, hoc adicientes, ut si forsitan et is postmodum, ut plerumque fieri solet, grauis uobis et iniuriosus exstiterit, dum admonitus emendari noluerit, ad arbitrium ipsius prelati ab episcopo uel si episcopus noluerit, a sede romana mutetur altero ad peticionem ipsius prelati substituto. Ut igitur hec omnia rata, firma et inconuulsa uestris successorumque uestrorum usibus permaneant, iudicio dei patris omnipotentis et filii et spiritus sancti interdicimus, ne quis successorum nostrorum aut aliqua ecclesiastica uel secularis persona hec temere inuadere, minuere uel auferre presumat, sed usibus fratrum in una societate apostolica inibi uestigia seruantium per manus dispensatorum conseruentur fideliter offerenda. Si quis ergo huius preceptionis nostre paginam sciens contra eam temere uenire et eorum quid auferre presumpserit, si tercio commonitus congrua satisfactione non

emendauerit, iram dei perpessurum et cum Juda pessimo mercatore partem habiturum se recognoscat. Conseruantibus autem pax et misericordia a deo patre et domino nostro iesu christo. Amen. Et ut hec ad futura quoque tempora indubia perueniant, presentem Kartam nostre ymaginis impressione sigillatam huius confirmationis uadem testemque relinquimus.

Acta sunt hec consilio et consensu tam kathedralium quam ministerialium nostrorum, quorum nomina presenti scripto sunt annotata: *Ulricus maior prepositus, Imbertus decanus, Baldwinus scolasticus, Engilbertus archydiaconus, Imbertus capellanus, Heinricus, Fridericus, Almarus, Hugo, Egino, Otaker* canonici. *Hartwich de Chraenzingen, Porno de Holtzhusin, Hartmut pincerna, Sibot dapifer, Egilolf de velbach, Imizo de Stegebach, Livtkoz de Tagebrehtishusin* et alii quam plures.

Datum *Patavie* Anno ab incarnatione domini MCXI. Indict. IIII. X. kalend. septemb. regnante *Henrico imperatore* huius nominis V. anno regni eius VII., imperii uero I. feliciter. Amen.

Original auf Pergament mit Siegel im Archive des Klosters St. Florian. — Stülz, Geschichte von St. Florian, pag. 216.

XCIX

1113. 26. Juni. Passau. — *Bischof Ulrich von Passau bestätigt die Freiheiten und Besitzungen des Klosters St. Florian und verordnet, dass die Pfarrkirche zu Niederwaldkirchen als Conventualkirche angesehen werde.*

† In nomine sancte et indiuidue trinitatis. *Vodalricus* dei gratia sacrosancte *patauiensis ecclesie episcopus* cunctis successoribus suis et omnibus christi fidelibus in perpetuum. Pastoralis dignitatis sollicitudo nos admonet et inuitat, omnium christi ecclesiarum utilitatibus tam prouide, tam sollicite inuigilare, ut non solum presenti sed et future quieti et securitati ipsarum iugiter intendentes eas contra omnium ipsis aduersantium malignitates omni, qua possumus, cautione diligentissime premunire studeamus. Hinc est, quod *ecclesiam beati Floriani* martyris christi *in pago Lauriacensi* iuxta riuulum, qui *Ipha* uocatur, ab antiquissimis terre illius incolis quondam fundatam sed postmodum continua barbarorum inuasione destructam, tandem uero ab antecessoribus nostris *episcopis Eigilberto* uidelicet et *Altmanno* in pristinum statum religionis plene reformatam, nos quoque uestigiis nunc ipsorum inherendo ipsam in defensionem nostram susceptam contra quorundam hominum quieti ecclesiarum inuidentium

iniquas machinationes aliquatenus premunire uolentes possessiones omnes, quas uel ab antecessoribus nostris uel etiam ab aliis christi fidelibus in subsidium fratrum ibidem deo famulantium collatas iam dudum priuilegio nostro confirmauimus, nunc denuo nominatim sed compendiose huic scripto adnotare et sic tandem pro iure ipsas possidere debeant, presenti scripto duximus confirmare. Possessiones igitur, quas fratres predicti cenobii iam nunc undecumque collatas possident, sunt hee: Parrochia, in qua ipsum beati floriani martyris monasterium fundatum est, et in omnibus ipsius parrochie terminis tam cultis quam colendis decima tota et indiuisa preter triginta sex domos. Villa, in qua ipsum monasterium situm est, cum omnibus ad eam pertinentibus, agris scilicet et uinetis, pascuis, pratis, siluis, aquis aquarumque decursibus, piscationibus, uenationibus et molendinis. *Almsuelt* uilla tota cum omnibus ad eam pertinentibus, agris scilicet et pascuis, pratis, siluis et due partes decimationis in omnibus ipsius parrochie terminis tam cultis quam colendis. Ad *Svnilburch* mansus unus et dimidius et due partes decimationis. Curia in *Phaffenhouin* cum omnibus ad eam pertinentibus. Ad *Waelhelingen* mansus unus. Ad *vrienlivtin* mansus unus et dimidius. Curia ad *Enzingen*. Curia ad *Lilinhouin* cum omnibus ad eam pertinentibus. Curia ad *sanctum Stephanum* iuxta *waeninpach* cum omnibus ad eam pertinentibus. Curia ad *Gerlantingen* cum omnibus ad eam pertinentibus. Ad *Goemerichingen* duo mansi et dimidius. Ad *Ebilsperch* duo mansi et dimidius. Ad *Strummingen* Augea cum omnibus ad eam pertinentibus. Viginti tres decime portarie in diuersis parrochiis site: Ad *Amistetin* una, Ad *Stevensharde* una, Ad *aspach* una, Ad *Glunich* una, Ad *Sibenbach* una, Ad *Oftheringen* una, Ad *Geroltstorf* una, Ad *Heresingen* una, Ad *Tenin* due, Ad *Terinbach* una, Ad *Livntingen* una, Ad *Lintze* una, Ad *Chirchdorf* una, Ad *Rvte* una, Ad *Meirstorf* una, Ad *Horbach* una, Ad *Tabirsheim* una, Ad *Pulgarn* una, Ad *Luffenberch* una, Ad *Riede* una, Ad *Mitterchirchen* una, Ad *Saehsinchirchen* una et decima uini tota in duabus parrochiis *Lintze* et *Tabirsheim*, Predium quoque domni *Epponis in Windiperge* cum omnibus eius adtinentiis, aquis scilicet et pratis, pascuis et siluis, que usque ad terminos boemie protenduntur ad fluuium, qui *Wultha* uocatur, et in ipso predio tres ecclesie parrochiales, cella uidelicet S. Marie in *Waltchirchen* et decima una, *Ecclesia S. Petri* apostoli cum decima una, *Ecclesia S. Johannis* cum una decima, *Ecclesia in*

Munnichspach cum una decima, *Ecclesia in Wartperch* cum una decima et alia quam plura prediola, que tediosum esset priuilegiis adnotari. Possessionibus igitur omnibus nominetenus designatis nunc pro iure fratres supradicti monasterii iam nunc sibi collatis nec non et postmodum iuste et legaliter sibi conferendis frui debeant presenti scripto confirmatum omnium successorum nostrorum et omnium christi fidelium memorie firmiter commendamus: Primum, quod et maximum est, parrochiam, in qua ipsum beati floriani monasterium fundatum est, ipsis prius quidem ab antecessoribus nostris pleno iure collatam nunc et nos in eodem iure ipsis perpetuo possidendam confirmamus auctoritate dei omnipotentis firmiter inhibentes, ut nullus successorum nostrorum ipsos uel secularem clericum uel etiam de fratribus unum iam dicta parrochia inuestiendum representare sibi compellat, sed ipsius monasterii prelatus eam uni de confratribus suis, quem ad hoc ydoneum inuenerit, committat, qui et plebem in diuinis procurare non negligat et in singulis diebus et ad refectorium et ad dormitorium suum redire non omittat, quem etiam, si pro tempore negligentem inuenerit, mutet alterum substituendo et hoc faciat, quandocunque uiderit expedire, et episcopo et archydiacono et eorum decano inconsultis et irrequisitis. Decernimus etiam et iure perpetuo confirmamus, ut supradicti monasterii prelatus *cellam S. Marie in Waltchirchen,* que conuentualis ecclesia esse debet, uni de confratribus suis, uiro tamen discreto et religioso committat adiunctis sibi duobus uel tribus de collegio suo uiris religiosis, qui et plebem parrochialem in diuinis et adiunctos sibi fratres cum familia competenti de prouentibus dotis et decimarum ipsius cellule tam prouide procuret, ut, si quid residui super necessaria domus annuatim ualeat colligere, totum illud in utilitatem domus S. Floriani fideliter studeat redigere. Reliquis autem parrochiis, quandocunque uacauerint, seculares clericos ipse prelatus domus S. Floriani pleno iure inuestiat nullum super cura animarum recipienda uel episcopo uel archydiacono representans. In omnibus enim ecclesiis ad monasterium prefati martyris spectantibus donum altaris prelato ipsius monasterii in ipsa sui confirmatione una cum prelatura debere conferri, sicut ab antecessoribus nostris statutum est, nos quoque confirmamus. In aliis autem possessionibus, decimis scilicet, prediis, agris, uinetis talem iusticiam et libertatem sepedicto monasterio donamus et confirmamus, ut ipsius monasterii prelatus plenam in eis habeat potestatem cum consilio tamen fratrum suorum

dandi, uendendi, precariandi, commutandi in omnem utilitatem, sicut commodius sibi et ecclesie uiderit expedire, non obstante nec factum suum impediente uel episcopi patauiensis uel ipsius etiam, quem pro tempore sibi elegerit aduocatum, contradictione. Vt ergo hec nostre institutionis et confirmationis iura rata et perpetuo ab omnibus seruari debeant inconuulsa, presentem paginam sigilli nostri inpressione consignamus auctoritate dei omnipotentis sub pena eterne dampnationis firmiter inhibentes, ut nullus successorum nostrorum nec alter quispiam hanc nostre institutionis formam uel infringere presumat aliquatenus uel infirmare. Si autem quispiam successorum nostrorum, quod deus auertat, eam temere postmodum infringere uel infirmare presumpserit, si tercio commonitus resipiscere noluerit, prepositus ipsius monasterii hoc utens priuilegio super tanta iniuria querimoniam coram domino papa deponat, ut ipse super hoc, quod iustum fuerit, decernat. Si ergo super hoc, quod forte fieri potest, indignatus dominus papa predictum monasterium a iurisdictione patauiensis ecclesie in iurisdictionem et defensionem romane sedis transferat, deus omnium iniquitatum uindex iustus dispendium tanti honoris ab auctore ipsius mali requirat in euum. Amen.

Data *Patauie* Anno ab incarnatione domini MCXIII. Indictione IIII. VI. kalend. Julii Regnante *Heinrico imperatore* huius nominis V. Anno regni eius X. Imperii uero III. feliciter. Amen.

Original auf Pergament mit Siegel im Archive des Klosters St. Florian. — Stülz, Geschichte von St. Florian, pag. 223.

C.

1115. 9. Juni. — ***Markgraf Leopold IV. (III.) von Österreich befreit die in der Riedmarch gelegenen Besitzungen des Klosters St. Florian von der ihm zu entrichtenden Abgabe.***

Nouerint omnes fideles christi tam futuri quam presentes, qualiter ego *liupoldus orientalis regionis marchio* absoluerim in honore sanctę dei genitricis marię et sancti floriani martiris rogatu *isinberti* eiusdem ecclesię prepositi cuncta predia, siqua sunt a fidelibus illi ęcclesię oblata uel adhuc a quoquam fuerint offerenda, a redibitione uel reditu mei iuris in *ridmarcha* uel in omnibus locis mei regiminis trans *danubium* positis. Hoc uero feci in augmentum prebendę fratrum illic deo deuote famulantium pro remedio animę meę et memoria debitorum meorum. ut intercessione eorundem sanctorum et oratione

fratrum iura potestatis meę stabiliantur et parentum meorum animę a peccatis absoluantur. Igitur donatiuum meum, ne ab aliquo successore meo, quod absit, irritetur, inpressione sigilli mei confirmetur. Acta sunt hec millesimo C°XV° anno incarnationis domini nostri iesu christi, indictione VIII. V, IDVS IVNII, in recordationem futurorum. Et hec sunt nomina allodiorum, de quibus prefati sumus, predium *march-uardi threbeia*, predium *stoigei*, predium *threbessę brumizlaistorf*, predium *sunzonis willihartisdorf*, predium *rafoldi* fratrisque eius *arnoldi* ibidem, predium *ortuuini* et *perihtoldi* iuxta eandem villam, predium *uolcradę* uiduę *begeringin*, predium *penzonis threbinicha*. Hec nota sunt fidelibus nostris *herchinberto, Macilino, hiringo, Heimoldo, dûrinchardo*.

Ego *liupoldus orientalis marchio* ista rata facio et inconuulsa perpetualiter in nomine patris et filii et spiritus sancti AMEN.

Original auf Pergament mit einem aufgedruckten, gut erhaltenen Reitersiegel im Archive des Klosters St. Florian. Das Pferd links ausschreitend, der Markgraf mit einem Kübelhelme, der mützenartig aussieht, bedeckt, das Gesicht offen, den Schild am linken Arme, in der Rechten einen Schaft (ob von einer Fahne ist nicht erkennbar). Die Umschrift ist verwischt. — Pez, Historia S. Leopoldi 71. — Kurz, Albrecht IV. II. 453 vollständig. — Stülz, Geschichte von St. Florian 228. Nr. XIII im Auszuge.

CI.

1117. 9. Juni. Friesach. — *Chunrat, Erzbischof von Salzburg, ernennt auf die Bitte der Äbbtissinn Diemud den Markgrafen Otackar von Steyr zum Vogte des Klosters Nonnberg in Salzburg.*

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Ego *Chunradus Dei gratia sanctae Salzburgensis Ecclesiae Archiepiscopus* omnibus Christi fidelibus. In excelsa constituti specla praedonum incursus providere et hiantium luporum morsus a grege summi pastoris debent arcere. Unde et nos monasticae quieti et divinae sacrarum personarum contemplationi consulentes, ne seram forte vulneratis caulis afferamus medelam, in tempore statuimus occurrere. Est igitur in civitate nostra monasterium, quod *beatus Rudbertus* pater et patronus noster fundavit et *sanctam virginem Erindrudem abbatissam* sanctimonialibus inibi consecravit *duxque Theodo* multis reditibus (sic) ampliavit. Hujus Ecclesiae advocatia fidelem nostrum *Otakarum marchionem de Styre* virum tam strenuum quam discretum rogatu dilectae sororis nostrae *Diemudis nunc Abbatissae* inbeneficiavimus, cujus et tuitione secura

sit monasterii possessio et discretione illesa permaneat a gravi advocatorum vexatione, subnectentes illi in mandatis et sub obtentu beneficii interminantes, ne quem suorum fidelium eadem advocatia unquam inbeneficiare sed neque ubivis locorum sine consensu praefatae Abbatissae et ejus sequacium cuiquam secundario velit assignare. Et quia praedictarum sanctimonialium orationibus nos speramus foveri, partem agelli ad *Arnstorf* vineis earum adjacentem et necessariam contulimus, ut centuplicatam mercedem in terra viventium recipiamus. Cunctas ad haec possessiones vel decimationes a regibus, ab episcopis, a principibus seu a quibuslibet fidelibus eis oblatas, concambiatas aut juste quoquomodo acquisitas, videlicet *in Oriente Welmik*, *Phlaetniz*, *Maezilinstorf*, *Arnstorf*, *Hasilpach*, *Lovngoe*, quod *Heinricus imperator* dedit, *Schalah* et quidquid *Radstat* et *Bongoe*, *Enstal* situm est et quod *Halle* detinent, scilicet *pontem Pühiln* cum omnibus ad ipsum locum pertinentibus, quartam partem aquae in *Gerhohisprete* et tertiam partem aquae in *Wazimannsgalgen* et dimidium aquae nonae partis, quam tradidit *Wezil*, et octavam partem aquae in ligno, quod dicitur *Herdeginsprete*, et item octavam partem in eodem ligno, quatuor loca patellaria et dimidium, loca curtilia quatuor et dimidium et pratum, quod tradidit *Wiso*, *Figun* cum viculis suis, *Glaese*, *Morzige* cum decimationibus suis, *Ebideshusin* cum omnibus ad ipsum locum pertinentibus, *Titimaenningen* cum decimationibus et quidquid ad ipsum locum pertinet, quem etiam locum *Regindrut regina* dedit, *Chamera* cum curtibus et decimationibus suis, *Hirzowe* cum molendinis et piscationibus, *Wilpuch*, *Eicha*, *Chapfs* cum villulis adjacentibus, *Lerch*, *Oste*, tres vineas *Priupah* sitas, *Haginspuch*, *Geppinheim*, curtem *Loufin* sitam et si qua sunt alia, quae dinumerare longum est, culta et inculta, quaesita et inquirenda, in cadmiis, in locis salinariis, in agris, silvis, vineis, pratis, piscationibus, exitibus vel reditibus, aquarum decursibus, mancipiis, censualibus seu quidquid habent vel habiturae sunt, omnia conscriptione hac pontificali, ut rata tam praesentibus quam futuris sint, roboramus et sigilli nostri inpressione muniri decrevimus. Et cum invocatione patris et filii et spiritus sancti omniumque romanorum pontificum auctoritate, quisquis haec disturbare temptaverit, sciat se anathematis vinculo innodatum, nisi poenituerit.

L. S. †. Ego *Hiltpoldus Gurcensis episcopus* ss.

†. Ego *Reginbertus abbas S. Petri* ss.

†. Ego *Romanus praepositus S. Mariae ad zöl* ss.

†. Ego *Hadmarus Archidiaconus Frisacensis* ss.

Actum *Frisaci* V. Id. Junii Anno incarnationis domini M°C°XVII° Indict. X. *Paschali* II. pape sancte Romane ecclesie praesidente Anno apostolatus ejus XVII. *Henrico* V. Imperatore Anno regni ejus XI° Imperii autem VIII° Anno vero pontificatus nostri XII. Quod subscriptis testibus confirmamus: *Engilberto duce Karinthiae, Pernhardo comite, Meginhardo comite de Górze, Dietmaro de Lovgoe, Eginscalco de Friesach, Eppone et Gotfrido fratre ejus de Wietingin, Eberhardo de Libnih, Alberone de Dietramingin, Oulrico, Chunrado, Reginberto de Sechirchen.*

Estal, Chronik von Nonnberg. pag. 201.

CII.

1122. 18. März. Passau. – ***Reinmar, Bischof von Passau, bestätigt dem Kloster St. Florian alle jene Besitzungen, welche es von seinen Vorgängern erhalten, insbesondere den Besitz der Pfarrkirche Gutau im untern Mühlviertel.***

† In nomine sancte et indiuidue trinitatis. *Reinmarus sancte patauiensis ecclesie episcopus* omnibus christi fidelibus in perpetuum. Debitum pastoralis officii efficacius exequimur, si uiros ecclesiasticos et religiosas domos in sua iusticia paterna prouidentia fouentes et eorum indempnitati circumspecte consulentes facultates et iura ipsorum inuiolata eis precipimus obseruari. Huius rei consideratione inducti ecclesiam, que *domus sancti Floriani* dicitur, barbarica quondam inuasione desolatam sed studio quorundam predecessorum nostrorum, *Eigilberti* uidelicet, *Altmanni, Ovdalrici* pie recordationis pontificum in pristinum statum religionis reformatam et priuilegiis ipsorum sufficienter communitam nos quoque in nostre protectionis munimen suscipimus et quod ab ipsis salubriter prouisum est, nos ob reuerentiam ipsius uenerandi martyris Floriani nostra quoque auctoritate corroborare cupientes confirmamus eidem ecclesie et fratribus ibidem deo militantibus tam ea, que ab antecessoribus nostris ipsis dinoscuntur collata, quam et illa, que in ipsius monasterii desolatione prius quidem distracta sed prouidentia antecessorum nostrorum tandem sunt recollecta, nec non et ea, que ab aliis christi fidelibus iam nunc ipsis tradita uel postmodum sunt conferenda. Igitur ne cuiuslibet inuasoris manus temeraria ad possessiones iam dicti monasterii uiolenter diripiendas se aliquando quasi inpune presumat extendere.

auctoritate dei omnipotentis et nostra confirmamus iam dicto monasterio et fratribus ibidem deo famulantibus ecclesias, decimas, predia et omnia, quecunque tempore confirmationis huius a nobis facte iuste et legaliter collata possederunt, ex quibus quedam presenti scripto confirmando annotare duximus, sed ea primum, que ab antecessoribus nostris ipsis sunt collata, inter que maximum et precipuum est Parrochia, in qua ipsum beati Floriani martyris monasterium situm est, ab antecessoribus nostris pridem fratribus supradicti monasterii tradita et pleno iure priuilegiis confirmata ita, ut prelatus ipsius monasterii ad curam plebis parrochialis unum de confratribus suis, quem ad hoc ydoneum iudicauerit, potestatem habeat auctoritate sua instituendi et cum expedierit, destituendi et in omnibus ipsius parrochie terminis tam cultis quam colendis decima tota et indiuisa exceptis triginta sex domibus. Ad *Almisuelt* uilla tota cum omnibus ad eam pertinentibus et due partes decimationis in omnibus terminis ipsius parrochie tam cultis quam colendis. Ad *Sunilburch* ecclesia cum dote ipsius, manso uno scilicet et dimidio et due partes decimationis. Curia in *Enzingen*. Curia ad *S. Stephanum* iuxta *Waeninpach* cum omnibus suis pertinentiis. Ad *Ebilsperch* duo mansi et dimidius cum omnibus illuc pertinentibus. Ad *Strumingen* augea et viginti tres decime portarie in diuersis parrochiis site, *Amistetin* una, *Steuinsharde* una, *Aspach* una, *Glunich* una, *Sibenbach* una, *Oftheringen* una, *Geroldistorf* una, *Herisingen* una, *Tenin* due, *Terinbach* una, *Liuntingen* una, *Lintze* una, *Chirchdorf* una, *Rute* una, *Meirstorf* una, *Horbach* una, *Tauirsheim* una, *Pulgarn* una, *Luffenberch* una, *Rieda* una, *Mittirchirchen* una, *Sachsinchirchen* una et in duabus ecclesiis *Lintze* et *Tauirsheim* decima uini tota. Has inquam donationes ab antecessoribus nostris legitime factas nos quoque ratas habentes et confirmantes *ecclesiam in Gutowe* et in omnibus ipsius parrochie terminis tam cultis quam colendis decimam dimidiam ipsis fratribus contulimus. Preterea predia, que uel studio predecessorum nostrorum in ipsius monasterii reformatione usibus fratrum sunt restituta uel ab aliis fidelibus iam sunt collata, nos etiam in protectionem nostram suscipientes confirmamus supradictis fratribus cum omni utilitate perpetuo possidenda, villam scilicet sub ipso monasterio sitam cum omnibus ad eam pertinentibus, *Waelhelingen* mansum unum et dimidium, *Vrienlivtin* mansum unum et dimidium, Curiam in *Phaffenhouin* cum omnibus eius appendiciis, Curiam in *Lilinhouin* cum omnibus ad eam

pertinentibus, Curiam in *Gerlantingen,* Ad *Gomerichingen* duos mansus et dimidium cum pratis, pascuis, siluis. His prenominatis adicimus et confirmantes predium in Windiberge, quod quidam nobilis homo et religiosus ualde *Eppo.* nomine instinctu sancti spiritus commonitus prenominato monasterio contulit cum omnibus ad ipsum predium pertinentibus, pratis scilicet et pascuis, aquis aquarumque decursibus, piscationibus et siluis, que protenduntur usque ad terminos boemie in fluuium, qui *Wltha* uocatur, et duas ecclesias parrochiales in ipso predio sitas, ecclesiam *S. Marie in Waltchirchen* et *ecclesiam S. Petri* cum capellis ratione filiationis ad eas spectantibus et hec omnia per manum *imperatoris Heinrici* huius nominis *quinti* tradidit et priuilegio suo confirmauit. Decimas uero ipsarum ecclesiarum, quas de manu antecessorum nostrorum in beneficio habuit, antecessori nostro pie recordationis *Ovdalrico episcopo* ea conditione resignauit, ut eas prefato monasterio conferret, quod et ad peticionem ipsius fecit. Confirmamus et fratribus ipsius monasterii *ecclesiam in Munichspach,* quam ipsis quidam *nobilis homo fridericus* nomine cum dote ipsius ecclesie tradidit, et *ecclesiam in Wartperch*, quam ipsis quidam *nobilis homo Sigehardus* nomine cum dote ipsius ecclesie tradidit, et decimam, quam de manu antecessorum nostrorum in beneficio habuit, ipsam etiam iam dicto predecessori nostro *Ovdalrico episcopo* resignauit, qui eam ad peticionem ipsius prefate domui S. Floriani martyris tradidit. Nos igitur hec omnia et nunc fratribus predicti monasterii collata necnon postmodum ipsis iuste conferenda in protectionem nostram suscipientes omnem, quam de indulgentia predecessorum nostrorum gratiam et iusticiam habuerunt, ipsis plene recognoscimus ratum et firmum habentes, ut prelatus ipsius monasterii ecclesias parrochiales ecclesie sue et nunc collatas necnon et postmodum conferendas clericis secularibus, quando uacauerint, pleno iure conferat nullum super cura animarum suscipienda uel episcopo uel suo archydiacono representans. Ecclesiam uero S. *Marie in Waltchirchen,* quia conuentualis ecclesia esse debet, uni de confratribus suis uiro discreto et religioso pleno iure committat adiunctis sibi duobus uel tribus de collegio suo uiris religiosis, qui et plebem parrochialem in diuinis et adiunctos sibi fratres cum familia competenti de prouentibus dotis et decimarum ipsius cellule tam prouide procuret, ut, siquid residui super necessaria domus annuatim possit colligere, totum ad utilitatem domus S. Floriani fideliter studeat

redigere. Confirmamus etiam fratribus sepedicti monasterii gratiam ipsis ab antecessoribus nostris collatam, ut, quicunque ministerialium nostrorum seu de familia nostra predia sua ad nos iure dominii spectancia illuc conferre decreuerit, eius donatio nostra auctoritate in perpetuum rata maneat et inconuulsa. Siquis etiam de dyocesi nostra ibidem sepulturam sibi delegerit, libere non obstante alicuius plebani nisi legitima contradictione sepeliatur. Si quando etiam antefactam ecclesiam suo contigerit pastore uiduari, fratres ipsius ecclesie de altero prelato sibi substituendo secundum canonicas sanctiones libera gaudeant electione. Preterea confirmamus gratiam prememorato monasterio ab antecessoribus nostris factam, ut nullus successorum nostrorum nec alter quispiam siue secularis siue ecclesiastica persona aliquem ibi, nisi quem prelatus ipsius loci petierit, ordinare presumat aduocatum, qui etiam, si grauis ipsis et iniuriosus exstiterit et admonitus emendari noluerit, ad peticionem ipsius prelati ab episcopo amoueatur et alter substituatur. Vt ergo huius nostre confirmationis institutio in perpetuum rata maneat et inconuulsa, hanc inde paginam conscribi et sigilli nostri inpressione iussimus insigniri. Si quis igitur, quod deus auertat, contra hanc nostre confirmationis formam qualibet temeritate aliquid agere presumat, nouerit se indignationem omnipotentis dei incursurum et cum Dathan et Abyron in eterna dampnatione porcionem habiturum. Conseruantibus autem pax et misericordia a deo et in presenti et in futuro seculo conseruetur. Amen.

Datum *Patavie* Anno ab incarnatione domini MCXXII. Indictione VIIII. XV. kalendas Aprilis, Anno pontificatus nostri VIII. Regnante *Heinrico imperatore* huius nominis V. feliciter. Amen.

Das Original mit Siegel im Archive des Klosters St. Florian. (In den chronologischen Bestimmungen dieser Urkunde herrscht grosse Verwirrung. Es sollte hier wahrscheinlich heissen: Indict. XV. VIIII. Kal. Aprilis. Nachdem Reginmar im Jahre 1121 auf den bischöflichen Stuhl von Passau erhoben worden (Hansiz, German. sacr. I. 297), so lief im März 1122 höchstens das zweite Jahr seines Pontificats, nicht das VIII.) — Stülz, Geschichte von St. Florian, p. 228.

CIII.

1122. 18. März. Lorch (sic). — *Reginmar, Bischof von Passau, bestätigt dem Kloster St. Florian die Gnadenbriefe seiner Vorfahren, namentlich aber den Besitz der Kirche der heiligen Maria zu Waldkirchen.*

✝ In nomine sancte et indiuidue trinitatis *reginmarus* sancte patauiensis ecclesie episcopus omnibus christi fidelibus in perpetuum.

Debitum pastoralis officii efficacius exequimur, si uiros ecclesiasticos et religiosas domus in sua iusticia paterna prouidentia fouentes et eorum indenpnitati circumspecte consulentes facultates et iura ipsorum inuiolata eis precipimus obseruari. Huius rei consideratione inducti ecclesiam, que *domus sancti floriani* dicitur, barbarorum quondam inuasione desolatam, sed studio quorundam predecessorum nostrorum *Eigilberti* uidelicet, *Altmanni*, *Ůdalrici* pie recordationis pontificum in pristinum statum religionis reformatam et priuilegiis ipsorum sufficienter conmunitam nos quoque in nostre protectionis munimen suscipimus et quod ab ipsis salubriter prouisum est, nos ob reuerentiam ipsius uenerandi martiris floriani nostra quoque auctoritate corroborare cupientes auctoritate dei omnipotentis et beati Stephani prothomartiris et nostra confirmamus eidem ecclesie et fratribus ibidem deo militantibus omnia iura et priuilegia sua, ecclesias, decimas, predia tam ea, que ab antecessoribus nostris ipsis dinoscuntur collata, quam et illa, que in desolatione ipsius monasterii prius quidem distracta sed prouidentia predecessorum nostrorum postmodum utilitati ipsorum sunt restituta, nec non et ea, que ab aliis christi fidelibus iam nunc collata uel postmodum ipsis sunt conferenda, ne cuiuslibet inuasoris manus temeraria ad possessiones eorum uiolenter diminuendas se aliquando quasi inpune extendere presumat. Confirmamus etiam fratribus supradicti monasterii omnem quam antecessores nostri gratiam et iustitiam ipsis contulerunt uidelicet, ut prelatus ipsius monasterii parrochiam, in qua ipsum monasterium situm est, uni de confratribus suis, quem ad hoc ydoneum iudicauerit, auctoritate sua conmittat, quem et si negligentem inuenerit, amoueat alterum substituendo. Ecclesiam etiam sancte Marie in *waltchirchen*, quia conuentualis ecclesia esse debet, uni de confratribus suis uiro discreto et religioso pleno iure conmittat duobus uel tribus sibi de collegio suo fratribus adiunctis. Reliquas vero ecclesias parrochiales ecclesie sue uel nunc collatas uel postmodum conferendas clericis secularibus, quandocunque uocauerint, pleno iure conferat nullum super cura animarum suscipienda uel episcopo uel ipsius archydiacono representans. In aliis autem possessionibus monasterii prediis uidelicet, siluis et vinetis prelatus ipsius loci plenam habeat potestatem cum consilio tamen et consensu fratrum suorum dandi, uendendi, precariandi, conmutandi in omnem utilitatem, sicut conmodius ecclesie sue uiderit expedire non obstante nec factum suum impediente uel

episcopi uel ipsius etiam, quem pro tempore sibi elegerit aduocatum, contradictione. Preterea confirmamus ipsis ius a predecessoribus nostris collatum et priuilegiis confirmatum, ut quicunque ministerialium nostrorum siue de familia nostra predia sua ad nos iure dominii spectantia eis conferre decreuerit, eius donatio nostra auctoritate rata maneat et inconuulsa. Si quis etiam de dyocesi nostra ibidem sepulturam delegerit, libere ibi non obstante alicuius plebani nisi legitima contradictione sepeliatur. Si quando etiam antefatam ecclesiam suo contigerit pastore uiduari, fratres ipsius ecclesie de altero prelato substituendo libera gaudeant electione. Confirmamus etiam gratiam sepe dicto monasterio ab antecessoribus nostris factam, ut nullus successorum nostrorum nec alter quispiam siue secularis siue ecclesiastica persona aliquem ibi, nisi quem prelatus ipsius loci uoluerit, ordinare presumat aduocatum, quem cum inutilem sibi senserit et iniuriosum, liceat libere recusare et alium, qui nichil sibi iuris uendicet nomine huius conmissionis, ad placitum suum substituere meliorem. Vt ergo huius nostre confirmationis institutio rata in perpetuum maneat et inconuulsa, hanc inde paginam conscribi et sigilli nostri inpressione iussimus insigniri. Si quis igitur, quod deus auertat, contra hanc nostre confirmationis formam qualibet temeritate aliquid agere presumat, nouerit se indignationem dei omnipotentis incursurum et cum Dathan et Abyron in eterna danpnatione portionem habiturum, Conseruantibus autem pax et misericordia a deo et in presenti et in futuro seculo conseruetur Amen.

Datum Lauriacum (sic) Anno ab incarnatione domini M°C°XX°II° Indictione VIIII. XV. kalendas Aprilis. Anno pontificatus nostri VII° Regnante *Heinrico* imperatore huius nominis V. feliciter.

Original auf Pergament mit einem aufgedruckten, ziemlich gut erhaltenen Siegel im Archive des Klosters St. Florian. — Mon. boic. XXIX. II. 17. Über die Chronologie dieser Urkunde vergl. man Stülz, Geschichte von St. Florian 234.

CIV.

1122. 22. März. Lorch. — *Reginmar, Bischof von Passau, gibt dem Kloster St. Florian tauschweise die Pfarre Ried (bei Mauthausen) für Münzbach.*

Notum esse uolumus tam presentibus quam posteris ecclesie filiis, qualiter ego *Reginmarus* gratia dei *patauiensis ecclesie episcopus* recognoscens inopiam fratrum commanentium in *cenobio beati Floriani* Martyris ipsorum utilitate ex aliqua parte consulere dignum

duxi. Inito ergo consilio uirorum catholicorum tradidi suscipiente manu *Rovdolfi aduocati* sui super altare predicti Martyris *ecclesiam in riede* cum tota dyocesy sua, sicut ante possessa fuit ab aliquo precedentium parrochianorum, quantumcunque illa nostra plaga ibi protenditur uersus aquilonem, Hac tamen commutatione, scilicet accipiens nostre potestati eam, que dicitur *munichespach*, que et ante fuerat supradicti cenobii ecclesie ex cuiusdam *Friderici nobilis uiri* traditione. Hoc igitur ut inconuulsum ratumque permaneat, sigyllo nostro subsignamus, banno confirmamus.

Data *lauriaci* anno ab incarnatione domini millesimo centesimo uigesimo secundo, indictione quatuor decima, XI. kalend. aprilis.

Original mit einem aufgedruckten, wohlerhaltenen Siegel im Archive des Klosters St. Florian. — Mon boic. XXIX. II. 16 (mit unrichtiger Chronologie).

CV.

1122. Schloss Willeheringen. — *Reginmar, Bischof von Passau, bestätigt einen Tausch zwischen den Canonikern von Passau und dem Abbte von Formbach.*

In nomine sanctę trinitatis. Ego *Reginmarus* Patauiensis episcopus cunctis fidelibus notifico concambium, quod inter canonicos *sancti Stephani* et *formbacensem* abbatem *Wirentonem* factum est, quod, ut posterorum noticię liquido clarescat, sigilli nostri testimonio confirmamus. Predictus namque abbas per manum aduocati sui comitis *Herimanni* dedit patauiensi ęcclesię duos mansos apud *sulzbach* pro decimatione, quę est inter fluuium *ęnum* et riuum *formbach* et uallem quandam superius terminalem, quam cum dimidia hŏba ad *Walmesheim* per manum aduocati nostri *Ŏdalrici* in mutua uicissitudine ei dedimus. Huius rei sunt testes *Regingerus de tŏmoltesheim, Regingerus et Werenhardus filii eius, Isinrich de annendorf, Engilram de merremos, waltchŏn de mulcheim, Walthere de Fustrize, Walthere de lengenouwe, Werinhart de haganouwe, Perhtolt de heidendorf.*

Preterea concedo et episcopali banno confirmo, ut ęcclesia Sancti Martini in eodem formbacensi loco sita parrochia sit plebis, quę in prescripta terminatione habitat, et baptismum et sepulturam cunctaque ecclesiastica sacramenta a prenominato abbate Werintone et omnibus eius successoribus percipiat nullusque alius parrochianus quicquam ibi disponere presumat. Siquis autem eidem monasterio aliquam uiolentiam in hac concessione inferre presumpserit, a deo se

damnandum et nostro banno'constrictum sciat, donec eidem ęcclesię digne satisfaciat.

Von aussen, aber dieselbe Hand:

Anno dominicę incarnationis millesimo C.XXII. factum est hoc concambium in castello *Willeheringen* Et eodem anno defunctus est comes *hermannus* aduocatus noster.

Original auf Pergament (das Siegel, welches aufgedruckt war, verloren) im k. bairischen Reichsarchive zu München. — Mon. boic. tom. IV. pag. 127.

CVI.

1153. (1123.) 30. April. Steyr. — ***Leopold, Markgraf von Steiermark, bestätigt die Schenkungen seines Vaters Otakar an das Kloster Garsten und fügt die Verleihung des Fischrechtes, Waarenhandels, der Mauthfreiheit und anderer Rechte hinzu.***

IN nomine sancte et indiuidue trinitatis *Leopoldus* Marchio *Styrensis Perichtoldo* Abbati *Gerstensi* omnibusque eius successoribus in perpetuum. Quia mundus in maligno positus magnis et diuersis nos solet inuoluere negotijs, ut saltem eorum, qui deo in locis religiosis famulari statuerunt, meritis adiuuemus, quietem et vtilitatem ipsorum modis, quibus possumus, tenemur adaugere. Hac igitur inspectione tam futurorum quam presentium memorie conmendamus, quod nos donationem, quam fecit pater meus pie memorie *Otakcherus marchio Styrensis* in predijs, que *Gërstine* contulit ecclesie cuiusque et fundator fuit, Abbati *Perichtoldo* et fratribus eiusdem Monasterij, sicut eo viuente per manum nostram est facta, huius scripti nostre (sic) testimonio in perpetuum confirmamus, hoc de nostro ob remedium anime iam dicti patris mei necnon nostre parentumque nostrorum super addentes, ut in possessionibus eorundem prediorum et omnium, que amodo illis conferantur, ea, qua nos fungimur et ante, quam darentur, functi sumus, se gaudeant fungi Libertate, Hac videlicet, ut a iudicijs omnium iudicum eadem predia sicut et nostra prorsus sint libera et ut nulli successorum nostrorum liceat aduocatiam de predijs eiusdem ecclesie alicui in feodum concedere. Statuimus etiam, ut in omni terra nostra libere in venditionibus et emptionibus et omnibus negotiationibus suas exerceant negotiationes ita sane ut quocumque ierint, quecumque duxerint, nec vectigal nec theloneum inde persoluant. Preterea in omnibus aquis, que sunt in forestis nostris, libertatem piscandi illis conferimus exceptis media (sic) *Rumikch* et

aneso, in quo solummodo tale ius habent in eis locis, ubi sua predia preterfluit. Imprimis etiam forestis nostris de cesione lignorum et de pascuis animalium et de quibuslibet usibus excepta venatione plenum ius illis confirmamus. Pro venatione autem tale statutum conmutamus (sic), ut de qualibet fera, que in eisdem capitur, semper dexter armus illis pro sui iuris portione assignetur. Insuper ut homines nostri cum hominibus, qui sunt de familia iam dicte ecclesie, licite matrimonia contrahant et ut omnes pari iure censeantur, indulgemus. Vt autem hec concessionis nostre statuta rata permaneant et a posteris nostris firmiter obseruentur, presens scriptum Sigilli nostri impressione dignum duximus roborare. Huius rei testes sunt *Fridericus*, *Hainricus*, *Perngerus*, *Rudolfus*, *Sweykker*, *Marquardus*, *Dietmarus*, *Etich*, *Rudolfus*, *Pruno*, *Otacher*, *Erchinger*. Anno dominice incarnationis M.C.liij. (sic) indictione XV. pridie Kalendas Maij data *Steyr*.

Abschrift auf Pergament im Archive zu Garsten. — Pusch, Dipl. Garst. 31. cf. Kurz, Beiträge II. 489.

CVII.

1123. Regensburg. — *Hartwik, Bischof von Regensburg, übergibt das in Verfall gerathene Kloster Weltenburg dem Florianer-Chorherrn Hartwick.*

Scribatur hoc in generacione altera, quod ego *Hartwicus* Dei gracia *Ratisponensis Episcopus* diuino timore et amore conpunctus circa venerabilem locum vulgo *Weltenburg* appellatum plurimis quidem reliquiis Sanctorum preditum sed humanis amminiculis miserabiliter destitutum Transtuli illuc de *domo sancti Floriani* spectabilem canonice vite Signiferum nomine *Hartwicum* eiusque Solacio et omnium, qui cum eo et post eum Domino nostro Jesu Christo sub patrociniis Sacratissimorum martirum Laurencii videlicet et Georgii ibidem Seruituri sunt, Jure perpetuo mancipaui proximam Insulam Danubii et quicquid episcopalis dicionis fuit in monte, quem *beatus Wolfgangus quintus antecessor meus* incastellauit, exceptis pertinenciis vinearum *Gotfridi* aduocati. Quodsi quis hanc largicionis mee cartam, quam pro remedio anime mee simulque predecessorum et Successorum meorum conscribi feci et proprii Sigilli inpressione Signaui, ausu temerario infringere temptauerit et aliqua invasione uel inminucione uel alienacione Spiritum Sanctum, cuius instinctu hec traditio facta est, in famulis eius Contristauerit, sit ille, nisi digna satisfaccione

emendauerit, eiusdem Sancti Spiritus iudicio et auctoritate apostolorum Petri et Pauli anathema maranatha et illam tristiciam incurrat, de qua scriptum est: non resurgunt impii in iudicio neque peccatores in Consilio iustorum, omni autem cooptanti et cooperanti nobis in bonum circa prenominatum locum sit gaudium et pax in Spiritu Sancto audiatque desiderabilem illam vocem a celesti medico: dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Actum *Ratispone* Anno ab incarnacione Saluatoris M? centesimo vicesimo tercio, Indictione prima astipulantibus et astantibus cleri et populi magistribus et magnatibus, quorum denuo placuit hec nomina consignari: *Adalprecht Comes de Pogene*, *Adalprecht de geren et fratres eius Ludowich et Heijnrich*, *Diepolt de chagere*, *Bernolt de Wise*, *Adalgöz de Salre*, *Weril Dapifer*, *chuno Pincerna*.

Mon. boic. XIII. 353. ex chartul. sec. XV. — Ried, Cod. dipl. I. 181.

CVIII.

1125. 30. Juli. Ranshofen. — *Heinrich, Herzog von Baiern, schenkt mit Einwilligung seiner Gemahlin Wulfhilde dem Stifte Ranshofen im Gaue Ranshofen Zehente um den Weilhart, die Güter Hantenberg, die Kirche Engnach etc.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Notum sit omnibus christi fidelibus et nostris tam futuris quam presentibus, quod ego *Hainricus dux wawarorum* diuina clemencia christi [1]) tradidi ad altare sancti pancracii martyris inuictissimi cooperante et consenciente *wulfhilda* coniuge nostra in pago *Ranshouen* omnes decimaciones tam de nemore *wilhart* quam de agris cultis et incolendis ubique in finibus et in parrochia hac exquirendis nec non predia *Haentenperch* et *enchnach* [2]) ecclesiam cum omnibus appendiciis eius, *Provnaw* [3]) cum omni familia, *Dornwerch* [4]) ultra danubium Mansum unum in *erlach* [5]) in beneficium cum familia, De *itting* mansum unum in beneficium, Dimidium mansum in *piwurch* in beneficium tradicione *Raffoldi* prepositi dimidium mansum in succidio, Dimidium mansum in *chrierchhaim* [6]). Molendinum ad *osterperch*, pratum in *enchnach* [7]) nec non mancipia in proprietate uel in beneficio a me uel a preposito siue a camerario hactenus retenta in usum fratrum christo famulancium sub regula sancti augustini. Siquis uero, quod non optamus, futuris temporibus contra huius pagine nostre auctoritatem uenire temptauerit uel de supradictis rebus aliquit inuadere

uel alienare presumpserit, nouerit se eterni cruciatus pena multandum atque pro admisso sacrilegio in cameram regis uel imperatoris sexaginta mancusios[8]) aureos persoluat. Ego *pernhardus* scripsi. actum *Ranshouen* anno domini millesimo C°XXV° Indictione iij. presente *Ottone palatino, Friderico comite de Regenspurch*[9]) *aduocato, Regenwerto de Hagenaw, Harnhardo* (sic) *filio eius, Harnhardo de Stouen, wolfstrigilo*[10]) *de porren, ůlschalcůs* (sic) de *maisach*[11]), *Erchenwerto de monspach wernhardo de vugelpach, adelperto de Geren,* ministerialibus ducis *Haertwico de vbrechchen, Adelhardo de hutte, Ditmaro de Ranshouen, Ewerhardo et fratre eius vlrico, perichtoldo et fratre eius Chunone.* Data *Ranshouen* in palacio iij Kalendas augusti per manum *wernhardi notarii.*

Aus einem Pergament-Codex sec. XIV. in der k. bairischen Hofbibliothek zu München. — Mon. boic. III. 314. — Varianten im Abdrucke der Mon. boic. [1]) Favente clementia Christi Dux. [2]) Hantinperch et Enchenaha. [3]) Prounouge. [4]) Duorenperch. [5]) Erlaha. [6]) Kriechreine. [7]) Enchenaowe. [8]) Mancirsios, lies: mancusos. [9]) Regennesberc. [10]) Wolftrigilo. [11]) Iberache.

CIX.

1125. 20. November. Regensburg. — *König Lothar bestätigt dem Kloster St. Florian den Besitz einiger Güter in der Riedmark.*

(Chrismon.) In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Ego *Lotharius* diuina fauente gratia *rex.* Quia nostri iuris esse cognoscimus, ut seruorum dei quieti et utilitati, in quantum possumus, prospiciamus et eorum iustis petitionibus pias aures inclinemus, idcirco fratrum *monasterii Sancti Floriani* preces pie audire et iusta uota nostro decreto dignum duximus munire. Notum itaque esse uolumus tam futuris quam presentibus, qualiter eiusdem monasterii fratres predia quedam acquiesierunt tam pecunia quam fidelium donatione, scilicet predium *Marcwardi trebeic*, predium *wolfgangi* et *ekkerici loma,* predium *trebesse* et quicquid habent in *primizlastorf*, predium *ortwini* et *Perhtolfi,* predium *sonzonis, arnoldi* et *raffoldi* in *willihartistorf*, predium *volcrade vidue* et cetera, que possident in *beigirin,* et molendinum ad *witro,* quod tradidit *heribertus,* et predium *egilisperc*, quod tradidit *iacco*, et predium *cirtanaran.* Nos ergo bonis eorum studiis assensum prebentes consensu *heinrici ducis bauuarie* eiusque filii *heinrici* et *liupaldi marchionis orientalis* necnon petitione *archiepiscopi salzeburgensis chovnradi, ratisponensis episcopi*

hartwigi, pataviensis reginmarii, wormatiensis bucconis, babinbergensis ottonis, curiensis chovnradi, ducis carinthie engilberti, palatini ottonis et gotefridi, comitis beringarii, marchionis dietpaldi aliorumque principum eidem monasterio Sancti Floriani predicta predia regia liberalitate donamus et tam ista quam alia eidem ecclesie iuste et legaliter collata presentis decreti pagina firmamus et ut a nullo unquam diripiantur uel auferantur, regio ex more banno prohibemus et interdicimus. Quod ut inconuulsum ratumque apud posteros omni euo permaneat, manu nostra firmauimus et sigilli nostri impressione signauimus.

Signum (Monogramma) lotharii II. serenissimi regis.

Ego *adelbertus archicancellarius et moguntinus archiepiscopus* recognoui. Et ego *anno* ad uicem cancellarii scripsi et recognoui. Actum *ratispone* XII. Kalendas Decembris Anno ab incarnatione domini millesimo CXXV. indictione IIII. anno domini Lotharii inuictissimi regis primo.

Original im Archive des Klosters St. Florian mit Siegel. Sonderbar ist es, dass hier Lothar, welcher sonst in den Urkunden der Dritte heisst (Chron. Gottwic. I. 331), der Zweite genannt wird. Wirklich wollte auch der Schreiber hinter den Namen des Kaisers terticius schreiben, radirte aber die zwei ersten Buchstaben „te“ aus und setzte dafür II. Auch den Kanzler Anno kennt das Chronicon Gottwic. nicht. Das Monogramm weicht ganz von der gewöhnlichen Gestalt ab. Es besteht aus zwei ungleichen, von dem nämlichen Centrum ausgezogenen Kreisen, in deren innerem Raume die Buchstaben L. T. H. A. J.; zwischen deren Peripherien die noch übrigen R. V. und S. stehen. — Stülz, Geschichte von St. Florian, 235. — Hormayr, Rede über die Mon. boic. 58.

CX.

1125. Passau. — *Reginmar, Bischof von Passau, bestätigt dem Kloster St. Florian die Schenkungen Hermanns von Chazilinistorf und Adalberos von Griezbach, von denen jener die Pfarrkirche Katstorf, dieser aber Lassberg dem heiligen Florian geopfert hatte.*

† In nomine sancte et indiuidue trinitatis. *Reginmarus* gratia dei sacrosancte *patauiensis aecclesie episcopus* successoribus suis et omnibus christi fidelibus in perpetuum. Amen. Pastorali sollicitudine et rerum mutabilitate nec non karissimorum fratrum nostrorum peticione compulsi insinuare tam posteris quam modernis deliberauimus, qualiter quidam nobilis homo *heriman de chazilinistorf* deum et *sanctum florianum* heredem fecerit quorundam prediorum suorum.

Ecclesiam chazilinistorf a parentibus suis constructam, que absque omni contradictione ius sepeliendi, baptizandique certissime dinoscitur habere, et ipsam uillam et LXVII. mancipia utriusque sexus cum omni posteritate eorum tradidit super altare sancti floriani Martyris cum eo iure et utilitate, quo sibi a parentibus suis tradita et ab ipso possessa sunt. Addidit preterea predium *uisinisse*, quale ibidem habuit, et duas uineas *aschauuinchele* cum uinitore trostman et uxore liberisque eius. Fecit autem hec omnia pro sua ipsius anima et omnium debitorum suorum ita etiam, ut per fratres de domo sancti floriani in predicta ecclesia deo amodo seruiatur, pro harum rerum inuestitura delegauit magins cum predio suo ibidem seruiendum deo perpetuo. Ad quorum etiam sustentationem *dietmarus prepositus* consensu fratrum suorum dimisit curtem unam *gusine* et uineam unam *hartperge* et tria beneficia *primizlaistorf* et decimam trium uillarum in parrochia *riede* et duo beneficia *harde* cum curte una et familia, a quibus sunt possessa. Huius rei testes aure tracti sunt *Steuen de engilboldistorf*, *Pilgerim de cruce et frater eius heinrich*, *Walther de tresim*, *Gerunc de salmansliten*, *Qunrat* (sic) *de wirmlaga*, *Otto de haslnpahc*, *Frideric et filius eius herbo de ypfa*, *Hartmovt de persnch* (sic).

Preterea me presente ac suscipiente *adalber nobilis homo de griezpac* tradidit ad aram sancti floriani ecclesiam suam in *lozperch* cum prenotato atrio et curtim ibidem iuxta ecclesiam et dimidium mansum nobilis uiri in dote pro se suisque parentibus et hac ratione, ut omnem decimationem illam, pro qua fuit obiurgatio, a *wartperch* usque in *danubium* absque omni contradictione fratres in domo sancti floriani obtinerent extra *agast* et ipse in suo tantum predio circa lozperch duas partes decime retineret, fratres terciam. Alias vero inter duo flumina agast decimationes partirentur, ut una pars illi, altera fratribus fieret. Cuius rei testes sunt *Otto de machlant*, *Frideric et Wolfger de ypha*, *Marchwart de provle*, *Tietric et frater eius Rovdolf de wteholz*, *Heinricus et frater eius Reginhart de illanestorf*.

Item me suscipiente tradidit ad predictam aram sancti floriani *Walchovn uir nobilis prescripti adalberi filius de griezpach* mansum nobilis uiri ultra *lozperch* pro tribus marcis in silua, que dicitur *nortwalt*. Huius rei testes sunt *Gerunc de salmansliten*, *Frideric et filius eius herbo*, *Megengoz de ense*.

Sigahart quidam nobilis homo *de Sicinberch* tradidit sine omni contradictione ad aram sancti floriani . . . .

Recognoscat sollercia tam presentium quam futurorum, qualiter fratres de domo sancti Floriani partem parrochie sue, quam habebant in locis, que dicuntur *Steinpach*, *Glongendorf*, *Wolfarn*, *Widehe*, *Pach*, *Tal*, legitima transmutatione mutauerunt pro parte parrochie, que dicitur *Novenkirchen*, que pars uicina erat fratrum ecclesie, que dicitur *Riede*. Huius autem legitime transmutationis initium est in monte, qui dicitur *Crovchenberch*, prope fluuium, qui dicitur *Gvvsin*, et in ipso fluuiolo ascendendo usque ad locum, ubi *Visinissa* fluit in *Gvvsin*, et sic in ascensu *Visinisse* usque ad extremum eius caput et inde uergens recto tramite in uillam *reginprehstorf* et de ipsa uilla per magnum (sic) uallem usque in amnem, qui dicitur *Chaltinpach*, et cum ipsius descensu usque dum influat *agist*, Et tandem inter duos binomios fluuios, qui dicuntur *Aggist*, usque ad terminos *boemiensium*.

Acta sunt hec Anno ab incarnatione domini MCXXV. Indictione II. Per uenerabilem pataviensis ecclesie episcopum Reginmarum Anno ordinationis sue V. publice in capitolio suo *pataviе* banno et presenti sigillato priuilegio, ut inconfulsum permaneat, confirmante.

Original mit Siegel im Archive zu St. Florian. — Stülz, Geschichte von St. Florian, 237. — Mon. boic. XXIX. II. 20.

CXI.

1125. Steyr. — *Otaker, Markgraf von Steiermark, beurkundet die Stiftung des Klosters Gleink durch den Edlen Arnhalm und seinen Sohn Bruno auf ihrem Gute Glunik.*

C. In nomine sancte et indiuidue trinitatis patris et filii et spiritus sancti amen. *Otakerivs* dei Gratia *Stirensis Marchio* Omnibus Christi fidelibus in perpetuum. Quoniam omnium memoriam habere et in nullo penitus peccare potius est diuine maiestatis quam humane uirtutis, Ea que fiunt in tempore, ne labantur cum tempore, poni solent in ore testium et conmendari scripturarum memorie, Qua propter nos *Otakerius* dei gratia Marchio *Stirensis* presentibus et futuris casibus preuidendo ad notitiam uniuersorum presentes litteras inspecturis volumus peruenire, quod quidam nobilis de conditione maiori *Arnhalmus* nomine illustratus gratia spiritus sancti in remedium anime sue in suo Predio, quod *Glunick* dicitur, Cenobium sub regula Sancti Benedicti, nigri scilicet ordinis cogitauit instituere, Sed quod pio

animo concepit, opere non conpleuit, Eo quod prius uiam vniuerse carnis domino uocante est ingressus uidensque se ex hac luce debere subtrahi, filium suum nomine *Prûnonivm* exorauit, ut tanquam sapiens filius, de quo iuxta Salemonem pater non inmerito gloriatur paternum propositum adinplere non negligeret, qui tanquam deuotus filius peticioni patris annuens manum ad fortia misit et in dicto loco Conuentum religiosorum fratrum, in quantum potuit, instituit militantem sub regula Beati Benedicti pariter et Abbate. Et ut ipsum Monasterium inmunitatem plenariam reciperet quaruncumque inivriarum, siue quod esset a potentum obpressione secura et libera et quia in temporalibus minus satisfacere potuit, Eandem Ecclesiam cum omnibus pertinentiis suis in manus nostras et filii nostri *Liǒpoldi* donatione legitima nulla penitus exceptione obuiante tradidit sub tali condicione videlicet, ut eandem Beato Petro apostolo nec non sancto Georgio Patronis Ecclesie babenbergensis delegantes, ibidem Conuentus nigri ordinis sub regula et abbate haberetur perpetuo, Hoc etiam adiecto, quodcumque (sic) dictum Monasterium suarum rerum detrimentum incurreret, nostre pietatis largitas deuote augmentaret et suppleret. Predicto itaque *Prvnonio* ad suam peticionem aures comodantes benevolas dictam delegationem fecimus in manus venerabilis domini nostri *Ottonis babenbergensis Ecclesie Episcopi* de consensu nichilominus domini *Regenemari Patauiensis episcopi*, in cuivs Dyocesi Monasterium dictum, est constructum. Preterea eidem Ecclesie libertatem ac ivra specialia ad incrementum diuinorum concessimus inconvulse et statuimus Ministerialibus nostris atque aliis cuiuscunque nominis, auctoritate presentium liberam dantes facultatem, quecunque pheoda uel beneficia censualia a nobis habent, si memorato *Glunicensi* Cenobio pro salute suarum animarum uoluerint dare uel quoquo modo contradere, ab eodem Monasterio possideantur quiete et pacifice inperpetuum ivre proprietario. Insuper in speciale argumentum nostre deuotionis, quam habemvs ad sepe dictum Monasterium, cuiuscumque conditionis nostris hominibvs indulgemus, ut cum hominibus *Glunicensis* Cenobij vicissim matrimonia contrahant non obstante iure hereditario patrimonij uel beneficij cuiuscumque, quo tali occasione nolumus, ut priuentur. Curam aduocatie super omnibus rebus eiusdem Monasterii tam mobilibus quam inmobilibus nobis specialiter et posteris nostris reseruantes. Subaduocatum aree sepedicti Monasterij constituimus et ordinamus unum de filiis supradicti *Prunonij*, quem Abbas et Con-

uentus eiusdem ecclesie magis duxerint eligendum, Qui subaduocatum aree tantum non aliarum rerum uel bonorum *Glunicensi* Cenobio attinencium humiliter se recognoscat tanquam ille, qui uocatus est in partem sollicitudinis, non in plenitudinem potestatis. Specialitatem ac iuris tramitem in culparum depensionibus talem hunc habere uolumus, ut, siquis hominum memorati Cenobij de effusione sanguinis conuictus fuerit, eidem Sexaginta denarios tantum soluat, De satisfactione minorum culparum pariter et maiorum siue quacunque pena pecuniaria uel ciuili memorato Monasterio responsurus integraliter, adicientes nichilominus supradictis, si aduocatus aree Cenobij sepedicti iuris sui tramitem excesserit quoquo modo, ipso facto a iure suo, si quod prius habuit in Cenobio memorato, irreuocabiliter sit exclusus. Item de consensu et rogatu dicti *Prunonij* confirmamus eidem ecclesie, ut omnis homo nominis cuiuscumque ea, que a *Prunonio* et posteris suis nomine pheodi uel iure hominij habuerit, memorato *Glunicensi* Cenobio libere conferat. Et ut in sepedicto Monasterio cultus diuini nominis crescat et augeatur, ad honorem dei Omnipotentis nec non Beati Andree apostoli patroni *Glunicensis* Monasterij in pium fauorem conuersi quedam Pheoda in *Pirno* monte, quibus nos et progenitores nostri ab Ecclesia babenbergense ex antiquo fuimus inpheodati, que infra suorum nominum tytulo duximus conscribenda, in manus venerabilis domini *Ottonis babenbergensis episcopi* tradidimus sub hac forma, ut nostra inpheodacio ab eodem episcopo venerabili manumissa in ivs proprietatis cederet Monasterio *Glunicensi.* Bona autem et nemus, quod cum suis attinenciis ecclesie contulimus et tradidimus memorate, non indignum duximus nec inutile adnotanda, videlicet siluam quandam In *Windischgersten* sitam, que *Chaeiserawe* nuncupatur, terminis istis ueris et legitimis euidenter expressis, videlicet a monte *wurchogel* in uno latere montis ipsius directim per uallem usque ad montem *Langwat,* Secundum descensum pluuialis aque per totam *Avgyam* vsque in *Tyecha,* Et a monte *Langwat* secundum descensum riui et uallis ipsius montis usque in *Tyecha* descendentia, Et a fluuio *Tyecha* usque ad *Sepah*, Et per riuum *Sepach* sursum usque ad stagnum, Et ipsum stagnum, de quo nomen sumpsit *der Sepach.* Et a stagno sursum ad lacum *Laẃn,* Et a lacu *Lawen* usque per fontem, Et a fonte per rupes que dicitur *Thorstaein,* Et a Thorstaein sursum usque ad *Willese*, Et a *Willense* usque in *Pirnse* deorsum, et a *Pirnse* secundum descensum riui *Tyecha* directim per

totum montem *Swerzenperch* infra et supra culta et inculta, cum alpibus usque in *Sepach*. Insuper alterum montem, qui dicitur *Gv̊lch*, et Salinam, que in ipso est, et omnia hinc et inde ex latere montis undique iacentia, Et supra ipsum montem Gv̊lch siluam totam cum vtilitate, que ibi nunc est aut perpetuo fieri poterit. Et ut omnia, que in priuilegium speciale sepedicte ecclesie tradidimus et contulimvs, permaneant inconuulsa et quieta, presentes litteras nostri sigilli munimine duximvs roborandas, Subnotatis nichilominus testibus, *Otto venerabilis babenbergensis Episcopus*, *Regenemarus Patauiensis episcopus*, *Haeinricus Tvmprepositus babenbergensis*, *Vlricus Decanus eiusdem ecclesie*, *Sigehardus Abbas Gerstensis*, *Fridericus abbas in Systansteten*, *Livpoldus Marchio Stirensis filius noster*, *Rvdolfus de Perge*, *Vdalricus de Willehringe*, *Gotfridus de Agest*, *Gotsalchus de Hv̊nsperch*, *Fridericus filius eius*, *Otto de Machlande*, *Walchunvs et frater suus Chvnradus de Svnnelpvrch*, *Haeinricus et frater suus Hartwicus de Pvrchstal*, *Ernesto et frater eius Adelrammus de Traeisme*, *Otto de Haselpach*, *Perhtoldus de Ipfe*, *Rvdolfus Renherius de Stir*, *Pruno et filius suus Willehelmus de Glv̊nick*, *Starfridvs de Wirblize*, *Ditricus de Staphelarn*, *Engelschalcus de Egelpach*, *Otto et filius eius Duringvs de Fvstrize*, *Wigant de chlamme*, *Arnolt de Wartenpvrch*, *Vdalricus de Lochhv̊sen*, *Gvndelbertus de wiestra*, *Alttemannus de haderichshouen*, *Adelram de vrla et frater eius Egeno*, *Haertwicus Povm*, Hij quidem et alij liberi cum conpluribus Ministerialibus. Acta sunt hec Anno Dominice In Carnationis Millesimo Centesimo Vicesimo Quinto, Indictione sexta Sub *Lotherio* Rege Romanorum, Primo Anno regni eius, Regnante domino nostro iesu christo in Eternum feliciter Amen. Data apud Castrum Stir per manus *Wolfgeri Notarij*. Amen.

Original mit Siegel im Archive zu Gleink. — Kurz, Beiträge, III. 299. cf. wegen der Chronologie dessen Anmerkungen.

CXII.

Circa 1125. — *Tauschvertrag zwischen dem Erzbischofe Chunrat von Salzburg und dem Abbte Wirat von Formbach, welcher jenem für den Zehent der Pfarre Neukirchen mehrere Güter gibt.*

Ego *Chv̊nradus salzburgensis* archiepiscopus notum facio tam futuris quam presentibus concambium, quod inter me et *formbacensem* uenerabilem abbatem *Werntonem* factum et confirmatum est. Idem

nanque (sic) abbas dedit per manum cuiusdam nobilis uiri *Hugonis de pholsou* pro omni decimatione parrochię de longe uel prope, quę est ad *niuwenchirchon* excepta parrochiani prebenda sex mansus, tres in loco, qui dicitur *Vihus* et dimidium apud *Grantperch* et curtim ad *antesinhouen* cum tribus mancipiis et quicquid ibi defuit, dato molendino et dimidia decimatione ęcclesię *antesin* pleniter suppleuit. Insuper etiam carradas III. boni uini tam successoribus nostris quam nobis per singulos annos dare decreuit, quarum duas ad castellum *friesah* transmittere et terciam ad *Glocnize* persoluere debet. Quod nimirum concambium, quia ratum perdurare uolumus, sigillo nostro constabilimus et his testibus corroboramus scilicet *Reginberto de rivte, Pernhardo et Hartuico de Roringmos, Eberhardo de Herrnhus, Uolkmaro de Reiten, Engilscalcho de Grauendorf, Chůnrado et Reginberto de Sechirchon, Adelberone de Dietrammingin, Heinrico de Pergin et Chůnrado et Ottone filiis eius, Gotescalcho de Stadelhouin, Ekkehardo de Montiglin, Sigifrido de Pongou.*

Original auf Pergament mit Siegel im k. bairischen Reichsarchive zu München.

CXIII.

1128. 1. Jänner. Lorch. — *Otto I., Bischof von Bamberg, beurkundet die Stiftung des Klosters Gleink durch den Edlen Arnhalm und dessen Sohn Bruno.*

C. In nomine sancte et indiuidue trinitatis patris et filii et spiritus sancti amen. *Otto* dei gratia *babenbergensis episcopus* cunctis christi fidelibus imperpetuum. Notum facimus uobis, quod quidam nobilis homo nomjne *Arnehelmus* diuino instinctu proposuit cenobium et communem uitam fratrum ad honorem dej instituere in predio suo *glůnicke* Sed morte preuentus illud non conpleuit rogauitque filium suum *Průnonivm*, ut propositum ejus perficeret. Quod idem *Průnonivs* spiritu dei animatus deuote conpleuit tradiditque ipsam ecclesjam cum ejus pertinentiis in manum domini sui *Livpoldi stirensis Marchionis* ad delegandvm Sancto Petro et S. georgio in babenbergensi ecclesja, ut nostra prouidentja cooperante in ipso loco conuentus fratrum nigri ordinis militans sub regula uel abbate perpetuo haberetur, quodque ipsa in rebus per se haberet mjnus, largitas nostra suppleret. Quam delegationem inlustris marchyo conpleuit cum consensu *Regginomarij pataviensis episcopi.* Nos quoque ad incremen-

tum diuinorum concessimus eidem ecclesie jura ac libertatem babenbergensium per omnia habere et ad profectum ejus cum consensu curie nostre assensum nostrum ac licentiam dedimus omnibus ministerjalibus nostris atque aliis beneficja a nobis habentibus possessiones suas atque beneficia illi conferre et quolibet modo ej contradere. Item in propagationem familie indulsimus et statuimus, ut familia babenbergensis cum familia glůnicensi uicissim conubja coniungat totaque filiorum successio ad *glůnick* pertineat. Non tamen iure hereditario in patrimonio vel benefio (sic) ideo priuentur. Curam avtem aduocatie ejusdem ecclesie speciali aduocato nostro predicto Marchyoni rogatu Prunonij concessimus sub tali conditione, ut omnja, que de rebus babenbergensis ecclesie glv̊nicensi cenobio a quoquam donata fuerint, marchyo in sua defensione teneat, aduocatiam uero ipsius aree uni de posteris Průnonij, cujus industria congruat, in domino tuendam conmittat. Si plures filii fuerint, primogenitus aduocatiam solus teneat, ceteri excludantur. Cuj nos consilio et iussu marchionis et prece iam dicti Prv̊nonij specialitatem ac iuris tramitem in culparum depensionibus taliter instituimus, scilicet, ut quicunque sanguinis reus conuictus fuerit, aduocato sexaginta denarios tantvmmodo persoluat, quicquid preterea in satisfactionem majorum vel minorum culparum dandum fuerit, ecclesje integraliter tribuatur. Nosque prvdentum usi consilio unum de prediis ecclesie apud *zůcha* situm e converso usibus aduocati pro labore tuende aduocatie predium mancipauimus, ut et ipse pro tali labore magis celestia quam terrena expectet. Coloni ecclesie placitum ejus in anno ter adeant, censuales vero semel, ubj abbas vel cuj hoc iusserit, assit, ut in suos mitivs agatur. Serui in cottidiano obsequio constituti de culpis suis solummodo abbatj respondeant. Aduocatus rebelles aut ab ecclesia temere se alienantes ad satisfactionem districte conpellat. Nullum subaduocatum nisi pro uelle abbatis et fratrum constituat. Si aduocatus tramitem iuris sibi rationabiliter prefixum excesserit pluriesque conmonitus non resipuerit, in nomjne christi decernimus, ut stirensis marchio ej aduocatiam cum predicto predio auferat, et sine exactione rerum sed respectu eternorum in sua defensione deinceps retineat. Preterea constituimus, ut, si ullus pontifex babenbergensis uelit illj cenobio uim inferre, ad aliam conuersationem impellere, abbas et fratres aureum nummvm ad *babenberch* offerant et liberi existant. Itidem districte precipimus, ne abbas vel aduocatus presumant predia ecclesie auferre vel sub iure

homjnij ullj concedere. Et ut istud pietatis factum inconuulsum semper maneat, paginam istam fecimus inde conscribi et sigillo nostro conmvnjri, testibus subnotatis, *Livpoldus marchio, V̊lricus de willeheringe, Růdolfus de Perge, Fridericus et filius ejus gotsalch de hůnsperch, Gotfridus de aîgest, Otto, Walchvn fratres de Machlande, Walchhůn, Chunrat fratres de sůnelpvrch, Otto, Heinricus, Hartwicus fratres de pvrchstal, Ernestus, Heinricus, Hartwicus, Walther, Alrammus fratres de treisme, Hiskerus de trůne, Otto de hasilpach, Perhtoldvs de iphe, Rudolfvs, Reinherus de stire et filii Prunonij Wilhelmvs et Arnhelmvs* cum multis aliis liberis et ministerialibus — Acta sunt hec anno dominice incarnationis. M.C.XXVIII, Indictione VI[ta.] Sub *Lôthario* rege Romanorum, IIIj[to.] anno regni ejus. Regnante domino nostro iesu christo In eternvm. Amen. — Data apud *Lauriacum* per manum *Reginobaldj* notarij, Kalendis Januarij feliciter. Amen.

Original auf Pergament mit Siegel im Archive zu Gleink. Das Siegel ist verdächtig. So viel unterliegt keinem Zweifel, dass dasselbe nicht dem Bischofe Otto von Bamberg, sondern dem Erzbischofe Adelbert von Salzburg (1168 bis 1177 und 1183—1200) angehört. Die Umschrift lautet: † ADGLB. . . DE. GRA. SALZ. VRGGNSIS. . HIGPC. (Die unterstrichenen Buchstaben sind nicht mit Bestimmtheit zu lesen.) Auch scheint die Schrift eher in das letzte als in das erste Drittel des Jahrhunderts zu gehören. Die ausgefallenen, oder kaum mehr lesbaren Buchstaben des Siegels sind ohne Zweifel absichtlich abradirt worden.

CXIV.

1128. Würzburg. — *Embricho, Bischof von Würzburg, beurkundet die Freigebung des Brückenüberganges zu Wels durch Friedrich von Rot und gibt gewisse Satzungen rücksichtlich desselben.*

Embricus Dei misericordia *Herbipolensis* Ecclesiae Episcopus omnibus Christi fidelibus salutem in perpetuum. Notum sit omnibus Christi fidelibus praesentibus et futuris hanc litteram inspecturis, quod quidam Regni ministerialis nomine *Fridericus de Rota* ob remedium animae suae ac pietatis intuitu Pontem in *Wels*, qui Ecclesiae et Episcopi *Herbipolensis* censualis extiterat, omnibus tam negotiatoribus quam viatoribus de longe seu prope venientibus ad transeundum liberum reddidit datis videlicet in concambium legitime eiusdem *Wirtzburgensis* Ecclesiæ Vineis alijsque praedijs suis siue areis liberis, quas idem *Fridericus* in loco, qui *Palsensce* dicitur, et quod in libera possessione habuit per manum liberi hominis *Herandi de*

Leope, suscepit autem hanc donationem Marchio de Stiria *Ottakarus* junior eiusdem *Herbipolensis* (sic) aduocatus, qui versauice pontem et eiusdem transitum, accessum et abscessum cum beneficio, quod *Pehelin* (Pezelini) dicitur, ipsi ponti adiacente in manum liberi hominis *Albuini de Stein* concessione et rogatu nostri *Embriconis Wirtzpurgensis* Ecclesiae Episcopi perpetuae libertati conseruandum ac tuendum tradidit. Nos itaque *Embricus Wirtzpurgensis* Ecclesiae Episcopus statuimus pleno iure nostra authoritate, quod, quaecunque sit spiritualis siue secularis idonea persona, quem senior pars Ciuium in *Wels* in magistrum eiusdem pontis et Rectorem elegerint, Idem Rector aduocatus sit et Judex super vniuersos redditus (?predii) Sancti Egidij, quod ponti dignoscitur attinere, nec omnino liceat alicui Judici prouinciali seu praeconibus in praeiudicium Pontinarij ius a nobis institutum aliquo modo infringere. Si vero ex aqua *Trunae* aut ex veteratione lignorum pons dilabatur, ex tunc omnibus, qui subsidium manu Eleemosynarum praedijs, areis, agris, alijsque Eleemosynis in Ecclesijs ad erectionem pontis dederint, authoritate Beatae Mariae et beatorum martyrum Kyliani et sociorum eius, qui in Ecclesia nostra patrocinantur, quadraginta dies criminalium de iniuncta poenitentia in domino misericorditer relaxamus. Nos vero ad instantiam et petitionem Christianissimj viri praefati *Friderici de Rota* a Venerabilibus confratribus nostris talem obtinuimus indulgentiam, ab Archiepiscopo Salisburgensi quadraginta dies criminalium, a Domino Episcopo *Frisiacensi* (?) quadraginta dies criminalium, a Domino Episcopo *Babenbergensi* quadraginta dies criminalium, a Domino Episcopo *Ratisponensi* quadraginta dies criminalium de iniuncta poenitentia omnibus ponti subsidium eelemosynis suis conferentibus auctoritate patrocinium suorum in domino misericorditer relaxamus. Si qua vero, quae antea praemisimus, nunc ad memoriam reducimus Statuentes siquidem, si magister pontis ardua negotia tractare in praedio sancti Egidij habuerit, quae per se diffinire nequiuerit, Judicem ciuitatis et cum eo quatuor ciues meliores assumat, qui hoc negotium vna cum eo perducant ad effectum. Datum in Ecclesia *Herbipolensi* Anno Domini Millesimo Centesimo vigesimo octauo.

Aus der Pancharte K. Rudolf's II. im Stadtarchive zu Wels. — Hoheneck, II. 792. — Hormayr, Archiv anno 1826. S. 809, und Taschenbuch anno 1837. S. 356. cf. Pachmayr 73.

CXV.

Circa 1130. — ***Bischof Cono von Regensburg bestätigt dem Kloster Mondsee unter Abbt Chunrad die Schenkung Otto's von Steinenkirchen.***

In Nomine sanctæ et individuæ Trinitatis. Ego *Cono* Dei gratia *Ratisbonensis* Ecclesiæ Episcopus. cum in Monasterio, quod apud *Manise* est situm et in honore B. Michaelis Archangeli dedicatum, et Religionem dissolutam et res Ecclesiæ dissipatas invenissem, deliberato cum fidelibus nostris consilio prædictum locum *Cuonrado* cuidam prudenti et religioso viro commisi, cujus Industriam, cum recte et utiliter incederet, admonitione, exhortatione, consilio et auxilio promovere curavi. Cum autem locus per divinam gratiam et religione et rebus brevi profecisset, ego non immerito de divina operatione et bono loci incremento gavisus aliqua eidem loca publice et legitime contuli: Beneficium Ministerialis nostri *Ottonis de Steinenkirchen,* videlicet vineam unam et domum Ecclesiæ contiguam cum area et pomerio suo rogatu et obtentu ipsius Ottonis astante fratre ipsius *Henrico* et cæteris Ministerialibus nostris, Et Novalia cujusdam *Riperti,* Novalia cujusdam *Eckerici* et filii sui *Sibodonis.* Quæ ipsa cum omnibus, quæ a prædecessoribus nostris Episcopis prædicto loco collata et concessa sunt in Ecclesiis, in decimis, in sylvis, in campis, cum omnibus cultis et incultis subscribente Clero et assentiente Populo Pontificali auctoritate roboravi. Et ut hæc Traditio seu Confirmatio indubitata et inconvulsa futuris permaneat temporibus, hanc ejusdem rei chartulam sigilli nostri impressione insigniri et roborari præcepimus.

Ego *Hagano* Præpositus subscripsi.
Ego *Engelbertus* Decanus subscripsi.
Ego Præpositus S. Joh. *Wolfesal.*
Ego *Adalbertus* Parrochus subscripsi.
Ego *Udalricus* Capellanus subscripsi.
Ego *Heimo* subscripsi.
Ego *Heinricus* Capellanus subscripsi.

Testes hujus rei sunt Nobiles: *Marchio Diepaldus, Reinbertus Defensor ejusdem loci et filius ejus Hartvvicus, Cuono de Mægelingon, Udalricus de Wolfenste, Mecelinus de Mülcheim, Dietericus de Buongart, Erchenbertus de Steine, Heinricus de Danne, Godefridus de Sikelingon, Udalricus de Steine, Altmannus de Mirke-*

lingon, Bertholdus de Alteson. Ministeriales: *Udalricus Vice-Dominus, Frater ejus Sigehardus, Hizo de Reittenbuoch, filius ejus Cuonradus, Cuono de Dœkenbach, Cuono de Gisolingon.*

Chronicon Lunaelac. pag. 117. — Pez, Thes. VI. I. 307. — Ried, Cod. Ratisb. I. 189.

CXVI.

1134. 29. August. — *Piligrim von Wenge und Wezelo, ein Ministerial des Grafen Adalbert von Rebegau, übergeben die Vökla-Brücke, welche sie von diesem erkauft, dem Erzbisthume Salzburg.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Notum esse uolumus omnibus tam future quam presentis etatis fidelibus, quomodo *Piligrimus de wenge* homo liber et *Wezilo* ministerialis *comitis adalberti de Rebegowe* pontem *vechelahe* pecunia redemptum ab eodem comite *Adalberto* et ab omnibus, qui aliquid iuris siue potestatis in supradicto ponte habere dicti sunt, in honorem saluatoris et sanctissime dei genitricis Marie et beatorum Apostolorum Petri, Jacobi sanctorumque Leonhardi et Egidij et omnium sanctorum super altare sancti Rŏdberti legittima delegacione et potestatiua manu tradiderunt presente et coniuente venerabili sancte *Salzburgensis* ecclesie archiepiscopo *Chŏnrado* et tali pacto iam dictam delegacionem stabiliente, ut ad huius loci prelatos pertineat cura prefati pontis a quolibet inpugnatore et contradictore spirituali seu materiali gladio defendendi. Quin etiam eodem beato Archiepiscopo omnes huius rei sanctiones infirmare et conuellere peruersa malignitate conantes anathematis terrore horribiliter feriente. Ceterum ut taliter sanccita delegacio posteritati credenda, tenenda et a nullo conuellenda transmitteretur, ex uiris illustribus tam ingenuis quam ministerialibus tunc presentibus subnotati et conscripti sunt testes: *Otto de purchstal, wisint de pinzgowe, wolfram de luenstetin, Heinrich de Sechirchen, Heinrich de Hegilin, Megingoz de Surberch, Liutolt de Haberlant, Pilgrim de Surheim, Adalpreht de Cezheresperch, Wolfram de Offenwanch, Hartnith de vzelingen.* Data IIII. Kalendas Septembris anno dominice incarnacionis m°c.xxxiiij jndictione XII. anno *Lotharii* regis VIII, *Chŏnradi* archiepiscopi XXX.

Original im k. k. geheimen Haus-, Hof- und Staatsarchive zu Wien. — Hormayr, Archiv 1826, pag. 799. — Stülz, Geschichte von St. Florian, pag. 252.

CXVII.

1135. (?). Perusii. — *Papst Alexander bestätigt das vom Bischofe Embrico zu Wirzburg im Jahre 1128 dem Friedrich de Rota bezüglich der Brücke zu Wels ertheilte Privilegium.*

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis amen. *Alexander* Episcopus Seruus seruorum Dei omnibus Christi fidelibus in Christo fonte baptismatis renatis Salutem et Apostolicam benedictionem. Venit ad nos filius Ecclesiae quidam Regni Ministerialis nomine *Fridericus de Rota* humiliter ac deuote nobis supplicans, quatenus in domino dignaremur priuilegium, quod a fratre nostro Venerabili *Herbipolensis* Ecclesiae Episcopo obtinuerat, renouari. Et quia iustis postulationibus in domino tenemur operam dare efficacem. Priuilegium vero sic continebat: *Embricus* Dei misericordia Herbipolensis Ecclesiae (folgt die auf pag. 171, Nr. CXIV mitgetheilte Urkunde ddo. Wirzburg 1128). Nos vero authoritate omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli omnia, quae Venerabilis frater noster *Embricus Herbipolensis* Ecclesiae Episcopus in presenti pagina authoritate sua expressit, rata habere volumus, Nihilominus authoritate Apostolica confirmamus ac in subsidium praefati pontis omnibus, qui suis Elemosynis ponti in adiutorium extiterint, vt durabilis perseueret, quinquaginta dies criminalium et quinquaginta dies venialium misericorditer in domino de iniuncta poenitentia authoritate Apostolica relaxamus. Datum *Perusii* Anno Domini Millesimo Centesimo Tricesimo quinto Pontificatus nostri anno secundo.

Aus der Pancharte Kaiser Rudolf's II. für die Stadt Wels. — Hoheneck, II. pag. 792. — Hormayr, Archiv 1826. pag. 809. Taschenbuch 1837. pag. 356. Der Schreiber der Pancharte hat offenbar den Namen des Papstes falsch gelesen, denn Alexander III. bestieg erst 1159 den päpstlichen Stuhl. Vielleicht soll es heissen: Innocentius . . . Dat. Perusii Pontificatus nostri anno secundo, welches auf das Jahr 1131 nach dem 23. Februar fiele.

CXVIII.

1135. Mautern. — *Tauschvertrag zwischen dem Bischofe Reginmar von Passau und dem Abbte Trunto von Michaelbeuern, wodurch dieses Kloster die Pfarre Seewalchen erhält.*

In nomine sancte et individue trinitatis. Dilectioni omnium tam futurorum quam presentium pio dominum patrem affectu colentium et debita humilitate matrem suam sanctam ecclesiam venerantium inno-

tescimus, qualiter dominus *Reginmarus* venerabilis s. *pataviensis* ecclesie episcopus, quem pastor summe bonus prefate ecclesie vere pastorem preposuit, est enim humilium sublevator, pauperum adjutor, tum pro dei et b. Marie perpetue virginis nec non s. Michahelis archangeli tum precum instantia *Truontonis* venerandi ac religiosi s. *Puorensis cenobii abbatis* nec non *comitis Chuonradi* eiusdem loci advocati et *Sigihardi comitis de Scala* et fratris eius *Gebehardi comitis de Purchusin* omnem parrochie *Sewalhin* decimationem consensu cleri sui et devotione populi facta legitima transmutatione predicto cenobio in manus jam dicti venerandi abbatis et *comitis Chunradi* eiusdem loci defensoris potenti manu legitime et canonice delegavit. Prefatus enim abbas pro prefata decimatione duas curtes cum omnibus appendiciis suis, hoc est cultis et incultis, quesitis et inquesitis sitas in villa, que dicitur *Tuotinpach*, consensu fratrum suorum s. pataviensi ecclesie in manu episcopi tali conditione contradidit, quod sacerdoti moribus et scientia ornato, pro quo dominus abbas episcopum rogaverit, curam predicte parrochie animarum commendabit. Ut autem hec supradicta rata et inconvulsa per futuram temporum volubilitatem permaneant et ne aliquis contumax aliquid de his supradictis audeat imminuere vel infringere, venerabilis predictus pontifex sigilli sui impressione signavit et signando confirmavit. Huius autem rei testes sunt *Sigehardus comes de Scalah, Meginhardus de Eringin, Dietprant de Chustilwanchin, Odalricus de Wolfsteine, Otto de machlant, Dietricus de Adelgerispach, Friedericus de Hunisperch, Pabo de Ammaramma, Sigihardus de Fleice, Walther et fratres eius Ernist et Hartwic de Treisima, Chadolt de Lochilistorf, Chuonrat de Wirmila.* Et de ministerialibus ecclesie *Walchuon de Mareinruote, Gerhoch de Iphie, Durinch de Geroltingen, Marchwart de Sconinpuchile, Wezil de Studiratisdorf, Perinhardus de Egilswanchie.* Facta sunt hec *Mutarin* anno millesimo C.XXXV. Ind. XIII. Anno Lotharii tercii imperatoris XI.

Filz, Geschichte des Klosters Michelbeurn, II. pag. 747.

CXIX.

1135—1520.(?) — *Eine Aufschreibung aus dem 14. und 16. Jahrhunderte über die Stiftung des Klosters Ranshofen und die Weihung der Altäre. (?)*

Anno ab incarnacione domini Millesimo C°XXXV. Consecratum est a principio hoc monasterium et altare sancti Pancracii patroni

huius loci per venerabilem Episcopum *patauiensem Regenbertum.* VI. Idus Nouembris presente *Haeinrico* secundo imperatore Romani imperij cum Episcopis suis *Ditmaro* archyepiscopo *saltzpurgensis* Ecclesie et *Perngero patauiensi* Episcopo et *Niceno Laodicensi* Episcopo cum aliis XIII. Episcopis et cum *Hæinrico duce Bawarie* et *Saxonie,* qui tunc circumquaque terminos huius ecclesie prouide statuerunt. POst hec anno domini Millesimo CC°Xlij. per incendium *Obernpergensium* hostium in nocte beati Vrbani est miserabiliter execrata. DEnuo per venerabilem *Haeinricum Episcopum Ratisponensem de Rotenek* ex permissione *Gotfridi patauiensis* episcopi procurante honorabili *Chunrado* huius loci preposito est reformata Anno domini M° CC°LXXXiij. in uigilia Mathei presente magnifico *Heinrico duce Bawarie* cum suis Baronibus, qui per tres dies ipsi Episcopo ob huius loci reuerenciam expensas laudabiliter in *Provnowe* ministrauit habito tunc colloquio in *Cell* circa *Ried* cum *Alberto duce Austrie* et F. *Saltzpurgensi* Episcopo, qui uolebant hostiliter inuadere suam terram, Ipse uero uiriliter se oponens tamen ad amicabilem concordiam redierunt. Consecrauit eciam idem *Heinricus* tria altaria in hac ecclesia, altare sancti Pancracii et sancti Johannis et sancte Catherine.

Anno domini Millesimo Quadragintesimo decimo septimo vltima die Martij, que fuit quarta feria post Judica, positus est primus lapis fundamenti Hospitalis Sancti Spiritus in *Prawnaw* per Manus *Johannis de Mawrkirchen* Canonici in *Rannshofen* plebani ibidem in *Prawnaw.*

ANno domini Millesimo Quadringentesimo Tricesimo nono vicesima sexta die Mensis Octobris Ipsa die sancti Amandi Episcopi et confessoris positus est primus lapis fundamenti Ecclesie sancti Stephani in *Prawnaw* per manus Venerabilis patris et domini *Erasmi* prepositi Monasterij Canonicorum Regularium in *Ranshofen.*

Anno domini Millesimo Quadringentesimo Septuagesimotercio Feria tercia ante Exaltacionem Sancte crucis Consecrata est Capella infirmorum sew leprosorum Per Reuerendissimum jn christo patrem ac dominum dominum *Albertum episcopum Saloniensem* cooperator (sic) Reuerendissimi in christo patris ac domini domini *Wdalrici episcopi patauiensis* diocesis.

ANno domini Millesimo Quadringentesimo Septuagesimoquarto Vicesima septima die Mensis Septembris Ipsa die sanctorum martirum

Cosmi et Damiani Positus est primus lapis fundamenti Parrochialis ecclesie sancti Michaelis in *Ranshofen* per manus Venerabilis patris et domini *Wolfgangi* prepositi Monasterij Canonicorum Regularium ibidem.

(Spätere Hand) Anno m°cccc.92° positus est primus lapis turris S. Stephani in *prawnaw* per Venerabilem patrem dominum *leonardum callinger* prepositum in *Ranshouen*.

Anno m°cccc.97° positus est primus lapis capelle S. martini per Reuerendum patrem dominum *klasium rosenstingl* prepositum huius loci.

Anno m°cccc.97° positus est primus lapis turris in *schwandt* per dominum *Casparem turndl* canonicum et capellanum eiusdem capelle.

Hec capella destructa est a palatinis anno m°d.4°, Sed iterum reedifficata anno 21 et primus lapis positus est per dominum *Casparem* prepositum huius locj.

Anno salutis humane m°d. octauo positus est lapis primus chori S. pancracij feria 2ª post letare per dominum *Casparem Turndl*. Demum basilice posterioris primum lapidem iecit feria sexta post festum asscenssionis dominj anno etc. (15) 17° perfectumque eo modo opus ecclesie per eundem anno 20. extat. laus sit deo omnipotentj.

Aus einer Handschrift sec. XIV. et XVI. der k. bairischen Hofbibliothek zu München.

CXX.

1137. Frisach. — *Erzbischof Konrad von Salzburg schenkt dem Kloster Reichersberg eine Salzpfanne zu Reichenhall mit mehreren Gütern in Unken, im Pongau, zu Antisenhofen und Viehhausen etc.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis *cŏnradus* dei gratia *salzburgensis* archiepiscopvs. Uirum beatum psalmista disignans ait. Dispersit, dedit pauperibvs, iusticia eius manet in seculum seculi. Pro adipiscenda itaque beatitudine, que dispersimvs dedimusque pauperibus pro iusticia nostra perpetuanda in seculum seculi, uolumus in pauperum christoque seruientium seruitio in seculum stabiliri. Notum ergo esse uolumus tam presentibus quam futuri temporis hominibus, nos ad sustentationem christi pauperum in *richerisperge* deo sub conmunis uite regula seruientium et amodo seruiturorum quedam contulisse, que subnotata continet scriptum presentis pagine, Uidelicet patellam in *halla* cum uno curtili in ipsa uilla hallensi et

VI. curtilibus in siluestribvs *vnchen* wlgo nominatis, de quibus ligna persoluuntur ad ipsam patellam, Mansvm et dimidivm in *pongowe*, VI. mansos iuxta *richerisperch* sitos in uilla *antesinhouin* et *vihvsin* et *gurtin*, predium quoddam in *nospach*, quod erat militis *Chadalhohi* de *Nospach*. Hec sunt bona de nostra liberalitate *Richerispergensi* cenobio collata. Et illud quoque curauimus memorie tradere, quod eiusdem ecclesie predia uidelicet curtem, que dicitur *Chrowat*, cum prediis eidem curti appendiciis usque ad XXX, ut dicitur, mansos requisiuimus, in qua requisitione cum diu laboratvm esset et *Liutkardis*, que predia illa iniuste detinuerat, episcopali banno constricta tandem peccatvm iniuste peruasionis recognosceret, sed a filiis suis eadem liberare non posset, nos pro redemptione anime nostre XXX. marcas expendimus, ut predia iam dicta penitus libere ac sine omni contradictione optineret ecclesia *Richerispergensis*, cui eadem predia legitime data fuerant a beate memorie *Werinhero* ipsius ecclesie fundatore et eorundem prediorvm legitimo quondam possessore. Quoniam autem ab ipso suo fundatore iam dicte ecclesie fundvs et patrocinium in ius et tuitionem firmamque possessionem ecclesie salzpurgensis agnoscitur per legitimam traditionem deuenisse, ratum esse conuenit subsidivm, quo nos auctore deo de nostra copia illius inopiam suppleuimus, quoniam hoc non est rervm episcopalivm distractio sed ampliatio, si pauperibus christi episcopatvm respicientibus et ab eo pendentibus conpetens fiat sustentatio. Quam sane paupervm sustentationem tam in loco iam dicto, quam in aliis locis nostre prouidentie subiacentibus nos ea moderatione fecimus, ut episcopatvm, quem pauperimvm (sic) et ualde uastatum inuenimus, diuitem deo gratias et satis copiosvm tamque a ruinis morum quam a ruinis murorum honeste fauente deo reparatvm successoribus nostris moriendo relinquamus. Vnde successores nostros per tremendvm ultimi examinis iudicivm abtestatos et obsecratos esse uolumus, ut ratvm habeant, quod nos diuine pietatis intuitu in *Richerispergensis* cenobii consolationem disposuimus. Quecunque autem secularis aut spiritalis persona, quod a nobis est, pie dispositvm aliquo modo duxerit in irritvm, jn vltimo examine reddat rationem coram summo iudice. De salubri sane dispositione nostra presens pagina conscripta et sigillo nostro inpressa Data est Frisaci anno dominice incarnationis M.C.XXX.VII. Huius rei testes sunt et conlaudatores *Romanus Gurcensis episcopus*, *Herimannus prepositus*, *Baltricus abbas salzpurgensis*, *Ůdalricus*

abbas s. Lantperti, Pabo prepositus de Gurca, Hartmannus prepositus de Nŏwinburch, Chŭno salzburgensis canonicus presbiter, Otto presbiter monasterii S. Petri, Wolfrat comes De treuini, Adalbero dapifer, Karolus de Prewarin, Weriant de witiniswalt, Engilscalc frater Gurcensis episcopi, Maganus de scalach, Liutwin prepositus, Eberhardus de Libniz, Durinch de dietrammingin, Wisint de Pongowe, Engilbertus castellanus, Eberhardus de presigin, Mirabilis nanvs de arizberch.

Original auf Pergament im Archive des Klosters Reichersberg mit einem wohlerhaltenen, aufgedrückten Siegel. — Hund. — Gewold III. 156. — Chron. Reichersb. (ed. Gewold) 169. — Mon. boic. IV. 403.

CXXI.

1137. Krems und 1139. St. Florian. — *Herzog Liupold von Bayern verzichtet auf alle Ansprüche an die Güter des Klosters St. Florian am Windberge und erlässt demselben auch die Abgabe des Marchfutters von dessen Besitzungen zu Waltprehtesdorf.*

Nouerit omnium fidelium tam presens ętas quam futura posteritas, qualiter ego *Liupoldus* diuina fauente clementia bawarię dux abrenuntiaui amore dei et sancti FLORIANI et fratrum ibi deo seruientium omnem contentionem, quam habebam in predium *windibergi*, quod dederat eis *eppo de windiberge* nobilis quidam homo. Dimisi ergo illis litem hanc pro anima mea parentumque meorum de omnibus his, sicut continetur in cyrographo imperatoris *Heinrici* quinti scilicet auunculi mei. Testes erant coram *Chunradus de pilstein, Adalram de perge Otto de machlant, Uverinharth de iulbach, Chŭnrath de slierbach Adalbero de drahselingen, Meinhart de ippha et frater eius ŏdalrich, Salman de windiberge, Magens de haltenhusin, Gundacher de pircharin et frater eius Liutolt, Gerboto de arbingin, Radboto de narden et frater eius Einwich de chuliup, Gerhart ramelare* (über dem voranstehenden Namen: *de sippach*), *Ŏzo de ibisiuelt, Mazeli de ibisiuelt.* Actum in orientali terra apud *chremisam,* Anno ab incarnatione domini M.C.XXXVII. Insuper ego attendens, quia magnam in futuro mercedem recipiet, quicunque ęcclesias auxerit aut confirmauerit, donaui eis debitum opsonium, quod ad nostram pertinuit rationem, quod uulgo dicitur *marhtinesth* (Lücke)... sorum, quod uocatur *Uvaltprehtesdorf.*

Actum apud sanctum *FLORIANVM* Anno ab incarnatione domini M.C.XX. . . . IIIj°


Original auf Pergament im Archive des Stiftes St. Florian. Das aufgedruckte Siegel verloren. Das Diplom hat an der angezeigten Stelle eine Lücke. — Hormayr, Wien I. II. S. XIX. Vergl. Stülz, Geschichte von St. Florian 242.

CXXII.

1139. 29. März. Lateran. — *Papst Innocenz II. nimmt das Kloster Formbach in den besonderen Schutz des apostolischen Stuhls.*

Innocentius episcopus seruus seruorum dei dilecto filio *dietrico* abbati formbacensis ecclesie eiusque successoribus regulariter sustituendis (sic) in perpetuum Piae postulatio uoluntatis effectu debet prosequente compleri, quatenus et fidelis deuotio laudabiliter enitescat et utilitas postulata uires indubitanter assumat. Hoc nimirum intuitu, dilecte in domino fili *dietrice* abbas, tuis peticionibus clementer annuimus et *fornbacensem* ecclesiam a comitibus bone memorie *ekkeberto* et *ŏdalrico* cognato suo liberam institutam, cui deo auctore preesse dinosceris, sub apostolice sedis tutela et protectione suscipimus et libertatis priuilegia sibi collata auctoritate apostolica confirmantes, ut ipsa ab omnium mortalium seruitio existat libera et solummodo pontifici Romano subiaceat, presentis scripti pagina constituimus Statuentes, ut, quascunque possessiones, quecunque bona eadem ecclesia in presentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum uel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis deo propitio poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis nominibus duximus exprimenda. Parrochiam uidelicet et forum in *niunchirchen* cum decimis suis, ecclesiam in *butine* cum decimis, ecclesiam in *antesin* cum decimis, ecclesiam in *choluingen* cum decimis, Mercatum quoque in *niunchirchin* cum moneta et omni utilitate, que inde poterit prouenire. Quicquid etiam iuris eadem ecclesia ex deuotione predictorum comitum *ekkeberti* et *ŏdalrici* nec non *hermanni* fratris eius habere debet, specialiter ligna, pastum, edificia et quecunque adiacentis forestie utensilia uobis nichilominus confirmamus. Porro consecrationes altarium uel basilicarum, ordinationes clericorum, qui ad sacros gradus erunt promouendi, a patauiensi suscipiatis episcopo, Si tamen catholicus fuerit et gratiam atque communionem apostolice

sedis habuerit eaque uobis sine prauitate et exactione exhibere uoluerit. Alioquin liceat uobis catholicum, quemcunque malueritis, adire antistitem, qui nostra fultus auctoritate, quod postulatur, indulgeat. Obeunte te nunc eiusdem loci abbate uel tuorum quolibet successorum nullus ibi qualibet surreptionis astutia siue uiolentia preponatur, nisi quem fratres ipsius loci communi assensu aut fratrum pars consilii sanioris secundum dei timorem et beati benedicti regulam sibi elegerint. Electus autem non aliter nisi baculo de altari accepto inuestiatur. simili quoque modo aduocatus de genere predictorum comitum magis idoneus communi fratrum arbitrio et electione constituatur. Qui etiam si inutilis apparuerit, eundem amouendi et loco eius alium eligendi habeatis facultatem. Ad indicium autem huius percepte a Romana ecclesia libertatis nobis nostrisque successoribus unum bizanzium singulis annis census nomine persoluetis. Nulli ergo hominum liceat prefatum uestrum monasterium temere perturbare aut eius possessiones auferre uel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet molestiis fatigare, Sed omnia integre conseruentur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua sane in posterum ecclesiastica secularisue persona huius nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere uenire temptauerit, secundo tercioue conmonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui periculum patiatur et a sacratissimo corpore et sanguine domini nostri iesu christi aliena fiat atque in extremo examine districte subiaceat ultioni; Conseruantes autem hec omnipotentis dei et beatorum petri et pauli apostolorum eius gratiam consequantur. Amen. Amen. Amen.



Ego *Innocentius* catholicę ecclesię episcopus.

(Monogramma.) (Bene Valete.)

Data *Laterani* per manum *Aimerici* sancte Romane ecclesie diaconi cardinalis et cancellarii. IIII. Kalendas aprilis. Indictione IIª

Incarnationis dominice anno M°C°XXX°VIIII. Pontificatus donni (sic) Innocentii pape II. anno X°

Original auf Pergament mit Bleibulle im k. bayrischen Reichsarchive zu München. — Mon. boic. T. IV. pag. 130.

CXXIII.

1139. 10. October. Friesach. — *Erzbischof Chunrat von Salzburg stellt dem Kloster Admont die Zehente im Lungau wieder zu, welchen Otto von Machlant auf seine Verwendung entsagt hat.*

IN Nomine Sanctæ et individuæ Trinitatis ego *Chunradus* Dei gratia Sanctæ *Salzburgensis Ecclesiæ Archiepiscopus*. Constat Apostolico attestante Beato Gregorio, quia quicquid misericorditer ac respectu pietatis impenditur, et auctorem suum adjuvare et optatum ei præmium in die retributionis apportare. Hac nimirum spe animati et prædecessorum nostrorum vestigiis inhærentes *Admontensi Ecclesiæ*, quæ in honore Sanctæ Dei Genitricis Mariæ et S. Blasii martyris a prædecessore nostro felicis memoriæ *Gebehardo Archiepiscopo* est fundata et tam prædiorum quam decimarum collationibus ad sustentationem Deo ibidem in perpetuum famulantium est dotata, sed et a successore ejus Venerabili *Tycmone Archiepiscopo* pari modo in reditibus est augmentata, auctoritate Dei Omnipotentis et Beati Petri, quæ prædicti antecessores nostri præfato contulerunt monasterio, stabilimus et confirmamus.

Probabili præterea largitatis ipsorum inducti beneficentia et nos jam dicto monasterio S. Blasii pro salute animæ nostræ parentumque nostrorum et pro redemptione animæ Gebhardi Archiepiscopi omniumque fidelium Christi paterne supererogamus annitente Venerabili *Romano Gurcensi Episcopo* sed et Venerandorum Ecclesiæ nostræ Prælatorum et Majoris Ecclesiæ Canonicorum necnon et Ministerialium nostrorum unanimi consilio et assensu, quæ singulatim dignum duximus exprimere Inprimis prædium illud ad *Radela*, XXX. scilicet mansus, quos nobis *Weriandus Comes* pro scelere, quod in Venerabilem Archiepiscopum Tyemonem commiserat, tradidit simulque ea, quæ de beneficio suo in eodem loco sito nobis remisit. Tradidimus etiam ad servitium fratribus Deo ibidem servientibus in valle Admontina patellam unam cum plenario jure, duas quoque minores sartagines salis apud idem *Halle*, pro quibus nos quatuor mansus recepimus, duos videlicet *Froscovve* et ad *Gerhospach* tria beneficia et ad

Pongovve super *Puechperg* mansum unum Bawaricum. Donavimus item ad opus monasterii Salinam, quam nobis *Wernherus de Memminchoven* tradidit, Sed et duas illas sartagines, quas prædecessores nostri Gebhardus et Tyemo ibidem contradiderunt et præconium illud in Halle totumque jus salinæ et ejus focariorum et *Ecclesiam S. Amandi* totamque Parochiam cum omni jure suo nos quoque auctoritate nostra prædicto confirmamus coenobio.

Carpentarium etiam nomine Reginhardum eidem Ecclesiæ tradidimus, Decem quoque mansus, quos nobis *Heinricus Dux Karinthiæ* moriturus tradiderat, qui siti sunt in monte vocabulo *Perisvvich;* Sex etiam mansus, quos nobis *Engilbertus Dux* tradiderat, e quibus tres siti sunt apud *Glodeniz*, apud *Melach* unum, supra *Zozzen* duo; Apud *Wenge* ultra *Thaurum montem* mansum unum. Prædium illud apud *Jeringen inferius* cum Ecclesia et omnibus suis attinentiis, quod nobis *Rudolfus de Wittenvvalt frater Weriandi* tradiderat, ab exortu videlicet fluvii *Jeringen* usque in *Persnich* et mediam partem decimarum ad *Fradalsdorf*, *Ratisponæ* locum curtis, Item ibidem alium locum curtis, Ad *Friesach* locum curtis. Domum quoque Hospitalem nostram ad *Friesach* cum omni jure fratribus Admontensibus perpetuo mancipamus. Mansum unum supra *Zezzen* et molendinum ibidem, quæ *Adelhardus de Neboz* ministerialis noster, cujus beneficium erant, nobis reddidit et quæcunque ibidem et in *Lelin* et in *Altinhoven* prædecessor noster Gebhardus prænotato delegavit Coenobio. Silvam etiam, quam habueramus ex Septemtrionali parte *Anesi* fluminis, cujus partem prædecessor noster Dominus Tyemo de *Haimenstoch* usque ad *Glaspach* tradiderat, ab hinc igitur omnem silvam versus *Wenge* et *Puechovve*, eam videlicet, quæ quidem ad Dominicale nostrum spectabat cum novalibus et decimis et deinceps totum forestum et omnes descensus Alpium et decursus fluviorum in *Lutach* usque ad summos vertices Alpium *Pabinvvisen*, *Tomveralbe* et *Warmperg*. Beneficium etiam ad eandem silvam pertinens, unum scilicet mansum et dimidium, custodem quoque silvæ nomine Guntherum, pro cujus commutatione XX. modios salis annuatim nobis decrevimus persolvi a nostris nobis hominibus, quo voluerimus, deferendos.

Quoniam autem in terminis foresti ex alia parte Anesi a prædecessore nostro Gebehardo fundatore loci coenobio contraditi sæpius fratres monasterii inquietabantur, ejus quoque silvæ interlimina, sicut ea Salzpurgensis Ecclesia possederat, præsenti pagina distinximus:

Zedilsach fluvius cum suis decursibus, a *Dietmarsperge* omnes descensus et decursus in Anesim, alpes, quæ dicuntur *Calvvingalb* et *Pladmalb* cum suis omnibus descensibus in fluvium *Jonspach* et Jonspach cum suis decursibus *Hartvvigespach* ab alpe *Nivvenperge* cum suis decursibus in Anesum, Item de petra, quæ dicitur *Want*, sursum usque ad verticem *Wulceisalbe*, Item *Laimpach* de Wulceisalbe cum suis decursibus et descensibus usque in Anesum; *Gemze* de *Puchperch* cum suis descensibus et decursibus, A *Susinpach* de *Wildab* cum suis descensibus et decursibus, A Susinpach omnes descensus et decursus in *Salzah* ex utraque parte usque ad *Pernvvach*, Alpis *Grideralbe* tota et *Laznich minor* cum suis decursibus, *Laznich rufa* de *Grasalb* cum suis descensibus et decursibus, *Laznich major* cum suis descensibus et decursibus, Item *Laznichalb* cum suis descensibus in Laznich et *Monlich* et in Salzah, Monlich fluvius cum suis decursibus usque ad *Prame*, De Prame Alpis *Kamezenstein* descensus versus Anesum *Ozlich* fluvius de *Liubachalse* cum suis decursibus et *Ozlichalbe* descensibus usque in medium fundum *Frodniz*. Omnes hos descensus montium siue decursus fluviorum Ecclesiæ confirmamus Admontensi usque in medium fundum Frodiniz et exinde usque in fundum Anesi. Quicquid ergo infra prædictos terminos in omni genere venationum et piscationum vel cujuslibet quæstus cultis et incultis, quæsitis et inquirendis fratres Admontensis Ecclesiæ utilitatis assequi potuerint, sicut prius a prædecessoribus nostris acceperunt, et nos ipsis indulgemus et donamus.

Præterea ad *Purchstal* juxta *Aquilegiam* tres mansus jam dictæ donavimus Ecclesiæ, pro quibus nos tres alios recepimus ad *Mosburch*. Beneficium *Hartvvici dispensatoris* ab ipso resignatum nobis situm ad *Hyrshalm*, duos videlicet mansus cum mancipiis, quæ ille in beneficium habuerat. Mansum unum ad *Chuchil*, Decimas ad *Sanctum Lambertum*, Decimas ad *Murze*, de *Frezen* videlicet et de *Mitterendorf*, Decimas in *Longovve*, quas quondam inbeneficiatas *Anzoni nobili viro* Gebhardus Archiepiscopus ipso resignante monasterio S. Blasii delegaverat, sed Dominus Tyemo necessitate persecutionis *Dietmaro nobili viro de Dornberch* in beneficio concesserat, petitione ejusdem senis Ecclesiæ Admuntensi redonavimus et *Ottonem Nobilem de Machlant, qui eas injuste usurpaverat, ipsas apud Strazvvalhen abdicare fecimus.* Testes ejusdem abdicationis fuerunt *Heinricus Ratisponensis Episcopus, Reimbertus Pataviensis Episcopus, Hein-*

ricus frater Conradi Regis et Liupoldi Ducis Bavariæ, Heinricus præfectus Ratisponensis, Walchun frater prædicti Ottonis, Heg, Heinricus de Hegil, Albertus et filius ejus Durinch, Wisint pincerna, Heinricus de Sechirchen, Lutvvinus de Salzpurch.

Decernimus etiam, ut pars decimarum, quæ parochianis debetur, non ex monasterii sed ex nostra parte illis solvatur, sicut et ante dispositum fuerat. Statuimus nichilominus, ut omnes foeminæ, quæ de potestate Salzburgensis Ecclesiæ primitus nuptum traditæ sunt vel postmodum traditæ fuerint servis monasterii vel etiam viri quilibet in potestate vel in possessione Coenobii habitantes Juri ejusdem coenobii cum suis liberis perpetim mancipentur et e diverso mancipia Monasterii in nostrum jus cum liberis suis simili conditione transeant.

Tradidimus etiam locum curtis ad *Arnsdorf* et servum nomine Adilbertum cum liberis suis, quos *Adilgoz de Treven* ab injusta servitute liberaverat et nobis resignaverat, Locum curtis ad *Salzpurch* cum VI. agris sibi contiguis, Item partem nostram de decimis, quæ dantur de prædio *Regilonis* ad *Haginperge* Nepotisque eius *Rudigeri,* et de mansu *Reginhardi de Puchlarn* decimas ex toto. Quicquid etiam beneficii supradictus Regilo ab Ecclesia Salzpurgensi habuit apud *Strechovve* et *Luzen*, eo resignante petitione ipsius coenobio delegavimus. Similiter quicquid beneficii in *Marchia* habuit *Heinricus de Nazzovve* Ministerialis S. Rudberti necnon et ejusdem prædium Ecclesiæ S. Blasii confirmamus, scilicet apud *Nazzovve* et *Wurcingen* et *Velkis* et *Puhil* et ad *voldisdorf* et decimationes in eisdem possessionibus cum mancipiis, quæ idem Heinricus habebat. Pari modo prædia trium Ministerialium nostrorum, Curtem unam *Chunradi* ad *Podigor* et unam *Meginhardi* apud *Hartvvigesdorf,* quam per concambium a nobis acquisiverat, et tres mansus *Helmberti de Pericha,* quæ seculo in Admunt renuntiantes illo contulerunt, et nos donando confirmavimus. Ad *Olspurch* mansum unum tradidimus, Decimas ad *Lazlausdorf* et dimidium mansum ad *Sulza,* mansum unum ad *Lavent,* beneficium videlicet *Amizonis.*

Ut igitur tam hæ nostræ quam et prædecessorum nostrorum donationes diversis quidem temporibus collatæ per succedentia temporum curricula firma et inconvulsæ permaneant, nos hanc inde Cartam conscribi et sigilli nostri impressione muniri præcepimus pacemque deinceps ejusdem loci fratribus et rebus auctoritate Domini nostri Jesu Christi et B. Petri et ejus Vicarii sanctæ universalis Ecclesiæ

Pontificis Innocentii et nostra inbannivimus, ut nullus successorum nostrorum hanc nostræ auctoritatis paginam infringere et præfatis fratribus designatas possessiones auferre, minuere vel abalienare præsumat. Actum in castro nostro Friesach Anno Incarnationis Domini MCXXXVIIII. Indictione II. VI. Id. Octob. regnante glorioso Romanorum Rege Chunrado, anno Regni ejus II. Pontificatus autem nostri anno XXXIV.

Hujus rei testes sunt Dominus *Romanus Gurcensis Episcopus, Gebeno Salzpurgensis Majoris Ecclesiæ prepositus, Baldricus Abbas S. Petri, Heinricus Gurcensis sedis præpositus, Wernherus Abbas S. Pauli, Bernhardus Comes de Carinthia, Wolfradus Comes de Treven, Rapoto Comes de Amberch;* Nobiles *Wercandus filius Askvvini, Fridericus de Hunesperch, Liupoldus de Werde, Purchardus de Chagera, Wisint de Pinzcovv, Ulricus Miles ejus, Willehelmus de Ramnstein, Fridericus et Ebo filii Brunonis de Pericha, item milites eorum Ekkihart, Engilrammus, Maganus, Wernherus de Chrovvat, Dieprant de Perhtingen, Meinhart de Gurca, Engilscalcus de Straza, Steveno miles Friderici, Pruno de Chlamm miles ejusdem Friderici.* De ministerialibus S. Rudberti *Engilscalcus de Friesach, Rudolfus de Dunesperch, Gotfridus de Wietingen, Wisint pincerna de Pongovve, Sigboto de Surberch, Eberhardus Castellanus de Libniz, Swithardus de Chulm, Heinricus Stempo de Pongovve et filius ejus Sigfridus, Liutolt, Chropfil, Hartnidus de Hurcelingen, Melingen, Jannes de Marchia, Wecilo cognomento Bricco, Arbo de Chiengovve, Rudigerus de Ysencowa, Lantfrit miles ejusdem, Adalbero de Dietrammingen, et filius ejus Durinch, Wolferimus de Pongovve, Hoholt et filius ejus Rudolfus, Norpreht de Rastat et frater ejus Hoholt, Wecilo de Bruccarin, Grim de Grebnich, Adalbertus judex de Friesach, Bernhardus senior Camerarius, Gerboto et frater ejus Walchun, Hartvvicus de Wagingen, Dietricus de Tebitscach, Reginvvardus de Lungovve, Rupreht cognomento Waceman.* De ministerialibus Marchionis *Lantfridus de Eppenstein, Berenger de Capella, Gerunch et filius ejus Adilbero de Winchlaren.* De familia Ecclesiæ Admuntensis *Waltherus de Puhel, Muto filius Gerhoh, Guntherus de Wenge, Engilbreht de Dorf, Enzinchint.*

Pez, Thesaur. T. III. Ps. III. pag. 684. Confer loc. cit. 760. — Koch-Sternfeld, Beiträge III. 52 ex vetustissimo libello berthersgad.

CXXIV.

1140. (?) 12. April. Lateran. — *Papst Innocenz II. gebietet dem Bischofe Reginbert von Passau, nicht zu gestatten, dass man von den Mönchen der Klöster Reichersberg und Berchtesgaden Zehent fordere.*

Innocentius episcopus seruus seruorum dei Venerabili fratri R. *Patauiensis ecclesie episcopo* Salutem et apostolicam benedictionem. A sanctis patribus antiquitus statutum et a nobis in generalibus conciliis assentientibus multis discretis et sapientibus uiris innouatum est, ut religiosi uiri de laboribus, quos propriis manibus aut sumptibus excolunt, siue de nutritiuis suorum animalium decimas alicui soluere non cogantur. Quo circa per apostolica scripta tibi mandamus atque precipimus, quatenus a *Richerspergensibus* fratribus religiosis siquidem uiris decimas exigi non permittas et si quis subditorum tuorum, clericus uidelicet siue laicus id attemptare presumpserit, plenam de isto iusticiam facias. Ecclesie quoque *perthersgadmensis* fratres de his, que in episcopatu tuo possident, de persoluendis decimis inquietari non permittas. Dat. Laterani II. idus aprilis.

Aus einem Copialbuche sec. XII im Kloster Reichersberg.

CXXV.

1140. 24. October. — *Bischof Reginbert von Passau erhebt am Tage der Einweihung die Kirche zu Avelenz (Gaflenz) mit Angabe der Grenzen zur selbstständigen Pfarre als ein Vermächtniss der Markgräfin Sophia von Steyr an das Kloster Garsten.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis *reginbertus* dei gracia patauiensis ecclesie episcopus. — Significamus omnibus christi fidelibus tam presentibus quam futuris, quod ego *Reginbertvs* humilis et indignvs sancte patauiensis ecclesie episcopus rogatu uenerabilis abbatis et deo dignum (sic) *Perhtoldi de Garste* ecclesiam *auelenze* consecraui et eam causa dei et instanti necessitate et peticione populi quadam speciali libertate exaltaui scilicet, ut perpetuum pastorem habeat et nulli ecclesie ut filia subseruiat, sed mater dignitate et potestate dicatur et, ut hoc idem operibus conpleatur, inscriptione presentis pagine confirmatur. Terminos autem huius ecclesie esse uolumus et statuimus a fluuio *Rŏbinich* usque ad cursum *Frŏdenize* alterius fluminis et usque ad principium *auelenze* iuxta portam. Qualiter autem fundum predicte ecclesie et circunquaque adiacentia

predia culta et inculta domna *Stirensis Marchionissa Sophia* a principiis fluminum *auelenze* discurrentium pro salute anime bone memorie sponsi sui gloriosissimi *Marchionis Liutpoldi* tradiderit sanctę ecclesię de *garsten* et fratribus ibidem deo seruientibus ecclesia christi non ignorat. Dedicata est autem hec ęcclesia anno ab incarnatione domini Millesimo. c.xl. indictione III. Nona (sic) Kalendas Novembris. Datum eodem die.

Original auf Pergament mit Siegel im Archive zu Garsten. — (Confer. Bd. I. pag. 119, Nr. VI). — Kurz, Beiträge II. 492.

CXXVI.

1140. — *Embricho, Bischof von Wirzburg, erklärt auf die Bitte Friedrichs die Brücke zu Wels für die Wanderer mauthfrei.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Ego *Embricho* per misericordiam dei sancte *Wirzburgensis* ecclesie humilis minister magnam esse perpendens eterne beatitudinis portionem bona religiosorum uirorum studia supportando promouere, *quorumdam episcoporum baioarie* et aliorum Christi fidelium peticionem et consilium pro quodam beato viro *Friderico* videlicet gratranter (sic) suscepi et uoto ipsius in nomine domini per omnia satisfeci. Sancte enim deuotionis desiderio idem prenominatus uir accensus a nobis supplicando expostulabat, ut pontem in uilla *Wels*, qui tam nostris quam predecessorum nostrorum usibus deseruierat, cum magna tamen et intolerabili exactione et depredatione illorum, qui pontem seruabant, absolutum ab omni teloneo liberum uiantibus permitteremus ea uidelicet condicione et firma concambii cautione, ut ipse de propriis bonis suis tantundem ualens ecclesie nostre restitueret. Ipse uero nichil hesitans sed tam acceptabile deo propositum consummare festinans per manum fideiiussoris sui *Herrandi* cuiusdam nobilis uiri *de Lovpe* partem prediorum suorum in *balsenze* sancto Kyliano martyri secundum beneplacitum totius familie nostre tradidit, quod concambium aduocatus bonorum nostrorum et Lambacensis ecclesie *marchio Otacher* consuetudinario iure prouincie illius in recompensatione iusti telonei suscepit. Placuit etiam nobis aream quamdam videlicet partem insule, quam domnus *abbas Lambacensis Wigand* cum assensu fratrum suorum trans flumen sitam causa liberi et pacifici transitus eidem ponti assignauit, pro testimonii cautela hac eadem cartula posteris trans-

mittere. Ad huius ergo concambii confirmationem et pontis continuam libertatem nos quoque adiacens beneficium cuiusdam *Bezelini* predicto iam fratri in proprietatem tradidimus, cuius fundi est terminus ex una parte inter illud predium, quod quidam nomine *Asewinus* possederat, in flumen *Trunam*, ex alia uero parte per regiam uiam a saltu indirectum ad ueterem eiusdem fluminis pontem et infra uiam regiam tria iugera queis concambita cum prato ad supradictum pertinenti beneficium. Et ne aliquis hanc traditionem infringere uel ulla ratione cassare presumat, hanc cartam conscribi fecimus, Quam sigilli nostri impressione et iuris nostri auctoritate corroborauimus. Huius rei testes sunt Liberi: *Albwin de Steine, Bernhard de Troune, Reginger de Tumoltesheim, Heinrich de Husrukke, Rodolf de Puollenberge, Engelscalc de Vra, Roudolf de Wasen et frater eius Engelscalc, Roudolf de Oberndorf, Gunther blanche et frater eius Dietwin, Dietprant de Chustelwanc, Amelpreht de Slagespach, Herrand de Loupe, Manegolt de Volspach, Otto de Ruite, Nendinch de Volspach;* Ministeriales S. Kyliani testes sunt hii: *Haward de Morenpach, Hûc et frater eius Altman de Hage, Billunch, Hartwic, Gotefrid et frater eius Wermout, Dietrich et frater eius Chounrad de Eiterbach, Sigebot et frater eius Chounrad* et alii complures. Facta sunt hec anno dominice incarnationis M.C.XL. Indictione III.

Pachmair, Series Abbat. cremifan. pag. 875. — Urkundenbuch von Kremsmünster, pag. 39, Nr. 31 ex cop. sec. XII.

CXXVII.

1141. (?) 8. Jänner. Lateran. — *Papst Innocenz II. befiehlt dem Bischofe Reginbert von Passau, zu verhüten, dass Jemand von den Gütern des Klosters Reichersberg Zehent nehme, und zu sorgen, dass der weggenommene zurückgegeben werde.*

Innocentius episcopus seruus seruorum dei Venerabili R. *pataniensi episcopo* Salutem et apostolicam benedictionem. Quemadmodum per alia tibi scripta mandauimus ea, que de decimis a religiosis uiris nullatenus exigendis a sanctis patribus statuta sunt et a nobis in modernis conciliis innouata, immutare non possumus nec debemus Ideoque per presentia tibi scripta mandamus atque precipimus, quatenus decimas, que vel per te uel per homines tuos religiosis canonicis *Richerspergensis* ecclesie ablate sunt, sine dilatione restitui facias et eos de cetero super hoc inquietari non permittas. Hoc autem

sollicite precaueas, ut dilecto filio nostro G. ipsius ecclesie preposito a subditis tuis nulla iniuria uel molestia inferatur. Datum *Laterani* VI. Idus Januarii.

Aus einem Copialbuche sec. XII. im Kloster Reichersberg.

CXXVIII.

1141. 24. Juni. Passau. — *Bischof Reginbert von Passau bestätigt dem Stifte St. Florian alle Rechte und Besitzungen.*

✝ In nomine sancte et indiuidue trinitatis. *Reinbertus* dei gratia sacrosancte *patauiensis ecclesie episcopus* omnibus christi fidelibus in perpetuum. Quia diuina prouidentia nos ordinauit pastores esse gregis dominici, ex debito pastoralis officii dominicarum ouium conmodis et indempnitati paterna sollicitudine uigilanter tenemur intendere, quod efficacius exequimur, si uiros ecclesiasticos et loca religiosa in nostre protectionis munimen suscipere et facere satagimus et sua eis iura conseruare et ampliare curamus. Inde est, quod de consensu et fauore fratrum nostrorum Patauiensis chori kathedralium et aliorum fidelium nostrorum interuentu ecclesiam, que *domus sancti Floriani* dicitur, utpote specialem et dilectam filiam Patauiensis ecclesie in nostram specialiter suscipimus gratiam et defensionem auctoritate omnipotentis dei et beati prothomartyris Stephani et nostra confirmantes eidem omnia iura et priuilegia sua, ecclesias, decimas, predia et uillas cum omnibus suis pertinentiis et utilitatibus et omnes donationes, quibus eadem ecclesia ab antecessoribus nostris Patauiensis ecclesie episcopis et aliis christi fidelibus se gaudet honoratam extitisse et consolatam. Volumus quoque iam dictam ecclesiam de nostre concessionis auctoritate tali gaudere priuilegio, ut, quicunque ministerialium seu fidelium nostrorum aliqua de prediis suis duxerit ei conferenda, donatio sua de nostra generali licentia robur sortiatur et confirmationem. Predictis etiam adicimus, ut quicunque fideles dyocesis nostre apud memoratam ecclesiam sepulturam sibi eligere uoluerint, id libere faciant per canonicam equitatem et nostram constitutionem non obstante duri seu indiscreti plebani contradictione. Vt autem hec nostra confirmatio futuris temporibus rata semper et inconuulsa permaneat, hanc inde paginam conscribi et sigilli nostri inpressione iussimus insigniri per diuine maiestatis examen districtum inprecantes, ut, quicumque contra eam aliquid iniuriosum adtemptare

presumpserit, eterne maledictioni addictus in extremo iudicio cum chore Dathan et Abyron habeat portionem.

Data *Patauie* Anno ab incarnatione domini MCXLI. Indictione IIII. VIII. Kalend. Julii Anno pontificatus nostri VII. Regnante *Chovnrado rege* feliciter. Amen.

Original; Pergament mit Siegel. Im Archive des Stiftes St. Florian. — Stülz, Gesch. v. St. Florian, pag. 242. — Reginbert wurde erst zu Ende des Jahres 1138 Bischof, es sollte demnach heissen: anno pontif. nostri III. Da der Raum des Pergamentes für das Siegel nicht mehr zureichend war, so hing man es an einem Lederstreif an die Urkunde.

CXXIX.

1141. Kl. Neuburg. *Herzog Liupolt von Bayern genehmigt die Stiftung des Klosters Baumgartenberg durch Otto von Machlant.*

In nomine summe et indiuidue trinitatis. *Liupoldus Dux Baioarie.* Quoniam negociis secularibus implicati deo per nos ad summam placere nequimus, eos, quos fideles et maxime mundialibus exemptos studiis probamus, congregare, uenerari, diligere, fouere et modis omnibus eorum paci et quieti inuigilare debemus. Hoc enim modo fit, ut et de nobis deo misericorditer prouidente et presentis uite incolumitas, temporum tranquillitas ac omnimode pacis et salutis prosperitas magis ac magis letis successibus arrideat nobis et que in futuro ipsis reposita sunt in celis nisi usquequaque meritis ipsorum adiuti et precibus priuabimur bonis. Quapropter domine *Gotescalce abba de sancta cruce,* quem loco patris amplectimur, tuis sanctissimis et dignissimis annuentes peticionibus locum, quem nobilis homo *Otto* dictus de *Machlant* deo sancteque dei genitrici ac semper uirgini Marie et sibi famulantibus ordinis cisterciensis monachis per te contradidit, sub nostri mundiburdii patrocinium suscipimus et hac nostre defensionis Karta deo inibi seruitorum paci et quieti in perpetuum prouidemus. Et quia tua hoc a nobis expostulat paternitas, locum ipsum cum omnibus suis pertinentiis et terminis, in quibus datus est, hac ipsa nostre confirmationis et attestationis pagina, sicut sub nostra bis terque designatus est presencia, annotari et caute circumscribi fecimus. Igitur predictus liber homo castrum suum *Pongartinberch* dictum diuino, ut diximus, cultui super reliquias sancti Jacobi aliorumque sanctorum potestatiua manu cum his terminis obtulit, sicut uidelicet ad occidentem influxit (sic) que dicitur *uetus Timnich,*

nemus eidem castro contiguum cum ipso nemore, quidquid in eo sui iuris dinoscitur fuisse sine omni exceptione. Dedit etiam predium *Modminsdorf* nuncupatum ad orientem quidem cuidam *matrone Elisabeth* conterminum, ad occidentem uero *Lawarin* habens confinium et ad austrum ab utroque termino finitur in *danubio*, cum ecclesiis duabus, cum molendinis, terris, campis, pratis, pascuis, siluis, aquis aquarumque discursibus (sic) et prorsus cum omnibus, que hactenus iure inibi possederat ipse, et cum his, que ad *ecclesiam sancti Jacobi* siue infra siue extra hos terminos pertinent. Preterea sursum iuxta *Nardum* terre deserte et inculte XXX. mansos illuc delegauit. Hec igitur, que prenominata sunt, testamur nostre sollicitudinis mediante presencia, iuste et legitime ad prefatum diuinum seruicium collata et huius presentis pagine scripto communimus, quam proprio sigillo insigniri fecimus. Igitur quicumque qualecumque de supradictis temerare temptauerit, iuxta cita (sic) legum et leges earum, que nostro subiacent regimini, prouinciarum nos ultores erimus in eum. Huic sollemni donacioni testificantur *Liutoldus comes, Conradus comes de pilstein, Gebehardus comes de Purchusin, Walchun eiusdem Ottonis frater, Otto de lenginbach et Heinricus frater suus.* Anno ab incarnacione Verbi caro facti M.C.XLI. Indict. IIII. apud *nouam Ciuitatem* feliciter sunt hec in Christo acta. Amen.

Original; Pergament. Das Siegel verloren. — Im Museal-Archive zu Linz. — Kurz, Beiträge III. 382.

CXXX.

1141. Reichersberg. — *Herzog Liupold von Baiern schenkt dem Kloster Reichersberg zum Schadenersatz für die in seinen und seines Vaters Heeres-Zügen erlittenen Beschädigungen zwei Beneficien zu Loiben und verleiht demselben das Recht, aus den herzoglichen Wäldern zwischen dem Kamp und der Krems für seinen Bedarf Holz zu beziehen.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis, ego *Liudpoldus* dei gratia *bauuariorum dux* cupiens hereditare beatitudinem, de qua dicitur: Beatus, qui intelligit super egenum et pauperem, egenorum ac pauperum christi in cenobio *Richerespergensi* deo militantium intellexi paupertatem simulque animaduerti quedam eorum predia uastata, dum exercitus uel patre meo *Liudpoldo* uel me ipso ducente per terras eorum iret ac rediret. Unde conmonitus a prefati cenobii preposito *Gerhoho* ad usus fratrum inibi deo seruiturorum ex nunc inposterum tradidi duo

beneficia in uilla, que dicitur *livbes*, cum omni utilitate ad illa pertinente. Scientes autem, quod hilarem datorem diligit deus, et hic sine dubio est hilaris dator, qui mensuram bonam et confertam et coagitatam dat, uolumus et irretractabiliter decernimus non solum ad predicta beneficia excolenda, uerum et iam ad alias qualescunque utilitates fratrum Richerspergensium duobus plaustris aut vehiculis eorum amodo semper Inposterum patere siluam, que uvlgo dicitur vorst, sitam inter duos fluvios *Champam*, et *Chremesam* ita uidelicet, ut nullus eiusdem silue procuratorum ab eis exigat ullum precium seu qualiscunque angarie grauamen illis faciat, sed omnino, ut dictum est, liber introitus et exitus in eandem siluam ac de silua fratribus prefatis et eorum seruis pro conmoditate eorum pateat. Ipsa quoque duo beneficia presignata ita decernimus permanere libera in fratrvm propria potestate, sicut erant in nostra, ne uel camerarii uel marscalci seu alii seruitores nostri et posterorum nostrorum in ullo sint molesti cultoribus eorum, uel de rebus curie traducendis uel de annona equorum persoluenda uel de aliis ministeriis huiusmodi exequendis. Hec autem tradicio ad altare sancti Michahelis in *Richeresperch* me presente ac petente facta est per manum comitis *Livtoldi de Bleien* delegatione firma, in cuius manum delegatio eadem per manum nostram privs fuerat facta. Huius rei testes per aurem adtracti sunt hii, quorum nomina subnotata leguntur, *Marchio Otacher, Comes eccibertus, Otto de machlant, Werinhart de Jugelbach, jtem Werenhart filius eius, Uvolfhere de Tegerenwag, Albwinus de petra, Hademar de Chvfaren, Gebehart de Abbatestorf, Chadalhoch longus de Rora, Eberhard de Brunowa et Vdalricus frater eius, Hartnit de Orte, Rechhere de sebach, Walthere de Tobele, Ainwich de Vrihaim, Hartnit de Salzburch.* Presentem uero conscriptionem ne quis audeat uiolare uel respuere quasi falsam, ego *Livdpoldus* dei gratia Bawariorum dvx inpressione sigilli mei feci confirmari. Actum in ecclesia sancti Michahelis in Reichhersperg, anno domini M.C.XLI. Indictione IIII. Regnante Rege *Chunrado* II. temporaliter, Christo autem regnante sempiternaliter et eternaliter. Amen.

Original auf Pergament mit einem aufgedruckten Siegel (der Herzog in voller Rüstung zu Pferd, das links springt, in der Rechten eine Fahne, am linken Arme den Schild. Rückwärts ein Stern. Umschrift: † LIVTPOLDVS. DVX. BAVVVARIE.), im Archive des Klosters Reichersberg. — Hund, Gewold III. 158. Chron. Reichersb. (ed. Gewold) 174. — Mon. boic. IV. 408.

CXXXI.

1141. — ***Bischof Reginbert von Passau bestätiget auf die Bitte des Abbtes Chunrat alle Besitzungen des Klosters Mondsee und die neulich gemachte Schenkung des Edlen Chunrat von Irmbrechting.***

In nomine sanctę et indiuiduę trinitatis ego *reginbertus* dei utinam gratia *battauiensis* episcopus. Decet omnes, quos diuina gratia in arce syon filijs suis speculum et formam pietatis preposuit, erga omnes homines et maxime circa domesticos fidei beniuolos, mites et liberales se in omnibus exhibere auresque suas a iustis et necessarijs peticionibus eorum non auertere, quin potius pijs uotis et desiderijs eorum clementer assensum acconmodare. Qua propter postulationibus et precibus dilecti fratris nostri *Chŏnradi* abbatis de monasterio sancti Michaelis in *maninse* eiusque fratrum deuotam uoluntatem nostram inclinantes atque eidem ęcclesię in futurum prospicientes quaequae (sic) sub predecessoribus nostris pontificibus ecclesię sancti Michaelis fuisse probantur, quorum usque nunc inuestituram habere uidentur, officij nostri auctoritate irrefragabiliter eidem ęcclesię stabilimus et confirmamus, ut uidelicet liceat ei secure possidere omnes res, a quibuscunque christi fidelibus oblatas hactenus iuste et legaliter possessas in ęcclesijs, in decimis, in uineijs, in agris, in siluis, in campis, cultis et incultis, aquis aquarumue decursibus, piscationibus, pascuis et omni vtilitatis genere cum omnibus suis pertinentijs. Preterea nostro tempore predium, quod quidam nobilis homo N. *Chŏnradus de irmbrethtingen* cum uxore sua N.(omine?) *Mathilda* apud *Rathuelt* et apud *iremprethtingon* et *dettungon* (?) cum mancipijs ad ipsum predium pertinentibus predictę ęcclesię contulit, ratione superiori rata esse decernimus. Siquis autem neglecto iusticię tenore huius paginę nostrę auctoritati temeraria manu obuiare presumpserit, nisi resipuerit et condignam satisfactionem inde egerit, sciat se bannum nostrum incurrisse et ęternę maledictionis et dampnationis pena multandum. Si autem aliquis pseudo abbas, quod absit, in loco eodem surrexerit et prebendam fratrum laicis cecatus muneribus in beneficium dederit et congregata dispergere temptauerit, monachi eiusdem congregationis ei non obediant, quoad usque battauiensis episcopi sententiam super hoc experiantur. Et ut hęc in perpetuum firma et inconuulsa permaneant, paginam presentem sigilli nostri inpressione insigniri et roborari precepimus. Acta sunt hęc dominicę incarnationis M.C.XLI.

Gleichzeitige Abschrift auf Pergament im Museal-Archive zu Linz. — Chron. Lunael. I. 119.

CXXXII.

1142. 8. Jänner. Lateran. — *Papst Innocenz II. nimmt das Kloster Reichersberg mit allen seinen Gütern in den besonderen Schutz des päpstlichen Stuhles.*

Innocentius Episcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis *Gerhoho Richerspergensis Ecclesie Preposito* eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regulariter substituendis in perpetuum. Pie postulacio voluntatis effectu debet prosequente compleri et iustis petencium desideriis congruum decet nos impertiri suffragium. Eapropter dilecti in Domino filii, venerabilis fratris nostri *Conradi Saltzburgensis Archiepiscopi* precibus inclinati petitiones vestras racionabiles libenter admittimus et Monasterium vestrum, quod est in Episcopatu Pataviensi et fundo Saltzburgensis Ecclesie situm, in quo divino mancipati estis officio, sub apostolice Sedis et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. In primis siquidem statuentes, ut tam in vestro quam in Monasterio Sanctimonialium vobis subdito Ordo Canonicus iuxta divi Augustini regulam perpetuis temporibus inviolabiliter conservetur. Preterea quascunque possessiones, quecunque bona eadem Ecclesia inpresentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis Deo propitio poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: fundum videlicet et plebem Richerspergensem cum decima et iure parochiali, *Capellam sancti Martini* cum suis pertinentiis, vineas in *Aschah*, villam *Chrowat* et reliqua predia a *Werenhero* loci ipsius fundatore oblata, patellam Salis in *Halla* et reliqua predia a prenominato fratre nostro Saltzburgensi Archiepiscopo Ecclesie vestre collata, *Hostat* et alia predia, que *Ruopertus* obtulit; predia, que *Fridericus* donavit; predia, que fuerunt *Eglofi* et *Eberhardi* cum eorum decimis ab *Episcopo Frisingensi* vobis concessis et vineas emtas in *Cremesa* et ea, que *Dux Luitpoldus* contulit. Sane laborum vestrorum, quos propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium nullus omnino Clericus sive Laicus decimas a vobis exigere presumat. Ecclesiastica nimirum Sacramenta a Diocesano accipietis Episcopo vel a Saltzburgensi Archiepiscopo,

siquidem graciam et communionem apostolice Sedis habuerint et si ea gratis et sine pravitate voluerint exhibere. Alioquin liceat vobis pro eorundem Sacramentorum susceptione Chatholicum, quem malueritis, adire Antistitem, qui nostra fultus auctoritate, quod postulatur, indulgeat. Et quia sic locus vester est institutus, ut Saltzburgensis Ecclesie principalis Advocatus ipsius quoque loci sit advocatus, neque ipsi neque alicui subadvocato ejus eundem locum liceat iniustis gravaminibus infestare. Quodsi fecerit et vobis conquerentibus non emendaverit, consilio et auxilio prefati Archiepiscopi ipsa advocatia ab inutili auferatur et alius loco eius substituatur. Obeunte vero te nunc eiusdem loci Preposito et alterius Ecclesie regimen transeunte sive tuorum quolibet successorum nullus ibi qualibet subreptionis astucia vel violencia substituatur vel preponatur, nisi quem fratres communi consensu aut pars sanioris consilii secundum Dei timorem et beati Augustini regulam canonice providerint eligendum. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedimus, ut eorum, qui se illic sepeliri deliberaverint, extreme voluntati et devocioni nullus obsistat, nisi fuerint excommunicati, salva tamen iusticia Matris Ecclesie. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatum cenobium temere perturbare aut eius bona vel possessiones auferre vel ablatas temere retinere, minuere seu quibuslibet indebitis exactionibus vel molestiis fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva nimirum Saltzburgensis Archiepiscopi et Pataviensis debita iusticia. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica secularisve Persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam venire temere tentaverit, secundo tertiove commonita si non satisfactione congrua reatum suum correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini nostri Jesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districte ulcioni subiaceat. Addentes etiam interdicimus, ut nemini professionis vestre facultas sit alicuius levitatis instinctu vel arctioris religionis obtentu sine Prepositi vel congregationis licentia de claustro discedere. Quodsi discesserit, nullus Episcoporum, nullus Abbatum, nullus Monachorum sine communium literarum cautione eum suscipiat, quamdiu videlicet in Ecclesia vestra Canonici ordinis tenor Domino prestante viguerit. Si vero secundo vel tertio vocatus redire

contempserit, liceat eiusdem loci Preposito canonicam in eam proferre sententiam. Cunctis autem eidem Ecclesie iusta servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum Judicem premia eterne retribucionis inveniant Amen.

Ego Innocentius Chatolice Ecclesie Episcopus etc.: Datum *Laterani* VI. Idus Januarii per manum *Gerardi* sacre Romane Ecclesie Presbiteri Cardinalis et Bibliothecarii, Indictione V. Incarnationis Domini anno MCXLI. Pontificatus Domini Innocentii Pape II. Anno XII.

Hund III. 157. — Mon. boic. IV. pag. 405. Da das zwölfte Regierungsjahr Innocenz II. erst mit dem 23. Februar 1141 beginnt, so gehört die Urkunde in das Jahr 1142, womit auch die Indiction übereinstimmt. Die päpstliche Kanzlei pflegte das Jahr mit dem 25. März zu beginnen.

CXXXIII.

1142. 25. März. — *Bischof Reginbert von Passau gestattet, dass alle Eigenleute Adalrams zwischen der Starn und Dobra Taufe und Begräbniss in der von ihm geweihten Kirche zu Pergkirchen empfangen mögen.*

In nomine Sanctæ et Individuæ Trinitatis *Reginbertus Dei gratia sanctæ Pataviensis Ecclesiæ Episcopus.* Ordo officii nostri nos hortatur et admonet Ecclesias honorare et eas secundum petitiones bonorum hominum et iusta vota administratione Spiritus sancti exaltare. Scire ergo volumus omnes fideles Christi tam præsentes quam futuros, quod ego Reginbertus humilis Pataviensis Episcopus rogatu cuiusdam nobilis viri et bonæ famæ *Ecclesiam in Pergenkirchen* appellatam consecravi et eam communi consilio Clericorum et Ministerialium speciali quadam dignitate sublimavi scilicet, ut eiusdem *Adalrami* propria familia et coloni proprii ibi sepulturam et baptisma percipiant videlicet inter *Nerden* et *Tabra* etc. Hæc autem facta sunt anno ab incarnatione Domini M.CXLII. Indict. V. VIII. Kal. Aprilis.

Huber, Austria, pag. 9.

CXXXIV.

1142. (Im April.) Wirzburch. — *König Chunrat III. nimmt das Kloster Ranshofen in seinen und des Reiches besonderen Schutz.*

In nomine Sancte et individue Trinitatis. *Chunradus* divina favente Clementia *Romanorum Rex secundus.* Quoniam divine providentie misericordia ceteris mortalibus quodamodo supereminemus,

oportet, ut, cuius precellimus munere, illi omnino pareamus in operatione. Eapropter omnibus Christi nostrisque fidelibus tam presentibus quam futuris notum esse volumus, qualiter nos omnipotentis Dei causa et ob regni nostri firmam stabilitatem et anime nostre nostrorumque parentum perpetuam salutem *Ecclesiam in Ranshoven* in honore S. Pancratii Martiris consecratam, a proavo nostro *Heinrico Imperatore* Augusto pie memorie fundatam et decimationibus ac ceteris bonis regalibus ab ipso dotatam cum omnibus possessionibus suis quesitis et adquirendis, terris videlicet cultis et incultis, silvis, pratis, pascuis, aquis aquarumve decursibus, molendinis, piscationibus, decimationibus sub regie defensionis tuitione suscepimus omnesque possessiones cum decimis, quas infra semitam ferinam sive ferarum, que vulgo dicitur Wiltsteich, vel extra eadem Ecclesia possidet et quidquid liberalitate Regum et Imperatorum seu donatione Ducum aut ceterorum Principum nec non elimosinis pauperum ei collatum est, nos per presentis privilegii auctoritatem eidem confirmamus et corroboramus. Decernimus ergo, ut nullus successorum nostrorum vel Regum vel Imperatorum, Dux aut Marchio seu alia quelibet persona magna sive parva huius confirmationis nostre statutum infringere presumat sed prefata Ecclesia et fratres in ea Deo servientes, que iuris sui sunt, libera possessione in perpetuum obtineant. Si quis autem, quod absit, hanc nostram confirmationem sive corroborationem infringere temptaverit, L. libras auri purissimi componat, quarum partem dimidiam camere nostre, reliquam vero predicte Ecclesie persolvat. Ut autem hec ab omnibus credantur et omni deinceps tempore inviolata conserventur, hanc inde cartam scribi et sigilli nostri impressione insigniri iussimus manuque propria, ut infra apparet, corroborantes, qui presentes aderant testes subter notari fecimus, Quorum nomina hec sunt: *Ebricho Wirzpurgensis Episcopus*, *Fridericus Dux Swewornm*, *Heinricus filius noster*, *Chunradus frater noster Traiectensis prepositus*, *Raboto comes de Amminberch*, *Petrus filius Regis danorum*, *Fridericus filius Palatini comitis Ottonis*, *Baltherus de Loubenhausen et frater eius Chunradus (de Lare)*, *Marquardus de Grounbach*, *Chunradus Bris*, *Heinricus Wolf*, *Pobbo de Grunenborch*, *Burchardus de Meniga* et ceteri quam plures interfuerunt. Signum Domini Chunradi Romanorum Regis II. ego *Arnoldus cancellarius* vice *Maguntini Archiepiscopi et Archicancellari* recognovi. Anno Dominice incarnationis MCXLII. Indict. IV. regnante Chunrado

Romanorum Rege secundo Anno regni eius V. Datum aqud *Wirzburch* in Christo feliciter. Amen.


Hund, Gewold I. 209. (Monac.) — Mon. boic. III. 315.

CXXXV.

1142. 8. December. Lateran. — *Papst Innocenz II. nimmt das Kloster Mondsee in den besonderen Schutz des apostolischen Stuhles.*

Innocentius Episcopus servus servorum Dei Dilectis filiis *Cuonrado Lunœlacensi Abbati* ejusque Fratribus tam præsentibus quam futuris regulariter substituendis in perpetuam memoriam. Desiderium, quod ad Religionis propositum et Animarum salutem pertinere monstratur, animo nos decet libenti concedere et petentium desideriis congruum impertiri suffragium. Eapropter dilecti in Domino filii vestris justis postulationibus clementer annuimus et Beati Michaelis Archangeli Monasterium, in quo divino mancipati estis obsequio, sub Beati Petri et nostra protectione suscipimus et præsentis scripti privilegio communimus statuentes, ut quascunque possessiones, quæcunque bona idem Monasterium in præsentiarum juste et canonice possidet aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium seu aliis justis modis Deo propitio poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: *Ecclesiam Manse, Ecclesiam Steinenkirchen, Ecclesiam Wisilburg, Ecclesiam Sconau, Ecclesiam Strasvvalchen, Ecclesiam Appadesdorf*, Prædium, quod *Cuonradus de Irembrechtingon* et uxor ejus *Mechtildis* eidem Monasterio contulerunt videlicet *Irembrechtingon* et apud *Tettingon* Curiam unam et apud *Rattueld* mansum unum et apud *Liugane* mansum dimidium cum mancipiis ad ipsum prædium pertinentibus, Curtem, quam *Engelmarus* et soror ejus *Benedicta* apud *Direneck* vobis dederunt, . . . Fili *Counrade* Abbas apud *Cremise* emisti. Obeunte vero te nunc ejusdem loci Abbate vel tuorum quolibet Successorum nullus ibi qualibet surreptionis astutia vel violentia præponatur, nisi quem Fratres communi vel sanioris partis consilio et assensu secundum Deum et beati Benedicti Regulam providerint eligendum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatum Monasterium temere perturbare aut ejus possessiones auferre vel ablatas retinere aut aliquibus vexationibus fatigare sed omnia

integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura Salvo jure Diæcesani Episcopi Canonica reverentia. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica secularisve persona hanc nostræ Constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove conmonita si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se Divino Judicio existere de perpetrata inequitate cognoscat et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit Pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant et apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.



Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

† Ego *Stephanus Prænestinus Episcopus*

† Ego *Otto Diaconus Cardinalis S. Georgii ad Velum aureum.*

† Ego *Octavianus Diaconus Cardinalis S. Nicholai in Carcere.*

† Ego *Thomas Presbyter Cardinalis tt. Vestinæ.*

Datum *Laterani* per manus *Gerardi sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyteri Cardinalis ac Bibliothecarii* VI. Idus Decembris Indictione VI, Incarnationis Dominicæ Anno 1142. Pontificatus vero Domini Innocentii II. Papæ anno 13.

Chron. Lunaelac. pag. 121. — Pez, Thes. Anecd. VI. I. 335.

CXXXVI.

1142. 15. December. Regensburg. — *König Chunrat III. erlaubt den Ministerialen des deutschen Reiches und des Herzogthums Baiern an das Kloster Reichersberg Güter zu vergaben.*

In nomine summe trinitatis *Chůnradus* Diuina fauente Clementia Romanorum Rex. Preceptis salutaribus moniti et diuina institutione instructi facere nobis amicos de mammona iniquitatis ea spe ac fiducia, ut et ipsi nos recipiant in eterna tabernacula, debemus religiosis cenobiis propensiori cura munimen et auxilium prouidere, ut in eis commorantes pauperes christi pro nostris peccatis abolendis et regni temporalibus (sic) motibvs ad eternitatis quietem dirigendis ualeant intercedere aput regem regum, cuius regnum regnum est omnium seculorum. Igitur ad munimen et auxilium regularis uite tradimus et confirmamus cenobio *Richerspergensi* constituto in ripi (sic) *Ini* fluminis *in regione norica* in comitatu *Ekkeberti* comitis, ut si quis ministerialium ad regnum Teutonicum uel ducatum bawaricum pertinens predium suum in elemosinam dare uoluerit predicto cenobio, rata sit ipsa traditio et firma permaneat. Vt autem incontradicibilis et inconuulsa permaneat hec nostra regalis constitutio, conmuniri et insigniri eam fecimus regali nostro sigillo. Actum in ciuitate *Ratisbona* in curia celebri, Cui interfuerunt episcopi *Dictwinus episcopus Cardinalis Sancte Rufine Apostolice sedis legatus, Heinricus Ratisbonensis episcopus, Imbrico Wirzeburgensis, Otto frisingensis, Heinricus Olomicensis* et laici principes *Marchio Dietpoldus, Otto comes palatinus, Comes Gebehardus de Sulzbach, Comes Adalbertus de Pogen, Fridericus aduocatus* et alii multi nobiles. Ducem bawaricum ideo non nominamus, quia tunc temporis in manu regis erat ducatus. Dat. XVIII. Kalend. Januarii anno dominice incarnationis MCXLII.

Aus einem Copialbuche sec. XII. im Kloster Reichersberg. — Hund — Gewold, III. 158 (Ratisb.) et 230. (Monac. edit.) — Mon. boic. IV. 409. coll. XXXI. I. 402.

CXXXVII.

1142. Regensburg. — *König Chunrat III. bestätigt dem Kloster St. Florian seine Besitzungen, namentlich die am Windberg gelegenen.*

(Chrismon.) In nomine sancte et induidue trinitatis *Cuonradus* diuina fauente clementia romanorum rex secundus. Sicut diuina

preordinante clementia ceteris mortalibus quodammodo supereminemus, sic etiam uniuersas ecclesias et ecclesiasticas personas diligere, fouere et ab iniquorum infestionibus (sic) defensare regali potentia a deo nobis commissa debemus. Eapropter omnibus christi nostrisque fidelibus tam futuris quam presentibus notum esse uolumus, qualiter nos ob regni nostri firmam stabilitatem et anime nostre nostrorumque parentum perpetuam salutem, interuentu quoque et petitione dilecte *coniugis nostre Gertrvdis regine ecclesiam sancti Floriani* in *Windeberge* (sic) cum omnibus prediis et possessionibus suis, que uel liberalitate regum seu donatione principum aut elemosina pauperum eidem ecclesie collata sunt, in tutelam regie defensionis suscepimus. Nominatim autem omnia predia et possessiones, quas a capite *Eberspach* usque ad fines boemie tam in longitudine quam in latitudine eadem ecclesia possedisse cognoscitur, et a termino *Aposenbach* (sic) usque in uiam, que dicitur *regia uia*, iuxta *ecclesiam sancti Nicolai*, que in eodem predio edificata est, et predium *celle*, quod quidam nobiles uiri *Eppo* et *Bernhardus* iuxta *Movhelle* eidem tradiderunt ecclesie et insuper predia, que in *Rietmarcha* possidet, nos auctoritate regia prefate sancti Floriani ecclesie confirmamus edicto regali statuentes, ne aliqua umquam persona magna seu parua in eisdem pessessionibus predictam ecclesiam infestare uel inquietare presumat, sed fratres in ea deo militantes omnia predia sub terminis predictis denotata omni deinceps tempore libera possessione obtineant. Vt autem hec nostra confirmatio rata et inconuulsa omni tempore permaneat, hanc inde cartam scribi et sigilli nostri impressione insigniri iussimus et testes, qui presentes aderant, subternotari fecimus, Quorum nomina heç sunt: *Theodewinus sancte Rufine episcopus apostolice sedis legatus, Heinricus Ratisponensis episcopus, Embricho Wirzeburgensis episcopus, Otto Frisingensis episcopus, Heinricus Olomucensis episcopus, Otto palatinus et filius eius Otto, Diepoldus marchio, Geuehardus comes, Fridericus aduocatus, Heinricus prefectus, comes Albertus de Bogen et filius eius Hertwicus, comes Covnradus de dachowa, comes Folcradus de Lexmunde* et ceteri quam plures.

Signum Domini Covnradi Romanorum Regis Secundi. (Monogramma.)

Ego *Arnoldus Cancellarius* uice *Heinrici Moguntini archiepiscopi et archicancellarii* recognoui. (L. S.)

Anno dominice incarnationis M. C. XLII. Regnante Cuonrado Romanorum rege II. anno uero regni IIII. indictione IIII. (sic) data est *Ratisbone* in christo feliciter. Amen.

Original; Pergament mit Siegel im Archive des Stiftes St. Florian. — Stülz, Gesch. v. St. Florian, pag. 244.

CXXXVIII.

1142. Regensburg. — *König Chunrat III. schenkt dem Kloster Garsten 400 Mansen in dem Walde Rindmarch zwischen den Flüssen Jauerniz (Jauniz) und Aist bis an die böhmische Grenze.*

In nomine Sancte et indiuiduę trinitatis *Cŭnradus* diuina fauente clementia romanorum rex secundus. AEquitas iusticie et regni auctoritas nos admonet ęcclesiis deo dicatis more predecessorum nostrorum temporalia largiri, ut in uisione glorię regem in decore suo uidere mereamur pro temporalibus ęterna recepturi. Eapropter omnibus christi nostrisque fidelibus tam futuris quam presentibus notum esse uolumus, qualiter nos pro animę nostrę remedio necnon interuentu dilectę coniugis nostrę *Gertrvdis* reginę et *Agnetis* karissimę matris nostrę et assensu dilecti fratris nostri *Heinrici* marchionis ac humili petitione *Bertolfi* uenerabilis abbatis ęcclesię Garstensi in honore sanctę dei genitricis Marię consecratę quadringentos mansos in silua nostra, quę uocatur *Ritmarch* uidelicet a fluuio *Jowerniz* usque ad fluuium *Agast* et exinde usque ad terminum sclauorum legitima donatione concessimus edicto regali statuentes, quatenus prefatvs *Bertolfus* abbas suique successores et fratres in eadem ęcclesia deo famulantes predictos mansos sub termino prenotato constitutos proprietatis iure possideant et in quoscunque uoluerint usus propria deliberatione nostra freti auctoritate redigant. Decernimus ergo, ut nullus successorum nostrorum regum seu imperatorum aut alia quelibet persona magna seu parua hanc nostram concessionem infringat, sed, sicut prenotatum est, abbas ęcclesię Garstensis omni deinceps tempore libera possessione obtineat. Ut autem hęc nostra concessio firma permaneat, hanc inde cartam scribi et sigilli nostri impressione insigniri iussimus manuque propria, ut infra uidetur, corroborantes, qui presentes aderant testes subternotari fecimus, Quorum hec sunt nomina: *Theodewinus sanctę Rufinę episcopus apostolice sedis legatus*, *Heinricus Ratisbonensis episcopus*, *Otto Frisingensis episcopus*, *Peregrinus*

patriarcha Aquilegiensis, Embrico Wirzeburgensis episcopus, Otto Ratisbonensis prefectus et filius eius Otto, Fridericus aduocatus, Geuehardus comes de Burchusen, Geuehardus comes de Sulzebach, Folcradus comes de Lexmunde, Bertolfus comes de Andês, Ôthelricus dux, Comes Albertus de boga, Cůnradus comes de Bilstein, Ůthelricus de Willeringe, Hertvvic de hagenowe, Wernhart de Julbach, Fridericus de hunesberch, Raffolt de Sconeberch, Otto de Rora, Hetel de wizenbach, Poppo de Pœrericswanch.

Signum domini *Cůnradi* (Monogramma regis) romanorum regis. Secundi.

Ego *arnoldus* cancellarius uice *marcolfi moguntini* archiepiscopi et archicancellarii recognoui. Anno dominicę incarnationis M.C.XLII. indictione IIII. Regnante *Cůnrado* Romanorum rege secundo, Anno uero regni eius IIII°. Data *Ratisbone* in christo feliciter amen.

Original; Pergament mit Siegel im Archive zu Garsten. — Hohenek II. in dem Vorberichte ein Fragment. — Ludwig, Rel. mscp. IV. 203. — Fröhlich, Diplom. Garst. 35. — Kurz, Beiträge II. 495.

CXXXIX.

1142. Salzburg. — *Bischof Altmann von Trient schenkt nebst anderen Gütern zur Seelenruhe seines Vaters dem Erzstifte Salzburg den Ort Suben zur Stiftung eines Klosters regulirter Chorherren.*

IN nomine sanctæ et indiuiduæ trinitatis. *Altmannus* Dei gratia *Tridentinus Episcopus.* Quoniam pontificalis sedis sublimitatem Dominica dispositione conscendimus, ecclesias pro posse nostro exaltare siue amplificare summopere curauimus, notum ergo esse volumus tam instantis quam futuri temporis fidelibus, quod ego ob Dominicæ remunerationis obtentum inter cætera donaria, quæ *ecclesiæ Saltzburgensi* donaui pro remedio animæ meæ et progenitoris mei *Adalscalci Comitis,* cui post mortem hæreditario jure successi, tradidi ad præfatam ecclesiam locum *Subene* dictum super ripam *Eni fluminis* situm jure perpetuo possidendum cum omnibus suis pertinentiis, quæ juste et legaliter habuit et in futuro largitione fidelium habiturus est, ad instituendum ibi apostolicam vitam *secundum regulam beati Augustini,* sicut in eadem principali ecclesia Canonicos in Dei seruitio viuere regulariter vidi tali forma, vt in locum jam dictum Suben nullus Præpositus imponatur, nisi quem Præpositus ecclesiæ Saltzburgensis cum Canonicis illius sedis illuc destinauerint et sua auctoritate ad

conseruandum ibi regularem vitam ordinauerint et præfecerint, Nec habeant eiusdem loci fratres eligendi potestatem sibi magistrum, nisi quem præfati Canonici cum Præposito suo ipsis deputauerint et ad regimen loci miserint. Quo decedente a prænominata ecclesia humiliter magistrum et rectorem vitæ sibi expetant et datum deuote accipiant et in Domino diligant et obediant Et illo mortuo in reliquum sine contradictione, sicut diximus, pro magistro ad prætaxatam sedem veniant, vt in omnibus hæc nostra statuta sequentes in Domino crescant, ut de eis dicatur: Omnes gemellis fetibus et sterilis non est in eis. Vt autem hæc nostræ donationis et institutionis confirmatio in præsenti ac in futuro tempore firma consistat, hoc priuilegium inde conscriptum sigillo nostro insigniri jussimus. Si qui vero temerarij et Deo rebelles viri prætaxata bona inuaserint et ausu nefario nostram institutionem disturbare, immutare pręsumpserint, auctoritate patris et filij et spiritus sancti formiduloso anathematis vinculo vsque ad condignam satisfactionem conscripti permaneant. Hæc autem acta sunt præsente et suscipiente hoc Reuerendo *archiepiscopo Conrudo* et *Gebeone Præposito* astantibus et astipulantibus venerabilibus fratribus *Vdalrico* videlicet *Abbate S. Petri*, *Hugone Pręposito Bertersgadine*, *Gerbao Preposito Reichersperge*, *Gumaro*, *Babone*, *Hainrico*, *Ottone*, *Lamperto*, *Liutoldo*, *Rudberto*, *Leone* et vniuersis eiusdem Saltzburgensis ecclesiæ Canonicis et aliis quam plurimis probis et honestis clericis et laicis subscriptis: *Heinrico de Chatse*, *Meingoto de Sureberg*, *Adalberone de Dyetmaningen*, *Lutoldo de Sirsdorff*, *Wisunt de Wonegoue*, *Ottone cognato eius* et aliis quam pluribus eiusdem ecclesiæ ministerialibus. Acta sunt hæc in *Saltzburg* ecclesia Anno ab Incarnatione Domini M. C. XLII. Indictione quinta feliciter. Amen.

Hund, Metropolis III. 370 (edit. Monac.). — Mon. boic. IV. 573.

CXL.

1142. — *Notiz über die Gründung des Klosters Baumgartenberg.*

Ut de fundatore loci huius et de tempore fundacionis fiat pagine huius inspectoribus certa fides, Sciendum est, quod uir generosus dictus *Otto* de *Machland* de claro liberorum sanguine natus temporali quidem substancia locupes (sic) sed uirtutum meritis magis diues tamquam uitis fructifera vineam domini sabaoth duplici palmite

fecundauit, duo fundando cenobia, hanc videlicet abbaciam Cysterciensis ordinis et claustrum regularium (sc. Canonicorum) in *Walthausen* et utrumque satis habunde de suis dotauit rebus, que sibi iusto patrimonii tytulo conpetebant. Fundata est autem hec abbacia temporibus *Innocencii pape* post sedatum scisma petrileonis. Eo tempore claruit beatissimus pater noster *Bernhardus abbas clareuallensis*, qui idem scisma sedauit, predicacione et miraculis reges et principes seculi ad subieccionem et obedienciam *Innocencii* pape inducendo. Eo tempore rexit imperium *Chunradus* illustris nepos *Hainrici* imperatoris. *Austrie* prefuit *Leupoldus* dux *Bawarie* et marchio austrie, filius *Leupoldi marchionis cognomento pii*, qui fundauit *sanctam crucem* et *Nevnburgam*, Ecclesiam uero *Patauiensem* rexit tunc *Reynpertus* episcopus. Domus itaque ista deriuata est a *domo sancte crucis*.

Anno domini M. C. XXXIII Fundata est *sancta crux* a predicto marchione *Leupoldo* cognomento pio.

Anno domini M.C.XXXVIII. Fundata est domus *zwetelensis* a nobilibus de *chvnring*.

Anno domini M.C.XL.II. Fundata est abbacia in *paumgartenberg* a predicto nobili *Ottone*.

Anno M.CC.V. Fundata est domus in *Campolyliorum* ab ultimo *Leupoldo duce austrie*.

Aufschreibung von einer Hand des 14. Jahrhunderts auf einem Blatte Pergament, abgelöst von dem Deckel eines Buches der Bibliothek des Klosters St. Florian.

CXLI.

1143. 26. October. Matsee. — *Bischof Reginbert von Passau übernimmt die von Pilgrim von Wenge gebaute und dotirte Kirche im Dorfe Vöcklabruck am Tage der Einweihung und erlaubt einen Priester bei derselben zu halten.*

(Chrismon.) In Nomine Sancte et Indiuidue Trinitatis. *Reginbertus* dei Gratia *Pataviensis Ecclesie Episcopus*. Ordo officii nostri nos hortatur et ammonet, ecclesiam, quia domus dei domus orationis uocatur, honorare et sicut sponsam uiro suo omnibus modis ornare. Si quos uero homines in uinea domini Sabaoth cernimus iuxta desiderium bone uoluntatis plantare, nostrum est rigare, quum certum est ab ipso fonte tocius bonitatis incrementum emanare. Huius rei gratia ego Reginbertus sancte Pataviensis ecclesie episcopus notum fieri

uolo omnibus presentibus et futuris, quod quidam *nobilis homo Piligrimus de Wenge* plenus opere bono et apud deum et homines bone uoluntatis ecclesiam in uilla, que dicitur *veclabrucce*, domino edificauit et edificatam per manus nostras interuentu fidelium nostrorum consecrari impetrauit. In eodem vero loco predicto uno manso et alio manso, qui situs est in illo loco, qui dicitur *Ode* et *Rotenbach* uno manso et molendino in monte, qui dicitur *Riute*, duobus prediis *Sibinbach*, tribus uineis cum agricultura *Scalcheim* predio, quod quidam nomine *Lagino* predicto uiro Pilgrimo tradidit, et XXX. mancipiis Luzemanno, frowino cum fratribus suis et sororibus, Hunoldo et aliis, quos longum est dinvmerare, predictam ecclesiam dotauit et eandem ecclesiam pro remissione peccatorum suorum cum omnibus prediis prenominatis et mancipiis in omni genere utilitatis inductus consilio et precibus nostris potenti manu sine aliqua contradictione super altare sancti Stephani protomartyris patavie in die consecracionis eiusdem ecclesie veclabrucce delegauit. Concessimus ergo praefate ecclesie, quum ibi domus pauperum et receptaculum esse debet infirmorum, proprium sacerdotem et propter hoc, quod dicitur: Infirmus fui et uisitastis me, concessimus etiam liberam sepulturam omnibus in eodem loco pauperibus christi administrantibus sic tamen, ut ad Pataviensem ecclesiam sicut ad matrem et dominam respectus habeatur et quicquid ibi per dei misericordiam augeri uel in melius mutari potest, totum salua gratia et permissione Pataviensis episcopi et ipsius ecclesie fiat et ei honor et reuerentia per omnia et in omnibus integraliter exhibeatur. Quod haec uero rata et inconuulsa permaneat, sub uinculo anathematis precipimus et presentis pagine inscriptione roboramus inpressioneque sigilli nostri confirmamus. Hec facta sunt Anno ab incarnatione domini MCXLIII. Indictione IIII. VII. Kal. nouembris. Datum *matse*.

Freiberg, histor. Schriften und Urkunden I. 472 und Mon. boic. XXVIII. II. pag. 95 und 105, ex cod. patav. I° et II°.

CXLII.

1143. Lorch. — ***Markgraf Otakar von Steyr bestätiget dem Abbte Bertholt zu Garsten und seinen Nachfolgern alle Privilegien und Schenkungen, welche von seinen Vorfahren und Anderen dem Kloster ertheilt worden sind.***

In nomine sancte et indiuidue trinitatis *otacher marchio bertholdo abbati in garsten* omnibusque eius successoribus in perpetuum.

Pater meus *Otacher styrensis* pia in deum ductus uoluntate jn fundo suo *Garsten* clericos quosdam religiosos continuit et benigne fouit, predia etiam quedam illis contulit, quibus primus *ebirhardus* prefuit, qui et canonicam (uitam) ibidem instituit. Nos igitur in religione patrjssare cupientes episcopis pathauiensis ecclesie uoto nostro concurrentibus ex clericis canonjcis monachos regulares ibidem conmutaujmus cuncta, que a patre meo illi ecclesie donata fuerant donantes et confirmantes jnsuper et alia quedam superaddendo tradentes. Primo scilicet dominicale illud, quo primum dotata est ipsa ecclesia, ubi modo fundatum constat monasterium. Fecimus etiam concambium cum ecclesia pathauiensi sub *altmanno* eius sedis pontifice, quod item *Garstensi* ecclesie donatum confirmaujmus. Tradidimus enim in manu (sic) prefati episcopi et aduocati eius *ůdalrici* predium unum ad *beheimberc* et aream, ubi constituta est ecclesia, et remjsimus episcopo decimationem contiguarum ujllarum eo tenore, ut ecclesia nostra *Garstina* perpetuo jure obtineret concessu episcopi et successorum eius omnia, que interjacent inter *Rubinicham* inferius urbem manantem et *Rubinicham* superiorem et infra fluuium *anesum* et fluujum *styram* usque *rottinbach* et ultra *styram* dotem illam et molendinum cum iure suo et curtem illam, ubi *Rubinicha* labitur in *anesum* cum omni decimatione et toto jure sacerdotali, sicut et priuilegium Garstensi ecclesie ab episcopo pathauiensi *ůdalrico* contraditum testatur. Confirmamus etiam eidem ecclesie ac in proprietatem contradimus secundam dotem trans *anesum* cum silua contigua, que *danberc* dicitur, jn pascuam animalium et cesionem lignorum ac omnimodam utilitatem sola uenatione ferarum excepta. Sic enim et pie memorie pater meus *Otacher* Marchio, qui *Rome* defunctus dormit, nunciis *Wolfgango* et *Erchingero* mediantibus ipsi ecclesie tradidit et quicquid cultum siue incultum inter fluuiolos *danbach* et *fruznich* situm est. Beneficium *arnhelmi* inter *Rubinich* et *fruznich* pro conmutatione decimarum cum aliis alibi sitis tradidimus. Possessionem etiam sitam, que *jagirnberge* dicitur. Inter flumina uero *anesum* et *styriam* hec sunt, que tradidimus scilicet *cellam*, que terminatur in Rjuulo *Sabiniche*, ubi ille Riuum facit in anesum per *leichperge* usque ad ujam, que a *cella* iter prebet *aschâ*, omnia interjacentia ad officinas fratrum pertinent et beneficium *ljutoldi*, quod *ljutoldus* et eius conuicanei possident. Ad *husmannin* duos mansus et quod *ůthwin* cum sclauonibus possidet. Dotem illam ad *ascha*, qua dotata est

ecclesia sancti *Martini.* Aliam pertinentem ad tytulum sancti viti *Dernberc.* Ad *svammarin* dimidium mansum antiquitus a parentibus nostris traditum. In ualle autem *anesi* ad *Scalchinberge* beneficium *woluoldi.* Item beneficium *Meginhardi* et *Slateheim* et *Strechowe.* Aliud predium ad *steinnarin* juxta *Michilindorf* et unum mansum, beneficia *ŏthfridi.* Ad *husrugkun* loco, qui dicitur *Ritte,* (v. *Rute*) predium pro decimis *cherbach* dandis tradidimus, cujus partem cum ujnea gratia meliorandi atque conmodius ponendi fratres uendiderunt. Ad *hartperge* quinque uineas. Juxta *lauriacum* predium. Ad *cidilheim* predium, Non longe inferius iuxta *trunam* fluujum dominicale unum, Item ad: *ascaha* predium, quod *Rŭdolfus* possidet et ujneas, que in oriente site sunt quinque ad *wachow,* Tres ad *willihalmesburc,* Quatuor ad *Mŭtinsdorf,* ad *willehalmesburch* loco, qui *crebizbac* dicitur, duodecim mansus cum XXX[ta] mancipiis pro decimationibus dedimus, quod erat beneficium cuiusdam *Etjchis,* cuius filium uocabulo piligrimum rogatu propinquorum in ipso monasterio educandum tradidimus. Et quia ipsum locum nostrum augeri et proficere desideramus, tum pro salute nostra tum pro requie parentum nostrorum eterna tum etiam pro uita successorum nostrorum et gloria Omnibus ministerialibus et hominibus nostris licentiam plenariam concedimus predia sua uel beneficia ad ipsum monasterium contradendi seu conuersionis gratiam inibi expetendi. Aduocatiam autem predicte ecclesie et prediorum a nobis et ministerialibus nostris illis collatorum uel conferendorum ministerialibus uoto nostro leto animo concurrentibus principi styrie retinendam decernimus eo modo, ut ipse secundum petitionem abbatis eam conmendet sine iure heredis utrique scilicet principi et abbati omni potestate obligationis qualiscunque ablata, ut ipsi per nos temporali securitate gaudeant et nos et successores nostri sed et ministeriales nostri eternis proficiamus augmentis. Huic iuri in predio, quod dedit gloriosus rex *Cŭnradus* eidem ecclesie in *Riethmarchia* nobis autem aduocatiam eandem conmisit conmunicamus. Et ut hec omnia per manus meas et filii mei *liupoldi* sollempniter celebrata rata permaneant et inconuulsa, tam inpressione sigilli nostri quam et sub introductione testium idoneorum per aurem adtractorum censuimus roboranda. Hii sunt autem testes *Liupoldus junior marchio de austria, Eckibertus comes de bŭten, Ůlricus de pernecke, Albertus de perge, Albero de steine, Walter de trajsime, Dietmar de aist, Friderich de hunisperc, Hartnit de Rŭggerspurc, Colo de*

trůhsen, *Wulvinc de stůbinberc*, *Gerunc de Strechow*, *Otacher de slierbach*, *Marquart beinhengist*, *Arnhalmus filius prunonis*.

Acta sunt hec apud *lauriacum* in cymiterio sancti laurentij, Anno dominice incarnationis M°C°XL°III° Indictione V.

Original auf Pergament im Archive zu Garsten. Das Siegel in bräunlichem Wachse an einer aus ungebleichten Zwirnsfäden geflochtenen Schnur hängend, zeiget den Markgrafen zu Pferde links gewendet, in der Linken den Schild mit dem Panther, in der Rechten die Fahne. Umschrift: OTACHER. MARCHIO. STIRENSIS. — Fröhlich, Diplom. garst. 23, Nro. 3. — Kurz, Beiträge II. 498, Nro. 27. — Caesar. Annal. Stir. I. 740. 748. 883.

CXLIII.

1143. — ***Bischof Reginbert von Passau gibt dem Kloster St. Florian für zwei Drittel Zehent zu Sindelburg die Pfarre Feldkirchen.***

In nomine sancte trinitatis. *Reginbertus* dei gratia patauiensis episcopus. Peticionibus seruorum dei acquiescere, iustas et legitimas ecclesiarum transmutationes concedere, concessas ab omni inpugnatione uigilantie studio premunire, et ecclesiastice consuetudinis est et nostre auctoritatis. Igitur nouerint omnes ecclesie nostrique fideles, quemadmodum nos et dilectus frater noster *Dietmarus prepositus* concambium quoddam fecimus inter nos, quod etiam, ne forte cadat in obliuionem, priuilegio nostro tam futurorum memorie commendauimus quam presentium. Consilio namque clericorum ac fidelium nostrorum habito et equitatis tenore inter dantes et accipientes conseruato idem ipse prepositus et *aduocatus eius Adalramus* duas partes decimarum in ecclesia, que uocatur *Sunnelenburch*, *ad sanctum Florianum* huc usque pertinentes cum una decimaria curte de manu sua in manum nostram resignabant et ipsi econtra ecclesiam *Veltchirchen* cum omni utilitate sua super altare eiusdem martyris christi de manu nostra recipiebant. Hec commutatio inter nos ut rata semper maneat et inconuulsa nec antiquitate aboleri nec alicuius persone uiolentia ualeat immutari, presenti scripto, sigillo et banno nostro confirmauimus et multa multorum testimonia adhibere curauimus.

De quibus quorumdam nomina hec sunt: *Porno et Rovdiger filius eius*, *Gerhoch*, *Sigiboto*, *Friderich*, *Aribo*, *Walchun de Marcenriute*, *Walchun*, *Lovitolt et frater eius Adalramus*, *Richer*, *Perinhart*, *Meginhart*.

Data est anno dominice incarnationis MCXLIII. Indict. III. Regnante *Chunrado* anno ordinationis nostre IIII.

Original mit Siegel im Archive des Kl. St. Florian. — Stülz, Gesch. von St. Florian, pag. 246. — Auch abgedruckt aus einem passauischen Codex in den Monum. boic. XXIX. Cod. patav. IV. 22. Auch in Mon. boic. XXIX. II. 22.

CXLIV.

1144. 15. April. Lateran. — *Papst Lucius II. beauftragt den Bischof von Passau, den Propst Gerhoch von Reichersberg vor allen Anfechtungen seiner Feinde zu schützen.*

Lucius episcopus seruus seruorum dei Venerabili fratri *R. pataulensis ecclesie episcopo* Salutem et apostolicam benedictionem. Ueniens ad apostolicam sedem dilectus filius noster *Gerhohus Richerispergensis prepositus* grauem in presentia nostra querelam deposuit, quod parrochiani et consanguinei tui ei necem molientes in ecclesia sua ipsum deo seruire et fratribus sibi conmissis pro debito officii sui prouidere nullatenus permittant. Quia igitur ad episcopale officium nichil magis pertinere dinoscitur, quam religiosas personas diligere et manu tenere et a prauorum incursibus defensare, per apostolica scripta tibi mandamus, quatenus infra XL dies, postquam presentia scripta susceperis, habito consilio dilectorum filiorum nostrorum B. abbatis et g. prepositi *salzburgensium* eosdem christi persecutores districte conmoneas, ut predicto preposito plenam pacem reddant et de cetero absque malicia conseruent. Quod si facere contempserint, ex tunc excommunicationi subiaceant. Si autem ausu temerario eum in hominibus uel in rebus suis postea leserint, emendari cum integritate facias. Si autem in persona sua, quod absit, eum ledere presumserint, a persona tua in nostra presentia noveris exigendum. Sacerdotes quoque tuos, qui excommunicare audent mercennarios eius et colonos propter decimas, quas felicis memorie predecessor noster *papa Innocentius* suo ei scripto firmauit, ab ipsa temeritate conpescere studeas et eiusdem predecessoris nostri de decimis constitutionem in tuo episcopatu conseruari facias. *Eginonem*, qui ecclesie sue predium uiolenter auferre et iniuste detinere presumsit, infra XL. dies, postquam presentia scripta susceperis, ablata reddere et ab eius infestacione cessare districte conmoneas. Quod si facere contempserit, ex tunc excommunicatum habeas et haberi facias. Si vero de iusticia aduersus eum confidit, postquam ablata restituerit, in presentia uenerabilis fratris nostri *C. salzburgensis archiepiscopi*, ad

cuius patrocinium ecclesia Richerspergensis pertinere probatur, obtinere poterit. Data *Laterani* XVII. Kalendas Maji.

Aus einem Copialbuche sec. XII. im Kloster Reichersberg.

CXLV.

1144. 6. Mai. Passau. — *Bischof Reginbert von Passau bestätigt drei mit dem Kloster St. Nikola bei Passau geschlossene Tauschverträge und erneuert die Privilegien und Rechte desselben.*

In nomine domini *Reginbertus* dei gratia *pataniensis episcopus* salutem in christo christi fidelibus. Pastoralis curę sollicitudo exigit dominicas oues petro primum et in petro pastoribus conmissas cum omni diligentia pascere, regere, conseruare et sicut lupos a stabulis ita raptores ęcclesiarum arcere a rebus ęcclesiasticis. Huius rei gratia frater *Adelbertus S. Nycolai* uenerabilis prepositus ęcclesię suę priuilegia ab *Altmanno* et *Ŏdalrico* patauiensis ęcclesię uenerabilibus episcopis instituta legenda nobis obtulit eaque nostra auctoritate contra nouas ęcclesiarum calumnias renouari conmuni fratrum peticione postulauit. Nos illius et fratrum nostrorum iustis peticionibus consensum adhibentes, quęcunque nostri antecessores et piissima imperatrix *Agnes* cęterique fideles predicto cęnobio pia deuotione contulerunt uel adhuc conferenda sunt, nos quoque collata et nunquam auferenda esse censemus, quicquid antecessores nostri apostolico et sue auctoritatis banno confirmauerunt, nos idipsum apostolicò nostroque banno confirmantes ab illorum sententia non dissentimus. Notandum vero et memorię conmendandum est, inter nos et predictos fratres facta esse tria concambia, primum ad *Allinchouen* ab antecessore nostro *Reginmaro* episcopo inceptum sed per nos confirmatum, ubi pro tercia parte decimarum, quę sacerdotis erat, eis concessa nos ab eis duas decimarum partes recepimus in ęcclesia uidelicet, quę diuersis appellatur nominibus: *Rŏtprehteshouen*, *Chameripha*, *Niuwenchirchen*. Secundum concambium est iuxta *S. Seuerinum* in riuulo, qui uocatur *Poutera*, ubi pro molendino et ad molendinum pertinente loco dimidiam hŏbam ad *Ŏtenchinden*, sicut *Heimo* possederat, recepimus. Tercium concambium in Orientali plaga factum est ad *Swarzaha*, cuius loci ęcclesiam a nobis consecratam cum dote, decimis, terminis, cum omni utilitate sua S. Nycolao in usus canonicorum contulimus recipientes in conmutatione theloneum patauię, quod eis persolui debuerat de nauibus, cum quibusdam areis ad *Euerdingen* collocatis.

Hę transmutationes, ut legaliter fierent, factę sunt presente *comite Dietrico* fratrum aduocato et easdem traditiones nobis inuicem stabili tenore dantibus et accipientibus, presentibus etiam in testimonio nostris fidelibus, nomina quorum inferius subscripta sunt. Quisquis ergo contra decreta paparum, patrum nostrorum et nostra uenire temptauerit, quisquis predictos fratres per uiolentiam inquietare, bona eorum auferre, deuastare uel minuere ausus fuerit, nouerit se uinculo anathematis alligatum et nisi per pęnitentiam resipiscat, cum tenebrarum principe ęternis tenebris esse deputandum. Et ut nostrę tuitionis auctoritas nota omnibus rata et futuris temporibus inconuulsa permaneat, et hanc presentem paginam in testimonium conscribi et sigillo nostro fecimus eam assignari. Data est *patauie* anno incarnationis dominicę MCXLIV. indictione VI. II. Nonas Maii Apostolicę sedis *Innocencio* Papa, Regnante Rege *Chŏnrado*. Testes, qui interfuerunt concambiis, isti sunt: *Chŏnrat de Sunnelburch, Reginbreht de Celkingen, Hademar de Chŏffaren, Manegolt de Wesene et filius eius Marchwart, Siboto de Borrinheim, Ŏdalrich de Holzhusen, Otto prepositus, Ŏdelscalch, Siboto de mathse, Rŏdiger, Eberhart, Friderich, Ŏdalricus.* Hęc est terminatio, quę facta est ad *Swarzaha:* Per ascensum *Steinbach* usque ad fontem *Gŏtenbrunnen* et inde per directum usque ad riuum *Ispira* et per meatum eiusdem riui usque ad *Tessen.* Hinc inde usque ad *laembach* superiorem et inde inferiorem *laembach* et per descensum huius aquę usque *Griezstich.* Inde per directum usque ad uillam, quę dicitur *Enzimanneswaithouen* et inde per directum usque ad uillam, que dicitur *prukke*, et a *prukke* usque ad *Marbach* inferius *Rapotenrŏte* et per descensum huius aquę usque ad uillam *erlaha* inferiorem et inde iterum ad *Steinbach* primitus nominatum. Hęc terminatio facta est consultu clericorum et laicorum, qui aderant, scilicet *Chadelhohus prepositus S. Stephani patauie, Adalbertus prepositus S. Nycolai, Lŏdigerus prepositus S. Georgii, Hoholdus prepositus maioris ęcclesie frisingen, Altmannus archipresbiter Ratisponensis, Helmbertus et Otto et Almarus Capellani. Dietricus comes, Erchenbreht de Mosebach, Otto de Machlant, Rapoto de Sliphingen, Manegolt de Wesene, Hartmŏt, Walchŏn de Marcinrŏte et filius eius Walchŏn, Siboto et Wecil ministeriales S. Stephani, Ozo de Stritwisen, Sigelohus et filii eius de Pirboumen, Sizineus.*

Original auf Pergament mit Siegel im k. bair. Reichsarchive zu München. — Monum. boic. Tom IV. p. 311.

CXLVI.

1144. 23. October. Salzburg. — *Erzbischof Chunrat I. von Salzburg gibt dem Kloster Reichersberg den Zehent in den Pfarren Püten und Bramberg mit Ausnahme des den dortigen Pfarrern zukommenden Theiles.*

✝ In nomine sancte et indiuidue trinitatis *chvnradus* dei gratia *Salzburgensis Archiepiscopvs.* Beatus, qui intelligit super egenum et pauperem, in die mala liberabit eum dominus. Huius beatitudinis et liberationis nos cupientes domino prestante optinere consortium, statuimus pium intellectum habere super egenam et pauperem *Richerispergensis ecclesie* congregationem sub Regula beati Augustini uiuentem in Richerispergensi cenobio sito in ripa *Ini* fluminis in fundo proprio *Salzburgensis ecclesie* in episcopatu *Patauiensi.* Vnde ad subsidium christi pauperum ad idem cenobium firma et legitima delegatione tradidimus omnes decimas in parrochia, que dicitur *Putina,* excepta sane canonica portione sacerdotis plebani, quas eidem plebano indiminutas uolumus permanere in perpetuum, et exceptis decimis uinearum in eadem parrochia sitarum. Dedimus etiam ad idem cenobium alterius parrochie, que dicitur *Bramberch*, totam decimationem tam de uineis quam de agris uel de aliis rebus nobis iure persoluendam excepta canonica portione sacerdotum plebanorum illic perpetuo constituendorum. Et quia eadem parrochia de adiacenti silua *Putinensi* prestante domino potest ampliari a loco, qui dicitur *Putinowe,* usque ad terminos *ungarorum* et usque ad montem *Hartperch* in predio comitis *Eckeberti* crescentibus ibidem noualibus hoc statuimus et stabiliter in posterum conseruari uolumus, ut omnia noualia, que in silua putinensi intra terminos designatos exquisita uel exquirenda parrochie, que dicitur *Bramberch*, continuabuntur uel in parochias nouas formabuntur, in eadem constitucione permaneant ita uidelicet, ut exceptis debitis portionibus sacerdotis plebani decime omnes uinearum, frugum et animalium persoluantur ad predictum cenobium cum integra iusticia nostro iuri debita et ad nostram dispensationem pertinente secundum precepta canonum, quibus monemur habere curam pauperum. Vt autem hęc nostre dispensationis pia constitutio nulla impietatis machinatione uioletur, sed in perpetuum firmissime conseruetur, sigillo nostro hanc paginam communitam tali sententia concludimus, ut, si quis contra eam agens temere tercio conmonitus non resipuerit, ira dei maneat super ipsum in interitum carnis, ut spiritus

saluus fiat per penitentiam, sine qua, si defunctus fuerit, de perpetrata iniquitate se revm cognoscat in tremendo examine iudicis cuncta cernentis.

† Ego *Romanvs Gurcensis episcopus* subscripsi.
† Ego *Baldericus salzburgensis abbas* subscripsi.
† Ego *frater Gotefridus abbas Admuntensis* subscripsi.
† Ego *Gebeno Salzburgensis Prepositus* subscripsi.
† Ego *Chůno chimensis prepositus* subscripsi.
† Ego *Hugo perthersgademensis prepositus* subscripsi.
† Ego *Goteschalchus Bŏmburgensis prepositus* subscripsi.
† Ego *Heribordus owensis prepositus* subscripsi.
† Ego *Lanzo Hallensis prepositus* subscripsi.
† Ego *Hůgo prepositus Garcensis* subscripsi.
† Ego *Růdbertus* presbyter et canonicus subscripsi.

Actum in castro *Salzburgensi* Anno dominice incarnationis MCXLIIII. Indictione VIII. X. Kalendas Nouembris.

Huius rei testes per aurem attracti sunt isti: *Heinricus dux Karinthie et frater eius Ődalricus, Hugo de Tuuers, Heinricus de wenge, Fridericus de lingnowe, Hartnith et frater eius Marcwarth* de *Uzilingin, Ysinrich et frater eius Dietmarus de Chutbach, Gundacher de waltprehtingin, Liutwinus castellanus, Chůno de Engilhalmingen, Megingoz filius Megingoti pincerne, Dietmar De Eicheim, Volcholt de Aschowe, Werenharth de Otenanch, Otto de Wilern, Adilpreth de Witenstein, Otto nesel.*

Aus einem Copialbuche sec. XII. im Kloster Reichersberg. — Chron. Reichersb. (ed. Gewold). — Hund — Gewold Metropol. III. 159 und Mon. boic. IV. 410, mit der falschen Jahreszahl 1142. — Histor. statist. Archiv für Süd-Deutschland, II. 252.

CXLVII.

1145. 13. Mai. — *Bischof Reginbert von Passau bezeugt, dass Adilram von Berg, Vogt des Klosters St. Florian, auf seine Vogteirechte über die Besitzungen desselben zwischen der Enns und Traun zu Gunsten des Klosters Verzicht geleistet habe.*

In nomine sanctę et indiuiduę trinitatis ego *Reginbertus* dei gratia *pataniensis* ęcclesię humilis servus et minister notum esse cupio, quod nobilis homo quidam *Adilrammus de Berge* aduocatus ęcclesię *sancti floriani* diuina instructus misericordia ius quoddam aduocatię suę, uidelicet oblationes rusticorum inter duos fluuios *Trunam*

et *Anasum*, quod *Meginhardus de Ippha* beneficiario iure ab eodem Adilrammo susceperat, in manus meas resignauit ea scilicet ratione, ut ego super altare sancti floriani prefatum ius aduocatię delegarem, ut, si ipsa ęcclesia sancti floriani aut per uiolentiam aut per negligentiam ipsius aduocati detrimentum aliquod passa fuit, hac reconpensatione condonatum a domino et a sancto floriano indulgeretur. Tali igitur ratione predictum ius aduocatię, sicut ab Adilrammo in manus meas traditum fuerat, super altare s. floriani delegaui. Cuius delegationis testes sunt *Adelram de Chamba*, *Warmunt de Wizzinbach*, *Meginhart de Ippha*, *Ŏgo de Pazricheswanc*, *Borno et filii eius Rŏdiger et Borno*, *Chŏnrat*, *Rŏdolf*, *Willehalm de Mulcheimen*, *Lŏtwin*. Hanc igitur traditionem firmissima banni tuicione et sigilli nostri inpressione firmauimus, ut nullus succedentium aduocatorum aut aliqua persona hoc audeat infringere. Si vero aliquis huius tradicionis decretum uiolare presumpserit, sciat se auctoritate beati Petri et domni apostolici et nostra pro tam nefario ausu exconmunicatum et nisi resipiscat, usque ad finem uitę suę a conmunione ęcclesię segregatum. Datę Anno ab incarnatione domini Millesimo C. XL. V. III. Idus Martii, *Papa Lucio, Rege Chŏnrado*, Prefati cęnobii s. *floriani Preposito Dietmaro.*

Original auf Pergament, dessen Siegel verloren ist, im Archive des Klosters St. Florian. Abgedruckt bei Kurz, Albrecht IV. II. 456.

CXLVIII.

1145. 24. November. Passau. — *Bischof Reginbert von Passau schenkt dem Kloster St. Florian die Pfarre Hargelsberg.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis *Regimbertus* dei gratia *patauiensis episcopus*. Si erga monasteria seruicio dei fideliter mancipata more paterno munifici ac studiosi fuerimus, deum ob hoc nos propicium habere credimus et indubitanter speramus. Nouerit igitur omnium fidelium tam futurorum quam presentium industria, qualiter nos ob perennis uite premium feliciter capessendum consilio clericorum et fidelium nostrorum habito, rogatu dilecti fratris nostri *Dietmari prepositi* ceterorumque fratrum eius in *cenobio Sancti Floriani* delegauimus ad altare ipsius iam dicti martyris *ecclesiam Haedigerisperge* cum dote et dotalibus mancipiis ceterisque fidelium oblationibus collatis et adhuc conferendis ad subsidium diuini obsequii deo et beato Floriano ibidem exhibendi. Sed quum etas aufert totum et

omnia temporalia mutat et quia more torrentis transeunt tempora et cum temporibus memoria, scripto mandamus et ut inconuulsum ratumque perenniter maneat et nullius uiolentia deinceps immutare ualeat, sigillo et banno nostro confirmamus quorundam fidelium nostrorum testimonia adhibentes, quorum sunt hec nomina: *Chounrat de sunnelburc*, *Gotescalch de Hunisperge*, *Egino de urla*, *Ovdalrich de ippha*, *Porn de Holzhusen*, *Gerhoch de rorbach*, *Arnolt et frater eius Meginhart de linze*, *Wernhart Hetilonis filius*, *Purchart*, *Sifrit et Wiko de taenin*, *Nizo et Sigemar de uilla*.

Data *pataue* anno ab incarnatione domini MCXLV. Indictione VIII. Octaua kalendas decembris.

Originale mit Siegel, im Archive des Klosters St. Florian. — Stülz, Gesch. v. St. Florian. 248. — Mon. boic. XXVIII. II. 107.

CXLIX.

1146. 4. Jänner. Lateran. — *Papst Eugen III. nimmt das Kloster Stuben in den besonderen Schutz des apostolischen Stuhles.*

Evgenius Episcopus Seruus Seruorum Dei dilectis filiis *Johanni Præposito beati Lamperti Subenen Ecclesiæ* eiusque fratribus tam præsentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. Quotiens illud a nobis petitur, quod religioni et honestati conuenire cognoscitur, animo nos decet libenti concedere et petentium desideriis congruum impertiri suffragium. Huius rei gratia, dilecti in Domino filij, vestris justis postulationibus clementer annuimus et præfatam Ecclesiam, in qua diuino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti patrocinio conmunimus Statuentes, vt quascunque possessiones, quæcunque bona inpræsentiarum juste et canonice possidetis aut in futurum concessione pontificum, liberalitate Regum, largitione principum, oblatione fidelium seu aliis justis modis præstante Domino poteritis adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant, in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: *Ecclesiam sanctæ Margarethæ virginis ad Henngst* cum curte stabularia et omnibus pertinentiis suis, *Ecclesiam Mallentin* cum omnibus pertinentiis suis, quem admodum a venerabili fratre nostro *Conrado Saltzburgensi Archiepiscopo* vobis rationabiliter sunt et scripto firmatæ. Datum istius Bullæ sub verborum tenore est tale: Datum *Laterani* per manum *Roberti sanctæ Romanæ Ecclesiae presbyteri Cardinalis et Cancellarij* pridie Non. Januarij

Indictione nona, Incarnationis Dominicæ Anno Millesimo (centesimo) quadragesimo sexto, pontificatus vero domini Eugenij tertij Papæ anno primo.

Hund, Metrop. III. 372 (editio Monac.) — Mon. boic. IV. 524.

CL.

1146. 4. Mai. Sutri. — *Papst Eugen III. nimmt das Kloster Reichersberg in den Schutz des apostolischen Stuhles, führt die Besitzungen und Rechte desselben auf und bestätigt selbe.*

Eugenius episcopus seruus seruorum dei dilectis filiis *Gerhoho Richerispergensis ecclesie preposito* eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regulariter substituendis in perpetuum. Desiderium, quod ad religionis propositum et animarum salutem pertinere monstratur, animo nos decet libenti concedere et petentium desideriis congruum impertiri suffragium, quia, sicut iniusta petentibus nullus est tribuendus effectus, ita legitima et iusta desiderantium nulla est differenda peticio. Huius rei gracia dilecti in domino filii, predecessoris nostri felicis memorie *pape Innocentii* uestigiis inherentes nec non venerabilis fratris nostri *Cunradi Salzburgensis archiepiscopi* precibus inclinati, uestris iustis postulationibus clementer annuimus et monasterium uestrum, quod est in episcopatu Patauiensi et fundo Salzburgensis ecclesie situm, in quo diuino mancipati estis obsequio, sub Beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti priuilegio communimus Inprimis siquidem statuentes, ut tam in uestro quam in monasterio sanctimonialium uobis subdito ordo canonicus iuxta Beati Augustini regulam perpetuis temporibus inuiolabiliter conseruetur. Preterea quascumque possessiones, quecumque bona eadem ecclesia in presentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione Pontificum, liberalitate Regum, largitione Principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis prestante domino poterit adipisci, firma uobis uestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda uocabulis, fvndum videlicet et plebem Richerispergensem cum decima et iure parrochiali, *Capellam sancti Martini* cum pertinentiis suis, Vineas in *Ascah*, Villam *Chrowat* et Reliqua predia a *Werinerio* loci ipsius fundatore uobis oblata, Decimas *Brambergensis* ecclesie et *Putinensis* ecclesie ac noualium *Putinensis* silue a predictis parrochiis usque ad terminos *vngaricos* pertingentis, Venerabilis fratris nostri *Cvnradi Salzburgensis* archiepiscopi priuilegio uobis firmatas, Patellam salis et alia

predia ab eodem data, *Hofstat* et alia predia, que *Rvodbertus* iuste obtulit, Predia, que *Fridericus* donauit, Predia, que fuerunt *Egelolfi* et *Eberhardi* cum eorum decimis ab episcopo *frisingensi* rationabiliter uobis concessis et uineas emtas in *Chremesa* et ea, que dux *Livpaldus* iure suo contulit. Sane laborum uestrorum, quos propriis manibus aut sumptibus colitis, siue de nutrimentis uestrorum animalium nullus omnino a uobis decimas exigere presumat. Ecclesiastica nimirum sacramenta a diocesano suscipietis episcopo uel a salzburgensi archiepiscopo, si quidem graciam et communionem apostolice sedis habuerint et si ea gratis et sine prauitate uobis uoluerint exhibere. Alioquin liceat uobis pro eorundem sacramentorum susceptione catholicum, quem malueritis, adire antistitem, qui nostra fultus auctoritate, quod postulatur, indulgeat. Et quia sic locus uester est institutus, ut Salzburgensis ecclesie principalis aduocatus ipsius quoque loci sit aduocatus, neque ipsi neque alicui subaduocato eius eundem locum liceat iniustis grauaminibus infestare. Quod si fecerit et uobis conquerentibus non emendauerit, consilio et auxilio prefati Archiepiscopi ipsa aduocatia ab inutili auferatur et alius loco eius substituatur. Obeunte uero te nunc eiusdem loci Preposito uel ad alterius ecclesie regimen transeunte siue tuorum quolibet successorum nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu uiolentia preponatur uel substituatur, nisi quem fratres communi consensu aut pars consilii sanioris secundum dei timorem et beati Augustini regulam canonice prouiderint eligendum. Addentes etiam interdicimus, ut nemini professionis uestre facultas sit alicuius leuitatis instinctu aut artioris religionis obtentu sine Prepositi uel congregationis licentia discedere. Quod si fecerit, nullus episcoporum, nullus Abbatum, nullus monachorum sine communium litterarum cautione suscipiat, quamdiu uidelicet in ecclesia uestra canonici ordinis tenor domino prestante uiguerit. Si uero secundo uel tercio uocatus redire contempserit, liceat eiusdem loci preposito canonicam in eum proferre sententiam. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedimus, ut eorum, qui se illic sepeliri deliberauerint, deuotioni et extreme uoluntati, nisi forte excommunicati uel interdicti sint, nullus obsistat salua iusticia matricis ecclesie. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatam ecclesiam temere perturbare aut eius possessiones auferre uel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet uexationibus fatigare, Sed omnia integra conseruentur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa

sunt vsibus omnimodis profutura, Salua sedis Apostolice auctoritate et Salzburgensis Archiepiscopi et Patauiensis episcopi canonica iusticia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisue persona huius nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere uenire temptauerit, secundo tercioue commonitus, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini redemptoris nostri iesu christi aliena fiat atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta seruantibus sit pax domini nostri iesu christi, quatinvs et hic fructum bone actionis percipiant et aput districtum iudicem premia eterne pacis inveniant.

Aus einem Copialbuche sec. XII. im Kl. Reichersberg. — Hund, Metropol. III. 160. — Chron. Reichersb. ad 1146. — Monum. boic. IV. 412.

CLI.

1146. 11. November. Passau, und 20. December. Friesach. — *Erzbischof Chunrat V. von Salzburg überlässt dem Kloster Formbach den streitigen Zehent zu Neukirchen und Gloknitz gegen anderweitige Entschädigung.*

C. ✝ In nomine sancte et jndjuidue trinitatjs. ego *Cunradus* sanctę *salzburgensis* ecclesię dej gratia archiepiscopus. Quoniam cum pacificis filii dei uocari cupimus et ad participationem beatitudinis pauperum spiritu anhelamus, uniuersitati fidelium tam presentium quam futurorum notificamus, qualiter controuersiam inter nos et *Formbacense* Cenobium decidimus. Hoc quippe Cenobium fundatum a Comite *Ekkeberto de Putene* donatione eius decimas ad dispensationem nostram pertinentes diu detinuit. Nos autem iusticię inniti cupientes et ecclesię nostrę ius suum requirentes frequenter inde cum uenerabili abbate *Werentone* priuatim et publice egimus tandemque accepta oportunitate ad hoc negocium nostrum processit, quod nobis congregatio illa cum abbate suo totam decimationem resignauit. Hoc facto consilio fratrum nostrorum instantiaque abbatis et pia consideratione religiosorum fratrum inibi deo seruientium inducti portionem decimę nostrę illorum scilicet antiquorum allodiorum Comitis *Ekkeberti* in parrochia *Niwenkirchen* in usvs fratrum illorum monachorum contulimus, et ne ecclesia nostra in hac dispensatione nimium pateretur dispendium, ab eis per manum cuiusdam nobilis uiri *Hugonis de pholsou* VI. mansus in concambium recepimus, e quibus IIII sunt in

loco, qui dicitur *Vihvs*, et dimidius apud *Grandenberge* cum cvrte ad *anthesinhouen* et tribus mancipiis et molendino. Quia vero predictum monasterium extra parrochiam nostram situm iuris erat alieni neque nos decimas ęcclesię nostrę potuimus aut debuimus alienare alienatione perpetua sacris Canonibus interdicta, ipse nostri iuris decimę pertineant ad monachorum *Formbacensium* antiquam Cellam in parrochia nostra sitam in loco *Clocniz* dicto, qui regitur a formbacense abbate fratrum curam de nostra concessione habente et in posterum a nostris successoribus canonice suscepturo. Defuncto autem abbate prefato successit ei abbas *Dietricus*, qui non minori sollicitudine cupiens locum suum augmentare studuit factam traditionem renouare. Itaque priora confirmans VI uineas per manum *Wernhardi de Julbach* apud *Wervelach* sitas ibidemque mansum unum ęcclesię nostrę perpetuo delegauit, Cui etiam sicut antecessori eius affectum karitatis inpendendo ea, quę contulimus, confirmauimus et in conuentu episcoporum apud *Patauiam* in festo sancti Martini in quibusdam adauximus. Siquidem assignauimus ei decimationem duarum ęcclesiarum *Niwenkirchen* et *Clocniz* scilicet antiquorum prediorum pretaxati Comitis *Ekkeberti* usque *Clamme* excepta uini decimatione et canonica plebani portione addidimusque ei decimationem siluę quesitę et inquirende inter duo flumina *Lauenze* et minorem *Loncwiz* excepta rursum tercia parte ad ius parrochiani pertinente. Et ne ista traditio antiquitate uel negligentia obliuionis dispereat, presentem inde paginam conscribi fecimus et inpressione sigilli nostri sub inuocatione patris et filii et spiritus sancti in perpetuum corroboramus et indiuulsam esse uolumus testesque subscribimus: *Engilbertus Comes Hallensis, Wernhardus de Julbach et filius eius Heinricus, Gerlous de Erbingen, Fridericus de Mosbach, Wigant de Hohen Chuchin, Amelbertus de Eigelingen, Liutoldus de Siestorf, Ekkehardus de Montigil, Hertnit de Vzelingen, Wisento de Boengowe, Liutwinus Castellanus de salzburc, Ekkolfus de Wartte, Rudgerus de Patauia, Eberan de sauerstetin, Dietmarus de Eistersheim, Sigboto, Eberhart, Hartmoth, Megingoz et frater eius Eberwin de Patauia. (Bene valete.)*

Actum *Patauie* Anno ab incarnatione domini M. C. XL. VI. Indictione VIIII. III Idus Nouembris, Anno II domni *Eugenii* pape secundi et Regis Romanorum *Conradi* III domni *Conradi salzburgensis Archiepiscopi* XLI.

Data *Friesaci* XIII. Kal. Januarii per manum *Rodberti* notarii

† Ego *Otto Frisingensis* episcopus Subscripsi.

† Ego *romanus gurcensis* episcopus subscripsi.

Ego *Gotefridus abbas admuntensis* SS.

† Ego *heberhardus abbas de uictoria* SS.

† Ego *Wernhervs Seccōensis prepositus* SS.

† Ego *Hadamarus archipresbyter* subscribo.

† Ego *Engilramus archidiaconus* SS.

Aus dem Original, dessen Siegel verloren ist, im k. bair. Reichsarchive zu München. — Mon. boic. IV. 133.

CLII.

1146. — *Gerlacus, Abbt von Rain, übergibt das von den Brüdern Ulrich und Kolo von Wilhering daselbst gestiftete Kloster dem Bischofe Eberhart von Bamberg.*

Geraldus Dei gratia *Abbas in Runa* vocatus omnibus cujuscunque dignitatis, conditionis, professionis fidelibus. Illuminatos fidei oculos more publico utentes rem memoria dignam in praesentiarum scripto mandamus, ut ex hoc fidei ac devotionis incitamentum generationi omni, quae ventura est, transmittamus. Duo siquidem nobiles viri, fratres *Vdalricus* videlicet et *Cholo de Wilheringen*, etsi saeculi actibus impliciti, saeculo tamen renuntiantium meritis aliquatenus participare exoptantes annuente matre sua nobili matrona nomine *Ottilia* itemque sorore sua *Elyzabeth* nomine pro peccatorum suorum remissione et aeterna animarum absolutione aliquam patrimonii sui partem, id est Castrum ipsum jam ante memoratum *Wilheringen* cum adjacentibus circumquaque terminis cultis et incultis, quaesitis et inquirendis, cum agris, vineis, pascuis, siluis, pratis, piscateriis, aquis aquarumque decursibus, cum omni denique utilitate, quae in praedio illo vel ad praesens inerat vel in posterum industria quavis elici poterit, Deo et Beatae semper Virgini Mariae offerendo delegantes nostrae manui vice et tali pacto extradiderunt eundem locum in Abbatiam Cisterciensis disciplinae regulariter ordinantes, (ut) abbatem ibi monachorumque conventum ex nostro, id est Runensi Cenobio statueremus et eandem deinceps ecclesiam velut ex corpore Runensis ecclesiae propagatam loco filiae a nobis ac successoribus nostris paterna pietate fovendam atque ad regularis tramitem conversationis nostra providentia dirigendam contineremus. Cum igitur consilio et

hortatu simulque auxilio Reverendi patris nostri D. *Adae Ebracensis abbatis* nobilium personarum votivae petitioni annuissemus ac juxta Cisterciensis Ordinis tenorem circa locum omnia rite disposuissemus, unus Fundatorum, Dominus scilicet Udalricus vita decessit fratre suo Cholone superstite, qui et ipse cum postmodum aegrotans decumberet, tam suae quam fraternae salutis nec non et uxoris defunctae memor loci possessionem applicare curavit. Nos igitur dubios eventus formidantes et pro filiorum quiete curam gerentes una cum saepe dicto Cholone fundatore consilium habuimus locum ipsum alicui ecclesiasticae dignitatis personae comittere, cui videlicet et auctoritas adesset ad protegendum in adversitate et larga benignitas inesset ad supplendam temporalium subsidiorum defectionem. In utramque ergo hanc rem ex omnibus, qui animo occurrebant, pari voto eademque sententia nobis complacuit Babenbergensis Cathedrae sessorem eligere, ipsius advocatiae ac tuitioni monasterium illud cum omnibus possessionibus vel tunc temporis illuc pertinentibus vel in posterum justo quolibet modo eidem accedentibus, quas vel liberi Fundatores libere omnimodaque libertate possidendas tradiderunt seu fideles quaque ex donatione contulerant, commendare. Hujus sane traditionis nostrae susceptor ac spei fautor benignusque promissor Venerandus *Babenbergensis* ecclesiae *Praesul* Dominus *Eberhardus* exstitit, quo die et filiam ejusdem Cholonis infantulam patre commendante suscepit. Ut ergo facti hujus veritas cunctis in futurum temporibus illibata permaneat, paginam hanc de hoc conscribi ac sigilli nostri fecimus impressione muniri testesque ascitos in utriusque dati confirmationem propriis nominibus annotari: *Friderich de Hunesberg* et alii quam plures. Acta sunt haec anno incarnationis dominicae M. C. XLVI. Indict. VIII. Apostolicae sedis Pontificante Eugenio Papa, regnante domino *Chunrado* III. *Romanorum Rege.*

Kurz, Beiträge IV. 524, aus einem Copialbuche im Kl. Wilhering.

CLIII.

Circa 1146. — ***Bischof Eberhart von Bamberg übernimmt die Schenkung des Ortes Wilhering sammt dem daselbst durch den Edlen Colo gegründeten Kloster.***

C. In nomine sancte et individue trinitatis eiusdemque inseparabilis unitatis Ego *Eberhardus babenbergensis episcopus.* Ad hoc diuina gratia uocante positi sumus, ut ecclesie nostre dignitatem,

honorem et gloriam non solum in suo statu et integritate conseruemus et custodiamus, uerum etiam dilatare terminos honoris et glorie eius modis omnibus satagamus. Ex hoc enim in oculis superne clementie erimus acceptabiles et hominum iudicio magis placentes. Ea propter notum esse cupimus omnibus tam presentibus quam futuris christi fidelibus, quod locum, qui uocatur *Wilheringen* tradente uiro nobili *colone* cum omnibus appendiciis suis in ius nostre ecclesie recepimus ea condicione, ut monachi cisterciensis ordinis, qui in eo abbaciam fundauerunt, et nostro semper patrocinio tueantur et foueantur auxilio. In his exequendis tanto deuotiores erimus, quanto retributionem eternam plus amamus. Decernimus ergo, quatenus hec traditio legitimis personis celebrata et approbata testibus idoneis inuiolata permaneat et nullius presumptione detrimentum integritatis sue sentiat. Si qua uero ecclesiastica secularisue persona huius traditionis nostreque confirmationis decretum et paginam, quam conscribi fecimus, sciens temere uenire contra eam temptauerit exconmunicationi subiaceat et et (sic) ultionis eterne censuram experiatur, si non resipiscat. Cunctis autem his iusta seruantibus sit pax a domino, quatenus bone actionis premium percipiant et sempiterne glorie participes fiant. Vt autem hec omnia rata permaneant, cartam hanc conscribi fecimus, quam sigilli nostri impressione munimus — Huius rei testes sunt Canonici . . . . *Friderich de huneberg*, *Engelbreht de blanche* . . . . *Bernhardus de Stouphe*, Hii liberi; Ministeriales *Diterich de trune*, *Gotebolt et Gozwinus de Osterhoven*, *Cunrat de Wessenberg*, *Otto de Linthheim*. Acta sunt hec anno domini M . . . . Indictione . . . Regnante . . domino glorioso romanorum rege.

Original; Pergament im Archive des Kl. Wilhering. — Es ist nur Entwurf eines auszufertigenden Diploms, mit leerem Raume für Tag, Jahr und Namen des römischen Königs, ohne Spur eines Siegels. Die Schrift ist unverkennbar aus dem zwölften Jahrhundert. Abgedruckt bei Stülz, Gesch. v. Wilhering. 470.

CLIV.

1147. 10. April. Trecis. — *Papst Eugen III. nimmt das Kloster Ranshofen in den besonderen Schutz des apostolischen Stuhles.*

Eugenius Episcopus servus servorum Dei dilectis filiis *Manegoldo preposito Ranshovensis Ecclesie* beati Pancracii Martiris eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis

in perpetuum. Ad hoc universalis Ecclesie cura nobis a provisore omnium bonorum Deo commissa est, ut religiosas diligamus personas et bene placentem Deo religionem studeamus modis omnibus propagare, Nec enim Deo gratus aliquando famulatus inpenditur, nisi ex karitatis radice procedens a puritatis religione fuerit conservatus. Ea propter dilecti in Domino filii, *Hainrici illustris Bawarorum Ducis* precibus inclinati vestris iustis postulationibus clementer annuimus et prefatam beati Pancracii Martiris Ecclesiam, in qua divino vacatis officio, sub beati Petri Apostolorum Principis tutelam protectionemque suscipimus et apostolice sedis privilegio communimus In primis siquidem statuentes, ut ordo canonicus, qui secundum regulam beati Augustini in eodem loco noscitur institutus, ibidem perpetuis temporibus inviolabiliter conservetur. Preterea quascunque possessiones, quecunque bona eadem Ecclesia in presentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis Deo propitio poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: *Ecclesiam* videlicet *S. Michaelis* cum Decima et iure Parochiali, *capellas Neunchirchen*, *Haentenberg*, *Gieroltzberg* cum pertinentiis earum. Sane laborum vestrorum, quos propriis manibus aut sumptibus colitis sive de nutrimentis vestrorum animalium nullus omnino a vobis decimas exigere presumat. Porro Sacramenta ecclesiastica a dyocesano suscipiatis Episcopo, si quidem Katholicus fuerit et gratiam atque communionem apostolice sedis habuerit easque gratis et absque aliqua pravitate vobis voluerit exhibere; alioquin Catholicum, quemcunque malueritis, Antistitem adeatis, qui nimirum nostra fultus auctoritate, quod postulatur, indulgeat. Obeunte vero te nunc eiusdem loci preposito vel ad alterius Ecclesie regimen transeunte sive tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia preponatur, nisi quem fratres communi consensu aut pars consilii sanioris secundum Dei timorem et beati Augustini regulam providerint eligendum. Ad hec quoniam locus vester sic est institutus, ut advocatus bonorum prefati Ducis in partibus illis eiusdem quoque loci sit advocatus, prohibemus, ut nec ipsi nec alicui subministro eius liceat eundem locum iniustis gravaminibus infestare; quod si fecerit et secundo ac tertio commonitus non emendaverit, consilio et auxilio ipsius Ducis ipsa advocatia ab inutili auferatur et alius idoneus loco

eius substituatur. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedimus, ut eorum, qui se illic sepeliri deliberaverint, devotioni et extreme voluntati, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat, salva iusticia matricis Ecclesie. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatam Ecclesiam temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere aut quibuslibet molestiis fatigare, Sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione aut sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate et dyocoesani Episcopi canonica iustitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini nostri Redemptoris Jesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen. Datum *Trecis* per manum *Guidonis* Sancte Romane Ecclesie Dyaconi Cardinalis et Cancellarii IV. Idus Aprilis Indictione decima incarnationis dominice. Anno MCXLVII. pontificatus vero Domini Eugenii III. Pape Anno tertio.

Hund, Metropol. III. 144 (edit. Ratisb.). — Mon. boic. III. 316.

CLV.

1147. 16. Mai. Wien. — *Bischof Reginbert von Passau bestätigt die Stiftung des Klosters Waldhausen durch Otto von Machland und verleiht demselben einige Besitzungen.*

✝ In nomine sancte et indiuidue trinitatis *Reinbertus* dei gratia sancte *patauiensis* ecclesie episcopus vniuersis christi fidelibus in perpetuum. amen. Diuersis huius mundi malis de die in diem magis ac magis inualescentibus pauci sunt et rari, qui uel ecclesias in christo fundare, uel fundatas et penuria rerum adtenuatas, largitione elemosinarum suarum ad laudem et seruicium dei studeant reformare, ideoque necessarium est ualde, ut nos, qui pontificalis fungimur officio dignitatis, si quos ad hoc feruore sancti spiritus inuenerimus accensos, eos non solum uerbo exhortacionis confouere, sed et de propriis

facultatibus sanctum ipsorum propositum, in quantum possumus, studeamus promouere. Hinc est, quod nos piam et sanctam circa promouendum dei seruicium nobilis et illustris uiri domini uidelicet *Ottonis de Mahhlant* deuotionem considerantes ipsum in fundatione ecclesiarum dei pie et sancte desudantem de facultatibus ecclesie beati Stephani prothomartyris et nostre, prout potuimus, adiuuare studuimus. Ipse nimirum cum heredem possessionum suarum secundum carnem non haberet in terris, christum omnis patrimonii sui heredem sibi constituere uolens in celis, cenobium quoddam cysterciensis ordinis in honore beate dei genitricis Marie in *Povmgartinperge* fundauit, alterum denique iuxta riuum *Saebinich* in territorio paterne hereditatis in honore beati Johannis apostoli et euangeliste fundauit ipsumque cenobium large satis prediis, siluis, pratis, pascuis, rebusque aliis dotauit atque ditauit. Tradidit siquidem eidem monasterio castrum suum in *Saebinich* cum omnibus eidem castro adtinentibus cultis et incultis, uiis et inuiis, aquis aquarumque decursibus, pratis, pascuis, et partem silue, que *beinwalt* uocatur, quam ab *Heinrico Tŏmaduocato ratisponensi, Heinrico duce Austrie* et *Chvnrado marchione* annuentibus conparauit. Porro ne aliqua lis de terminis ipsius siluo postmodum possit oriri, nos et terminos ipsius distinctos huic scripto iussimus annotari. Protenduntur siquidem termini ipsius silue a loco, ubi fluuius *Saebinich* intrat in *danubium* usque ad callem, qui ducit ad *sanctum Georium*, qui uulgo *Griezstich* (sic) uocatur; ab hinc usque ad fluuium *Ispir* et in ipsius fluminis descensu usque ad summitates montium *Tasperch* et *Glokis* et ab hinc in descensu montium usque ad locum, ubi riuulus *weidebach* intrat in *danubium*, hanc inquam siluam in prescriptis terminis sitam totam cum omnibus ad eam pertinentibus tam cultis quam colendis supra dicto cenobio tradidit et priuilegio domini *Chŏnradi* regis confirmauit. Tradidit etiam supra dicto cenobio uillam in *Shatirle* totam cum omnibus ad eam pertinentibus et in *Longave* ecclesiam sancti Mychaelis et omne patrimonium suum, quod ibidem habuit preter castrum *Lewinsteine*, et in *foro julii* mediam partem uille, que *Tritshent* uocatur, cum omnibus eius appendiciis pratis scilicet, pascuis, uinetis et oliuetis. Ecclesias quoque, quas tam ipse quam patres sui in territorio patrimonii sui fundauerant, cum omni iure, quod in eis ratione fundi habuit, jus scilicet patronatus et dotem earundem ecclesiarum supra dicto monasterio donauit: Parrochiam scilicet in *Saebinich*,

in qua ipsum monasterium fundatum est, et *Chrvcin, Niwenchirchen, Chvnigiswisen, Dvnninpach*, et ecclesiam *sancti Georii*, sed et uxor ipsius domina *Jvta comitissa de Pilsteine* ecclesiam in *Sinewelvelden* in territorio patrimonii sui sitam cum consensu fratris sui *comitis Chůnradi de Pilsteine* cum omni jure, quod in ea habuit, jus scilicet patronatus eidem monasterio contulit sicque tandem spiritu sancto conmoniti et ipse et iam dicta coniux sua ipsum cenobium cum omnibus illuc et tunc collatis et postmodum conferendis totum supra altare sancti Stephani prothomartyris per manus domini *Heinrici ducis et marchionis austrie* delegauerunt. Nos igitur fidem et deuotionem ipsius erga nos et beatum Stephanum intuentes omnia, que de manu nostra in beneficio habuit in decimationibus, mansis, areis et uinetis, excepto castro in *Griffensteine* cum suis pertinentiis conmuni Kathedralium et ministerialium nostrorum consilio prenominato cenobio per manus *Heinrici* ducis et marchionis Austrie perpetuo possidenda contulimus et ecclesias quasdam parrochiales ad nos pleno jure spectantes, uidelicet *Mvnichspach* et *Mittirchirchen*, *Sachsin*, *Niwenstat* et in omnibus earum et supra dictarum ecclesiarum terminis tam cultis quam colendis terciam partem decimarum, In parrochia uero Saebinich, in qua ipsum cenobium situm est, decimam totam et indiuisam, Preterea dimidiam partem decimarum in tribus parrochiis *Staevce* et *Valwa* et *Gawats*, quas dux Austrie de manu nostra et ipse *Otto* de manu ducis in beneficio habuit et ipse duci et dux nobis ea condicione resignauit, ut eas prefato *Ottoni* in subsidium sue nouelle plantacionis conferremus, quod et ad peticionem ipsorum fecimus et sic tandem ad peticionem ipsius *Ottonis* canonicos regulares ibidem deo perpetuo seruituros collocauimus, quibus et supra dictam parrochiam in *Saebinich*, in qua ipsum monasterium fundatum est, pleno jure contulimus sic, ut prelatus ipsius monasterii unum de confratribus suis ipsi ecclesie preficiat, qui et plebem in diuinis cum omni diligentia procuret et tamen singulis diebus et ad refectorium et ad dormitorium suum redire non negligat, quem et, si negligentem inuenerit amoueat et alterum sibi magis ydoneum substituat. Indulsimus etiam ipsis, ut, si quando terram sub interdicto diuinorum poni contigerit, ipsi nichilominus celebrent, clausis tamen ianuis et personis exconmunicatis exclusis. Liberam quoque sepulturam ipsis concedentes indulgemus, ut, si quando prelatum ipsius loci uiam uniuerse carnis ingredi contigerit, ipsi liberam habeant potestatem eligendi alterum,

quem magis ydoneum et utilem inuenerint. Verum quia plerique ratione aduocatie ecclesias dei diuersis exactionum uexare solent angariis, nos una cum ipso domino *Ottone* et ipse nobiscum tantum malum precauere uolentes dominum *Walchŏnum* fratrem ipsius domini *Ottonis* et heredes ipsius post ipsum aduocatos supra memorato monasterio constituimus sub pena exconmunicationis firmiter inhibentes, ut nec ipse dominus *Walchŏnus* nec aliquis heredum suorum nec quisquam alter postmodum ipsis quacunque sorte succedentium aduocatorum aliquid seruicium a fratribus dicti monasterii uel ab hominibus ipsorum ratione aduocatie aliquatenus exigere presumat, sed tantum diuine remunerationis intuitu ipsos ab inuasione et uiolentia malignorum hominum defendere studeat. nullum quoque sibi subaduocatum nisi de peticione fratrum ipsius monasterii subrogare presumat. Nos igitur sepedictum monasterium cum omnibus illuc et nunc collatis et postmodum conferendis in nostram et beati Stephani prothomartyris protectionem suscipientes, auctoritate dei patris et filii et spiritus sancti apostolorum Petri et Pauli, Johannis euangeliste, Stephani prothomartyris et potestate, qua nos fungimur, precipimus sub pena eterne dampnationis firmiter inhibentes, ut nullus successorum nostrorum, nec alter quispiam siue ecclesiastica siue secularis persona prescripta ipsius monasterii jura infringere uel res ipsius inuadere uel quocunque modo usibus fratrum ibidem deo seruientium subtrahere presumat. Si quis autem, quod deus auertat, hanc nostram institucionem et donacionem postmodum ausu nefario uel infringere temptauerit uel inmutare, si tercio conmonitus congrua satisfactione non emendauerit, iram et indignationem dei omnipotentis incurrat, in tremendo die districti examinis cum Juda mercatore pessimo eternaliter puniendus. Conseruantibus autem pax a deo et misericordia et in presenti et in futuro seculo conseruetur. Amen. Igitur ut omnia hec omnes tam futuri quam presentis temporis homines sciant esse iugiter et inuiolabiliter conseruanda, presentem paginam hinc inde conscribi et sigilli nostri inpressione et testium subscriptione iussimus confirmari. Huius rei testes sunt: *Gebhardus comes de Pvrchhvsin, Chŏnradus comes de Pilsteine, Chŏnradus marchio, Chŏnradus comes de Ragitze, Ůlricus de Berneke, Haertwicus de Hagenowe, Waltherus de Treism, Haertwicus de Ravna, Albertus de Stamheimen et frater eius Livpoldus, Alrammus de Chambe, Palmarus de Halse et frater eius Dietherus, Gebhardus de Chadilhohisperge, Marquardus de*

Wesin, Hartmôt de Hage, Dietricus de Smida, Rôdiger camerarius, Siboto dapifer et alii quam plures.

Data *Wiene* anno incarnationis dominice M. C. XL. VII. XVII Kalendas Junii, Indictione V. In expeditione ierosolimitana, Anno pontificatus nostri VIIII. Regnante *Chŏnrado* rege romanorum anno imperii sui decimo.

Acta sunt hec *Patavie* VI. jdus Mai iam dicto anno incarnationis domini IIII. jdus Mai, Regnante *Chŏnrado* rege romanorum cum consilio et consensu kathedralium et ministerialium ecclesie Pataviensis, quorum nomina subscripta sunt, *Albwinus prepositus*, *Rvdipertus decanus, Chŏnilinus archipresbiter, Gerboto archipresbiter, Albertus custos, Heinricus scolasticus, Sigehardus, Fridericus, Jacobus, Octauianus, Otto canonici.* Ex ministerialibus *Marquardus de Wesen, Rôdigerus iudex, Hartmôdus pincerna, Siboto dapifer, Rôdigerus camerarius, Walchŏnus de Shaltarn, Arnoldus de Chraenzingen, Otaker de Widach, Ůlricus de Tagibrehtshvsin.* Ex nobilibus *Haertwicus de Hagenowe, Pabo de Zollingen, Hadimarus de Ahvsin, Dietricus de Pŏmgartin, Wernhardus de Horbach,* et alii quam plures.

Original auf Pergament mit Siegel im Museum Francisco-Carol. zu Linz.

CLVI.

1147. 16. Mai. Wien. — *Bischof Reginbert von Passau bestätigt die Stiftung des Klosters Waldhausen durch Otto von Machland und verleiht demselben einige Besitzungen.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis Rebinbertus (sic) dei gratia sancte patauiensis ecclesie episcopus Vniuersis christi fidelibus in perpetuum Amen. Diuersis huius mundi malis de die in diem magis ac magis inualescentibus Pauci sunt et Rari, qui uel ecclesias in christo fundare uel fundatas et penuria rerum attenuatas largicione elemosinarum suarum ad laudem et seruitium dei studeant *roborare.* Ideoque necessarium est valde, vt nos, qui pontificalis fungimur officio dignitatis, si quos ad hoc feruore sancti spiritus inuenerimus accensos, eos non solum verbo exhortacionis confouere sed et de propriis facultatibus sanctum ipsorum propositum in quantum possumus studeamus promouere. Hinc est, quod nos piam et sanctam circa promouendum dei seruicium Nobilis et jllustris viri domini Ottonis de Machlant deuotionem considerantes ipsum in fundacione ecclesiarum dei pie et sancte desudantem de facultatibus ecclesie beati Stephani prothomartiris

et nostre prout potuimus adiuuare studuimus. Ipse nimirum cum heredem possessionem suarum secundum carnem non haberet in terris, Cristum omnis patrimonii sui heredem sibi constituere volens in celis Cenobium quoddam Cirsterciensis (sic) ordinis in honore Beate dei genitricis in Pawmgartenperge fundauit, Alterum denique iuxta riuum Saebnich in territorio paterne hereditatis sue in honore beati Johannis apostoli et ewangeliste fundavit Ipsumque cenobium large satis prediis, siluis, pratis, pascuis rebusque aliis dotauit atque ditauit Tradiditque eidem Monasterio castrum suum in Saebnich cum omnibus eidem castro attinentibus cultis et incultis, viis et inviis, aquis aquarumque decursibus, pratis, pascuis *et jus littoris quod StegRecht in wlgo dicitur cum piscacionibus in alueo danubii et omnia alia jura in ipso danubio et in littore eiusdem danubii a loco, vbi Riuulus baidenpach intrat in danubium in ascensu supra vsque ad riuulum iuxta ruptum Castrum domine helchin* et partem silue, que beinwalt vocatur, quam ab Heinrico tumaduocato Ratisponensi Heinrico duce Austrie et Conrado Marchione annuentibus comparauit. Porro ne aliqua lis de terminis ipsius silue postmodum possit oriri, nos et terminos ipsius distinctos huic scripto jussimus annotari. Protruduntur (sic) siquidem termini ipsius silue a loco, vbi fluuius Saebnich intrat danubium vsque ad callem, qui ducit ad Sanctum Georgium, qui wlgo *triestich* vocatur, Abhinc vsque ad fluuium ysper et in ipsius fluminis descensu vsque ad summitates montium Taxperchk et glocks et abhinc in descensu montium vsque ad locum, vbi Riuulus Baidenpach intrat danubium. Hanc inquam siluam in prescriptis terminis sitam cum omnibus ad eam pertinentibus tam cultis quam colendis supradicto cenobio tradidit et priuilegio domini Conradi Regis confirmavit. Tradidit etiam supradicto Cenobio villam in Schaterle cum omnibus ad eam pertinentibus. Et in langawe ecclesiam sancti Michaelis et omne patrimonium suum, quod ibidem habuit preter castrum lebenstain et in foro julii mediam partem ville, que trieshent vocatur cum eius appendenciis, pratis, siluis, pascuis, vinetis et oliuetis. Ecclesias quoque, quas tam ipse quamque patres sui in territorio patrimonii sui fundaverant cum omni jure, quod in eis ratione fundi habuit, jus scilicet patronatus et dotem earumdem ecclesiarum supradicto Monasterio donauit, Parrochiam scilicet in Saebnich, in qua ipsum Monasterium fundatum est, et Chrucin, Nivnkirchen, Chunigswisen, dunninpach et ecclesiam sancti Georgii; sed et vxor ipsius

domina jevta comitissa de pilstein Ecclesias in Sinebeluelden in territorio patrimonii sitam cum consensu fratris sui Comitis Conradi de pilstain cum omni jure, quod in ea habuit, jus scilicet patronatus eidem Monasterio contulit *et in duabus villis in eadem parrochia Sinebeluelden sitis videlicet Naglarun et Riettental decimam totam et indiuisam tam in cultis quam colendis, in minimis quam maioribus, mobilibus et inmobilibus fratribus eiusdem cenobii deo famulantibus pro speciali stipendio donauit* sicque tandem spiritu sancto conmoniti et ipse et iam dicta coniux sua ipsum cenobium cum omnibus illuc et tunc collatis et postmodum conferendis totum super altare beati Stephani prothomartiris per manus domini Heinrici ducis et Marchionis austrie delegauerunt. Nos igitur fidem et deuotionem ipsius Ottonis de Machlant erga nos et beatum Stephanum intuentes omnia, que de manu nostra in beneficio habuit in decimationibus, mansis, areis, agris et vinetis excepto castro in Greiffenstain cum suis pertinentiis conmuni kathedralium et ministerialium nostrorum consilio prenominato cenobio per Manus Heinrici ducis et Marchionis Austrie perpetuo possidenda contulimus Et ecclesias quasdam parrochiales ad nos pleno jure spectantes videlicet Munispach et Mitternkirchen, Saecksin, Nivnstat, *Grine* et in omnibus earum et supradictarum ecclesiarum terminis tam cultis quam colendis terciam partem decimarum. In parrochia vero Sabenich, in qua ipsum Cenobium situm est, decimam totam et indiuisam *in cultis quam colendis; jn parrochia vero sancti Georgii duas partes decime, quas in ipsa parrochia jure hereditario possedit et a nobis in beneficio inmediate habuit, nobis, vt sue nouelle plantacioni conferremus, libere resignavit, jn quo eius peticionibus annuentes eidem Monasterio ipsam decimam tam in cultis quam colendis pro stipendio fratrum contulimus saluis tamen juribus parrochialibus in decimacionibus tercie partis.* Preterea dimidiam partem decimarum in tribus parrochiis Staewtz, Valwa, Grabaths *in feudis, mansis, curtibus, areis, agris, vinetis in omnibus decimacionibus tam minutis quam maioribus, mobilibus et inmobilibus et in cunctis, que jure solito decimari solent,* quas decimas Dux Austrie de manu nostra et ipse Otto de manu ducis in beneficio habuit et ipse duci et dux nobis cum condicione resignauit, ut eas prefato Ottoni in subsidium sue nouelle plantacioni conferremus, quod et ad peticionem ipsorum fecimus. Et sic tandem ad peticionem ipsius ottonis Canonicos Regulares ibidem deo

perpetuo seruituros collocauimus, quibus et supradictam parrochiam in Saebnich, in qua ipsum Monasterium fundatum est, pleno jure contulimus sic, vt prelatus ipsius monasterii vnum de confratribus suis ipsi ecclesie preficiat, qui et plebem in diuinis cum omni diligencia procuret et tamen singulis diebus ad refectorium et ad dormitorium suum redire non negligat, quem et si negligentem inuenerit, amoveat et alterum sibi magis ydoneum substituat. Indulsimus eciam ipsis, vt si quando terram sub interdicto diuinorum poni contingeret, jpsi nichilominus celebrent clausis tamen januis et personis exconmunicatis exclusis. Liberam quoque sepulturam ipsis concedentes indulgemus. Et si quando prelatum ipsius loci viam vniuerse carnis ingredi contigerit, ipsi liberam habeant potestatem eligendi alterum, quem magis ydoneum et utilem invenerint. Verum quia plerique racione aduocacie ecclesias dei diuersis exaccionum vexare solent angariis, nos vna cum ipso Ottone et ipse nobiscum tantum malum precauere volentes dominum Walchvnum fratrem ipsius domini Ottonis et heredes ipsius post ipsum aduocatos supra memorato Monasterio constituimus sub pena exconmunicacionis firmiter inhibentes, vt nec ipse dominus Walchvnus nec aliquis heredum suorum nec quisquam alter postmodum ipsis quacunque sorte succedentium aduocatorum aliquod seruicium a fratribus dicti Monasterii uel ab hominibus ipsorum racione aduocacie aliquatenus exigere presumat, sed tantum diuine remuneracionis intuitu ipsos ab inuasione et violencia malignorum hominum defendere studeat. Nullum quoque sibi subaduocatum nisi de peticione fratrum ipsius Monasterii subrogare presumat.

Nos igitur sepedictum Monasterium cum illuc et nunc collatis et postmodum conferendis in nostram et beati Stephani prothomartiris proteccionem suscipientes auctoritate dei patris et filii et spiritus sancti, Apostolorum petri et pauli, johannis ewangeliste, Stheffani prothomartiris et potestate, qua nos fungimur, precipimus sub pena eterne dampnacionis firmiter inhibentes, vt nullus successorum nostrorum nec alter quispiam siue ecclesiastica siue secularis persona prescripta ipsius monasterii jura infringere vel res ipsius inuadere vel quocunque modo vsibus fratrum ibidem deo seruiencium subtrahere presumat. Siquis autem, quod deus auertat, hanc nostram institucionem et donacionem postmodum ausu nephario vel infringere temptauerit vel inmutare, si tercio conmonitus congrua satisfaccione non emendauerit, iram et indignacionem omnipotentis dei incurrat in

tremendo die districti examinis cum juda mercatore pessimo eternaliter puniendus, conseruantibus autem pax a deo et misericordia et in presenti et in futuro seculo conseruetur. Amen. Igitur vt omnia hec omnes tam futuri quam presentis temporis homines sciant esse jugiter et inuiolabiliter conseruanda, presentem paginam hincinde (sic) et Sigilli nostri impressione et testium subscriptorum jussimus confirmari. Huius Rei testes sunt Gerbhardus (sic) Comes de pwrekhwsin, Conradus Comes de pilstein, Conradus Marchio, Conradus Comes de Ragicze, Vdalricus de pernegk, Harttweig de Hagnawe, Baltherus de Traysm, Harttweig de Rawna, Adalbrecht et frater eius Lewpoldus de Stamenhaym, Adalramus de Chambe, Conradus de Ragets, Gebhardus de Cadehohelsperge, Marquardus de Wesen, Rudigerus Camerarius, Siboto dapifer. Data Wienne anno jncarnacionis dominice Millesimo, Centesimo, quadragesimo septimo, decima septima kalendas junii, jndictione Nona, jn expedicione jerosolimitana, Anno pontificatus nostri Nono, Regnante Conrado Rege Romanorum Anno jmperii sui decimo.

Acta sunt hec patauie Sexta ydus Maii, jam dicto Anno jncarnacionis dominice, quarta ydus Maii Regnante Conrado Rege Romanorum cum consilio et consensu cathedralium et ministerialium ecclesie patauiensis, quorum nomina subscripta sunt, Albinus prepositus, Rudibertus decanus, Chunilinus archipresbiter, Gerboto archipresbiter, Adalbertus custos, Heinricus scolasticus, Sighardus, Fridericus, Jacobus, Octauianus, Otto Canonici. Ex ministerialibus Marquardus de Wesen, Rudigerus judex, Harttnindus pincerna, Siboto dapifer, Rudigerus Camerarius, balchvnus de Shaltaren, Adalbertus de chrenczinge, Otacher de Waldech, Vdalricus de Tobrechtshawsin. Ex Nobilibus Hertwicus de Hagenaw, Pabo de Czolling, Hadmarus de Ahwsen, Ditricus de Pawmgarten, Bernhardus de Horbach, Hartnindus de Hage, Ditricus de Smidaha et alii quam plures.

Aus einem Transsumpte des Passauischen Officialats-Commissärs Alexius Tunmär dd. Wien 27. Aug. 1464 im Museum Francisco-Carol. zu Linz. — Die nämliche Urkunde ist auch noch vorhanden in einem zweiten Transsumpte des Bischofs Albert von Passau, Ebelsberg, 13. Jäner 1332, in welchem derselbe, so wie der passauische Official Alexius hier versichert, die Originalurkunde vor sich gehabt zu haben. Mit dieser Ausfertigung stimmt der Abdruck bei Kurz, Beiträge 427 u. ff. genau überein, mit dem einzigen Unterschiede, dass bei ihm S. 431 statt Grine, S. Thoma steht. Kurz versichert, seine Abschrift sei aus dem Originale genommen worden. Die Originalurkunde (Nr. CLIV), welche im

Museum zu Linz aufbewahrt wird, hat aber die hier mit gesperrten Lettern gedruckten Stellen nicht. Es muss also ein zweites Original bestanden haben, welches abhanden gekommen ist. — Kurz mag wohl eine Originalurkunde vor sich gehabt haben, ob jene zweite, ist zu bezweifeln. Abgeschrieben hat er, wie die Schreibung und die Formen der Eigennamen unwidersprechlich beweisen, sicher nicht eine Originalurkunde des Bischofs Reginbert. — Kurz, Beiträge IV. 427. — Hormayr, Wien, Urkunden Nro. 295. — Mon. boic. XXIX. II. pag. 39 ex lib. cop. patav. III.

CLVII.

1147. Mai. — ***Bischof Reginbert von Passau bestätigt die Gründung des Klosters Waldhausen und erlaubt dem Stifter Otto von Machlant alle passauischen Lehen, Greifenstein ausgenommen, demselben zu übergeben.***

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. *Reginbertus Dei gratia Patauiensis ecclesie episcopus.* Pium et iustum est bonorum hominum deuotionem erga deum diligentius considerare et quicquid intendunt in uinea domini plantare, congruum ducimus cum illis huic operam dare, per hoc utriusque honor augetur et conseruatur in terris atque retributio, que iustos exspectat, cumulatur eis in coelis. Notum ergo uolumus esse omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris, quod quidam nobilis homo *Otto de mahelant* instinctu sancti spiritus ecclesiam in predio suo in loco, qui dicitur *sancti Johannis* iuxta riuum *sabenikhe* fundauit et centum mansos pro remissione peccatorum suorum et fratris sui *Waltchuni* et utriusque coniugis et omnium parentum suorum potenti manu sine alicuius contradictione eidem ecclesie delegauit eo tenore, ut ibidem *patauiensis episcopus* fratres regulares canonicos secundum regulam sancti augustini instituat, de cetero pretaxatam eandem ecclesiam cum omnibus suis appendiciis cultis et incultis, uiis et inuiis, pascuis, pratis, siluis, aquis aquarumue decursibus, exitibus et reditibus in omni genere utilitatis *beato stephano pataunie* per manus aduocati *ducis Heinrici* et marchionis et nostras tradidit. Nos uero fidem et deuotionem eius erga beatum stephanum intuentes omnia beneficia, que ab ecclesia nostra possederat in decimationibus, mansis, curtibus, areis, uineis, excepto castro *grifenstaine* cum omnibus suis appendiciis comuni consilio cleri et populi eidem ecclesie per manus eiusdem aduocati tradidimus et decimacionem, quam *dux Heinricus et marchio* nobis resignauit ea condicione, ut eidem loco traderemus, sane hanc dico decimationem, quam prenominatus Otto a duce in beneficio tenuit.

Preterea *ecclesiam munichispahc*, *Niunchirchen*, *Chunigesuuisen*, *ecclesiam sancti Georgii* et *Dunnenbahc*, *Croucen*, *Grine*, *Sahsenchirchen*, *Mitterenchirchen*, Porcionem decimacionis, que Ottonem attingit in ecclesia *Ualeuuaha* et ecclesiam *Sineuuellenuelde* cum decimacione, que ad eam spectat, fratribus ibidem Deo ministrantibus concessimus. Ut autem hec rata et inconuulsa permaneant, precipimus et presentis pagine inscriptione sub sigillo nostro in perpetuum comunimus. Siquis autem id adtemptare presumpserit, sciat se iram et indignationem omnipotentis dei incurrere. Huius rei sunt testes *Gebehardus de purchhusen*, *Chunrat de pilstein et filius eius fridrihc*, *Chunrat marchio*, *Oudalrihc de pernecco*, *Hartuuic de hagenauuo*, *Walthero de traiseme*, *Hartuuich de Rauna*, *Adelbrech et frater eius Luitpolt de stameheim*, *Chunrat de racale*, *Gebehart de chadelhosespergen* (sic), *Adelram de chabe*, *Baldemar et frater eius Diethero de halse*, *Marquart de uuesen*, *Hartmut de haga*, *Diterihc de smidaha*, *Roudeger camerarius*, *Sigeboto dapifer*.

Hec autem facta sunt anno ab incarnatione domini Millesimo c XL. VI. (sic) *In expedicione iherosolimitana* Indictione VIIII.

Original mit Siegel im Museum Francisco-Carolin. zu Linz. — Kurz, Beiträge IV. pag. 419.

CLVIII.

1147. Mai. — *Bischof Reginbert von Passau verleiht dem Kloster Waldhausen die Kirche in der Nähe des Berges Hengist.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. *Reginbertus Dei gratia patauiensis episcopus.* Quandoquidem in partem sollicitudinis ecclesiarum deo uolente uocati sumus, quantum de iure suscepti officii nostri possumus, diuinum cultum ampliare et deo seruientibus curam gerere intendimus. Uniuersis itaque Christi fidelibus notum esse uolumus tam futuris quam presentibus, qualiter iustis peticionibus dilecti nostri domini *Ottonis de mahlant* annuentes quasdam nostri iuris diocesianas ecclesias cum decimacionibus suis *ecclesie sancti Johannis in sabenik* contulimus eo, quod et ipse multis prediis suis aliisque rebus collatis eandem canonicorum regularium ecclesiam fundauerit nostreque dicioni subdiderit. Debitam quoque adhuc ei exhibentes recompensacionem quandam aliam ecclesiam in confinio montis, qui uulgariter *hengist* dicitur, de nouo nostra concessione fundatam cum uniuersis eorum, que iam culta sunt uel excolenda,

decimacionibus adhibito quoque baptismi ac sepulture libero iure prefate ecclesie sancti Johannis ad usus et stipendia fratrum superaddidimus terminosque in hunc modum prefiximus et designauimus. A *gaihstetin* usque ad *ecclesiam sancti Martini*, Ab eadem ecclesia usque in uadum *Gressenich*, ab eodem uado per medium *hohenberch* usque in *entischengrabin*, Ab illo loco et ualle per descensum *maioris trisnich* usque in *aridam trisnich*, Ab inde usque in metam positi lapidis, Ab hinc usque in *chlafinbach*, In descensu chlafinbach usque ad metam alterius lapidis, Deinde usque in *tiuphenbach* et per meatum eiusdem riuuli usque in *danubium*. Idcirco autem predicte ecclesie taliter terminos designauimus, quia locus ille paulo ante saltuosus et incultus nullis diocesianis terminis inclusus fuit, unde nostre auctoritati terminos illi destinare de ratione licuit. Tale itaque nostre donacionis et constitutionis factum licet astipulacione coniuentium fratrum nostrorum et assensu populi magnum robur acceperit, ut plus tamen ratum in posterum et inconuulsum permaneat, priuilegio nostro muniuimus et sigilli nostri inpressione insigniri fecimus. Nomina uero eorum, qui tunc presentes aderant et qui huius rei testes exstiterunt, hec sunt: *Gebehardus de purchusin*, *Chunrat de pilstein et filius eius friderich*, *Chunrat marchio*, *Oulrich de pernekke*. *Hartwic de haginuwe*, *Walther de traisme*, *Hartwic de rauna*, *Adelbreht et frater eius lupolt de stameheim*, *Adelram de chambe*, *Chunrat de rakez*, *Gebehart de chadehosesberge* (sic), *Marquart de Wesen*, *Rudeger camerarius*, *Sibot dapifer*.

Hec autem facta sunt Anno ab incarnatione domini Mill. C. XL. VI. *in expeditione ierosolimitana* Indict. VIIII.

Original mit Siegel im Museum Franc.-Carolin. zu Linz. — Kurz, Beiträge IV. 422.

CLIX.

1147. Mai. — ***Bischof Reginbert von Passau verordnet, dass von den dem Kloster Sebnich (Waldhausen) von ihm und Otto von Machland gewidmeten Kirchen jährlich eine Abgabe an dasselbe entrichtet werden müsse.***

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. *Reginbertus dei gracia patauiensis ecclesie episcopus* uniuersis Christi fidelibus in perpetuum amen. Ad tollendam in posterum omnem calumpniandi materiam facta modernorum siue negocia, ne in errorem transeant, litteris et scripture testimonio indigent confirmari. Hinc est, quod pro habundantis cautele remedio memorie tam presencium quam futurorum

notum fore volumus, quod quidam nobilis noster dilectus *Otto de Machlant* instinctu sancti spiritus ecclesiam in predio suo in loco, qui dicitur *Sancti Johannis* iuxta riuum in *Sebnich* fundauit et eam satis large prediis dotauit atque ditauit Et ecclesias quasdam, quas tam ipse quam patres sui in territorio patrimonii sui fundauerant, cum omni iure, quod in eis racione fundi habuit, ius scilicet patronatus et dotem earundem ecclesiarum supradicto Monasterio donauit, Parrochiam scilicet in *Sebnich*, in qua ipsum monasterium fundatum est, et *Chrutzen, Newnchirchen* et *Chunigswisen, Duninpach* et *ecclesiam sancti Georii.* Nos etiam deuocionem ipsius prefati domini Ottonis intuentes Ecclesias quasdam Parrochiales ad nos pleno iure spectantes uidelicet *Munichspach, Mitterchirchen, Saechsin, Grine* cum omni iure, quod in eis habuimus, iure scilicet patronatus de conmuni cathedralium et ministerialium nostrorum consilio prenominato cenobio donauimus perpetuo possedendas (sic). Preterea ne quisquam successorum nostrorum seu prefati domini Ottonis quacunque sorte succedencium in omnibus supradictis ecclesiis ius patronatus sibi presumat in posterum usurpare, de consensu domini Ottonis et de bono consilio cathedralium nostrorum singulas prenominatas ecclesias tam a nobis quam ab ipso domino Ottone sepedicto monasterio donatas in euidens signum debite et perpetue possessionis iuris patronatus prefato cenobio sub annuali censu persoluendo perpetuo tradimus obligatas, Ecclesiam uidelicet Munichspach sub censu duodecim solidorum denariorum usualis monete, Ecclesias uero Nywnchirchen, Chunigswisen, Sancti Georii, Dunninpach sub censu dimidii talenti denariorum usualis monete, Ecclesiam in Saechsin sub censu quinquaginta metretarum siliginis et totidem auene usualis mensure, Mitterchirchen, Chrutzen, Grine sub censu uiginti metretarum siliginis et totidem auene usualis mensure. Ut autem hec rata et inconuulsa permaneant, presentis pagine inscriptionem sub sigillo nostro in perpetuum conmunimus. Siquis autem idem adtemptare presumpserit, sciat se iram et indignacionem omnipotentis dei incurrere. Huius rei testes sunt *Gebhardus de purchausen, Chunradus de pilstain et filius eius fridrich, Chunradus comes de ragitz, Ulricus de perneke, Hertwich de Hagenawe, Waltherus de traism, Hertwicus de rauna* et alii quam plures. Hec autem facta sunt anno ab incarnatione domini Mill. CXLVII. in *expedicione ierosolimitana,* Indictione VIIII.

Original mit Siegel im Museum Franc.-Carolin. zu Linz. — Kurz, Beitr. IV. 436.

CLX.

1147. 4. Juni. — *König Chunrat III. bestätigt die Stiftung des Klosters Waldhausen und die Schenkung des Beinwaldes an dasselbe.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis Cunradus diuina fauente clemencia Romanorum rex secundus. Si antecessorum nostrorum regum seu imperatorum pie deuocionis limitem prosequentes ad cultum diuine religionis dilatandum Christi fidelibus in posterum prouidere et de statu et profectu illorum pro debito regie auctoritatis oportune ordinare studebimus, idem nobis tam ad presentis uite tranquillitatem quam ad futuram beatitudinem promerendam profuturum non ambigimus. Ea propter omnium tam futurorum quam presentium nouerit industria, quod dominus Otto de machlant tam antecessoribus suis quam sibi omnique posteritati suae in remissionem peccatorum suorum hoc remedium contulit, quod de possessionibus suis in honore sancti Johannis ewangeliste et sancti Stephani prothomartiris nouellam plantationem ad preposituram Kanonicorum regularium ordinandam diuina inspirante clementia inchoauit, Ad quam excolendam a heinrico comite ratisponensi partem nemoris, quod beinwalt dicitur, duce heinrico, marchione Cunrado annuentibus eiusdemque particulae nemoris usum remittentibus comparavit. Huius inquam comparate possessionis uniuersi usus nemoris, aque, uici (?), terre, molendinorum, uidelicet in ascensu fluuii sabenegge de hoc loco, ubi intrat danubium, usque ad uicum, qui ducit ad sanctum Georium et ad hyspere fluuium et in huius descensu usque ad pontem uicinum, de hoc ponte in summitates montium, qui uocantur thasperch et clogges, abhinc in torrentem Waidenbach et in huius descensu secundum factam designationem usque ad danubium terminos denotauit. Adhuc predictus Otto super his omnibus melius sibi prouidit et ne hoc comercium et tante religionis inceptum, quia predictum nemus ad regiae excellentiae nostrae usum pertinet, nobis rennuentibus et contradicentibus frustraretur, regiam munificentiam adiit et singula, prout fecit et facturus erat, ordine nobis exposuit.

Nos uero pro peticione ducis et marchionis maxime autem causa promouendae religionis predicti nemoris usum, quod ipse comparavit, libertati constituendae ecclesiae remisimus et praesentis privilegii auctoritate confirmauimus, ne aliquis successorum nostrorum vel ducis vel marchionis vel comitis ratisponensis hunc usum sibi uendicare

presumat. Huius rei testes sunt heinricus ratisponensis episcopus, Regebertus battauiensis episcopus, Poppo comes et frater eius bertoldus, comes ludewicus de othingen, Eberhardus de telle.

Signum domni Cunradi romanorum regis secundi.

Ego Arnoldus cancellarius uice heinrici moguntini archiepiscopi et archicancellarii recognoui. Data secundo Nonas Junii, anno dominicae incarnationis M. C. XL. VII. Regnante Cunrado romanorum rege secundo, Anno vero regni eius X^{mo}.

Kurz, Beiträge IV. 424 ex autographo.

CLXI.

1147. 26. December. Kremsmünster. — *Bischof Reginbert von Passau vereinigt die Pfarrkirche zu Schöndorf mit dem Spitale des heil. Ägidius zu Vöcklabruck, welches Piligrim von Schalchheim gestiftet hatte.*

Reginbertus caelesti gratia *patauiensis episcopus* aecclesiae suae christique fidelibus salutem perpetuam. Quemadmodum uolumus in dei omnipotentis nomine priuilegium istud inditae (sic) actionis in deficientem memoriam continere, ita et fiducialiter speramus, quod posteris pro eterna saluatione aliquid misericordiae opus ualeat persuadere, quia bonorum inspectis exemplaribus ex multis ad plura et de bonis ad meliora feliciter crescit effectus. Uir igitur quidam nobiliter ingenuus *de Scalchheymen* nomine *Pilgrinus* christo militare cupiens armis renuntiauit et de bonis suis ab omni contradictione liberis hospitale quoddam in *Vechelaprovke* peregrinis et pauperibus iniciatum preparauit Et quum asilum illud cum suis pertinenciis et aecclesiam ibidem in venerationem *beati Egeydii* constructam, omnia in massam bonorum sancti Stephani prothomartyris in Pataùia, ubi et corporaliter iacet sanctus Ualentinus, perenni iure uir ille tradiderat, nos etiam spe retribucionis aeternae uoluntatem suam et opus bonum studentes simile aliquid faciendo comprobare, dignum duximus fidelium nostrorum consilio in augmentum refectionis pauperum hospitali predicto quippiam de aecclesiasticis rebus erogare. Parrochiam igitur ibi proximam, quae est *Scovendorf,* cum utilitatibus in ea suscipiendis illuc pertinere constituimus excepta dumtaxat episcopali iusticia annuatim persoluenda, nisi forsitan et illam quandoque vel ego uel episcopus meus successor ad incrementationem (sic) eiusdem elemosine remiserit. Placuit etiam propter predicti Pilgrimi religiosam deuotionem, quae in laico maior esse non potuit, ut ipse, quoadusque

uiueret, de omnibus vel a nobis vel a ceteris vel denique a se ipso eidem hospitali collatis potestatiuam habere ordinationem et post eum quicunque sub cognitione tantum Patauiensis episcopi plebanus ibi fidelis et circa pauperes deuote studiosus possit haberi, tam in aecclesia quam et in hospitali suscipiat amministrationem.

Postremo ne pauperes illi indefensi bonorum suorum flerent dispendium, dominum *Hartwicum Hagowenensem* deuotum eis et fidelem fecimus aduocatum. Quicumque igitur his christi minimis beneficium et consolationem prestiterit, illum oratione omnium fidelium ad salutem in die uisitationis sue sine fine uidendum promereatur, quem honorauit*).

Testes affuerunt, ex capellanis quidem domini episcopi: *Dietmarus S. Floriani prepositus*, *Ovdalricus aquileiensis*, *Ovdalricus de Zewentendorf*, *Almarus*, *Hugo*, *Heinricus*, *Hugo*.

Ex nobilibus *Fridericus comes de Pilesteine*, *Hartovwicus de Hagenoue*, *Pabo de Zovllingen*, *Diethricus de Pomhgarten*, *Engelscallus de aterseo*, *Chovnradus de franconia*. Ex ministerialibus episcopi *Porno de Holzhovsen cum utroque filio suo Rovdegero et Pornone*, *Ovdalricus de Struben*, *Hartmovth pincerna*, *Sigeboto dapifer*, *Ovdalricus de Holzhovsen*, *Megenhart de Linze*.

Acta sunt hec in *cremesmonasterio* in die S. Stephani prothomartyris post natalem christi anno incarnationis domini millesimo CXLVIII. Anno autem ordinationis episcopi VIIII. Amen.

Original mit Siegel im Archive des Kl. St. Florian. — Stülz, Gesch. von St. Florian 18. 249.

CLXII.

1147. — *Erzbischof Eberhart I. von Salzburg beurkundet einen Tausch zwischen dem Kloster St. Peter und den Kanonikern der Domkirche zu Salzburg.*

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. *Eberhardus* divina favente clementia *Salzburgensis* ecclesiae Archiepiscopus. Quoniam graviter nostris temporibus religiosas personas a secularibus super his, quae monasteriis a fidelibus Christi conferuntur, cernimus vexari, necessarium existimavimus precibus dilecti fratris nostri *Heinrici abbatis de sancto Petro* annuere, scilicet ut bona quaedam, quae in

*) Von hier an folgt eine andere Schrift.

nostra praesentia eidem monasterio sunt collata vel recognita vel per commutationem acquisita, praesenti pagina comprehendamus et noticiae posterorum sigilli nostri impressione roborata transmittamus. Anno igitur dominicae incarnationis MCXLVII. episcopatus vero nostri I. quidam ex ministerialibus sancti Roudperti *Godefridus* nomine divina inspirante gratia universa predia sua et familiam exceptis octo houbis et XV. mancipiis *monasterio sancti Petri Salzburge* consensu conjugis suae *Adale* in praesentia nostra et venerabilis fratris nostri *Gurcensis episcopi Romani* tradidit ea tamen conditione, qua prius in conspectu predecessoris nostri piae memoriae *Chounradi archiepiscopi* eidem ecclesiae illa tradiderat, scilicet ut, si absque legitimo herede vita decederet, in principali eorundem praediorum loco *Wietingin* dicto ex consilio Salzpurgensis archipresulis et Gurcensis episcopi, abbatis quoque sancti Petri divinum servitium ordinetur. Huius traditionis testes sunt: *Liutoldus comes de Pleigin, Heinricus de hegelin, Engilscalcus de Friesah, Roudolfus de tounisperch, Hartnidus et frater eius, Marchwardus de Viskaha, Liutwinus prepositus, Wolframmus de offinwanc, Wolframmus de harpholtishein, Ekkehardus de tanna, Sigifridus de Friesac, Liutoldus de Salzpurch.* Eodem quoque anno, in die autem ordinationis nostrae recognitum est et traditum eidem monasterio a *Gebehardo comite de Purchusin* predium quoddam ad *alsa* situm, mons videlicet ex uno latere habens vineam, ex alio coopertus virgultis, quem quondam tradiderat ad altare beati Petri bonae recordationis *Sizo comes et Sigehardus*, sed a *parentibus* prefati comitis Gebohardi occupatus et in jus proprietatis injuste fuerat redactus, haec autem recognitio seu traditio facta est in praesentia nostra et fratrum nostrorum episcoporum *Ottonis frisingensis, Hartmanni Brixinensis, Romani Gurcensis.* Testes quoque hujus recognitionis facti sunt de fidelibus nostris *Engilbertus Marchio, Engilbertus comes hallensis, Liutoldus comes de Pleigin, Adelbertus et frater eius Liupoldus de Staneheim, Gotescalcus de hunisperch, Heinricus de hegelin, Engilschalcus de friesah, Liutoldus de Siesdorf, Ekkehardus de Tanna, Hartnidus de viskaha, Heinricus de Purchusin, Item Heinricus, Hugo, Hartuvicus, Gebolfus ministeriales ejusdem comitis.* Ab hac autem recognitione nondum VII. diebus evolutis *Heinricus comes* et frater eius *Sighardus de Schala* nepotes predicti *comitis Gebohardi,* qui et ipsi prefati predii violenter potius quam legitimi heredes accesserant,

acceptis a fratribus supradicti monasterii XIV. marcis coram legato nostro in *castro Purchusin* omni se jure sepedicte possessionis testibus coram positis eliminaverunt. Testium autem nomina haec sunt: *Adalbertus et frater eius Liupoldus de Staneheim, Heinricus judex de Purchusin, Item Heinricus, Hugo, Hartwicus, Gebolfus, Purchardus, Routderus, Maganus de Tti* (?) ministeriales predictorum comitum. His itaque gestis vir quidam nobilis *Chadoldus* dictus predium a fratribus obtentum, quod a predictis comitibus beneficii jure possederat, suis usibus sicut propriis detinere nisus est. Lite igitur inter ipsum et fratres aliquandiu perseverante contigit, ut eodem anno *ad remensem sinodum vocati* cum fratribus nostris episcopis et majoribus ecclesiae nostrae pergentes eundem *Chatoldum* itineris comitem haberemus. Qui rationabili querimonia abbatis opportune pulsatus in consilium nostrum se dedit sepedictum predium coram *Babinbergensi episcopo et Brixinensi* in manum nostram prope remensem civitatem eo tenore repudiandi, ut XV. marcas a fratribus predicti monasterii acciperet nec ulla eos de cetero eiusdem causae exactione vexaret. Huic rei presentes et testes fuerunt *Heinricus prepositus Salzburgensis, Werinherus abbas Lawandinensis, Oudalricus abbas de sancto Lamberto, Chounradus abbas biburgensis, Chouno prepositus Chimensis, Hugo Perthensgadensis, Duringerus, Wisinto ministeriales sancti Roudberti;* quinque ergo marcas de manu abbatis *remis* accepit promittens, quod in reditu suo apud *Salzburc* reliquas X. acciperet, et iterato in nostra presentia coram testibus, quos fratres adhiberent, idem predium reputaret; factum est ergo, ut rediens, sicut promiserat, nobis *in superiori castro Salzburc constitutis* prius abdicato beneficio denuo renuntiaret, juxta pactionis condictum X. marcis attractis accepit, igitur hi testes secundi adhibiti sunt: *Liutoldus comes de pleigin et filius ejus Liutoldus, Ekkebertus comes de butina, Heinricus de hegilin, Liutoldus de Siesdorf, Sigiboto de Suriberch, Duringerus de werivin, Hartnidus et frater ejus Marcwardus de viskaha, Wisunt et Otto de Pongou, Dietmarus de Eicheim, Liutwinus prepositus, Palo* (sic) *de Sure, Roudolfus, Engilscalcus, Otto, Bertoldus et Willihelmus ministeriales comitis Liutoldi.* Presenti quoque inscribere pagine necessarium et utile duximus commutationem, quae inter monachos sancti Petri et canonicos *majoris ecclesiae* facta est. *Heinricus* siquidem prepositus et canonici dederunt abbati et predictae congregationi curtim in *pinzgou* sitam, quae a nobili

viro *Adelberto de Lugis* tradita eis fuerat, sed nunquam propter contradictionem propinquorum ejusdem Adalberti possessa, e contra abbas concessit eis in area, quam habuit ad *Tauersheim*, secus ecclesiam construere et medietatem illius ecclesiae atque atrii perpetuo jure possidere, addens insuper eis octo marcas. Huius commutationis testes sunt *Adalbertus de Gerin*, *Heinricus de hegilin*, *Engilscalcus de friesah*, *Sigiboto de Sureperc*, *Wolframmus de offinwanc*, *Pabo de Sure*, *Wisint de Pongou*, *Sigimarus de libniz*, *Hartnidus et frater ejus Marchwardus de viskaha*, *Adelbero de longou*, *Chunradus de Calcheim*, *Liutwinus castellanus*, *Liutoldus de Salzpurc*.

Acta sunt haec anno dominice incarnationis MCXLVII. Indictione X. Episcopatus vero domini Eberhardi Salzburgensis anno primo.

Hormayr, Archiv f. 1828, pag. 350.

CLXIII.

1148. 30. März. Remis. — *Papst Eugen III. bestätigt dem Kloster Niederaltach unter andern Besitzungen auch die Weingärten zu Schönhering und Ottensheim.*

Eugenius Episcopus seruus seruorum Dei dilectis filiis *Conrado Abbati Monasterii S. Mauritii Altahensis* eiusque fratribus tam presentibus quam futuris monasticam vitam professis in perpetuum. Quoties illud a nobis petitur, quod rationi et honestati convenire dinoscitur, animo nos decet libenti concedere et petentium desideriis congruum impertiri suffragium. Eapropter dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus et prefatum monasterium, in quo divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti patrocinio communimus statuentes, ut quascunque possessiones, quecunque bona in presentiarum juste et canonice possidetis aut in futurum concessione Pontificum, Largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium seu aliis justis modis Deo propitio poteritis adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: *Ecclesias* videlicet de *Zaia*, de *Abbatisdorff*, de *Grie*, de *Chunezen*, de *Cassen*, de *Mynchendorff*, de *Iserhouen*, de *Puchouen*, de *Walenstorf*, de *Erlbach*, de *Sinichingen*, de *Mundriching*, de *Ingoltestat*, de *Otelingen*, de *Wilbach*, de *Peringen*, de *Usterlingen*, de *Peirbach*, de *Metmenhusen*, de *Ibach*,

de *Suarza*, de *Pfolingen*, de *Paschingen*, de *Suarza*, de *Rorbach*, de *Urbach*, de *Lalling*, de *Tundorf*, de *Aicha*, de *Wincklingen*, de *Regen*, de *Monte S. Godehardi*, de *Neszelbach*, de *Haidolfinigen*, de *Cella*, *Montem S. Marie de Ceholuinge*, *Runchene*, *Tagmarspach*, *Winchingen*, *Hohenoe*, *Aspach* cum vineis et portu, Vineas de *Spizze*, *Shonheringen*, *Oteneshaim*, *Gerlochesperch*, *Wissensingen*, *Mannendorf*, *Hordorf*, *Rauuenstetten*, *Ranzingen*, *Parshalchessriegen*, *Kadingen*, *Adelboldingen*, *Asingen*, *Zalligen*, *Teuuelsperch*, quidquid juris habetis in *Halla*. Preterea quecunque bona tam in decimis quam familiis iuste et canonice possidetis, vobis nihilominus confirmamus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatum monasterium temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet molestiis fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura Salua sedis Apostolice auctoritate et Dioecesanorum Episcoporum canonica reuerentia. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica Secularisue persona hanc nostre constructionis (sic) paginam sciens contra eam venire tentauerit, secundo tertioue commonita si non satisfactione congrua emendauerit, potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se diuino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a Sacratissimo corpore et Sanguine Dei et Domini nostri Jesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco justa seruantibus sit pax domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum judicem premia eterne pacis inveniant. Amen.

Ego *Eugenius* catholice ecclesie episcopus etc.
Ego *Oddo* diaconus Cardinalis S. Gregorii ad uelum aureum etc.
Ego *Octauianus* diac. card. P. Nicholai in carcere tulliano etc.
Ego *Gregorius* diac. card. S. angeli etc.
Ego *Jacintus* diac. card. S. Marie in Cosmedin etc.

Datum *Remis* per manum *Guidonis* S. Romane Ecclesie card. et cancellarii III. Kal. Aprilis Indict. XI. Incarnationis Dominice Anno MCXLVIIII. Pontificatus vero Domini Eugenii Pape III. anno IIII.

Hund, Metrop. II. 27 (edit. Monac.). — Mon. boic. XI. 163.

CLXIV.

1149. Greiffenstein. — *Der Edle Otto von Machland verordnet, dass all sein bewegliches Gut zwischen den Klöstern Baumgartenberg und Sabenich getheilt werde und dass die von dem Bischofe von Passau dem Kloster Sabenich gegebenen Güter nach Baumgartenberg gehören sollen.*

In nomine dei omnipotentis. Ego *Otto de Machlannd* Nobiliter natus graui egritudine oppressus Volo pro anima mea dispensare presente fratre meo *Walchuno* atque fidelibus meis *Chunrado, Herwico, Berno*, nullo michi contradicendo vel resistendo, Trado igitur et jubeo, vt dentur omnia mobilia mea Abbati de *Bongartenberge*, qui presens est, inter vtraque cenobia diuidenda scilicet Sancte Marie de *Pawmgartenperg* Et Sancti Johannis de *Sabenich* Sub ea tamen caucione, vt, si episcopus Patauiensis aliquid eorum dempserit, que a suo predecessore concessa sunt ecclesie Sancti Johannis et Sigillo conmunita ipsius, omnia tam predia quam mobilia pertineant ad domum sancte Marie de *pangartenperg*. Rogo eciam te frater, vt memor fraterne fidei atque dileccionis ob salutem animarum nostrarum nostrorumque parentum predia, que a me assignata vel data sunt Ecclesie Sancti Johannis, Si episcopus, sicut iam dixi, aliquid abstulerit eorum, que per antecessorem suum eidem ecclesie collata sunt, tua delegacione ad ecclesiam Sancte Marie *pawmgartenperg* transferre non differas et defensionem obtineas. Dispositis tandem pro anima mea tam predijs quam mobilibus meis duobus iam dictis claustris sub premissa condicione Presente fratre meo *Walcono*, cum essem apud *Kremese*, Renuncio hodie omnibus proprietatibus atque vxori mee, ipsa annuente atque consenciente, victurus abhinc secundum jussionem Abbatis, qui adest. Nunc igitur ego *Otto* conmitto animam meam omnipotenti deo, et insero manus meas vestris manibus conmittens me vobis mittoque gladium meum per Vos offerendum deo et Sancte Marie cum reliquis armis meis ab isto loco, qui dicitur *Griffenstain*. Acta sunt autem hec Anno ab incarnacione domini M. C. XLjX*).

Nota quatuor fuisse fratres *Walchunum* fundatorem ecclesie *Sancti Andree* circa *Traysmam* habentem Comiciam in *Lengenpach*.

Hertwidum habentem Comiciam jn *Spilberch* fundatorem ecclesie *Wilhering*, latine hilaria.

---

*) Bis hieher abgedruckt bei Kurz, Beiträge III. 358.

Altramum habentem Comiciam *starhenberckh* aliaque multa terrarum spacia fundatorem ecclesie *Secouiensis*.

Ottonem, qui ultimus fuit, habentem comiciam *Weiten* et *Rechperg*, qui multis bonis ditauit Ecclesiam Sancti Andree eamque libertati sedis apostolice cum multis nobilibus sub vno aureo Bisancio quoque omni anno prepositus seruiret, contradidit multisque bonis Ecclesiam *Neuburgensem*, *Gottwicensem*, *Walthausiensem* ditauit, vbi eciam fundator fuit, Et in *Pawngartenperg;* quumque priuilegiate nomine a sede apostolica, ab imperio et a Regno hunc titulum habuerunt liberi et nobiles aduocati, quod hij fundatores a Mari usque ad mare fuerunt aduocati omnium Ecclesiarum kathedralium, vt in Chronicis legitur.

Hec nostri fossa Fundatoris tenet ossa,
Cum quo protector noster iacet, his pete lector,
Qui presto fueris requiem, si nomina queris,
Dictus erat *Walther* prior, *Otto* nobilis alter,
Tertius *Alramus* celitus Vernans, quasi Ramus
Olim famosus, diues, celebris atque generosus:
Nunc cinis atque lutum nature dando tributum,
Sordeo, quo pergo, perges et tu, precor ergo,
Me prece soleris, ut, cum morieris, simul eris
Non in lugendo inde forte sed in moriendo
Ordine tu jubaris, diuino lumine fruaris.

Isti versus habentur Scripti in Monasterio Sancti Andree in choro juxta *Traysmam* fundatum.

N. *Ottonis* vxor *) fundauit Monasterium Monialium *Erlacloster* dictum prope oppidum *Enns* situm, in quo, ut fertur, Sepulta iacet, sed similior veri relatum est, quod in *Pruckh* sepulta sit.

Arma Monasterij *Pawngartenperg* sunt arma superioris austrie, Aquila aurei coloris in nigro campo, quatuor tractus duo Albi et duo Rubri.

M. C. preteritis XL septem simul
Ottonis Comitis domus hec in honore
Est cura grata proprijs bonis fabricata.

Ad *Montem Pomerij* proprie *Pawngartenperg* Monasterium Cisterciensis Ordinis, ibi fluit *nardus* proprie dicte *Nern*.

---

*) Am Rande: *Geutta* vxor *Ottonis*.

Siluia domus Monasterium Canonicorum regularium, ibi fluit *Seminosa* proprie dicte *Serming*, que fluit jn *Sermingstain*, postea duplex *Ischper* superior et inferior diuidens *Austriam* a terra *Anesi* in vno latere Et *Anosus fluuius* ab alio latere diuidit austriam a terra Anasi.

Austria superior floriani Sangwine felix
Et ciuitas Anasum hic semper Ymagine gaude.

Aus einem Copialbuche des Kl. Baumgartenberg v. J. 1511.

CLXV.

1149. Püten. — ***Erzbischof Eberhart I. von Salzburg weiht die am Fusse des Pütener Berges erbaute, dem Kloster Reichersberg gehörige Capelle und eximirt sie von der Jurisdiction des Pfarrers von Püten.***

† In nomine summe trinitatis. Notum sit christi fidelibus, quod ego *Eberhardus Jvuauensis* ecclesie archiepiscopus in pede montis *putinensis* consecraui capellam propter usus fratrum *Richerispergensivm* tali uidelicet cautione, vt eadem capella cum dote adiacente in potestate sit eorundem fratrum neque plebanus eiusdem loci aliquid in ea ivris habeat neque ipse de suo ivre aliquid amittat propter eandem capellam, in qua nimirum diuina officia fratribus celebrari concessimus, que illic audire nullos fideles prohibemus ita uidelicet, ut suo ivre non priuetur *Putinensis* plebanus; Populares quoque sermones in precipuis festis eiusdem capelle inibi fieri permisimus uidelicet in dedicatione ac festis Beati Johannis Babtiste sanctique Petri Apostoli. Interfuerunt autem huic dispensationi Dominus *Romanus Gurcensis episcopus* et prepositi *Gerhohus* et *Werinherus Seccowensis* Presbiteri capellani nostri *Rődbertus, Gotescalcus, Ődalricus* Et de *Pataviensi* episcopatu *Marquardus prepositus Niwenburgensis*, Canonici Richerispergenses *Walherus* et *Heinricus* presbiteri, Canonici *Niwenburgenses Herimannus* et *Hildibrandus* diaconi, Plebani sacerdotes *Hartwicus de Lanzenkirichen*, *Meginwardus de Bramberg*, *Richerus de Putine*, Laici nobiles et ministeriales, *Comes Ekkibertus*, *Dietericus de Mosen*, *Depoldus de Lechisgimunde*, *Turingus de Weriuen*, *Sigemar de Libenize*, *Hartnidus et frater eius Marquardus de vcelingen*, *Truslebus de Radistat*, *Putinenses* ministeriales, *Poppo*, *Livpoldus*, *Rapoto*, *Chőno*, *Turingus* et populus multus ad dedicationem ipsius capelle collectus. Et vt hec nostra dispositio firma et inconvulsa permaneat, paginam hanc sigilli nostri

roboravimus inpressione. Actum *putin* Anno dominice incarnationis M.C.XL.VIIII. Indictione XIII.

Original auf Pergament mit Siegel, welches mittelst eines durchgezogenen Pergament-Riemens rückwärts angeheftet ist, im Kl. Reichersberg. — Mon. boic. IV. 415.

CLXVI.

Circa 1150. — *Erzbischof Eberhart I. von Salzburg verleiht dem Propste Manegold von Ranshofen und seinen Nachfolgern die Kirche Hochberg.*

In nomine sanctę et indiuiduę trinitatis ego *Eberhardus* dei gratia *Salzburgensis* ecclesie Archiepiscopus. Notum uolo esse christi fidelibus, quod ecclesiam *Hohenberchah* infra terminos parrochię nostrę sitam cum toto iure parrochiali ad eam pertinente assentiente clero et laicis fidelibus ecclesię nostrę firma concessione conmisi preposito *Ranshouensi Manigoldo* et eius in posterum successoribus conmunem uitam secundum regulam beati Augustini seruantibvs salua in omnibus nostra nostrorumque successorum canonica iusticia. Si autem, quod absit, regularis uita, quę nunc deo fauente in ęcclesia *Ranshouensi* tenetur, fuerit ibi annichilata, pro nichilo quoque habeatur concessio nostra, quam regularibus duntaxat prepositis pręfatę ęcclesię ratam et inconuulsam permanere uolumvs et ideo kartam concessionis huius nostro sigillo roborari fecimvs.

Ego *Hugo* dei gratia Salzburgensis prepositus subscripsi,

Ego *Willehelmus* dekanus subscripsi, Ego *Heinricus* abbas Sancti Petri subscripsi, Ego *Trônt de sancto Petro* SS. Ego *Heinricus Berthsgademensis* prepositus subscripsi,

† Ego *Gerhous Richerspergensis* prepositus SS. Ego *Herbordus Ouensis* prepositus SS. Ego *Cůno Kymensis* prepositus SS.

Original auf Pergament mit rückwärts angeheftetem Siegel im k. bairischen Reichsarchive zu München.

CLXVII.

Circa 1150. — *Tauschvertrag zwischen dem Bischofe Chunrat von Passau und dem Kloster Garsten, vermöge dessen dem Kloster gegen drei Höfe zu Timenbrunn, Hartheim und Buch der Zehent zu Gaflenz eingeantwortet wird.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis *chônradus* dei gratia *pataviensis* ecclesie episcopus. Notificamus omnibus uerę fidei cultoribus tam presentibus quam futuris concambium, quod factum

est inter nos et uenerandum abbatem *Syrum carstensem* fratresque ibidem domino seruientes, quod hoc modo perpetratum est. Idem namque fratres tradiderunt nobis per manus aduocati sui *Otachardi* scilicet *marchionis de styri* tres stabularias curtes, unam apud *timenbrunnen* cum mancipiis et omnibus, sicut tunc possessa erat, ibidemque molendinum cum iure suo, alteram apud *hartheim*, terciam uero apud *pûche* et in eodem loco mansum unum, alterum uero apud *Emilingen* eo tenore, ut decimas, quę pertinent ad parrochyam *Abilenzi*, eis iure concambii traderemus. Nos itaque hoc iustum legitimumque concambium esse perpendentes pari deliberatione mutuas conmutationes fecimus prediaque supradicta nos et ecclesia, cui domino auctore presidemus, per manus *Adalberti* de *pergi* suscepimus eisque decimas prefatę ęcclesię donauimus eosdemque terminos a predecessore nostro pię memorię *Reginberto* statutos confirmauimus, uidelicet a fluvio *Rŏbinich* usque ad cursum *frŏdenize* alterius fluminis et usque ad principium *abilenze* iuxta portam decernentes et statuentes, ut decimas his terminis inclusas prefatus abbas eiusque successores a nobis et a nostris successoribus perpetua et stabili possessione obtineant. Vt autem pagina huius mutuę conmutationis nostrę inconuulsa et illibata permaneat, sigilli nostri impressione eam insigniri iussimus idoneosque testes subternotari fecimus. Quorum nomina hec sunt: *Chadalhoch patauiensis prepositus*, *Ŏdalricus archypresbiter*, *Adalgoz decanus*, *Otachar marchio styrensis*, *Adalbertus de perge*, *Cholo de Wassinberch*, *Gotiscalch de hunisperch*, *Walchŏn de Chlamme*, *Pabo de Ameramgin*, *Hartnith de Orte*, *Gunpolt de pollinheim*, *Gŏndacher de steinpach*, *Hettil de Wizinpach*, *Dietericus de Truna*.

Original; Pergament mit an Pergamentstreifen hängendem Siegel im Archive zu Garsten. — Abgedruckt bei Fröhlich, Dipl. Garst. 41 coll. — Kurz, Beiträge II. 507.

CLXVIII.

Circa 1150. Enns. — *Heinrich Herzog von Bayern nimmt auf die Bitte seines Bruders Conrad, Bischofs von Passau, dem Adelbert (von Berg) die Vogtei von St. Pölten ab und entschädigt ihn dafür mit anderen Gütern.*

H. dei gratia dux Boarie omnibus Christi fidelibus imperpetuum. Justis petitionibus assensum prebere et ecclesiarum paci studere nostram decet discretionem, id enim nobis et ad presentem uitam et

ad illam, quam expectauimus in celis, remunerationem profuturum credimus. Quapropter sciendum et memorie tam presentium quam futurorum diligenter conmendandum, qualiter nos pro petitione et dilectione karissimi domini et fratris nostri C. *patauiensis ecclesie episcopi Adelbertum cognatum nostrum* ab Aduocatie administratione *ecclesie sancti ypoliti* remouimus eamque in manum iam dicti domini et fratris nostri debite dilectionis ac fidelitatis, quam erga ipsum habuimus, intuitu Predicte ecclesie Patauiensi cum omni libertate resignauimus; videbatur enim ultra, quam iustum esset, eandem ecclesiam supradictus cognatus noster Adelbertus grauare et episcopum sub nomine aduocatie turbare. Itaque in futurum omnem questionem auferentes et omnimodis tranquillitati dilecti fratris nostri intendentes eidem Adelberto fideli et cognato nostro beneficium iam sepedicte Aduocatie de aliis nostris redditibus copiose reconpensauimus et decetero omnem repetitionem interclusimus. In futuris autem temporibus hec inconuulsa ut permaneant, sit testis cum omnibus, qui aderant, presens pagina sigillo nostro bullata. Facta sunt hec *in conuentu celebri in loco Anesi* presentibus multis utriusque nostrum fidelibus et religiosis uiris ad hec fideliter collaborantibus.

Mon. boic. XXVIII. II. pag. 218 ex libr. cop. patav. II°

CLXIX.

Circa 1150. — ***Nachricht in Betreff eines Streites zwischen dem Bischofe von Passau und dem Kloster Baumgartenberg wegen des Nachlasses des Otto von Machlant.***

Sequentem scripturam reperimus, quam nemo dubitat scripsisse abbatem illum, cui ipse fundator professus est. Procedit autem in hunc modum, prout sequitur. Quod scimus, loquimur et quod vidimus, testamur. Scimus et vidimus bone memorie *Ottonem* virum nobilem duorum claustrorum fuisse fundatorem Alterius Cisterciensis ordinis, Alterius canonicorum regularium. Sed claustrum regularium Canonicorum amplioribus diuitiis ditavit collatis ad idem beneficiis, que ab episcopo Patauiensi habuit, Cuius etiam priuilegio eadem beneficia communiuit. Sed instante illi articulo mortis nobis presentibus, accito fratre suo *Walcano* (sic) aliisque personis nobilibus, honestis et veracibus commisit nobis omnia mobilia sua inter predicta cenobia diuidenda sub ea tamen caucione, ut, si episcopus Patauiensis diminueret bona claustro regularium a suo predecessore collata, omnia

tam predia quam mobilia nostre forent ecclesie. Facta hac et firmata testamento omnium rerum suarum donacione manibus suis inter manus nostras compositis Domino Christo sese nudum obtulit promittens de reliquo vite sue tempore modum et formam vivendi sub precepto nostro se velle custodire. Norunt hoc Dominus *Eberhardus Salisburgensis Archiepiscopus*, *Hainricus dux Bauarie* et multi Comites et viri nobiles ac religiosi Abbates et Prepositi.

Predicto igitur Ottone viam universe carnis ingresso episcopus Patauiensis bona per Antecessorem prefato cenobio regularium tradita usibus suis mancipauit Et ut res sub predicta conditione nobis commissas cum Regularibus diuideremus, a nobis instanter exigere cepit. Cum ergo ad causam hanc dirimendam abbas Cisterciensis a Cisterciensi Capitulo dispositus advenisset, episcopus offerebat assercionis sue testimonia, quod nulla condicione interposita bona illa mobilia duobus iam dictis cenobiis fuerint destinata. Nos uero e contra testamentum morte testatoris confirmatum et nobilium personarum testimonium de illa donacione, que ab ipso donatore nouissimum spiritum trahente fuerat dictata, ad confirmandam assercionis nostre partem parati fuimus exhibere. Sed cum abbas Ebracensis testimonium episcopi contra nos vellet recipere, ipsum deprecati sumus, quatenus ad examen sanctorum patrum Cisterciensis Capituli terminandam differret summam tocius negocii. Quo nobis non concesso denuo ei suggessimus, ne consensu suo vel presencie sue auctoritate iusiurandum testium episcopi reciperet, utpote qui nec de visis nec auditis false iuraturi essent. Preterea episcopo per fratrem nostrum mandauimus, ut saltem pre Reuerencia domini Pape ab iniusta testium productione cessaret. At ille septem falsos testes contra nos produxit, qui sub iureiurando falsum contra nos tulerunt testimonium. Hac igitur necessitate constricti dominum papam adiuimus et tocius seriem rei pleniter ei exposuimus. Qui diligencius causam examinans Salisburgensi Archiepiscopo subiectam per nos direxit epistolam:

Eugenius episcopus seruus seruorum dei Saltzburgensi Archiepiscopo salutem et apostolicam benedictionem. Veniens ad nostram presenciam dilectus filius noster Abbas de *Pawmgartennperg* aduersus Venerabilem fratrem nostrum Patauiensem episcopum querelam in conspectu nostro deposuit, quia quedam mobilia ecclesie ipsius a nobili quondam viro *Ottone* pro anime sue redemptione in testamento relicta ei contra iusticiam contendit aufferre. Et quoniam tollerare

nec possumus nec debemus, ut opera pietatis et maxime, que viris religiosis et Christi pauperibus exhibentur, potentia vel presumptione cuiuslibet vacuentur, per presencia scripta fraternitati tue mandamus, quatenus, nisi iam dictus frater noster prescriptum filium nostrum et fratres eius omnia, que in ipso testamento fuerunt eis a prenominato viro legata vel assignata, pacifice habere permiserit, utramque partem ante tuam studeas euocare presenciam et accitis illis, qui eidem testamento interfuerunt, iuxta quod ipsi exinde sub iurisiurandi religione testari voluerint, facias dictum fratrem nostrum inuiolabiliter obseruare. In his autem et in omnibus eorum causis ita te uolumus iam dictos fratres pro Beati Petri et nostra reuerencia sustinere, ut et ipsi pro alterius partis gratia vel potentia se iure suo non sentiant defraudari et nos in eorum subuencione noscamus, qualiter in executione piarum rerum de tua debeamus charitate presumere.

Epistolam sequentem Patauiensi episcopo per nos destinauit:

Eugenius episcopus seruus seruorum dei Patauiensi Episcopo salutem et apostolicam benedictionem. Quoniam fraternitatem tuam sincere dilectionis brachiis amplectimur, ideo non mediocriter contristamur, quod viros religiosos in tua diocesi commorantes ita plerumque videmus a tua fraternitate grauatos, ut et nos exinde non immerito moueamur et cum pontificali officio, ad quod te gratia diuina uocauit, derogare non modicum videaris. Veniens ad apostolice sedis clementiam dilectus filius noster Abbas de Pawmgartenperg sua nos conquestione instruxit, quia quasdam res, quas ecclesie sue Otto vir nobilis imminente mortis articulo pro anime sue redemptione in testamento reliquit, per incongruos testes aufferre contendis. Quia igitur ad iniuriam episcopalis officii periculumque anime tue spectat, religiosis viris, qui de proprio studiosius essent a tua fraternitate promouendi, res ab aliis pia deuocione concessas aufferre, Per presencia scripta dilectioni tue mandamus, quatenus vel ea iam dicto filio nostro et fratribus eius libera et sine aliqua inquietatione dimittas, Vel cum a venerabili fratre nostro Salzburgensi Archiepiscopo fueris euocatus, eius presenciam adeas et quod ab eo fuerit exinde iudicatum, suscipias firmiter et obserues et donec ipsa causa iudicio terminetur, nichil omnino de rebus ipsis jam dicto filio nostro aufferre presumas.

Episcopus uero iterum querimoniam de nobis facturus nuncium ad Cisterciense direxit capitulum quemdam scilicet prepositum grandis corporis virum, qui assistente sibi abbate Ebracensi litteras obtinuit

a capitulo domino pape dirigendas, quatenus ipse firmaret iudicium, quod coram abbate Ebracensi de causa predicta fuerit habitum. Jam dictus uero prepositus, quoniam spiritui sancto et sanctis patribus in spiritu santo (sic) congregatis plurima mentiri non est reveritus, veniens in Cristam (sic) Abbaciam Ordinis nostri nec confessus nec communicatus exspirat, Litteras uero, quas a Capitulo acceperat, per Conuersum suum ad terram nostram transmisit.

Accepto autem mandato per litteras apostolicas Salzburgensis Archiepiscopus ad prosequendam causam nostram Patauiensem episcopum evocauit. Euocauit nec non et eos, qui supremo et extremo interfuerunt testamento Ottonis viri nobilis, de cuius rebus videbatur esse contencio. Cumque assidente ei domino *Romano Gurcensi episcopo* testes accitos viros nobiles et veraces de visis et auditis sub iureiurando dicere paratos paratus esset audire, regulares Canonici, quorum causam agebat Patauiensis episcopus, consilio et precepto ipsius episcopi scripto appellauerunt ad sedem apostolicam, quatenus hoc modo iudicium a domino papa prescriptum impediret et causam nostram terminari prohiberet et periuria testium suorum occulta forent. Utramque partem ergo Saltzburgensis Archiepiscopus domino pape censuit presentandam cum litteris suis fidelem relationem continentibus, ne forte per alteram partem subripi vel addi aliquid ualeret, quod non expediret. Cumque hec necessitas urgeret utrosque examen apostolici moderaminis expetere, episcopus de causa sua diffidens iam prefatos regulares a suis sedibus eiecit, ipsum Cenobium cum suis pertinenciis Abbati cuidam sue diocesis disponendum commisit sicque appellationem factam impedivit.

Kurz, Beiträge III. 386.

CLXX.

1151. Im Jänner. — *Conrad, Bischof von Passau, beurkundet einen von den beiden Klöstern Gleink und Seitenstätten abgeschlossenen Tausch verschiedener Zehente.*

In Nomine sancte et indiuidue trinitatis. — *Chvnradus* dei gratia *patauiensis* Episcopus — Officii nostri ratio postulare videtur, vt ea, que ad quietem et conmoditatem Ecclesiarum nostrarum spectant, ordinare nos et tractare debeamus. Hinc est, quod nos inter fratres nostros abbatem *Fridericum* de *Sitensteten* et *Vlricum* abbatem de *Glvnich* legitime conmutationis concambium fecimvs. Etenim cum decimationes de agris Monasterii *Glvnicensis* ad Monasterium

Sitensteten ex antiquo pertinent, fratres invicem gravabant et inter dantes et accipientes moleste sepe contentiones oriebantur. Nos igitur pro bono pacis et concordie nec non, vt quietius et conmodius habeant utraque Monasteria maiorque sit amborum vtilitas, mansum unum in *Ilbungespach* et pratum unum iuxta flumen *vrla* ad viginti plaustrata feni et duos mansos iuxta flumen *Erla* de bonis *Glvnicensis* monasterii ad *Seitanstêten* traiecimus et pro hiis omnem decimationem, quam *Sitanstetenses* habebant ab *Ensgrvnde* usque in *Glvnich*, ipsi *Glunicensi* monasterio donauimus per manus vtriusque loci aduocatorum, *Arnhalmi* videlicet exparte *Glvnicensium* et *Egononis* ex parte *Sitanstetensium* prefatis abbatibus et vtriusque loci fratribus pari voto et conmuni voluntate in idipsum consentientibus. Vt ergo actio hec huius legitime conmutationis firmiter et inconfulse (sic) omnibus etatibus constare ualeat, paginam hanc inde conscribi ac sigilli nostri impressione roborari precepimus omnem hominem, qui eam violare presumpserit, exconmunicationis vinculo innodantes, Si semel aut bis conmonitus emendare noluerit. Testes autem sunt, Ex clero *Sigehardus abbas Gaerstensis, Fridericus abbas de Sitansteten, Altmannus de Haedershouen, Gundelbertus de Wiztra*, plebani. Ex laicis per aurem attracti, *Adelramus de vrla et frater eius Egeno, Arnhalmus de Volchenstorf, Erchenpoldus, Pilgrimus, Fridericus fratres de Hagwalde*, ministeriales Ecclesie *Babenbergensis*, *Hertwicus Borm, Gundacher et filius eius Gundacher, Engelschalcus et fratres eius Sighart, Laentfrit, de Egelbach* et alii multi. Acta sunt hec, Anno dominice incarnationis. M°C°Lj° Regnante Domino *Chvnrado* Romanorum Rege glorioso et semper augusto, anno Regni eius XV°, Indictione prima, Mense Januarij scilicet amen.

Aus einem Vidimus auf Pergament mit Siegel des Bischofs Wernhard von Passau dd. Gleink 30. Nov. 1292, im Archive zu Gleink. — Kurz, Beiträge III. 309.

CLXXI.

1151. 22. Mai. Kremsmünster. — *Conrad, Bischof von Passau, bestätigt die Stiftung des Nonnenklosters Erla.*

Cunradus Caelesti gracia *Pataviensis Episcopus* fidelibus salutem in perpetua benedictione Domini. Domino Salvatore omnium bonorum auctore cooperante et predecessores Venerabiles Episcopos sic imitari et successores nostros pari volumus exemplo in idipsum provocare, ut loca divinis cultibus mancipata tum nostris impensis

adjuvemus, tum possessiones ipsas a quibuscunque fidelibus impensas Dei omnipotentis auctoritate et munimento nostri privilegij contra omnium, quecunque dici aut fingi poterunt, improbitatem stabili in perpetuum tenore confirmemus. Renovantes igitur quoddam nobis oblatum felicissime recordationis *Egilberti Pataviensis Episcopi* privilegium pro institutione *Erlahensis Ecclesie* conscriptum latificamus cunctis moderni et futuri temporis fidelibus, quod Vir quidam *nobiliter ingenuus Otto* nomine una cum propinquis suis *Dieterico* et *Engelscalcho* in renuntiando secularibus Semetipsum abnegans facultatum suarum, quibus admodum pollebat, pro Dei amore, pro sua, omnium debitorum salvatione Beatum Petrum Principem Apostolorum Sanctumque Baptistam Domini Precursorem felicissimos conscripsit heredes ita quidem, ut in loco, qui *Erlach* nuncupatur, Claustro religiose constructo Sanctimoniales ibidem ad regularem vitam congregate Deo devote jugi famularentur obsequio, et locus ipse ad titulum S. Stephani Protomartiris in manum Domini *Egilberti Episcopi* mancipatus sub sua et omnium deinceps illius sedis Episcoporum proficeret defensione et aminiculo. Ab ipso ejusdem loci Katholico Fundatore hec annexa est conditio, quod si forte sua hec institutio ullius unquam violenta potestate destructa cessaret, hereditas sua ad primum cognationis remearet.

Hec sunt nomina Prediorum, que idem Fundator felicissimus prefate contulit Congregationi: *Erlach* et omnes in circuitu sitas sui Juris possessiones, hoc est *Steine*, *Waldarn*, *Gruobe*, *Engilberge*, *Wengilbach*, *Gottenhoven*, *Palsense*, *Aschach*, *Flinspach*, *VVerenhersdorf*, *Scafuerfelch*, *Innlinnesdorf*.

Pari devotione *Venerabilis Episcopus Egilbertus* et ipse spe retributionis eterne tradidit super aram Sancti Petri in eodem loco in augmentum Prebende ancillarum Dei quinque Huobas et duas vineas cum aliquot mancipijs, In Ecclesia *Oftheringe* terciam partem decimarum, in Ecclesia *Ardacheren* predium et duas partes decimationis, Apud Ecclesiam *Woflspach* (Wolfspach) predium et integram decimationem de XXIIII. mansaricijs. Deinde *Regmarus Episcopus* tradidit eidem Ecclesie tertiam partem decimationis de ipsa parrochia *Erlache*, Item ad eundem locum attinet ex donatione predicti Egilberti Episcopi integra decimatio de XXIIII. mansaricijs in *Ecclesia S. Valentini* sitis.

Testes Investiture Domini Ottonis sunt infra subnotati: *Hartman de Erlach*, *Werinhardus de Stafalaren*, *Frietel*, *Aribo*, *Vdalrich de*

Ardachern, Waltchuon de Perge, Piligrim de Cella, Alram de VVillehring, Vdalrich de Machlant, Hadamar de Erlach, Haderich de Hadrichesdorf, Hartvvich de Heide, Idunch, Regile.

Sunt preterea et hec Prediorum nomina eidem loco postmodum a fidelibus Christi in stipendium filiarum suarum pro salute animarum fidelium collata: *Lupe, VValinsdorf, Othprechtesperg, Sulzpach, Harrose, Halle, Erlofhingen, Hecherens,* Vinea *Opinge, Richpoldesvvinchl, Michstetten, Hagelin* et III. domata ibidem sita, *Lengenbach, Steinvvant, Gruobe, VValdaren, Strasse, Treunenich, Sevvaren, VVerde, Hittingen, Spaetinesdorf, Fuostendorf, Lohe, Sirniche, Chremelise, Piela, Edelize, Flinspach, Sebiskenbruonnen, Chalmuonse, Dtristnicheneh.*

Nos ergo predictam congregationis institutionem noticie posterorum scripto presentis pagine et in eandem sigilli nostri suspensione commendantes per virtutem Sancte et Individue Trinitatis, per merita omnium Sanctorum, per districtam banni nostri sententiam locum illum locique incolas, colonos et possessiones universas sub divina protectione contra omnium quascunque vexationes et molestias ponimus nostrisque successoribus Episcopis fouenda hec universa et protegenda committimus.

Acta sunt hec in *Chrinsmuonnstivre* Anno post Incarnationem Domini Millesimo CLI. XI. Kalend. Junij, Anno vero Episcopatus nostri IIII. Indict. autem XIIII. Epacte I. Concurr. VII.

Ego *Kadelous Pataviensis Prepositus* subscripsi. Ego *Adelgochus Pataviensis Decanus.* Ego *Vdalricus Prepositus S. Marie.* Ego *Ruodpertus Archidiaconus* laudo. Item ego *Ruopertus Archipresbiter* laudo. Ego *Sigehardus* laudo. Ego *Adalbertus Custos* laudo. Ego *Hermannus* laudo. Ego *Heinricus Scolasticus* laudo. Ego *Adalbertus Abbas S. Agapiti* laudo. Ego *Wernhardus Forinbaccensis Abbas* laudo. Ego *Sigehardus Abbas S. Marie de Gaerste* laudo. Ego *Heinricus de Sabenich* laudo. Ego *Dithmarus S. Floriani* Prepositus laudo. Item ex Laicis testes sunt renovationis *Adelrammus de Offtheringen, Herrandus de Werde, Adalber de Nuoiuaren, Marquarth de Wesen, Richker de Osternahe, Ruodiger* ceterique quam plurimi.

Pez, Thesaur. VI. I. 362.

CLXXII.

1151. 22. Juni. Ferentino. — *Papst Eugen III. bestätigt die Besitzungen des Klosters Baumgartenberg.*

Eugenius episcopus seruus seruorum dei dilectis filiis *Friderico abbati sanctae Mariae in Pomgartenberge* eiusque fratribus tam praesentibus quam futuris monasticam uitam professis in perpetuum. Religiosam uitam eligentibus apostolicum conuenit adesse praesidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incursus aut eos a proposito reuocet aut robur, quod absit, sacrae religionis infringat. Eapropter dilecti in domino filii uestris iustis postulacionibus clementer annuimus et monasterium beatae Mariae in Pomgartenberge, in quo diuino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et praesentis scripti patrocinio comunimus Statuentes, ut, quascumque possessiones, quaecumque bona eadem ecclesia inpraesentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis deo propitio poterit adipisci, firma uobis uestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus haec propriis duximus uocabulis annotanda: Locum, in quo ipsa abbatia sita est, cum appenditiis suis, Grangiam in *Nodemestorf* cum appenditiis suis, Grangiam *Tymnich* cum appenditiis suis, Grangiam *Gozoltingen* cum pertinentiis suis, Grangiam *Teuphenbach* cum pertinentiis suis, *Modmesecche* cum pratis et pascuis, De *silua Nordica* triginta mansos, Grangiam de *Cremesa* cum agris et uineis suis et Decem mansos de silua in *nochelinge*. Sane laborum uestrorum, quos propriis manibus aut sumptibus colitis siue de nutrimentis uestrorum animalium nullus omnino a uobis decimas praesumat exigere. Oleum uero infirmorum, consecrationes altarium seu basilicarum, benedictionem abbatis, ordinationes monachorum, qui ad sacros ordines fuerint promouendi, a dyocesano suscipietis episcopo, siquidem catholicus fuerit et gratiam atque communionem apostolicae sedis habuerit et ea gratis et absque prauitate uoluerit exhibere. Alioquin liceat uobis catholicum, quem malueritis, adire antistitem, qui nostra fultus auctoritate, quae postulantur, indulgeat. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat praefatum monasterium temere perturbare aut eius possessiones auferre seu ablatas retinere, minuere uel aliquibus uexationibus fatigare, Sed omnia integra conseruentur eorum, pro quorum gubernatione

ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimode profutura. Siqua igitur in futurum ecclesiastica saecularisue persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere uenire temptauerit, secundo tercioue commonita nisi presumptionem suam congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus sit pax domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiat et apud districtum iudicem premia aeternae pacis obtineat. Amen. Amen. Amen.

Eugenius catholicae ecclesiae episcopus subscribo.

(Sequuntur subscriptiones undecim Cardinalium.)

Datum *ferentini* per manum *Bosonis sanctae Romanae ecclesiae scriptoris* X. Kl. Julii Indictione XIIII. Incarnationis dominicae Anno M. C. LI. Pontificatus uero domini Eugenii papae III. anno septimo.

Original mit Bleibulle im Museum Francisco-Carolinum zu Linz. — Kurz, Beiträge III. 393.

CLXXIII.

1151. 26. August. Passau. — *Conrad, Bischof von Passau, schenkt dem Kloster St. Florian die Pfarrkirche Wallern und erneuert die Verleihung der von St. Marienkirchen.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. *Chvonradus* diuina fauente gratia *patauiensis ecclesie episcopus* cunctis successoribus suis et omnibus christi fidelibus in perpetuum. Pastoralis officii debitum efficacius nos credimus exequi, si religiosorum uirorum indigentiam temporalia subsidia largiendo paterna curamus prouisione releuare et ab aliis pia deuotione ecclesiis donata auctoritate nobis a deo collata pro pace et quiete ecclesiarum eisdem satagimus confirmare, ut qui per nos ipsos propter temporalium actionem frequentes tumultus diuinis ministeriis sedulitate, qua deceret, insistere non ualemus, eorum, quos ope nostra iuuamus, orationes et ministerium temporali nobis beneficio comparemus. Hac igitur consideratione inducti de consensu et fauore fratrum nostrorum Patauiensis chori kathedralium et aliorum fidelium nostrorum ecclesie, que *domus sancti Floriani* dicitur, que etiam patauiensis ecclesie filia est specialis, legitima donatione conferimus *ecclesiam in Waldarn* cum aduentiis

suis uniuersis ad supplementum indumentorum fratrum ibidem deo militantium. Confirmamus preterea memorate ecclesie omnes donationes ab antecessoribus nostris episcopis eidem legitime factas et specialiter *ecclesiam sancte Marie* iuxta riuulum, qui *Palsentze* dicitur, sitam, que etiam ad cameram predictorum fratrum dinoscitur pertinere.

Vt autem hec nostra donatio necnon et confirmatio futuris temporibus futuris temporibus (sic) perpetua firmitate rata et inconuulsa permaneat, hanc inde paginam conscribi et sigilli nostri impressione iussimus insigniri inprecantes sub adtestatione diuini iudicii, ut si quis qualibet temeritate contra factum nostrum aliquid adtemptare presumpserit, omnipotentis dei indignationem incurrat et perpetue maledictioni subiaceat. Huius rei testes sunt *Chalhohus prepositus, Rvobertus decanus, Heinricus scolasticus, Gerboto archipresbiter, Jacobus archydiaconus, Otto capellanus, Pilgrimus, Vodalricus, Fridericus, Albertus, Albero, Fridericus* canonici. Ex nobilibus *Gebhardus comes de viehtinsteine, Albertus comes de Rebegawe, Heinricus de Julbach, Engilshalcus de vra.* Ex ministerialibus *Marquardus de wesin, Engilbertus de strebin, Hartmvot pincerna, Adalbertus camerarius, Walchunus iudex, Rvodolfus de Perchaimen, Waltherus de Glaneke* et alii quam plures, quorum nomina non sunt adnotata. Acta sunt hec in *Patauia* Anno ab incarnatione domini MCLI. Indictione XIII. VII. kalendas Augusti Anno pontificatus nostri VIIII. Regnante *Chvonrado rege* Anno regni sui V. feliciter. amen.

Original mit Siegel im Archive des Kl. St. Florian. — Stülz, Gesch. von St. Florian 256. — Die Chronologie der Urkunden der Bischöfe von Passau ist berüchtigt und unter ihnen ganz vorzüglich die der beiden Bischöfe Konrad und Altmann. In vorstehender Urkunde sind alle chronologischen Daten sich widersprechend. Die Indiction des Jahres 1151 ist die vierzehnte, das Jahr der Ordination des Bischofes Konrad das dritte und endlich des Reiches K. Konrad III. das vierzehnte.

CLXXIV.

1151. 24. September. Bamberg. — *Bischof Eberhart von Bamberg beurkundet einen von ihm mit dem Kloster Reichersberg abgeschlossenen Gütertausch.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Ego *Eberhardus* dei gratia *babenbergensis* ęcclesię episcopus notum uolo esse cunctis christi fidelibus tam presentis quam futurę posteritatis, quod in terra ecclesię nostrę iuxta riuum *antesin* fecimus concambium cum preposito

richerispergensi Gerhoho ex conlaudatione fidelium nostrorum *marchionis Othacheri* aduocati nostri et aliorum, quos terra eadem beneficiaria concessione ipso marchione mediante contingebat. Concambium uero sic se habet. Riuus nomine *Semftinbach* longo decursu cum multo fratrum *richerispergensium* labore deductus est ad claustrum *richerispergense* ita, ut alueus eius per terram prenotatam predicto marchioni a nobis inbeneficiatam transeat non sine aliquanto dampno.

Pro quo sufficienter et plenarie nobis et ęcclesię nostrę iure concambii recompensando a iam dicto preposito per manum aduocati *richerispergensis* ęcclesię *Reginheri* suscepimus predium quoddam a *wigando* datum iuxta eundem riuum in monte *rainberc* et iuxta uillam nomine *munster* agrum unum. Ut autem firmum sit et irretractabile iam dictum concambium, paginam hanc inde conscriptam et subscriptione proprię manus nostrę atque conlaudatione clericorum nostrorum et fidelium quoque laicorum nutu corroboratam sigilli nostri fecimus inpressione signari.

† Ego *Eberhardus babenbergensis* episcopus II. s. s.
† Ego *Vdalricvs* prepositus maioris ęcclesię S. S.
† Ego *Volmarus* decanus maioris ęcclesię S S.
† Ego *liupoldus* prepositus sancti stephani subscripsi.
† Ego *Cvnradvs* custos et prepositus S. Marie subscripsi.
† Ego *meginhardus* prepositus ueteris capelle S. S.
† Ego *hermannus* presbiter et canonicus maioris ęcclesię S. S.

Monogramma (bene valete).

Data *Babenberg* VIII. Kalendas Octobris Anno ab incarnatione domini M. C, L I° Indictione xiiii.

Original auf Pergament im Archive des Klosters Reichersberg. Das mittelst eines durchgezogenen Lederstreifens rückwärts angehängte Siegel ist abgefallen. — Hund — Gewold, III. 161. — Chron. Reichersb. (edit. Gewold.) 186.

CLXXV.

1151. Vöcklabruck. — *Conrad, Bischof von Passau, schenkt der Stiftung Pilgrims von Schalcheim zu Vöcklabruck die von der Pfarrkirche Schöndorf jährlich zu entrichtende Justitia episcopalis.*

C. *Chovnradus* caelesti gratia *patauiensis episcopus* cunctis ecclesie fidelibus salutem in perpetuum. Dignum et imitabile patrum nos precedentium sequi cupientes exemplum, quecumque ipsi de suis

uel aliorum fidelium sumptibus aut pro utilitate uiuorum aut pro saluatione animarum utiliter instituerunt, eadem nos quoque deo cooperante astipulantes dictis, scriptis et factis uolumus confirmare et alios post nos episcopos ceterosque bone uoluntatis propositores (sic) nostris, quantum dominus adiuuerit, benefactis, uerbo, opere et priuilegio ad benefaciendum prouocare. Renouantes igitur quoddam predecessoris nostri benedictissime recordationis *episcopi Regenberti* priuilegium presentium pariter et futurorum memorie commendamus, quod uir quidam satis ingenuus *de Scalchheimen* nomine *Piligrimus* repudiata seculari milicia christo contentus hospitale quoddam de bonis suis a contradictione liberis in *Vechelahebrovchke* preparatum pauperibus et capellam ibidem a se sub titulo et ueneratione *sancti Egidii* constructam, utrumque in massam bonorum sancti Stephani perenni iure contradidit et contraditis dictus iam nunc episcopus in augmentum refectionis pauperum utilitates de adiacente *barrochia Scovhendorf* colligendas excepta episcopali iusticia annuatim soluenda spe diuine reconpensationis adiecit. Nos proinde nos quoque (sic) nostris temporibus in eodem sacello benefaciendi materiam habentes et uoluntatem, annuam, que ad nos attinet, iusticiam de prefata barrochia ad incrementationem eiusdem collationis fidelium super addimus flagitantes summopere, ut hoc et illud predecessoris nostri in christi pauperes beneficium ratum habeatur et a nostris successoribus. Complacuit et hoc nobis, ut eundem locum sub nostra episcopali tuicione defensum ille idem deo deuotus homo, qui ipsum iniciauit quique ad nostra tempora perdurauit, Piligrimus, quoadusque uixerit, sicut cepit religiose manuteneat et post eum quemcumque Pataviensis episcopus eidem amministrationi substituat.

Hec in *Uechelahebruochke* anno post incarnationem domini Millesimo CLI. peracta, Indictione vero XIII. sicut sunt banno atque apicibus (sic) nostris et sigillo contra uiolentiam et obliuionem hominum munita, sic et testibus subnotatis corroborata. Ex capellanis nostris *Chadelhoch prepositus, Ovdalricus, Gerboto archipresbiter, Pilgrimus.* Ex nobilibus uero *Comes Albertus de Rebegowe, Engilscalch de Vra, Herbort.* Ex ministerialibus autem *Marquardus de Wesen, Rovdeger iudex, Hartmovt Pincerna* ceterique.

Original mit dem an einem Lederstreifen hängenden gut erhaltenen Siegel im Archive des Kl. St. Florian. — Stülz, Gesch. v. St. Florian, 258.

CLXXVI.

Circa 1152. 28. April. Straschirchen und Passau. — ***Conrad, Bischof von Passau, schliesst mit dem Kloster Reichersberg einen Vergleich wegen des Gutes Hagenau.***

In nomine sancte et individue Trinitatis omnibus Christi fidelibus notum esse cupimus, qualiter ego *Chuonradus* divina clementia *Pataviensis Ecclesie Episcopus* Ecclesie mee Pataviensis simul et *Ecclesie Richerspergensis* commodis ac paci in presenti et futuro prospiciens ex consensu Cleri et Ministerialium nostrorum predium Ecclesie nostre in villa *Rosbach in comitatu Comitis Bertholdi de Pogen* situm per manum eiusdem Pertholdi Comitis ex iure advocatie ipsi pertinentis in manum cuiusdam *nobilis viri Weriandi de Rauntingen* tradi rogavimus Ecclesie Richerspergensi tradendum ac de iure nostro in ius Ecclesie illius omnimodis transfundendum in legitimum videlicet Concambium pro predio *Hagenove*, super quo inter me et iam dictam Ecclesiam Richerspergensem contentio esse videbatur, simul et pro predio, quod Ecclesia Richerspergensis in partibus orientis in villa *Liubes* possederat. Hoc itaque iam dictum nostrum predium cum omni iure suo et utilitatibus quesitis et inquirendis simul et decimis in eadem villa iuri nostro pertinentibus Ecclesie prefate tradi fecimus Preposito et fratribus eiusdem Ecclesie, Econtra predium Hagenowe iure nostro recognoscentibus et per manum Advocati sui in villa Liubes *Comitis Chuonradi de Pielsteine* cum alio iam dicto predio suo in Jus Ecclesie nostre transfundentibus. Et hec traditio per manum Advocati nostri Pertholdi facta est nobis presentibus ac petentibus in villa *Straschirchen* in manum iam dicti Werigandi. Huius rei testes sunt per aurem attracti ex Nobilibus *Chadolt de Sunebretesdorff, Chadolt de Grunenbodengarten, Weringer de Waigestorf, Pabo de Agehausen, Werinhart de Tulbach, Reginger de Ride, Amelbertus de Aigelinge, Adelbero de Burchartesdorf* et ex ministerialibus *Ruodegerus, Adalbertus, Arnoldus de Pataria, Waltherus de Ludinge, Rapoto de Swabendorff, Gerhocho de Framelinsperge, Heinricus, Rudolfus, item Ruodolphus, Megingoth de Pogen, Engilbertus et frater eius Otto de Stroubing.* Ego *Chuonradus Pataviensis Episcopus* subscripsi. Ego *Ruodbertus Decanus* subscripsi. Ego *Hainricus Scholasticus.* Ego *Hartmodus Archipresbiter.* Ego *Ruodbertus Presbiter.* Ego *Adalbertus Prepositus*

S. Nicolai subscripsi. Acta sunt hec anno Incarnationis Domini MCLV. Pontificatus vero nostri anno VI. Indictione II. Data *Patavie* IV. Kal. Maij.

Hund—Gewold III. 161. (Ratisb.) — Chronic. Reichersberg. ad 1152. Aus dem Chron. erhellt klar, dass die Handlung dem Jahre 1152 angehöre. — Mon. boic. IV. 417. cf. loc. cit. XXIX. II. 260.

CLXXVII.

1153. 20. December. Leibnitz. — *Erzbischof Eberhart von Salzburg beurkundet einen von dem Kloster Stuben mit Engelschalk von Libniz wegen einiger Güter, welche dieser an sich gerissen hatte, abgeschlossenen Vergleich.*

In nomine sancte et individue Trinitatis. *Eberhardus Salzburgensis Ecclesie* Dei gracia *Archiepiscopus Chunoni Subensi Preposito* in perpetuum. Ut ea, que vel per sententiam decisa vel consilio fuerint terminata, nulla tergiversatione valeant ulterius in litem revocari, dignum est ea ad perpetuam memoriam scripture mandari. Unde nos presenti pagina tam nostri quam futuri temporis Christi fidelibus significamus, quod pie memorie *Tridentinus Episcopus Altmannus* Subenensem Ecclesiam a quadam *Regina Tuta* nomine, de qua secundum carnem genus duxit, primo fundatam, sed succedentibus heredibus circa divinum cultum minus devotis tam religione quam redditibus dilapsam restauravit et ablatas possessiones partim, ut potuit, restituit deque suis nonnulla supererogavit. Inter cetera vero bona, que eidem Ecclesie contulit, *Ecclesiam sancte Margarete apud Hengest* cum dote et dotalibus mancipiis, aream, ubi curia quondam, modo novella vinea plantata est, cum curte stabularia, pars *Halchesdorff*, quod utrumque cum omnibus suis pertinentiis, mancipiis videlicet, areis, agris, campis, pratis, pascuis, cultis et incultis, silvis, venacionibus, piscationibus et omnibus quesitjs et inquirendis locavit in manum *Marchionis Engelberti de Chrayburch*, qui rogatu ipsius Episcopi delegavit ea Subensi Ecclesie in consecrationem altaris sancte Marie, quod memoratus Episcopus consecravit ac eisdem prediis dotavit anno Domini MCXXXVI. Indict. XIV. II. Calend. Maii regnante *Lothario Imperatore* tertio sub Antecessore nostro venerande memorie *Archiepiscopo Cunrado*. Cuius rei testes sunt *Albwinus et filius eius Erchinbertus*, *Pilgrim et filius eius Albwinus et Otto*, *Albero et Udalscalch de Torringen*, *Rudgerus de Winden*, *Cunradus de Holzhausen*, *Ekkolf de Possimunsture et Otto et Herich*,

Hainrich de Brunsberch, Joh. de Snellendorff, Pabo, Gerboto, Pilgrim, Penno, Gerolt et alii quam plures. Horum autem prediorum usus longo tempore sibi usurpavit *Engelscalcus de Libniz Parochianus,* qui ab eiusdem Ecclesie *Preposito* tunc *Chunone* sepius super hoc provocatus ad iudicium in nostra presentia hac se tuebatur responsione, quod ea non invasione sed pretaxati Episcopi Domini sui largitione possideret. Prepositus autem pretendebat, priorem donacionem factam Ecclesie posteriori prerogare et Episcopum A. hec eadem bona non solum donasse, immo a memorata Regina quondam collata modo Ecclesie quasi etiam restituisse. Nos itaque neutram partem per sentenciam gravare vel utilitate sua nudare volentes, quoniam et ipse E. donationem eiusdem Episcopi cum *Castro Hohenburch* cum omni sua possessione devenerat in proprietatem Ecclesie, nostro consilio, venerabilis *Gurcensis Episcopi Romani* aliorumque Prelatorum ac fidelium nostrorum deliberatione utriusque partis assensu et electione post largitiones plurimas huic causе hac conventione finem dedimus. Memoratum Engelscalcum legatione supradictorum prediorum totiusque predii sui, quam extra proprietatem Ecclesie causa effugii in manum *Styrensis Marchionis* locaverat, ne videlicet apud nostrum forum super hoc conveniri deberet, per sententiam recipere coegimus et in manum *Friderici de Lonsberch* ministerialis Ecclesie per manum eiusdem Marchionis delegare, delegandum, quo ipse postulaverit et nos consuluerimus. Habebat autem Subensis Ecclesia in eadem vicinia duas villas *Sedingen* et *Haslach* in sua proprietate. Utilitatem igitur istarum villarum idem E. a Preposito nostro consilio eo tenore recepit, ut post obitum suum vel si prius deliberaverit, et supra nominata predia, que ab ipso repetebat, Subensis Ecclesia recipiat atque adiacentia, que sue proprietatis apparebant, exceptis quibusdam villis ultra Muram sitis. Pro hac ergo precariatione et pro sua suorumque parentum nec non sepe dicti domini sui Episcopi Altmanni perpetua redemptione unacum manu matris sue *Diemout* nomine et per manum memorati Friderici de Lonsberch delegavit beato Lamberto et fratribus Subensis Ecclesie in proprietatem, quicquid apud *Stammarkt* visus est qualicunque possidere, nec non utrumque *Parschalchesdorf* et *Lewarn* cum omnibus suis pertinentiis, cultis et incultis, quesitis et inquirendis et cum omni utilitate, que quolibet modo ibi poterit provenire. Et ad firmitatem huius traditionis et in testimonium proprietatis prefatam Ecclesiam sancte Margarete cum

dote et omnibus, que ad ipsam pertinebant, atque prenominatas villas, quas delegaverat cum duabus villis Seding et Haslach, a manu nostra et Gurcensis Episcopi Romani et sepe dicti Prepositi Cunradi in beneficium, donec vixerit, recepit et singulis annis ad huius rei indicium et memoriam pro taxatione unius bovis XL. nummos Frisacensis monete Subenensi Ecclesie persolvere debebit. Huius rei testes et auctores fuerunt *Romanus Gurcensis Episcopus*, *Romanus eiusdem Sedis Prepositus*, *Hainricus Salzburgensis Abbas*, *Gerhohus Richerspergensis Prepositus*, *Rudbertus*, *Wilhelmus*, *Udalricus* Capellani et plures de Clero. Laici quoque: *Gotfridus de Werde*, *Burchardus de Staine*, *Heinricus filius sororis eius*, *Carolus de Mandilkirchen*, *Eberwinus de Lobsin*, *Dietmarus de Ergoltingen*, *Duringus de Werven*, *Ekkehardus de Tannen*, *Marchwardus de Uzlingen et filius sororis eius Marchwardus*, *Wisent de Bongu*, *Fridericus de Bettuwa*, *Fridericus de Lonsberch*, *Gotfridus de Wietingen*, *Rudolph de Duonesberch*, *Chuno*, *Sigmarus*, *Rudolf de Libniz*, *Rudgerus de Wilkirchen* et alii quam plures. Actum *Libniz* anno dominice Incarnationis MCLIII. Indictione II. XIII. Calendas Januarii anno secundo *Friderici Regis*, anno vero nostri Pontificatus septimo feliciter. amen.

Hund—Gewold, III. 256. Ratisb.) — Mon. boic. IV. 525.

CLXXVIII.

1153. Salzburg. — *Erzbischof Eberhart von Salzburg schlichtet einen Streit zwischen dem Kloster Reichersberg einer- und den Klöstern des heiligen Rupert, St. Peter und Erintrut zu Salzburg andererseits wegen eines Gutes zu Mosin.*

In nomine sancte et individue Trinitatis. *Eberhardus* Dei gracia *Salzburgensis* Ecclesie *Archiepiscopus*. Notum esse volumus tam futuri quam presentis temporis hominibus, qualiter querela *Gerhoi Richerspergensis Prepositi*, quam adversus tria Claustra, videlicet *sancti Rudberti et sancti Petri sancteque Virginis Erintrudis* habuit, consopita est. Denique predictus Prepositus adhuc vivente beate memorie antecessore nostro *Chunrado Archiepiscopo* contra Ministerialem Ecclesie nostre *Henricum de Sechirche* deposuit causationem super quodam predio in vico, qui dicitur *Mosin*, sito Richerspergensi Coenobio, ut asseruit, legitime contradito. Sed quia predictus Heinricus nondum lite hac terminata defunctus tres prenominatas Ecclesias reliquit prediorum suorum heredes, renovante suam querelam

Richerspergense Preposito in conspectu nostro ex beneplacito parcium sic decisa est contentio, ut *Prepositus maioris Ecclesie Hugo* et *Abbas sancti Petri Henricus* nec non *Abbatissa sancte Erndrudis Wirad* designaret curtim quamdam iuxta *Ardacharn* sitam cum suis pertinentiis Ecclesie Richerspergensi, qua conventione convenienter ex omnium parcium conivencia ordinata tota lis in manum nostram sic est refutata, ut neque Prepositus querelam suam resuscitet neque ipsum de cetero vel Prepositus maioris Ecclesie vel Abbas sancti Petri vel Abbatissa sancte Erindrudis contra pactum istius composicionis inquietet. Facta sunt autem hec annuente nobili femina *Luitkarda* predicti Henrici relicta, que prediorum viri sui usum fructuarium tenens pro anime ipsius remedio pie assensum prebuit huius compositionis rationabili pacto in manu nostra firmato et scripti presentis nostro Sigillo insigniti caucione roborato. Actum *Salzburg* Anno Dominice Incarnationis MCLIII. Indictione II. presentibus Testibus, quorum nomina subscripta sunt: *Comes Luitoldus de Bleien, Comes Sigfridus de Pilstein*, de *Ministerialibus Sigboto de Suriberch, Willehalm de Wegingerberg, Otto de Pongowe, Marchwardus de Uzzelingen* et alii plures.

Hund—Gewold III. 161. (Ratisb.) u. Chron. Reichersb. ad 1153. — Mon. boic. IV. 416.

CLXXIX.

1154. 22. Juni. Ebelsberg. — *Conrad, Bischof von Passau, beurkundet einen Vergleich zwischen den Klöstern Waldhausen und Baumgartenberg wegen des Nachlasses Otto's von Machlant.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. *Chonradus diuina gracia Patauiensis episcopus* omnibus Christi fidelibus salutem in perpetuum. Quia facile a memoria hominum labitur, quicquid apud modernos sine discretione agitur, placuit antiquitus, ut ea, que ad decorem domus dei spectant, testimonio litterarum committantur, ne a superuenientibus obliuioni, tanquam si nunquam facta fuissent, tradantur. Inde est, quod ad noticiam praesentium et futurorum Kartam istam scribi iussimus, qualiter controuersia, quae diu agitata est inter Karissimos fratres nostros de *Bomgartenberge* et regulares canonicos *de sancto Johanne* de possessionibus *Ottonis uiri nobilis fundatoris utriusque cenobii* sine contradictione utriusque partis decisa sit. *Abbas* enim *Fridericus* consilio et consensu fratrum suorum pro terminanda causa totius querele unam curtim *Chunegeswisen* et tres

uineas in *chremesa* consensu nostro per manus *Walchunonis aduocati de Clamma* fratribus nostris de sancto Johanne tradidit et in praesentia multorum sine alicuius contradictione potenti manu delegauit eo tenore, ut numquam alicui episcoporum liceat hoc factum retractare aut inductione prepositorum futurorum aliquibus molestiis super hac causa abbatem et fratres suos infestare. Ut haec rata et inconuulsa in perpetuum permaneant, auctoritate domini nostri Jesu Christi et sancti Stephani prothomartyris presentis paginae scripto raboramus et impressione sigilli nostri confirmamus. Quicunque ista immutare, disturbare attemptauerit, sanguine et corpore christi in extremis careat. Huius rei isti sunt testes conscripti: *Marquardus de Gluze, Diurinc de Weruen, Herwich de tanne, Berhtoldus de imezingen, Porn de amelungesbach, Sifrit de monechbach, Heinrich de lobetesdorf, Heinrich de longowe, Gotefridus de innerenuelde, Heinrich de innerenuelde, Dietrich, Walther de dunnenbach.* Haec facta sunt ab incarnatione domini anno M.C.L.IIII. Indictione II. Data *ebelesberc* X. Kal. Julii.

Original (dessen Siegel abgefallen) im Museum zu Linz. — Kurz, Beiträge, III. 396.

CLXXX.

1154. 25. September. Bruuiningin. — *Eberhart, Bischof von Bamberg, bestätiget die Stiftung des Klosters Wilhering.*

C. In nomine sancte et indiuidue trinitatis *Eberhardus* dei gratia *babenbergensis* episcopus secundus. Notum sit uniuersis fidelibus tam futuris quam presentibus, qualiter duo filii *Ovdalrici de Willcheringen*, quorum alter *Ŏdalricus*, alter *Cholo* uocabatur, premoniti a parentibus monasterium cistertiensis ordinis in fundo hereditatis sue construentes, ad sustentationem deo ibi seruientium partem prediorum suorum illuc contulerunt. *Ŏdalricus* vero pergens in expeditionem ierosolimitanam omnem portionem hereditatis sue nostre babenbergensi ecclesie, si forte non rediret, in proprietatem dedit. Eo uero in expeditione defuncto, *cholo* frater eius non longe postea correptus infirmitate, ipsam abbatiam *Willeheringen* et omnes pertinentias eius babenbergensis ecclesie ditioni et gubernationi contradidit. Vnicam uero filiam suam, quam uxore mortua teneram habebat, cum omnibus possessionibus suis nostre cure commendauit hac uidelicet ratione, ut, si ante nubiles annos puella ex hac uita migraret,

possessiones uniuerse in ditionem cederent babenbergensis ecclesie. Nos ergo predictum *willcheringense* monasterium, et omnia, que a predictis fundatoribus suis uel ab aliis quibuscumque fidelibus, sed et ea, que nostra deuotione collata sunt, ei inuocata omnipotentis dei fortissima uirtute, freti quoque beati Petri apostolorum principis et sacerdotii nostri auctoritate ab omni infestatione vel perturbatione banno defensamus, conmunimus, et corroboramus. Testes prioris et secunde donationis hii sunt: *Otaker marchio de styra, Liutoldus comes de blaia, Gotscalchvs et filius eius Fridericus de hunesperch, Reginoldus de rifenberg et filius sororis eius Ődalricus, Pernhart de stouphe*, et hii ex liberis. Ex ministerialibus autem *Gotpolt de Osterhoven, Gozwinus item de Osterhoven, Gundeloch de bodelndorf, Cŏnrat camerarius de babenberg, Adalbero de bŏrgelin. Marchuuart de Werde, Dietericus de Trŏine, Wernhart item de Trŏine, Ernest de hartheim*, s. s. *Egino de bosenbach, Otto de linthaim, Liutolt de durcheim, Liutolt long. Helmwich de durcheim.*

Data *bruuiningin* VII. Kalendas octobris Anno dominice incarnationis M. C. LIIII. Indictione II. Anno III. regni *Friderici* romanorum regis.

Original auf Pergament, beträchtlich beschädiget, mit aufgedrucktem, ebenfalls schadhaftem Siegel im Archive des Kl. Wilhering. — Kurz, Beiträge, IV. 530. — Stülz, Gesch. v. Wilhering, 467.

CLXXXI.

1154. 19. November. Bei Brescia. — *Eberhart, Bischof von Bamberg, gibt seine Einwilligung zu einem Tausche zwischen Gütern seines Bisthums und des Klosters Reichersberg.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis *eberhardus* dei gratia *babenbergensis* episcopus secundus. Quamuis neque qui plantat neque qui rigat, est aliquid, sed qui incrementum dat deus, scientes tamen, quod unusquisque propriam mercedem accipiet secundum suum laborem, notum fieri cunctis christi et ecclesie fidelibus cupimvs tam presentibus quam futuris, qualiter dilectissimi domini fratris nostri uenerabilis *iuuauensis archiepiscopi Eberhardi*, sed et dilecti filii nostri *Gerhohi richerispergensis* prepositi nec non eiusdem loci dilecte nobis congregacionis piis peticionibus annuentes ex consensu ęcclesię nostrę tam ex clero quam ex ministerialibus fidelium fideli nostro *Odoacri Marchioni de stira* de quodam beneficio, quod a nobis habuit, cum iam dicta *Richerespergensi* ęcclesia facere concambium

concessimus. Cupientes absque ęcclesię nostrę detrimento prefatę ęcclesię ex uicinitate prediorum in eius ius ex nostra dicione cedencium in pascuis, pratis aliisque utilitatibus plurima commoda prouenire nostrique ob hoc in eodem loco ad deum tam in uita quam in morte in bonum perpetuari memoriam. Itaque iam dicto *odoacre* uillam, que *munster* dicitur, cum uiculis eidem uillę adiacentibus in manum nostram resignante ac restitutionem concambii de manu nostra in feudum recipiente de parte *Richesperriensis* (sic) ęcclesię data sunt predia, que iuris eorum erant in uilla, que *rospach* dicitur, iuxta decursum fluuii, qui *chalbaha* nominatur, tres uidelicet curtes uillicales cum adiacentibus molendinis itemque manso eidem uillę contiguo nec non et duabus partibus decimarum de tota uilla simul et ex uiculis quibusdam uillę adiacentibus, insuper uero et alia predia in confinio *Ini* fluminis taxatis redditibus agri culti circiter uiginti mansos ad racionem concambii. Hec itaque predia cum pratis, pascuis et siluis eisdem pertinentibus, Molendinis, piscationibus, aquis aquarumque decursibus, exitibus et redditibus nec non et omnis generis utilitatibus data sunt per manum *chônradi de pilstaine juuauensis* pariter et *Richerespergensis* ęcclesię aduocati atque in manum legatarii *regingheri de rieden* nobilis uiri ęcclesię nostrę confirmata sunt de iure predictarum ęcclesiarum in ius ęcclesię nostrę *babenbergensis* omnimodis transponenda. De parte uero nostrę *babenbergensis* ęcclesię data est uilla eidem *Richerspergensi* cenobio contigua, que *Munster* dicitur, cum adiacentibus sibi curtibus seu uiculis circa XX mansos agri culti castro simul, quod *staine* dicitur, cum agris adiacentibus et ripa ipsa, in qua situm est, quantum nos attinuit, usque ad medium fluminis *Ini,* duabus quoque partibus decimarum ex eadem uilla et uiculis adiacentibus in racionem concambii deputatis. Hec itaque predia cum pratis, pascuis, siluis, piscationibus, Molendinis eisdem pertinentibus, cum aquis aquarumque decursibus, exitibus et Redditibus et omni utilitate quesita et inquirenda data sunt per manum domini nostri Regis *Friderici* ęcclesię nostrę aduocati et per manum iam dicti *Odoacri de stira* ipsorum prediorum defensoris nostra concessione et presencia in manu (sic) *comitis Pertoldi de anedechs* de iure nostrę babenbergensis ęcclesię omnimodis transfundenda. Atque ut hec conmutationis donatio firma et inconuulsa in perpetuum permaneat, sigilli nostri inpressione hanc cartam inde conscriptam signari precepimus. Testes quoque iam dictę donationis per aurem attracti

sunt hii, *Hanricus dux saxonię*, *Hainricus dux Karinthanus*, *Perihtoldus dux de Zaring*, *Waltherus de mallentine*, *Odoacer marchio de styra*, *comes Ernes de Hohenburech*, *Rudbertus de Tivren*, *Amigo de aquilegia*, *Friderich de Wellenhaim*. Interfuere etiam *Peregrinus patriarcha aquilegensis*, *Illinus archiepiscopus Treuerensis*, *Arnoldus archiepiscopus Coloniensis*, *Ortliebus Basiliensis episcopus*, *Herimannus constantiensis episcopus*, *Chůradus Wormatiensis episcopus*, *Arditio Chvmanus episcopus*, *Gerwigus concordiensis episcopus*, *Wigbaldus Corbacensis ac stabulensis abbas*, *Marcwardus Vuldensis abbas*, *Adalbertus prepositus aquensis*, *Otto comes palatinus de Witelinespach* et alii ex principibus quam plurimi.

Acta sunt hec in territorio *Brixiense* (sic) anno incarnationis domini M.C.LIV. Indictione II. XIII Kalendas decembris, regnante domino *Friderico* Glorioso Romanorum augusto anno regni eius III.

Original auf Pergament mit einem aufgedruckten, zum Theile zerbröckelten Siegel. — Die voranstehende Urkunde wiederholte Bischof Eberhart 1169 wörtlich mit einem Zusatze, welcher unter dem Jahre 1169 zu finden ist. — Hund—Gewold III. 162. — Chron. Reichersb. 191. — Mon. boic. III. 426.

CLXXXII.

1154. ***Eberhard, Bischof von Bamberg, nimmt das Kloster Wilhering in den besonderen Schutz des Bisthums Bamberg.***

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. ego *Eberhardus* dei gratia *babenbergensis* episcopus. Ad hoc diuina gratia uocante positi sumus, ut ecclesie nostre dignitatem honorem et gloriam non solum in suo statu et integritate conseruemus et custodiamus, uerum etiam dilatare terminos honoris et glorie eius modis omnibus satagamus. Ex hoc enim in oculis superne clementie erimus acceptabiles et hominum iudicio magis placentes. Ea propter notum esse cupimus omnibus tam presentibus quam futuris christi fidelibus, quod locum, qui uocatur *Willeheringin* tradente nobili uiro *vdalrico* simul et fratre ipsius *colone* cum silua adiacente *qůerinberch*, cuius termini sunt ab eo loco, qui uetus *Willeheringin* dicitur, cum ceteris appendiciis suis, agris, uineis, pratis, pascuis, siluis, aquis, piscationibus, omnibus denique ad eum pertinentibus, cultis et incultis, que quoquomodo usui esse possunt, in ius nostre ecclesie recipimus ea conditione, ut monachi cisterciensis ordinis, qui in eo abbatiam fundauerunt secundum

libertatem, quam priuilegia romanorum pontificum eorum ordini concedunt, ut uidelicet nullum habeant aduocatum preter romanorum imperatorem et episcopum *babinbergensem*, libere per omnia predictum locum possideant et nostro semper patrocinio tueantur et foueantur auxilio. Hanc etiam libertatem sue familie indulserunt, ut, si qui in parrochia *gimarstetin* uel alibi siti in eodem monasterio sepeliri et bona sua mobilia aut inmobilia largiri uellent, sine sui et successorum suorum et etiam plebani contradictione liberam facultatem haberent. Preterea *vdalricus* huius fundationis auctor et iniciator *iherosolimam* profecturus *Ibenberch, Grhebelic* et dimidietatem silue *boemitice*, que sue portionis erat, cuius termini sunt a uia, que de *tissinge* per *nigrum montem* usque ad scopulum *berenstein* dirigiritur (sic), et ab illo scopulo recta linea limitati (sic) usque ad fluuium *Wlta* ibi finiuntur, et mediam partem campi, qui wlgo *Lobenwelt* nuncupatur, eidem cenobio donauit et ipsam donationem cum testimonio nostri et aliorum fidelium statuit firmari. Decernimus ergo, quatinus hec traditio legitimis personis celebrata et approbata testibus idoneis inuiolata permaneat et nullius presumptione detrimentum sue integritatis sentiat. Si qua uero ecclesiastica secularisue persona huius traditionis nostreque confirmationis decretum et paginam, quam conscribi fecimus, sciens temere contra eam uenire temptauerit, excommunicationi subiaceat et ultionis eterne censuram experiatur, si non resipiscat. Cunctis autem his iusta seruantibus sit pax a domino, quatinus bone actionis premium percipiant et sempiterne glorie participes fiant. Vt autem hec omnia rata et inconuulsa permaneant, cartam hanc, quam scribi fecimus, sigilli nostri inpressione munire curauimus. Huius rei testes sunt *Otacher marchio de stira, Liutoldus comes de blaia, Gotscalcus et filius eius de hunesberch Fridericus, Reginoldus de risenberhc et filius sororis eius Vdalricus, Pernhart de stuphe* et hi ex liberis. Ex ministerialibus autem *Coppolt de hosterhouen, item Gowinus de osterhouen, Gundeloch de bodelendorf, Chunrat camerarius de babenberg, Adalbero de bůrgelin, Marquart de Werde, Dietricus de trǒine, Wernhart item de trǒine, Ernest de hartheim, Egino de bosenbach, Otto de lintheim, Liutolt de durcheim, Liutolt longus, Helmwich de durcheim.* Acta sunt hec anno ab incarnatione domini M° C° LIIII. indictione secunda, regnante *Friderico romanorum rege* anno regni eius tertio.

Copie des XII. Jahrhunderts auf Pergament, im Archive des Kl. Wilhering. — Stülz, Geschichte von Wilhering 468.

CLXXXIII.

1155. 18. Juli. Passau. — *Conrad, Bischof von Passau, verleiht dem Kloster Lambach das Begräbnissrecht sowohl rücksichtlich der in jener Gegend vorhandenen Ministerialen des Bisthums Würzburg, als anderer Personen.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis *conradus* dei gratia *patauiensis* episcopus. ordo officij nostri nos hortatur et ammonet, religiosas personas propter deum diligere et honorare et jn omnibus justis peticionibus eorum paternum affectum ostentare. Inde est, quod preces uenerabilis fratris nostri *Bernhardi abbatis de lambach* admisimus et sepulturam mjnjsterialibus ecclesie *Wirzburgensis*, quj in partibus illis habitant, jn lambacensi monasterio sine reclamatione alicujus concessimus Adicientes, ut liceat alijs christi fidelibus jn episcopio nostro, qui petjerint, in eodem loco sepulturam liberam habere. Quia ergo facile a memoria omnium mortalium gesta hominum laberentur, nisi testimonio literarum ad utilitatem futurorum commendarentur, jussimus kartam istam scribi et sigillo nostro sigillari Statuentes, ut nulli liceat hoc factum jmmutare, perturbare seu aliquibus molestijs super hac concessione abbatem prefatj locj fatigare. Volumus ergo, ut semper inconuulsum permaneat et pagina presentis scriptj locum firmjtatis in perpetuum teneat. Siquis autem hoc jnfirmare attemptauerit, iram et indignationem omnipotentis dei incurrat. Hęc facta sunt *patauje* anno ab incarnatione dominj nostri ihesu christi Millesimo Centesimo l. v. Indictione IIII^ta^ XV. Kalendas avgustj.

Original auf Pergament mit Siegel, im Archive des Kl. Lambach. — Kurz, Beiträge II. 441.

CLXXXIV.

1155. Freisingen. — *Otto, Bischof von Freisingen, verzichtet zu Folge päpstlicher Beistimmung auf allen Zehent von den Besitzungen des Klosters Reichersberg.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. *Otto* dei gratia *Frisingensis* episcopus uenerabili fratri *Gerodo* (sic) *preposito Richeresperge* eiusque successoribus canonice substituendis imperpetuum. Justicie ac racionis ordo deposcit, ut ea, que apostolicę sedis moderatione fuerint ordinata preciso totius usurpationis excessu nulla debeant a nobis refragatione turbari. Ea propter dilecte in domino frater, tuis postulationibus benignum prebentes assensum, sicut a sacra

Romana ęcclesia tibi tuisque fratribus priuilegio firmatum est, ut de terris, quas propriis manibus aut sumptibus colitis seu de animalibus uestris nullus decimas exigat, ita quoque nos tibi specialiter in terris, quas per nostrum episcopatum possides, tuo iusto labore cultis uel excolendis seu de nutritura animalium tuorum decimas concedimus presentisque scripti priuilegio conmunimus statuentes, ut nulla deinceps ecclesiastica secularisue persona eas inuadere aut inminuere qualibet occasione presumat, sed presentis scripti auctoritate semper tibi integre permaneant tuisque tuorumque idoneis usibus iugiter profuture. Vt autem hec nostra concessio firma et inuiolata omni tempore permaneat, litteris eam notari ac sigilli nostri inpressione signari fecimus. Ego *Guntherus abbas sancti stephani* S. S. Ego *Vdalricus decanus maioris ęcclesię* S.S. Ego *Otto prepositus sancti andree* S. S. Ego *Hermannus sancti petri prepositus* S. S. Ego *Dithmarus decanus sancti andree* S.S. Ego *Bertholdus* canonicus maioris ecclesie S. S.

Data *Frisinge* per manum *Radewini*, Anno ab incarnatione domini M° C° L° V° Indictione prima, Anno uero domini *Ottonis Frisingensis* ęcclesię uenerabilis episcopi XVII° feliciter Amen, Amen, Amen.

Original auf Pergament mit einem Bruchstücke des an einem Pergament-Streifen hängenden Siegels, im Archive des Klosters Reichersberg. — Hund—Gewold III. 163. — Chron. Reichersb. (edit. Gewold) 193. — Meichelbeck, Hist. Fris. I. II. Nro. MCCCXXVI. — Mon. boic. III. 426.

CLXXXV.

1155. — *Gebhard, Abbt von Wilhering, beurkundet die Erwerbung einiger Güter zu Hiting und Rute von Seite seines Klosters.*

C. In nomine sancte et indiuidue trinitatis eiusdemque inseparabilis unitatis. Ego *Gebehardus* secundus abbas in *Vvilheringen*. Quia proni sunt sensus hominum ad maliciam et diei malicia sua non sufficit, sunt plerique, quibus non sufficit hoc, quod supergrediuntur et circumueniunt in negotio fratrem et concupiscunt rem proximi sui, uerum etiam iam incipiunt a sanctuario dei, ut hereditatem possideant sanctuarii domini, res ecclesiarum tanto liberius cupiunt et diripiunt, quanto inermes materiali gladio sciunt. Eapropter possessiones ecclesie nostre siue a fidelibus oblatas siue bonis nostris conparatas seu certe concambiis commodius locatas diligenter literis conprehendimus et

contra diripientium impetus carte huius auctoritate premunimus, ut sint nobis turris fortitudinis a facie inimici et persequentis. Inprimis ponimus predium, quod situm est in uilla, que uocatur *Hitingen*, quod conparauimus a *Billvngo de Gvtovva* cum omni iusticia, quam habent eiusdem loci conciues in areis, in pratis, in pascuis, in siluis et in conmoditatibus uniuersis, conparauimus, inquam, predium prelibatum VIII. talentis et dimidio hac interposita cautione, quod duo amici ipsius *arnoldus* scilicet *de rotel* et *Cunradus* patruelis eius ipsius rogatu promiserunt nobis se acturos cum filio eiusdem *Billvngi*, ut iusticiam illam, que sibi iure hereditario ex paterna successione deuenit, cum legitimos adtingeret, abstipularet annos. Si quo minus, x. talenta nobis sine omni contradictione persoluat. Acta sunt hec anno domini M. C. Lv. Indictione IIII. Huius rei testes sunt libere conditionis uiri: *Eberam, Ernost.* Ministeriales *Marquarth, Arnolt, Cunrath.* Et de familia domini *colonis Cunrath, Eberharth, Adelbreth, Arnolt, Rudewin, Ruthlip, Hug, Friderich.* Opere precium esse arbitror, etiam memorie conmendari de predio predicto, quod concambia fecimus conmoda nobis In uilla, que uocatur *Burcheim*, duobus uiris partem dedimus ipsius predii pro possessione sua, quam ibidem habuerunt, quorum nomina sunt *Gerolt* et *Walthere.* Partem quoque dedimus eiusdem predii cuiusdam *Heitfolggi de ederamesberge*, qui conuersionis habitum assumpsit apud nos filiis *ditmaro* et *Hugoni* pro possessione, quam pater ipsorum *Heitfogus* ibidem possederat ea conditione, ut si absque liberis rebus humanis eximantur, predium, quod ipsis dedimus, dominio ecclesie deueniat. Huius concambii testes sunt *Gerolt, Sigeboto, Arnolt, Gebehart.* Colligite fragmenta, ne pereant, sermo dominicus ait. Et nos etiam minuta nostra colligimus et mandata literis in posteros transactamus. *Ditericus* homo quidam censualis istius ecclesie sancte conuersationis habitum apud nos accepit et a nobis accipitur. Hic contulit nobis per manus domini sui *Ŏdalrici* predium quoddam situm in loco, qui dicitur *Rûte*, ut absque omni contradictione libere illud deo seruientes in hoc loco suis usibus profuturum possideant. Huius rei testes sunt *Vvernhart, Cunrat, Lutolt, Eberhart, Vvalther, Adelbrach, Hugo, Sigeboto, Gerolt.*

Original auf Pergament mit Siegel, im Archive des Kl. Wilhering. — Stülz, Geschichte von Wilhering. 471.

CLXXXVI.

Zwischen 1155–1161. — *Tauschvertrag zwischen dem Kloster Wilhering und Gerold von Kürnberg.*

Nouerint Cuncti fideles tam presentes quam futuri comutationem predii, quam fecit quidam *Geroldvs de cvrenberch* cum abbate G. et fratribvs eius, qui sunt *Wilheringen*. Is enim memoratus uir contiguvs nobis manens sepivsque fratribus seu famulis seu certe, ut fieri solet, iumentis metas proprias transeuntibus, ei dampnum, ut ipse asserebat, inferre uidebantur (sic). Unde factum est, ut prefatus uir inpacientia instigante sepius se de nobis iniuste ultvs fuerit. Sed postquam conplacuit utrisque occasionem huius inimicicie amputare, facto testamento tradidit nobis eandem possessionem suam coram testibus, scilicet *cůrenberch* cum omnibus pertinentiis, id est pratis, siluis, aquis, accepta a nobis alia possessione, que uocatur *waltrathart*, cum itidem pertinentiis, scilicet pratis, aquis, siluis absque uineis tamen et agris dumtaxat adiacentibus, et ut in perpetuum inconuulsum permaneat, litteris curauit transmittere in posterum. Huius rei testes sunt. *Adelram, Albret de oftehringen, Adelbret de grilporten* (?), *Wlrich de bruscinken, Gerhalm, Adelbero, Ernst de kirgsteden, Liutold, Heinricvs, Wlrich de trhun, Hertwicus de thenun, Ernst, Ekhard de bercheim, Heinrich de adelharthinc, Sifrid, Alram, Hagen, Nithart, Tiedrich de růdofdingen, Ermbold, Altman, Gundram, Irmhard de therinbach, Adelbert, Megenbret, Wigman de mulbach, Arnhold de meiscingen, Kvnrad de mulbac, Ortholf, Wlrich de urilingen, Wilhalm de bercheim, Elinbreht de hiringen, Liutold longus, Liutold, Otto de lintheim, Helmwich de durcheim* (?), *Gunther Fr. Gerlholdi, Marquard, Vlrich de gumpotingen, Meinhard de chalheim.*

Original auf Pergament mit Siegel des Abbtes v. Wilhering, im Archive dieses Klosters. — Stülz, Wilhering. 473.

CLXXXVII.

1156. 17. September. Regensburg. — *Kaiser Friedrich I. erhebt die Mark Österreich, vereinigt mit der Mark ob der Enns, zu einem Herzogthume. (Privilegium majus.)*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. *Fridericus* diuina fauente clementia romanorum imperator augustus. Quamquam rerum commutacio ex ipsa corporali institucione possit firma consistere nec

ea, que legittime geruntur, ulla possint refragacione conuelli, Ne tamen rei geste ulla possit esse dubietas, jmperialis debet interuenire auctoritas. Nouerit igitur omnium christi imperiique et nostri fidelium presens etas et futura posteritas, qualiter nos eius cooperante gracia, a quo celitus pax missa est hominibus super terram, in generali nostra curia *Ratispone* in natiuitate sancte marie celebrata in presencia multorum religiosorum et catholicorum litem et controuersiam, que inter karissimum nostrum patruum *heinricum ducem austrie* et inter nepotem nostrum karissimum *heinricum ducem saxonie* diu agitata exstitit super ducatum *bauarie et super marchiam superiori parte fluminis anasi*, terminauimus hoc modo, quod dux austrie resignauit nobis ducatum bauarie et dictam marchiam, quos tenebat; qua resignacione facta mox eundem ducatum bauarie in beneficium contulimus duci saxonie, predictus uero dux saxonie cessit et renunciauit omni juri et accioni, quas habebat ad dictam marchiam, cum omnibus suis iuribus et beneficiis, ne autem in hoc facto honor et gloria patrui nostri karissimi aliquatenus minuatur, de consilio et iudicio principum, illustri *wadizlao duce boemie* sententiam promulgante, quam ceteri principes approbabant, marchionatum austrie et dictam *marchiam supra anesum* commutauimus in ducatum Eundemque ducatum cum subscriptis iuribus, priuilegijs et gracijs omnibus, liberalitate cesarea contulimus predicto *heinrico* nostro patruo karissimo, prenobili sue uxori *theodorę* et liberis eorundem ob singularem fauorem, quo erga dilectissimum patruum nostrum *heinricum* ducem austrię, eius conthoralem prenobilem *theodoram* et eorum successores necnon erga terram austrię, que clippeus et cor sacri Romani imperij esse dinoscitur, afficimur, de consilio et assensu principum imperij dictis coniugibus, eorum in eodem ducatu successoribus nec non prefate terre austrię subnotatas constituciones, concessiones et indulta auctoritate jmperiali in iura plena et perpetua redactas donauimus liberaliter uigore presencium et donamus. Primo quidem Quod Dux austrie, quibus suis subsidijs seu seruicijs tenetur, nec esse debet obnoxius sacro Romano jmperio nec cuiquam alteri, nisi ea de sui arbitrij fecerit libertate, eo excepto dumtaxat, quod imperio seruire tenebitur in *vngariam* duodecim uiris armatis per mensem unum sub expensis propriis in eius rei euidenciam, Ut princeps imperij dinoscatur. Nec pro conducendis feodis requirere seu accedere debet imperium extra metas austrie, Uerum in terra austrie sibi debent sua feoda conferri per

jmperium et locari. Quod si sibi denegaretur, ab imperio requirat et exigat literatorie trina vice, quo facto iuste sua possidebit feoda sine offensa imperij, ac si ea corporaliter conduxisset. Dux eciam austrie non tenetur aliquam curiam accedere edictam per imperium seu quemuis alium, nisi ultro et de sua fecerit voluntate; jmperium quoque nullum feodum habere debet austrie in ducatu, si uero princeps aliquis uel alterius status persona nobilis uel ignobilis cuiuscumque condicionis existat, haberet in dicto ducatu possessiones ab ipso iure feodali dependentes, has nulli locet seu conferat, nisi eas prius conduxerit a duce austrie memorato. Cuius contrarium si fecerit, eadem feoda ad ducem austrie deuoluta libere sibi extunc iure proprietatis et directi dominij pertinebunt principibus ecclesiasticis et monasterijs exceptis dumtaxat in hoc casu. Cuncta eciam secularia judicia, bannum siluestrium et ferinarium, piscine et nemora in ducatu austrie debent iure feodali a duce austrie dependere. eciam debet dux austrie de nullis opposicionibus vel obiectis quibuscunque nec coram jmperio nec alijs quibuslibet cuiquam respondere, nisi id sua propria et spontanea facere uoluerit voluntate, sed si uoluerit unum locare, poterit de suis uassalis sev homolegijs et coram illo secundum terminos prefixos parere potest et debet iusticie complemento. jnsuper potest idem dux austrie, quando inpugnatus fuerit ab aliquo de duello, per unum ydoneum non in enormitatis macula retentum uices suas prorsus supplere Et illum ipsa eadem die sev princeps uel alius quisquam pro alicuius nota infamie non potest impetere nec debet inpugnare. Preterea quidquid dux austrie in terris suis seu districtibus suis fecerit uel statuerit, hoc imperator neque alia potencia modis seu uiis quibuscunque non debet in aliud quoquo modo in posterum conmutare. Et si, quod deus auertat, Dux austrie sine herede filio decederet, idem ducatus ad seniorem filiam, quam reliquerit, deuoluatur, jnter duces austrie, qui senior fuerit, dominium habeat dicte terre, ad cuius eciam seniorem filium dominium iure hereditario deducatur, ita tamen, quod ab eiusdem sanguinis stipite non recedat. Nec ducatus austrie ullo vnquam tempore diuisionis alicuius recipiat sectionem. Siquis in dicto ducatu residens uel in eo possessiones habens fecerit contra ducem austrie occulte uel publice, est dicto duci in rebus et corpore sine gracia condempnatus, imperium dicto duci austrie contra omnes suos iniuriatores debet auxiliari et succurrere, quod iusticiam assequatur. Dux austrie principali amictus ueste, superposito ducali pilleo,

circumdato serto pinnito, baculum habens in manibus, equo assidens et insuper more aliorum principum imperij conducere ab imperio feoda sua debet. Dicti ducis institucionibus et destitucionibus in ducatu suo austrie est parendum et potest in terris suis omnibus tenere iudeos et usurarios publicos, quos vvlgo uocat Gawertschin, sine imperij molestia et offensa. Si quibussuis curijs publicis imperij dux austrie presens fuerit, vnus de palatinis archiducibus est censendus et nichilominus in consessu et incessu ad latus dextrum imperij post electores principes obtineat primum locum. dux austrie donandi et deputandi terras suas cuicumque uoluerit, habere debet potestatem liberam. Si, quod absit, sine heredibus liberis decederet, nec in hoc per imperium debet aliqualiter impediri. Prefatus quoque ducatus austrie habere debet omnia et singula iura, priuilegia et indulta, que obtinere reliqui principatus imperij dinoscuntur. volumus eciam, ut, si districtus et diciones dicti ducatus ampliati fuerint ex hereditatibus, donacionibus, empcionibus, deputacionibus uel quibussuis alijs deuolucionum successionibus, prefata iura, priuilegia et indulta ad augmentum dicti dominij austrie plenarie referantur. Et ut hec nostra imperialis constitucio omni euo firma et inconuulsa permaneat, presentes literas scribi et sigilli nostri inpressione fecimus insigniri adhibitis idoneis testibus, quorum nomina hec sunt: *Pilgerimus patriarcha aquileie, Eberhardus salzburgensis archiepiscopus, Otto frisingensis episcopus, Cŏnradus patauiensis episcopus, Eberhardus babenbergensis, Harmanus brixiensis, harthuicus ratisbonensis, Tridestinus episcopus, Dominus welf, Dux Conradus frater imperatoris, Fridericus filius regis Cŏnradi, Heinricus dux Carinthie, Marchio Engielbertus de hystria, Marchio adalbertus de staden, Marchio Deiepald, Hermianus comes palatinus de reno, Otto comes palatinus et frater eius fridericus, Gebehardus comes de sulzbach, Rodulfus comes de swineshud, Engelbertus comes hallensis, Gebahardus comes de burchuse, Comes de buthena, Comes de Pilstein* et alii quam plures.

Monogramma.

Signum domini *Friderici* romanorum jmperatoris jnuictissimi.

Ego *Rainaldus cancellarius uice arnoldi magontini archiepiscopi et archicancellarij* recognoui.

Datum *Ratisbone* XV. Kalendas octobris, indictione iiij. anno dominice incarnacionis M. C. LXI°. regnante domino *Friderico* Romanorum imperatore augusto in christo feliciter amen, anno regni eius V, imperii I°.

Original auf Pergament mit goldener Bulle im k. k. geheim. H. H. und St. Archive zu Wien.

CLXXXVIII.

1156. 17. September. Regensburg. — *Kaiser Friedrich I. erhebt die Mark Österreich, vereinigt mit der Mark ob der Enns, zu einem Herzogthume. (Privilegium minus.)*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. *Fridericus* diuina clementia fauente *Romanorum* imperator augustus. Quamquam rerum commutacio ex ipsa corporali institutione possit firma consistere vel ea, que legaliter geruntur, nulla ualeant refragatione conuelli, ne qua tamen possit esse geste rei dubietas, nostra debet interuenire imperialis auctoritas. Nouerit igitur omnium Christi imperiique nostri fidelium presens etas et successura posteritas, qualiter nos eius cooperante gratia, a quo celitus in terram pax est missa hominibus, *in curia generali Ratispone* in natiuitate sancte Marie virginis celebrata in presentia multorum religiosorum et Katholicorum principum litem et controuersiam, que inter dilectissimum *patruum nostrum Heinricum ducem Austrie* et carissimum nepotem nostrum *Heinricum ducem Saxonie* diu agitata fuit de *ducatu Bawarorum*, hoc modo terminauimus, quod dux *Austrie* nobis resignauit ducatum *Bawarie,* quem statim in beneficium concessimus duci *Saxonie*, dux autem *Bawarie* resignauit nobis marchiam *Austrie* cum omni iure suo et cum omnibus beneficiis, que quondam marchio *Livpoldus* habebat a ducatu *Bawarie.* Ne autem in hoc facto aliquatenus inminui uideatur honor et gloria dilectissimi patrui nostri, de consilio et iudicio principum *Wadizlao* illustri duce *Boemie* sententiam promulgante et omnibus principibus approbantibus *marchiam Austrie in ducatum commutauimus* et eidem ducatum cum omni iure prefato patruo nostro *Heinrico* et prenobilissime vxori sue *Theodore* in beneficium concessimus, perpetuali iure sanctientes, ut ipsi et liberi eorum post eos indifferenter *filii* et *filie* eundem Austrie ducatum hereditario iure a regno teneant et possideant. Si autem predictus dux Austrie patruus noster et vxor eius absque liberis decesserint, libertatem habeant eundem ducatum affectandi cuicunque uoluerint. Statuimus

quoque, ut nulla magna uel parua persona in eiusdem ducatus regimine sine ducis consensu uel permissione aliquam iustitiam presumat exercere. Dux uero *Austrie* de ducatu suo aliud seruitium non debet imperio, nisi quod ad curias, quas imperator prefixerit in *Bawarie*, euocatus ueniat; nullam quoque expeditionem debeat, nisi forte quam imperator in regna uel prouincias *Austrie* uicinas ordinauerit. Ceterum ut hec nostra imperialis constitucio omni euo rata et inconuulsa permaneat, presentem inde paginam conscribi et sigilli nostri inpressione insigniri iussimus adhibitis testibus ydoneis, quorum nomina sunt hec: *Pylgrimus Aquilegensis patriarcha*, *Eberhardus archiepiscopus Salzburgensis*, *Otto Frisingensis episcopus*, *Chunradus Pataviensis episcopus*, *Eberhardus Babenbergensis episcopus*, *Hartmannus Brixinensis episcopus*, *Hertwicus Ratisponensis episcopus et Tridentinus episcopus*, *dominus Welfo*, *dux Chunradus frater imperatoris*, *Fridericus filius regis Chunradi*, *Heinricus dux Karinthie*, *marchio Engelbertus de Istria*, *marchio Albertus de Staden*, *marchio Diepoldus*, *Hermannus palatinus comes de Reno*, *Otto comes palatinus et frater eius Fridericus* et alii quam plures. Signum domini *Friderici Romanorum* imperatoris inuictissimi. (Monogramma.) Ego *Ronaldus* cancellarius uice *Arnoldi maguntinensis* archiepiscopi et archicancellarij regnante domino *Friderico* Romanorum imperatore in Christo. Datum *Ratispone* XV. Kalendas Octobris indictionis IIII. Anno dominice incarnationis M. C. LVI. feliciter Amen. Anno regni eius quinto, imperii secundo.

Mon. boic. XXVIII. II. 354. — Comentarius dipl.-critic. super duplex privilegium Austr. brevius et longius. Monachii 1831.

CLXXXIX.

1156. Passau. — *Conrad, Bischof von Passau, erlässt dem Kloster Reichersberg den Weinzehent um Krems und verleiht ihm die Pfarre Münster (Münsteur) in der Nähe des Klosters.*

C(hunradus) dei gratia *Pataviensis* ęcclesię minister dilectis in christo fratribus ecclesie *Richerispergensis* salutem in domino. Ecclesia *Richerispergensis*, in qua deo militatis fratres in deo dilecti, licet ivre fundi ad archiepiscopum *Salzburgensem* respiciat, tamen ex ecclesiastico regimine adtitulata est ecclesię nostrę utpote sita in diocesi *Patauiensi*. Quod cum ita sit, sicut uos nobis nostrisque successoribus recognoscitis filialem obedientiam, sic dignum et ivstum

esse censemus, ut et nos uobis recognoscamus paternę dilectionis et sollicitudinis pastoralis piam curam. Proinde uinearum decimas, quas ex auctoritate apostolica de laboribus uestris in uilla *Chremesa* cum assensu predecessorum meorum et meo inpresentiarum possidetis, uobis permanere concedimus. Insuper ecclesiam plebalem nomine *Münster* uobis in uicino adiacentem cenobio uestro ea cautione annectimus, vt ęcclesię uestrę prepositi a nobis nostrisque successoribus in partem sollicitudinis uocati presignate plebis habeant prouidentiam super hac responsuri episcopo Patauiensi. Vt autem hęc nostrę liberalitatis concessio firma uobis uestrisque in posterum successoribus permaneat, presentem cartam sigillo nostro conmuniri fecimvs.

† Ego *Chônradus Pataviensis* episcopus laudo et S. S.
† Ego *Otto* prepositus *Pataviensis* S. S.
† Ego *Rôdpertus* Decanvs S. S.
† Ego *Rôpertus* Plebanus S. S.
† Ego *Hainricus* scolasticus S. S.
† Ego *Adalbertus S. Nycolai* prepositus S. S.
† Ego *Marcwardus* prepositus *nuuenburgens.* (?)
† Ego *Ôdalricus s. ypoliti* prepositus S. S.
† Ego *Hartwicus S. Georgii* prepositus S. S.
† Ego *Heinricus s. Floriani* prepositus S. S.
† Ego *Adalbertus* sacrista S. S.

Data *Patauie* per manum *Hainrici* Anno ab incarnatione domini M.° C.° L.° VI.° Indictione prima, anno vero domini *Chônradi*, patauiensis ęcclesię uenerabilis episcopi VIII.° feliciter Amen.

Original auf Pergament, dessen Siegel verloren gegangen, im Archive des Kl. Reichersberg. — Hund—Gewold III. 163. — Chron. Reichersb. 194. — Mon. boic. IV. 418.

CXC.

1157. 29. Jänner. Rom. — *Papst Hadrian IV. nimmt das Kloster Ranshofen in den besonderen Schutz des päpstlichen Stuhles.*

Adrianus Episcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis *Megenhardo Preposito Ranshovensis* Ecclesie beati Pangracii martiris eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. Regularem vitam eligentibus apostolicum convenit adesse presidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incursus aut

eos a proposito revocet aut robur, quod absit, sacre religionis infringat. Ea propter dilecti in Domino filii, *Hainrici illustris Bawarie et Saxonie* Ducis precibus inclinati vestris iustis postulationibus clementer annuimus et prefatam Ecclesiam beati Pancracii martiris, in qua divino vacatis officio, sub beati Petri Apostolorum Principis tutelam protectionemque suscipimus et Apostolice sedis privilegio communimus. Inprimis siquidem statuentes, ut ordo canonicus, qui secundum regulam beati Augustini eodem in loco noscitur institutus, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter conservetur. Preterea quascunque possessiones, quecunque bona eadem Ecclesia impresentiarum juste et canonice possidet aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel principum, oblacione fidelium seu aliis justis modis prestante Domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec duximus propriis exprimenda vocabulis: *Ecclesiam* videlicet *S. Michaelis* cum decima et iure parochiali, *Capellas Neunchirchen, Hæntenberg, Geroltzberg* et *capellam S. Stephani in Praunawe* cum pertinenciis earum, *Capellam Howerch* cum pertinentiis suis in ea libertate, in qua frater noster *Ewerhardus Salzburgensis Archiepiscopus* vobis scripto proprio racionabiliter confirmavit, ut videlicet nullus in eis preter ipsum Archiepiscopum et Ecclesie vestre prepositum aliquid debeat ordinare. Sane novalium vestrorum, que propriis manibus aut sumptibus colitis sive de nutrimentis vestrorum animalium nullus a vobis decimas presumat exigere. Porro sacramenta Ecclesiastica a Dyocoesano suscipiatis Episcopo, siquidem Katholicus fuerit et graciam atque communionem apostolice sedis habuerit eaque gratis et absque aliqua pravitate vobis voluerit exhibere. Alioquin Catholicum quemcumque malueritis, adeatis antistitem, qui nimirum nostra fultus auctoritate, quod postulatur, indulgeat. Obeunte vero te nunc eiusdem loci preposito vel ad alterius Ecclesie regimen transeunte sive tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia preponatur, nisi quem fratres communi assensu aut pars consilii sanioris secundum Dei timorem et beati Augustini regulam providerint eligendum. Ad haec quoniam locus vester sic est institutus, ut aduocatus bonorum prefati Ducis in partibus illis ejusdem quoque loci sit advocatus, prohibemus, ut nec ipsi nec alicui subministro ejus liceat eundem locum injustis gravaminibus infestare, sed cum vice jam dicti Ducis, sicut ipse instituit et scripto suo firmavit, cum mancipiis et

possessionibus suis idem advocatus defendere et tueri debet eo tenore, ut querimonias tam vestras quam mancipiorum vestrorum audiat et congruam justiciam faciat; paratam vero nullam a vobis propter hoc exigat, sed tantum de horreo prefati Ducis secundum antiquam institutionem tempore suo accipiat. Super hoc etiam nullam potestatem disponendi in claustro vel Mancipiis aut possessionibus vestris memoratus Dux eidem advocato concedat, Sed ut loco suo vos protegat et eternam retributionem tantum inde requirat. Exactiones quoque super vos vel super mancipia vestra a quoquam fieri idem Dux penitus interdixit. Nos quoque omnia hec vobis concedimus et auctoritate apostolica confirmamus. Si autem ipse advocatus contra hec venire temptaverit et secundo ac tercio commonitus non emendaverit, consilio et auxilio prefati Ducis ipsa advocacia ab inutili auferatur et alius idoneus loco eius substituatur. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedimus, ut eorum, qui se illic sepeliri deliberaverint, devotioni et extreme voluntati, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat, salva iusticia matricis Ecclesie. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatam Ecclesiam temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere aut quibuslibet molestiis fatigare, Sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione aut sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate et dyocoesani Episcopi canonica iustitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini nostri Redemptoris Jesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen. Datum *Rome apud sanctum Petrum* per manum *Rolandi* S. Romane Ecclesie presbiteri Cardinalis et Cancellarii IV. Kal. Febr. Indictione VI. Incarnationis Dominice Anno MCLVII. Pontificatus vero Domini Adriani Pape IV. Anno IV.

Hund—Gewold III. 143 (Ratisb.). — Mon. boic. III. 318.

CXCI.

1157. 23. November. — ***Heinrich, Herzog von Baiern und Sachsen, bestätigt verschiedene dem Kloster Ranshofen gemachte Schenkungen und verordnet, dass der Vogt der herzoglichen Güter die Vogtei des Klosters unentgeltlich zu verwalten habe.***

In nomine sancte et individue Trinitatis. *Heinricus Dei gratia Bawarie et Saxonie Dux.* Quoniam a Deo Creatore nostro divitiis, gloria ac potestate misericorditer exaltati sumus, iustum est, ut et ipsum debita devotione honoremus, cuius clementie honorem nostrum recognoscimus. Quapropter universitati omnium tam presentis quam futuri temporis fidelium notum facimus, qualiter nos pie devotioni beate memorie Patris nostri *Heinrici Ducis Bawarie et Saxonie* inclinantes ea, que Deo et sanctis eius in *Capella nostra Raneshoven* ad usus Fratrum regularium, quos ipse primum ad serviendum ibidem domino invitaverat, obtulit, miserationibus nostris pro remedio anime nostre et Parentum nostrorum adauximus, partem curie nostre, quam ambitu claustri et molendini sui occupaverunt, cum areis quibusdam in eadem villa iacentibus et dimidietatem mansi, qui est in capite aque ductus eorum, et tribus mansis et dimidio in novalibus omnipotenti Deo et sancto Pancratio, in cuius honore locus ille principaliter consecratus est, libera donatione offerentes iura quoque, que temporibus Patris nostri ibi Domino servientes habuerunt, nos eis auctoritate nostra confirmavimus ita scilicet, ut, quia de capella nostra sunt, nulli omnino preter nobis de iure nostro servire habeant excepto tantum diocesano Episcopo, cui de obedientia spirituali pro spiritualibus respondere debent. Advocatus autem curie et redituum ac mancipiorum nostrorum eos vice nostra cum mancipiis et possessionibus suis defendere et tueri debet eo tenore, ut querimonias tam fratrum quam mancipiorum suorum audiat et congruam eis iustitiam faciat, paratam vero nullam ab eis pro hoc exiget, sed tantum de horreo nostro secundum antiquam institutionem tempore suo accipiet; nam super hec nullam potestatem disponendi in claustro vel mancipiis aut possessionibus ipsorum ei concedimus, sed ut loco nostro eos protegat et eternam retributionem tantum inde requirat. Exactiones quoque super ipsos vel super mancipia eorum a quoquam fieri penitus inhibemus. Bona ergo, que a prima loci illius institutione usque ad nos sive a Ducibus seu ab aliis fidelibus in villis, in agris, in decimis, in pratis,

in pascuis, in silvis, in aquis, cultis vel incultis eo collata vel inposterum conferenda sunt, banno et auctoritate Domini Imperatoris ac nostra confirmamus et super hoc presentis pagine testamentum sigillo nostro impressum damus. Siquis igitur huic nostre donationi et confirmationi ac banno Domini Imperatoris temere contraierit et predictos fratres in his, que eis ac Ecclesie legitime donavimus et confirmavimus, iniuriare presumpserit, si ante querimoniam fratrum non digne correxerit, centum libras auri componat, dimidietatem Camere Imperiali et dimidietatem Camere nostre. Acta sunt hec anno ab Incarnatione Domini MCLVII. Indictione V. IX. Kal. Decembris regnante *Friderico* invictissimo Romanorum *Imperatore* et semper Augusto, anno Imperii eius tercio, regni vero sexto, petente venerabili eiusdem Ecclesie *Preposito Meinhardo.* Hij testes aderant: *Comes Givehardus de Burchusen cognatus noster, Marchio Bertoldus, Palatinus Fridericus, Comes Bertoldus de Andesse, Comes Sifridus de Liubenowe, Comites Sigehardus et Heinricus de Scala, Comes Godefridus de Romesberch, Comes Conradus de Bilstein, Comes Kono de Megelinge, Comes Luitoldus et filius eius Luippoldus de Bleige, Heinricus de Stoufe, Heinricus de Buren Advocatus Augustensis, Adelgot, Luippoldus de Stamheim, Ulricus de Steine, Heinricus de Wrtha, Luippoldus de Hertesberch, Manegoldus de Siveneich et Hartmannus ac Manegoldus filii eius, Otto de Rore et frater eius Raffoldus, Wichardus et frater eius Albertus de Hutta, Everhardus de Brunowe et Fridericus filius eius, Warmundus de Sulzbach et frater eius Wernhardus, Bertoldus de Leuvensteine, Sichehardus Biver et frater eius Arnoldus* et alii quam plures. *Heinricus scriptor* recognovit.

Mon. boic. III. 321.

CXCII.

1158. 15. Februar. Lateran. — ***Papst Hadrian IV. nimmt das von Piligrim von Schalcheim gegründete Hospital in Vöcklabruck in den besonderen Schutz des apostolischen Stuhles.***

Adrianus episcopus seruus seruorum dei dilectis filiis *Peregrino* et aliis fratribus *in hospitali et ecclesia de Uehhelabrocco* diuino seruitio mancipatis eorumque successoribus in perpetuum. Religiosis desideriis dignum est facilem prebere consensum, ut fidelis deuotio celerem sortiatur effectum. Eapropter dilecte in domino fili, tuis iustis postulationibus clementer annuimus et prefatum hospitale cum capella et ponte a tua deuotione constructo et aliis pertinentiis suis sub beati

Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti priuilegio communimus In primis siquidem statuentes, ut neque his, a quibus fundum, in quo pons fundatus esse dinoscitur, emisti uel eorum heredibus aut alicui hominum liceat infra unum miliarium supra pontem et alterum infra pontem portum facere aut in ipso ponte pedagium statuere uel uectigal. Preterea quascumque possessiones, quecumque bona prefatum hospitale in presentiarum iuste et canonice possidet aut in futurorum concessione pontificum, largitione regum uel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis parante domino poterit adipisci, firma uobis uestrisque successoribus et illibata permaneant. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatum hospitale temere perturbare aut eius possessiones auferre uel ablatas retinere, minuere aut aliquibus uexationibus fatigare, sed omnia integra conseruentur tam ad ipsius pontis restaurationem quam ad peregrinorum receptionem et pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salua sedis apostolice auctoritate et in supradicta capella diocesani episcopi canonica iustitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisue persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere uenire temptauerit, secundo tertioue commonita si non satisfactione congrua emendauerit, potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se diuino iudicio exsistere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore et sanguine dei et domini redemptoris nostri iesu christi aliena fiat atque in extremo examine diuine ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus sit pax domini nostri iesu christi, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inueniant. Amen. Amen. Amen.

Ego Adrianus catholice ecclesie episcopus s. s. (Monogramma.)

† Ego *Hubaldus* presbyter cardinalis tituli S. Praxedis s. s.

† Ego G. sabinensis episcopus s. s.

† Ego *Octauianus* presb. Card. tituli S. Cecilie s. s.

† Ego *Oddo* diac. card. S. Georgii ad velum aureum s. s.

† Ego *Johannes* diac. Card. SS. Sergii et Bacchi s. s.

Data *Laterani* per manum *Rolandi* sancte Romane ecclesie presbyteri cardinalis et Cancellarii XV. Kalend. Martii Indict. VI. Anno MCLVIII. Pontificatus uero domini Adriani pape IIII. Anno IIII.

Original mit bleierner Bulle, im Archive des Kl. St. Florian. — Stülz, Gesch. v. St. Florian, pag. 260.

CXCIII.

1158. 16. August. Anagni. — *Papst Hadrian IV. bestätigt dem Kloster Reichersberg seine Besitzungen, namentlich Munsteuer und Stein.*

Adrianus Episcopus seruus seruorum Dei Dilecto filio *Gerhoho Præposito Richerspergensis* Ecclesiæ salutem et Apostolicam Benedictionem. Effectum iusta postulantibus indulgere et vigor aequitatis et ordo exigit rationis. Eapropter dilecte in Domino fili Gerhohe petitioni tuæ gratum impertientes assensum Ecclesiam ipsam cum omnibus bonis suis, quæ inpræsentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum iustis modis Deo propitio poterit adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, Specialiter autem *Munsture* ac *Steine* cum omnibus pertinentiis suis eidem Ecclesiæ, sicut ea venerabilis frater noster *Eberhardus Babenbergensis Episcopus* in concambium rationabiliter dedisse cognoscitur, et *parochiam* de *Munsture*, quæ venerabilis frater noster *Chunradus Patauiensis Episcopus* rationabili prouidentia Ecclesiæ Richerspergensi concessit, auctoritate Apostolica confirmamus et præsentis scripti patrocinio communimus. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedimus, vt eorum deuotioni et extremæ voluntati, qui se illic sepeliri deliberauerint, nisi forte excommunicati sint vel interdicti, nullus obsistat salua tamen iustitia parochialium Ecclesiarum, de quibus mortuorum corpora assumuntur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ protectionis, confirmationis et concessionis infringere aut ei aliquatenus contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit et secundo tertioue commonitus reatum suum digna satisfactione non emendauerit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum et excommunicationis vinculo innodandum. Data *Anagniæ* XVII. Kl. Septembris.

Chronic. Reichersb. ad 1158. — Hund, Metropol. (edit. Monac.), III. 238.

CXCIV.

1158. 21. August. Salzburg. — *Eberhart I., Erzbischof von Salzburg, befreit die Salzpfanne des Klosters Reichersberg vom Zehent.*

In nomine sancte et indiuidve trinitatis ego *eberhardus* dei gratia *salzburgensis* archiepiscopus *gerhoho richerspergensi* preposito salutem. Ea, que rationabiliter inter personas maxime ecclesiasticas

aguntur, rationabiliter quoque confirmanda sunt, ne litis occasio inpostervm dvm minvs putatur, suboriri ualeat. Notum igitur uniuersis christi fidelibus esse uolumus, qualiter decimas patelle in *halla* ex dominicalibus nostris *Richerspergensi* cenobio conlatę, que decime a bone memorie *Balderico* abbate monesterii (sic) *s. Petri* requisite et optcnte sunt, rationabili reconpensatione redemimus, ut eadem patella nullas de cetero decimas persoluat, sed integra in usvm *Richerspergensis* cenobii ad seruitivm fratrum ibi Deo militantivm nostra pontificali donatione permaneat. Hec autem reconpensatio facta est de prediis cuivsdem (sic) *heinrici hallensis* ciuis, cuius cognomentvm *ferro*. Ut autem hec nostra reconpensatio cunctis retro temporibus stabilis et inconuulsa permaneat, hanc inde paginam conscribi et sigilli nostri inpressione muniri iussimus.

Actum in civitate *salzburgensi*, XII kalendas Septembris, anno dominice incarnationis Millesimo C. L. VIII indictione VII[a] Regnante domino *Friderico* Romanorum imperatore primo, anno regni eius VII, inperii uero IIII[to], nostri autem pontificatus anno XII feliciter Amen. Amen.

† Ego *Eberhardvs salzburgensis* archiepiscopus S. S. (Monogramma) (Bene valete.)

† Ego *Hugo* prepositus S. S.

† Ego *Heinricus* decanus S. S.

† Ego *Heinricvs Salzburgensis* abbas S. S.

† Ego *Heinricus* prior *sancti petri* S. S.

† Ego *adalbertus houensis* prepositus S. S,

† Ego *Meginhardus* capellanus et notarius S. S.

Original auf Pergament, dessen angehängtes Siegel verloren gegangen, im Archive des Kl. Reichersberg. — Hund—Gewold, III. 163. — Chron. Reichersberg. 196. — Mon. boic. III. 438.

CXCV.

1158. St. Florian. — *Conrad, Bischof von Passau, übergibt dem Propste Heinrich von St. Florian den Zehent zu Stalbach, welchen die Brüder Rudiger und Borno von Holzhausen inne hatten.*

Chovnradus caelesti gratia *patauiensis episcopus* cunctis aecclesie sue christique fidelibus salutem in perpetuum. Si erga loca diuinis mancipata seruitiis liberales fuerimus, pro eterna saluatione promerenda profuturum nobis hoc credimus. Cum itaque *Rudegerus et Porno frater suus de holzhusen* ecclesie nostre ministeriales quoddam

haberent predecessorum nostrorum pontificum et nostra concessione beneficium *in pago stadele* hinc inde per loca ex quarundam parte decimarum, egit et peregit hoc cum ipsis illius temporis venerabilis *prepositus sancti Floriani domnus Heinricus* peticionibus et rebus suis interuenientibus, quod ipsi cedere de suo iure uolentes decimationes illas omni decisa in futurum contentione in manus nostras sine malo ingenio resignarent et easdem gratia et concessione nostra in usus fratrum beati Floriani deuenire et transfundi postularent. Nos itaque amore loci, quem una cum antecessoribus nostris episcopis uouere, ampliare et promouere libenter intendimus, peticionibus eorum non segniter aquieuimus et receptam ab eis dictam modo beneficii sui portionem pro eterna remuneratione religiosis sancti Floriani canonicis in stipendii sui supplementum super addidimus. Quod quia fauore omnium nostrorum, qui aderant, fidelium nec non adtestatione atque presentia quorumdam fratrum nostrorum de choro patauiensis ecclesie celebriter factum est, necessarium uidebatur scripto pariter et sigillo nostro peractionem illam corroborare, ne uel obliuio uel aliqua hominum contraditio (sic) ualeat ullatenus aut modernis aut futuris temporibus eam labefactare. Acta sunt hec *in domo Sancti Floriani* anno post incarnationem dominicam MCLVIII. indictione VI. Anno uero episcopatus nostri XI. bulla sigilli nostri infra, sicuti euidens est, ad maiorem certitudinem presenti pagine affixa. Testes sunt et cognitores rei de choro patauiensi: *Rovdbertus decanus*, *Heinricus scolasticus, Jacobus diaconus, Otto capellanus et cognatus episcopi, Cazelinus laureacensis plebezanus.* Ex nobilibus uero: *Gebhardus comes de uichtenstaen, Heinrich et frater eius Gebhardus de iubelbach.* Ex ministerialibus autem ecclesie: *Engilbertus de struben, Waltherus de glanech, Ovdalricus et frater eius Sibot, Adalbertus episcopi camerarius, Walchun iudex, Rudolf de perchaim* ceterique.

Original mit wohlerhaltenem aufgedruckten Siegel im Archive des Klosters St. Florian. — Stülz, Gesch. v. St. Florian, 262.

CXCVI.

1158. Mautern. — *Conrad, Bischof von Passau, verleihet den Chorherren zu Waldhausen den Zehent und das pfarrliche Recht von den Neugereuten des Beinwaldes.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. *Conradus* Dei gracia *Patauiensis ecclesie episcopus.* Karitatis exigente latitudine credimus ad episcopalis officii sollicitudinem pertinere non solum augmentandae

curam religionis, verum etiam conservandae atque multiplicandae spiritalis providentiam possessionis (sic). Inde est, quod regularium canonicorum *ecclesiae sancti Johannis* deuotionem attendentes et defectum in exterioribus statuimus consilio et ammonitione nostrorum religiosorum aliquod spiritalis incrementum honoris et consolationis subsidium temporalis in predicta beati Johannis *Saebeniche* ecclesia. cum enim nobilis quidam nostrae diocesis *Otto* videlicet piae recordationis *de Machlant* sancti spiritus inspiratione ammonitus canonicae conversationis regularibus fratribus in loco supra nominato ecclesiam constituerit eamque prediis atque mancipiis fundaverit et ei auctoritate piissimi *regis Chonradi* adhibita terminos novae et adhuc incultae possessionis destinaverit, nos quoque infra eosdem novalium terminos, qui in privilegio domini Chonradi regis super hac donatione consignato distinguntur (sic), spiritalem regendae plebis curam secundum integrum plebanae officium amministrationis cum universis eorum, quae iam culta sunt sive colenda in eodem nemore decimationibus contulimus eidem ecclesiae salvis tamen et inviolatis omnium adiacentium terminis ecclesiarum. Ne vero huius nostrae tenor donationis lateret fideles praesentes sive futuros neve cavillationis undecunque suscitandae occasionem praeberet quantacunque temporum longitudo, hoc nostrae institutionis donum per praesentis paginae subscriptionem et nostrae inpressione auctoritatis confirmavimus. Acta autem sunt haec a nobis *in celebri conventu fratrum nostrorum Mutaren* assidentibus venerabilibus fratribus nostris *archipresbyteris Haerthwico et Odalrico et Johanne abbate Cothwicense, Marchwardo praeposito Nevenburgensi et Adalberto praeposito sancti Nicolai, domino Roberto Methnensi praeposito et Adalberto tulnensi parrocho et Adalberto Cremsensi parrocho et Adelhero et Heinrico et Petro magistro et Ebergero capellano et Ottone capellano*. anno Millesimo C. L. VIII.

Original mit einem hängenden Siegel, im Museal-Archive zu Linz. — Kurz, Beiträge, IV. 438.

CXCVII.

1159. 23. Juni. Ebelsberg. — ***Conrad, Bischof von Passau, bestätigt zwei Tauschverträge des Klosters Wilhering, einen mit dem Pfarrer zu Schönhering, den anderen mit dem Markgrafen Ottokar von Steyr.***

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. *Conradus* dei gratia *patauiensis* episcopus cunctis ecclesie sue christique fidelibus salutem

in perpetuum. Si seruorum dei equis petitionibus acquiescimus et iustis deoque placitis desideriis assensum porrigimus, profuturum nobis fore certum habemus. Vnde rogante venerabili *Willeheringensis* cenobii abbate suisque fratribus inibi deo famulantibus suam eorundem petitionem pro quodam concanbio destinauimus exaudire et ne hoc idem factum nostrum obliuione posterorum recindi (sic) ualeat, presentiarum pagina et bulle nostrae inpressione decreuimus conmunire et conmuniendo precauere. Abbas itaque pretaxatus obedientiae sibi creditae sine nostro et aecclesiae nostrae detrimento prouisum fore satagens conpetentibus aput nos obtinuit precatibus, vt pro parte vniuersarum decimationum, quae aput *Wilheringen* et *purcheimen*, nec non *ederannesperge* tam de suis ipsorum cultibus quam aliorum inibi agriculturas habentium plebano nostro de *schonheringen* iure debuit prouenire, curtile quoddam suae proprietatis aput *strashemen* in reconpensationem uellemus recipere. Similiter pro parte reliqua decimarum, quae illis prefatis tribus in locis uasallum nostrum *Otacharum* videlicet *marchionem de stira* beneficiario iure contigit, a supranominato abbate suisque fratribus predium tale, quale in *pago růdolphingen* possederunt, ipsius eiusdem reuerendi abbatis obtentu et predicti marchionis assensu in conmutationem recipere voluimus. Viros itaque ecclesiae nostrae ministeriales et alios quam plures non paruam in huiusmodi negotiis discretionem habentes misimus, vt parem vtriusque utilitatis estimationem, que hinc inde in illa cambitione posset concurrere, discrete preconsiderarent, nobisque ueritatem super hoc reportarent. Dicto itaque nobis, quod pro decimis illis pretaxatis in prenominatis prediis receptis plenariam reconpensationem habere possemus rationabiliter et legitime, antefato uasallo nostro marchione *Otachario*, plebezano quoque de *schonheringen* scilicet *werinhardo* consentientibus conmutationem illam recepimus et de recepta paginam hanc et scribi et sigillo nostro insigniri precepimus. Hunc autem contractum et confirmationem cleri et fidelium nostrorum fauore et beneplacito conprobatam, vt iugiter maneat inconuulsa, deo auctore sub inmunitate banni nostri ponimus nec non et successoribus nostris episcopis eandem in christo diligentiam relinquimus. Acta sunt haec Anno ab incarnatione domini Millesimo C°. L°. VIIII°. indictione VII. anno uero nostri pontificatus XII. Testes sunt de *patauiensi* choro *Rudbertus decanus*, *Rudbertus de sancto Sixto*, *Vdalricus prepositus*, *Heinricus scolasticus*, *Sigehart*, *Chunil*, *Otto*, *Otto*, *Otto*, *Ekkehart*,

Albn...., Friderichus, Switthart, Vdalrich, Petrus. Laici nobiles, *Otaker marchio, Welpho, Liutolt comes, Vdalrich de pernnekke, Dietrich de spileberch, Heinrihc de tegernwanch, Herman de chazelinestorf, Diettmar de agaste.* Ministeriales, *Walther, Ruddeger, Ruddeger et frater eius Porno, Meinhart de vornpach et frater eius, Růdolf, Gerhoch, Gotefrit, Fridrich et frater eius Ödalrich, Porno de widahe, Reinprecht, Marchwart, Ödalrich et frater eius, Sigboto de pornhemen.* De familia marchionis *Hartnit, Gundacher, Ödalrich Sigbot.* Data *Ebelleperghe* nona kalendas Julii, regnante *Friderico imperatore* augusto anno Imperii sui septimo feliciter. Amen.

Aus einem Copialbuche im Archive des Kl. Wilhering. — Stülz, Gesch. von Wilhering, 474.

CXCVIII.

1159. 22. September. Passau. — *Conrad, Bischof von Passau, genehmigt einen Tausch zwischen dem Kloster Wilhering und dem Pfarrer zu Schönhering, welcher für die Zehente um Wilhering einen Hof zu Strasshaim erhält.*

Chŏnradus celesti gratia *pataniensis* episcopus cunctis ecclesie sue christique fidelibus salutem, in perpetuum. Hec nobis secundum episcopale officium credita est dispensatio, scire et uelle fidelium et ecclesiarum nostrarum conmoditatibus benignitate paterna prouidere et de his, que ad utilitates ipsorum rationabiliter in presenti confirmantur, ne in futuro tempore rescindi ualeant, scripto et testimoniis diligenter precauere. Inde est, quod domini *Gebhardi* deo dilecti abbatis de *Willeheringen* fratrumque sue obedientie petitionem factam pro quodam concambio debuimus exaudire, et qualiter factum fuerit, presenti confirmationis pagina et sigilli nostri inpressione conmunire. Abbas siquidem prefatus sibi suisque fratribus sine nostro et ecclesie nostre detrimento proficere cupiens, religiosis obtinuit peticionibus, vt pro parte decimarum, que de suis cultibus apud *Wilheringen* barrochiano nostro de *schoneringen* iure debuit prouenire, curtile quoddam sue proprietatis apud *strazheimen* in reconpensationem uellemus recipere. Uiros itaque optime discretionis, quosdam ministeriales nostros misimus *gerhohum de ruta* et fratrem illius *gotefridum, Chunradum de můlebach* cum fratre suo *Walthero* et alios quam plures, quibus idem iniunximus, ut parem utriusque utilitatis estimationem, que hinc inde in illa cambitione posset concurrere, discrete preconsiderarent nobisque ueritatem super hoc reportarent.

Dicto itaque nobis, quod pro decimis illis pretaxatis in prenotato curtili recepto, plenariam reconpensationem habere possemus rationabiliter et legitime, *Wernhardo* quoque plebano de *Schoneringen* consentiente, conmutationem illam recepimus et de recepta paginam hanc et scribi et sigillo nostro insigniri precepimus. Hunc autem contractum et confirmationem cleri et fidelium nostrorum fauore et beneplacito conprobatam, quatinus iugiter maneat inconuulsa, deo auctore sub inmunitate banni nostri ponimus nec non et successoribus nostris episcopis eandem in christo diligentiam relinquimus. Acta sunt hec *patauie* X kalendas octobris anno post incarnationem domini M°. C°. L°. VIIII°. Indictione VI (sic) Anno uero nostri pontificatus XII°. Testes sunt *Ődalricus de pernec, Heinricus de tegernbach, Rudigerus* et frater eius *Porn de Holcehusen, Fridericus* et *Vlricus* et *Porn* fratres eius *de Wida, Gerhóh de ruta, gotefridus de winchila, Marquardus de Gumpotingen, Vdalricus* et *Sigeboto* frater eius de *bornheim, Reginbertus* de *lochelingen, Rubertus* decanus, Item *Růbertus, Heinricus* Scholasticus, *Wdalricus, Otto, Ecchehardus, Fridericus, Diethericuś, Otto, Otto, Adelbertus, Heinricus* ....

Original auf Pergament, dessen Siegel verloren, im Archive des Kl. Wilhering. Die zu Folge des üblen Zustandes desselben unleserlichen Worte sind aus einem Copialbuche ergänzt. — Stülz, Gesch. v. Wilhering, 476.

CXCIX.

1159. Passau. — *Conrad, Bischof von Passau, überlässt dem Kloster St. Florian für 14 Höfe in der Nähe des Schlosses Ebelsberg tauschweise die Pfarre St. Michel in der Wachau.*

Chōnradvs dei gratia *patauiensis* episcopus cunctis ecclesie sue christique fidelibus salutem in perpetuum. amen. Aput diuinam clementiam meritum nobis adcrescere confidimus, si iuxta pontificalis offitii debitum religiosorum uirorum indenpnitati consulere et indigentiam eorum releuare et supplere curauerimus. Siquidem dilecti filii nostri *Heinricus* prepositus et fratres de *domo sancti floriani* de prediis ecclesie sue obtulerunt gratie nostre XIIII. mansos castro nostro *Ebilsperch* adiacentes, in quibus a castellanis nostris et hominibus eorum multa patiebantur inconmoda usque adeo, quod frequens clamor rusticorum tam nos quam illos sepius perturbauit. Nos vero adtendentes, quod iam dicta ecclesia patauiensis ecclesie specialis est filia, uolentes pariter deuotionem predictorum fratrum nostre largitatis

beneficio gaudere, de consilio et consensu fratrum et ministerialium ac fidelium nostrorum tradimus prefate ecclesie sancti Floriani parrochialem ecclesiam *sancti Mychaelis in Wachŏwe*, pleno iure disponendam cum omnibus suis pertinentiis, cultis et incultis, quesitis et inquisitis, cum terminis et decimis et omni genere utilitatis, nostra sibi auctoritate concedentes, quatenus propter prouisionem uinearum suarum prepositus, qui pro tempore fuerit, plenam habeat potestatem unum de fratribus suis ibidem ponendi et inutilem remouendi ac utilem substituendi. Et ut hec donatio nostra futuris temporibus firma et inconuulsa permaneat, hanc inde paginam conscribi et sigilli nostri iussimus inpressione conmuniri. Acta sunt hec *pataute* Anno domini M°.C°.LIX°. Indictione VII.ª Anno vero episcopatus nostri XIIII.mo

† Ego *Chŏnradus* episcopus laudo et subscribo, Ego *Rvdbertus* decanus laudo et SS. Ego *Rvdbertus* senior laudo et S. S. Ego *Chvnelinus* laudo et S. S. Ego *Albwinus* laudo et S. S. Ego *Sighardus* laudo et SS. Ego *Adalbertus* laudo et SS. Ego *Fridericus* laudo et SS. Ego *Heinricus* magister scolarum laudo et SS. Ego *Otto* laudo et SS.

Original auf Pergament im Archive des Kl. St. Florian. Das wohlerhaltene Siegel hängt, da der Raum das Aufdrucken nicht verstattet, an einem ledernen Riemen. Die zwei letzten Ziffern der Jahreszahl sind undeutlich, man könnte sie auf den ersten Anblick leicht für zwei X halten; allein da Conrad im Jahre 1170 nicht mehr Bischof von Passau war, die Chronologie und die Zeugen aber mit einer andern Urkunde von 1159 genau übereinstimmen, schien es nicht unstatthaft, die Urkunde diesem Jahre einzureihen. — Kurz, Albrecht IV. II. 437 coll. — Stülz, Gesch. von St. Florian, 265. — Mon. boic. XXVIII. II. 258 u. XXIX. II. 23.

CC.

1159. — *Conrad, Bischof von Passau, stiftet einen Vergleich zwischen Kadolt von Polnheim und dem Kloster St. Peter in Salzburg wegen des Gutes Tauersheim.*

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Ego *Chounradus dei gratia Pataviensis episcopus.* Quoniam nostrae dispensationi ecclesiarum divinitus administratio decreta est, justitiae meritum esse non ambigimus, quantum in nobis est, si earundem ecclesiarum jura nostrae auctoritatis sententia defendentes Christo servientium tranquillitati et paci providere intendimus. Inde est, quod dilecti fratris nostri *Henrici abbatis sancti Petri salzburgensis* petitionibus annuimus

et diremptionem controversiae illius, quae fuit inter *Candoldum* (sic) *de Pollenheimen* et ecclesiam ejus, qualis mediantibus nobis facta est, universorum notitiae presentium attestatione proponimus. Prefatus namque *Cadoldus cum ante aliquos annos in expeditionem Jerosolimitanam cum domino Chunrado rege proficisci decrevisset,* traditionem illam de predio *tauershaimen*, quam pater ejus aliquando potestativa manu prefatae ecclesiae firmaverat, importune impetiit, sed ad removendam eandem controversiam tunc temporis a fratribus jam sepe dictae ecclesiae VII. talenta accepit. Postea vero evolutis X. annis et eo amplius prefati predii violentus reinvasor existens, cum in audientia nostra et quorundam principum et nobilium virorum et ministerialium nostrorum super eadem invasione in loco, qui dicitur *Ense*, quaerimonia deponeretur, ut omnis impetitionis futurae denuo molestia inter ipsum et dictum monasterium in perpetuum sopiretur, nostro annintente (sic) consilio post abdicationem ab ipso et uxore et filio factam VIII. talenta iterato recepit. Huic autem abdicationi hii testes adhibiti sunt: *Comes Chounradus senior de Peilstain, Gebehardus hallensis comes, Adelbertus de Perge, Walchunus de chlame, Hademarus de Chufarn, Egene de urle, Hermannus de chazelinstorf, Engilbertus de schouneheringen, Bernhardus de trune, Otto de strubae et fratres ejus Engilbertus et Oudalricus, Tietricus de trune, Reinherus de staine, Arnhalmus, Otto de haslbach.* Ea quoque controversia super quibusdam tam de vineis quam de agris, quae inter nobilem virum dominum *Adalbertum de Perge* et dictam ecclesiam diu habita est, sub tali termino compositionem optinuit, quod predictus *Adalbertus* acceptis X. talentis decimas illas resignavit, quas nos fratribus in episcopatu nostro constitutis in loco, qui dicitur *Tornbach,* sub regula beati Benedicti degentibus in posterum omni remota retractatione quiete possidendas in proprietatem deposuimus. Sed et hoc quidem sub prenotatis testibus corroboratum est. Nos autem, ut haec singula rata sint et ne quis apud posteros ea refragari queat, hanc inde cartam conscribi et sigilli nostri impressione muniri jussimus.

Acta sunt hec anno incarnationis domini MCLVIIII. Indictione VII. regnante glorioso imperatore FRJDERICO anno imperii ejus VI. pontificatus autem nostri anno (sic).

Hormayr, Archiv f. 1828, pag. 351.

CCI.

1159. Passau. — *Conrad, Bischof von Passau, übergibt die Spitalstiftung zu Vöcklabruck dem Kloster St. Florian.*

Chovnradus dei gratia patauiensis episcopus cunctis ecclesie sue christique fidelibus salutem in perpetuum. Circa loca diuinis obsequiis mancipata decet nos ecclesiarum pastores eam intendere sollicitudinem, ut et ad presens eis proficiamus et in futurum contra duriciam et obliuionem hominum duo adiuuante prouideamus, quatenus et futuri homines per literarum monimenta pias antecessorum actiones cognoscant et aperte ueritati, si qui attemptauerint rerum ecclesiasticarum esse distractores, acquiescant. Inde est, quod, cum uir quidam ingenuus, animo et corpore deo deuotus, nomine *Pilgrimus* se et locum, qui dicitur *beati Egidii*, in possessione sua in *Vechelahebruke* fundatum legitima traditione deo sanctoque suo prothomartyri Stephano per manum *Regenberti* felicis (sic) *episcopi* mancipasset, nos, ut in eodem locello per elemosinas pauperum, per diurnos cursus fratrum, si qui ibi recipi possent et sustentari, diuinum conualesceret obsequium, communicato de choro fratrum nostrorum consilio domino *Heinrico* tunc temporis in *domo S. Floriani* venerabili *preposito* eundem locum in spiritualibus simul et temporalibus regulariter ordinandum hoc pacto et intentione commendauimus, ut nostra nobis nostrisque successoribus episcopis sua iusticia conseruata predictus venerabilis prepositus suique successores illud idem diuersorium cum suis fratribus, seruis et incolis, attinentiis omnibus collatis et conferendis in his, que sunt ad deum, debeant sub obedientia sua iugiter ordinare. Quod ut fieret notum et ratum haberetur in futuro tempore, presentem paginam inde conscribi et nostro sygillo, ut euidens est infra, iussimus communiri.

Acta sunt hec *Patavie* Anno post incarnationem dominicam MCLIX. Indictione VII. anno uero episcopatus nostri XIII.

† . . . . . Ego *Chovnradus episcopus* Laudo et ss. Ego *Rovdbertus decanus* laudo et ss. Ego *Rovdbertus senior* laudo et subscribo. Ego *Chovnelinus* laudo et ss. Ego *Albwinus* laudo et ss. Ego *Sighardus* laudo et ss. Ego *Adalbertus* laudo et ss. Ego *Dietricus* laudo et ss. Ego *Fridericus* laudo et ss. Ego *Ekkehardus* laudo et ss. Ego *Heinricus magister scolarum* laudo et subscribo. Ego *Otto* l. et ss.

Original mit aufgedrucktem, zur Hälfte zerbröckeltem Siegel im Archive des Kl. St. Florian. — Stülz, Gesch. v. St. Florian, pag. 264.

CCII.

Circa 1160. — ***Aufschreibung über die durch die Familie der Grafen von Rebgau dem Kloster Kremsmünster zugewendeten Güter und die neugegründete Kirche zu Viechtwang*[1]).**

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris nobilem comitem *Albertum de Rebgaev* pro honore dei et eterne uite retribucione et pro animarum remedio parentum suorum tum eciam caritatiuis peticionibus *Vdalrici II.* abbatis *Chremesemonasterii* et largicione sex talentorum predium sex hvbarum inter duo flumina superiori et inferiori *Dizenpach* positum prefate abbacie libera manu tradidisse et de legacione eiusdem comitis et legitimorum testium astipulacione confirmasse. Hiis peractis sociata sibi coniuge *Gerdrude* ipsaque studiose imperante duas hůbas in *Viehtwanch* predicto loco tradidit ea quippe racione, ut in eodem loco ecclesia construeretur ac diuino officio manciparetur; Quod ut confirmatum est abbas idem ecclesiam ibi construxit[2]) et diuinum officium constituente beate memorie *Reginberto* Patauiensi episcopo a fratribus suis instituit. Domino autem abbate *Vdalrico II* de hac luce migrante successor eius *Adalbertus I.* abbas non minus omni ueneracione dignus, in quo predecessor eius Christo famulari decreuerat, beniuolo studio sumptibus et impensis perficere curauit. Sed *comite Adalberto* de medio facto non nullis annorum curriculis elapsis filii eius scilicet *Adalbertus* et *Gerhardus* locum antedictum inuaserunt et immemores beneficiorum parentum suorum rebus omnibus ablatis denudauerunt sibique omni iure postposito subegerunt; Vnde prefatus abbas *Albertus* commotus egre indoluit omnique annisu, quo potuit, locum ab inuasoribus eripuit hoc scilicet modo: Filiis predicti comitis et abbate in festos (sic) Cholomanni *Medelicensi* loco conuenientibus beneficiis patris eorum coram multitudine enumeratis insuper muneribus quinque talentorum datis idem predium delegare, quod pater eorum delegauerat, exorauit et consecutus, quod postulauit, in manum patruelis ipsorum comitis uidelicet *Ernstonis de Hohenburch* delegauerunt et ab omni infestacione data fide quieuerunt. Hec tradicio legittime peracta ut inconuulsa permaneat sigilli presentis impressione

---

[1]) Besprochen von Pachmayr, p. 79 u. 877. Von Strasser, S. 269 u. 289.

[2]) Randnote: „circa annum domini MCXL.“

et hiis legittimis testibus confirmatam tradimus. *Adalbertus de Perge, Chunradus de Ascha* et frater eius *Wernhart, Sighart de Fleze, Meginhart de Ypphe, Marquart de Schönenprhel* et duo filii eius *Marquart* et *Fridericus, Rŏdpreht de Nivndorf, Chvnrat de Chloberch, Cholo de Chvliub, Ruger, Adalber, Pabo, Adalher, Mangens, Wigant de Scewin, Timo de Wazemannesdorf, Gerboto de Medeliche.*

Dedicata est eadem ecclesia in *Viehtwanch* a venerabili Pataviensis ecclesie presule *Chvnrado* anno ordinacionis sue VIIII. [1]) VI Kal. Januarii Inhonore domini nostri Jesu Christi et gloriose genetricis eius Sancte Marie Virginis et Johannis apostoli et ewangeliste patroni eiusdem loci et S. Egidii confessoris et omnium patriarcharum, prophetarum, apostolorum, martirum, confessorum, uirginum et omnium sanctorum et hiis reliquiis specialiter attitulata: De ueste sancte Marie Virginis, Johannis apostoli, Egidii patronorum; Jacobi apostoli, Stephani prothomartiris, S. Agapiti martiris, Laurentii, Ypoliti, Pantaleymonis, Martini episcopi, Benedicti abbatis, Afre martiris, Barbare martiris. [Chrismon] Collatum est eciam eidem ecclesie a predicto episcopo domino *Chunrado* baptismus et sepultura et cetera sacramenta plenarie tum pro parrochie [2]) remocione tum pro populi siluani acclamacione dato termino a flumine *Daspach* ex oliquo et a fluuio *Alben* usquequo peruenias ad summitatem *Alpium* ex latitudine et longitudine. Facta sunt hec anno ab incarnacione domini M°. C°. L°VIII. indictione VI. [3]) horum testimonio: *Adalbertus* prepositus, *Rvdpertus* decanus, *Wolfwinus* capellanus, *Gerbot* archypresbiter, *Selpkers, Reginbot, Lambertus* plebani. *Pillunch* aduocatus, *Chvnrad de Pvhele, Walther de Glanck, Vdalricus de Pornhaim, Arnolt de Werd, Chvnradus, Gotfridus, Ebergerus, Raeitker, Eppo, Walther, Vrowin, Gvnther* et frater eius *Rapoto, Hadmar, Herman.* Siquis autem hanc tradicionem et consecracionem infringere presumpserit, cum iuda traditore eternas penas in perpetuum luat. Amen.

Aus dem Cod. Frider. im Archive des Kl. Kremsmünster. — Urkundenbuch von Kremsmünster, pag. 41, Nro. 33, aus welchem die von dem Herausgeber Herrn P. Theodorich Hagen demselben beigefügten Noten bei dieser, so wie bei einigen späteren Kremsmünster-Urkunden beibehalten worden sind.

---

[1]) Nämlich 27. December 1157.

[2]) Note der Zwischenlinie: „scilicet Petenpach."

[3]) Diese Indiction gehört dem Jahre 1158 an.

CCIII.

1160. 14. Februar. Pavia. — *Kaiser Friedrich I. verordnet, dass die Schlösser der Bamberger-Kirche nicht zu Lehen gegeben oder sonst veräussert werden sollen, worunter auch das von dem Bischofe Eberhart I. erworbene Schloss Frankenburg genannt wird.*

In nomine sancte et indiuidue Trinitatis. *Fridericus* diuina fauente clementia Romanorum imperator augustus. Si ecclesias Dei locupletare uel easdem locupletatas in statu suo conseruare studuerimus, nostre salutis augmentum et non modicum reipublice emolumentum fore credimus. Quare uenerabilis et dilecte nobis *Eberharde Babenbergensis episcope*, cum ecclesia Babenbergensis, cui auctore Deo presides, in plerisque tua industria feliciter non solum in spiritualibus sed etiam in temporalibus a Domino incrementum accepit, iustis tuis petitionibus libenter annuentes eximimus ab omni iure feodali castra, que in tuo dominio absolute habere dinosceris, tam ea, que ante tempora tui pontificatus habuit ecclesia tua, quam postmodum tua sollertia adepta est, que suis nominibus subnotare decreuimus: *Rotenstein*, *Gozwinestein*, *Wincera*, *Grivena* de antiquo, de novo autem *Giecheburc*, *Liechtenuels*, *Wassenberc*, *Nordegga*, *Chunstat*, *Northalden*, *Franckenburc*, *Hostete*, *Veterona*, sane illa conditione, que de Giecheburc veteri et Liechtenuels cum suis pertinentiis et accessionibus facta et nostra auctoritate confirmata est *comiti Bertholdo* et uni tantum filio suo, si superstes extiterit, in ipsis eisdem personis absque successione modis omnibus finem habitura.

Hec igitur et alia si qua pro necessitatibus ecclesie tue, cuius bona late dispersa sunt, vel edificaveris vel aliter opitulante Domino adeptus fueris, ecclesie tue ea lege speciali et uinculo iuris innodamus, ut nulli successorum tuorum potestas et licentia sit aliquid ex his infeodare aut sub colore castrensis beneficii vel alio quolibet malo ingenio a priuatis usibus episcopii alienare. Quod si quis ausu temerario contra hoc facere attemptare tentauerit, pro infecto habeatur; ipse, quidem auctor huius nequitie velut sal insulsum foras proiciatur et conculcetur ab hominibus, ipse vero, qui receperit, priuetur beneficio et LX. librarum auri mulcta condempnetur, medietate fisco nostro persoluenda, reliqua uero parte ad altare beati Petri in Babenbergensi sacrario ibidem inferenda. Vt autem firma et inconuulsa omni tempore huius rei perseueret auctoritas, presentis scripti

adnotatione et sigilli nostri per Dei gratiam inuiolabili confirmatione corroborari precepimus.

Signum Domini Friderici Romanorum imperatoris inuictissimi.

Ego *Regenaldus Coloniensis ecclesie electus et Italie archicancellarius* recognoui.

Datum *Papie* XVI. Kal. Mart. indictione VIII. anno dominice incarnationis MCLX. regnante domino Friderico Romanorum imperatore glorisissimo anno regni eius VIII. imperii vero V.

Ussermann, Episcopat. Bamberg, im Cod. probat. 114.

CCIV.

1160. 8. Juni. Salzburg. — ***Eberhart I., Erzbischof von Salzburg, gestattet, die Kirche Bramberg durch einen Priester des Klosters Reichersberg besorgen zu lassen.***

Eberhardus dei gratia ecclesię *juvauensis* archiepiscopus. Dilectis in domino filiis *Gerhoho Richerspergensi* preposito et eius fratribus salutem et sinceram in christo dilectionem. Quia nostri est officii, ut in dispensatione nobis credita religiosas et in dei seruitio deuotas personas manu teneamus et confoueamus, uobis in hoc tanto deuotiores existimus, quanto uos attentius in dei seruitio et religionis obseruantia studere cognoscimus. Unde concessionem im *Brambergensi* ecclesia uobis uerbo nostro factam scripto quoque nostro firmatam decernimus uobis uestrisque successoribus inuiolabilem permanere, ut uidelicet unus de uestris curam plebis administret salua in omnibus iusticia nostra nostrorumque successorum. Adicimus etiam, ut, si, quod absit, persona de uestra congregatione in hoc ministerium assumpta uel in religionis disciplina uel in conmissi gregis prouidentia uel in dilectione ac fidelitate erga claustrum suum custodienda minus, quam oportet, cauta inuenitur et secundo ac tertio coram archiepiscopo uel eius archidiacono conmonita non resipuerit uiciaque notata non emendauerit, liberum sit preposito consulto primum *salzburgensi* archiepiscopo cum eius consensu personam illam retrahere ad claustralem districtionem atque in eius locum subrogare alium de manu archiepiscopi regulariter inuestiendum, nec tamen a regulis claustri, quantum possibilitas admittit, seruandis ullomodo eximendvm. Ut autem hec nostra concessio firma et inuiolata in posterum permaneat, cartam hanc inde conscriptam sigillo nostro conmuniri fecimus.

† Ego *Eberhardus salzburg:* archiepiscopus S. S. (Monogramma.)

† Ego *Hartmannus Brixinensis* episcopus S. S.

† Ego *Ůdalricus chimensis* prepositus S. S.

† Ego *Romanus Gurcensis* episcopus S. S.

† Ego *Heinricus berhtescadmensis* prepositus S. S.

† Ego *Hugo salzburgensis* prepositus et archidiaconus S. S.

† Ego *Heinricus* decanus maioris ecclesię S. S.

† Ego *Heinricus* abbas *s. Petri* S. S.

† Ego *Ditmarus hallensis* prepositus S. S.

Data *Salzburg.* VI Idus Junii, Anno dominice incarnationis M° C° LX. Indictione VIII, Anno pontificatus nostri XIII feliciter Amen, Amen, Amen.

Original auf Pergament, im Archive des Kl. Reichersberg. Das an einem durchgezogenen Riemen rückwärts angehängte Siegel zerbröckelt. — Chron. Reichersb. 199. — Mon. boic. III. 439.

CCV.

1160. 19. August. Salzburg. — *Eberhart I., Erzbischof von Salzburg, bestimmt, dass der jeweilige Vogt des Erzbisthums das Kloster Reichersberg ohne Entgelt schützen und keine Untervögte mit bestimmten Bezügen einsetzen solle.*

Eberhardus dei gratia *salzburgensis* ecclesie archiepiscopus. Pastoralis est officii murum se ponere pro domo israelis maxime ad deo famulantivm personarum protectionem contra incursus malorum. Qua consideratione pre oculis habita, cum fratres cenobii *Richerspergensis* paterentur graues infestaciones a qvodam subaduocato contra fas et jus introducto, nos eiusdem cenobii priuilegia considerauimus, in quibus hoc patenter animaduertimus, quod predictus locus a beatę memorię *Werhhero* et nobili eius uxore *Diepirga* sic est fundatus atque a sancte recordationis *Gebehardo* archiepiscopo antecessore nostro ea conditione in ius et patrocinivm *salzburgensis* ecclesie susceptus, ut nullus eiusdem loci sit aduocatus, nisi principalis ipsivs metropolis *salzburgensis* aduocatus, qui uidelicet de beneficio principalis aduocatię sibi collato predictum cenobium sine omni grauamine defendat contentus nimirum iusticia bannorum, quorum duo in vsum prepositi et fratrum, tercius in vsum ipsius aduocati cedat (sic) non quod ipsum tercivm bannum cuiquam inbeneficiandi potestatem habeat, quamquam illvm, postqvam accepit, cui uoluerit possit dare.

Sed nec subaduocatvm iure beneficiali constituat illic. Vt ergo libertas loco illi a fundatoribus destinata et priuilegiis apostolicis firmata inconcussa permaneat, nos quoque presenti pagina sigillo nostro conmunita omnino interdicimus, ne loco illi vllus deinceps a principali aduocato per ius beneficiale subaduocatus ponatur, quum subaduocatię tales tam sinodalibus quam et imperialibus iudiciis abiudicate sunt. Sane hoc annuimus, ut, si prepositus eivsdem loci expecierit aliquem sibi destinari a principali aduocato, qui eius inibi uicem agat, conmittatur ei talis procuratio absque iure beneficiali, quamdiu placet preposito et congregationi, cui si fuerit grauis aut inutilis, remoueatur et utilior in eius locum simili tenore statuatur ea libertate permanente, ut colonis eivsdem loci nulla censualis exactio inponatur neque in auena neque in tritico neque in denariis aut alio quolibet grauamine, quoniam a talibus grauaminibus hucusque locus ille fuit inmunis excepto solo tempore scismatis, quo scismaticus *perhtoldus Tiemoni* archiepiscopo superpositvs evndem locvm laicis inbeneficiando et canonicos regulares inde fugando quedam grauamina illic suscitauit, que beatę memorię *Chŏnradus* archiepiscopus proximus antecessor noster forti manu submouit et pristinam libertatem atque regularem uitam loco illi renouauit, in qua per annos circiter XXX. quiete bona fruens permansit eivsdem loci congregatio propulsante iniquorum uiolentias iam dicto *Chŏnrado* archiepiscopo, qva ipsivs loci libertate prouocati nobiles quidam christi fideles bona et predia sua eidem cenobio contulerunt, qui etiam eorundem prediorum aduocatias a principali aduocatia segregauerunt et talibus aduocatis destinauerunt, quos pro sui uicinitate utiles estimauerunt ad respondendum in colloquiis iuditialibus, in quibus non auditur subaduocatvs et res periclitari poterit, si legitimus aduocatvs defuerit. Igitur aduocatię huc usque a principali aduocatia segregate sic maneant in posterum, sicut hactenus manserunt absque insolito et iniusto aduocatorum grauamine. Quod si et illi attemptauerint contra uoluntatem prepositi suscitare, sciant se ivdicio diuino puniendos et humano quoque, in quantum possibile ac iustum fuerit, arcendos. Causę uero huivs questionem et ueritatis inuestigationem, quo firmior esset nostra institutio, in celebri colloquio *halle* habito querimoniam preposito *Gerhoho* mouente pertractauimus assentientibus illic nostris fidelibus, quorum plurimi aderant, nullo iure beneficiali posse aut debere subaduocatum loco predicto institui, concordante in hoc ipsum iudicio sinodalis auctoritatis et

imperialis maiestatis. Si quis igitur huius nostrę paginę tenorem temere uiolare aut infringere presumpserit, si non secundo aut tercio conmonitus emendauerit, sciat se deo et iudicibus ecclesię rationem redditurum et penam condignam subiturum ac nisi ante finem uitę suę resipiscendo satis fecerit, christiana sepultura cariturum, sicut in *Remensi concilio* statutum est presidente *papa Evgenio*, cuius decretum illic vniuerso concilio approbante promulgatum sic se habet: auctoritate apostolica prohibemus, ut nullus aduocatus preter beneficium antiquitus constitutum aliqua sibi accipere uel usurpare presumat, subaduocatos uero et exactores eorum modis omnibus ab ecclesiarum infestationibvs remoueri precipimus. Quod si quis contra hanc nostram prohibitionem attemptare presumpserit, christiana careat sepultura. Huic apostolico decreto etiam imperiale concordat edictvm ab imperatore *Friderico* vniversis imperii sui principalibvs indictvm et scripto conprehensum, quod ita se habet: Illicitas etiam exactiones maxime ab ecclesiis, quarum abusus iam per longa tempora inolevit per ciuitates et castella, omnimodo damnamus et prohibemus et si facte fuerint in duplum reddantur. His fulti auctoritatibvs etiam hoc nostrę huic salubri constitutioni annectimus, ut nec ipse principalis aduocatus nec aliquis ab eo missus predictum cenobivm grauare presumat seruicia inmoderata illic exigendo aut placita nimia illic statuendo, sed quociens necesse fuerit, ipse aduocatus uel eivs missus non nisi preposito aduocante ac seruicium decens preparante adueniat et placitum suum iuxta beneplacitum prepositi et congregationis illic habeat causa idonea exigente, quod exinde rarissime continget, quia principalis illic aduocatia sic est angusta, ut uix contineat mansos XII cultilis terre aut paulo plvs, quia reliqua ipsivs cenobii predia in segregatis, ut est prenotatum, aduocatiis conprehensa sunt, quoniam aliter ab inpugnantibus defendi non potuerunt. Vnde etiam uolumus et statuimus, ut propter futuras cautelas predia, que deo miserante in posterum loco accesserint, assignentur aduocatis talibus, a quibus in placitis iudicialibus proloquii defensionem possint e uicino habere, ne longinquos aduocatos aduocandi uel impossibilitas uel difficultas in detrimentum ueniat et absente legitimo prolocutore predia, que inpugnantur, ecclesia perdat, quod frequenter accidisse conperimus. Predicto autem colloquio nostro super ista questione habita in loco, qui dicitur *halle*, idonei approbatores interfuerunt, quorum ista sunt nomina, *Hvgo prepositus maioris ecclesię Salzburgensis,*

Heinricus abbas sancti Petri, *Ůdalricus Chimensis prepositvs*, *Dietmarus hallensis prepositus*, *Heinricus Garzensis prepositvs*. Laici nobiles *Chůnradus comes de Pilstein iunior*, *Erchenbertus de Mospach*, *Purchardus de staine*, *Karolus*, Ministeriales ecclesię *salzburgensis Hartwidus castellanvs*, *Marquardus frater eivs*, *Otto et Wisint de Pongowe*, *Ekkehardus de Tanne*, *Liupolt de Walde*, *Willehelmvs*, *Chůnradus de Chalheim*, *Pabo*, *Růdegerus castellanus hallensis*, *Otto de schibis*, Ciues Hallenses *Otto*, *Hainricus albus*. *Hainricus lovbez*, *Hugo Otto*, (Monogramma.)

Data *Salzburch* XIIII. kalendas Septembris anno dominicę incarnationis M° C° LX° Indictione octaua anno episcopatus sui XIIII Regnante *Friderico* Imperatore.

Original auf Pergament, im Archive des Kl. Reichersberg. Das Siegel ist mittelst eines durchgezogenen Pergament-Riemens rückwärts befestiget. — Hund—Gewold, III. 165. — Chron. Reichersberg. 200. — Mon. boic. III. 465.

CCVI.

1160. — *Heinrich, Bischof von Wirzburg, schenkt dem Kloster Lambach die Lehen-Besitzungen Conrad's von Pühel und einen Wald an der Alm.*

C. In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Ego *heinricus* diuina fauente clementia *Wirzeburgensis* ęcclesię episcopus. Quoniam omnipotentis dei nutu antistitis nomine censemur hac pro re permaxime, ut, sicut aliis dignitate prestamvs, sic et beniuolentię largitate antestemus, idcirco ne ipsa, quę a nobis pie gesta sunt, uariis etatum successionibus obliuioni dentur, omnium fidelium intimamus posteritati presentis scripti nostri pagina delegasse nos ęcclesię dei in *lambach* perpetuo iure possidendum beneficium *Cůnradi de buhole* ea conditione, ut ipse *Cvnradus* ab ecclesia susceptum possideat, donec uoluntarie illud ęcclesię et abbati loci illius resignet. Sunt autem XI. et dimidivs mansi pertinentes ad hoc beneficium, qui siti sunt in locis subscriptis, Apud *sweige* duo et dimidivs mansus, apud *scucingen* unus et dimidius, *Percheim* unus, Ad *dorf* III, Ad *scergindorf* dimidius, Ad *hardaren* dimidius, Ad *gelozingen* in monte dimidius, Ad *tanne* dimidius, Ad *warmingen* dimidius, unus de *rechberg*. Tradidimus etiam eidem ęcclesię iuxta fluuium *albana* siluam *Gruonna* uersus *stirnich* et quicquid ibi excoli poterit, cum omni utilitate exinde proueniente. Ergo ne aliqua ęcclesiastica secularisue persona hęc in posterum audeat infringere, auctoritate omnipotentis de et beati petri

sanctique Kiliani nostra quoque interdicimus firmantes hanc constitutionis nostrę paginam sigilli nostri inpressione et subscriptorum testium cautione. Testes, qui affuerunt, *Abbas de sancto stephano, Abbas de slůhtere, Abbas scottorum, Herolt maioris ęcclesię prepositus, Burkart decanus, Cůnrath prepositus de nouo monasterio, Bernger prepositus de hoiga, Richolf et frater eius Sigeloch, Reginharth, Persius scolasticus, buso scolasticus, Adelbret de ense.* De laicis, *Marquart de rotenuels, Gerhart comes de bertheim, Cůnrath de tungede, Lůttolf de gundersleibe.* De ministerialibus, *Billunc uicedomnus, Botho, Gothebolt et frater eius Gotefrit, heinrich scultetus et filius eius Billunc scultetus, heinricus weiso et filius eius, heloth camerarius, Otto et Arn.*

Acta sunt hec anno incarnationis dominice Millesimo centesimo sexagesimo, indictione VIII. Regnante domno *Friderico* romanorum rege augusto, *heinrico wirzeburgensis* ęcclesie presule.

Original auf Pergament, im Archive des Kl. Lambach, mit aufgedrucktem Siegel. — Kurz, Beiträge II. 443.

CCVII.

Circa 1160. — *Gerhoch, Propst von Reichersberg, überlässt dem Kloster Ranshofen ein Gut zu Urbach für 8 Pfund Pfennige.*

Notum sit cunctis christi fidelibus, quod ego *Gerhohus* dei gracia prepositus *Richersperigensis* ecclesie et fratres mei *Ranshouensi* ecclesie dedimus quoddam predium pro viij. talentis situm iuxta ecclesiam *sancti Stephani* in loco, qui dicitur *ůrbach*, Ea cautione interposita, ut, si quis eos infestauerit seu suum esse contenderit, et ipsi se tueantur iure possessionis et nos tueamur eos iure donationis. Quod si aduersarius iure maiori, quod non credimus, preualebit, uel predium eque pretiosum illis donemus uel Octo talenta. Et ut hec donatio nostra firma permaneat, cartam hanc sigillo nostro signauimus.

† Ego *Gerhohus richersperigensis* prepositus S. S.
† Ego *Arno richersperigensis* decanus S. S.
† Ego *dietmarius richersperigensis* presbiter S. S.
† Ego *Trůtwinus* presbiter S. S.
† Ego *Wernhardus* diaconus S. S.
† Ego *Hermannus* diaconus S. S.
† Ego *Magnus* diaconus S. S.
† Ego *Arnoldus* diaconus S. S.

† Ego *Otfridus* diaconus S. S.
† Ego *Chunradus* subdiaconus S. S.
† Ego *Otto* subdiaconus S. S.

Aus einem Pergament-Codex sec. XIV. in der königl. bairischen Hofbibliothek zu München.

CCVIII.

1161. 1. Mai. Ebelsberg — ***Conrad, Bischof von Passau, beurkundet die von ihm vorgenommene Einweihung der auf dem Berge Hengst bei Ardacker erbauten, dem Kloster Waldhausen unterstehenden Kirche.***

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. *Chunradus dei gracia Patauiensis episcopus* uniuersis Christi fidelibus Salutem in perpetuum. Quia iustum et racionabile est, facta predecessorum nostrorum legitima et canonica nos confirmare et ne ab iniqua inpugnacione hominum inmutentur uel distrahantur, scriptis roborare; liquido enim patet, quod quaecunque homo seminauerit, haec et metet, Et sicut deus nichil inpunitum, sic nec aliquid dimittet irremuneratum. Hac fiducia animati omnibus Christi fidelibus notum facimus tam futuris quam presentibus, quod nos inducti precibus dilecti fratris nostri *Selkeri prepositi* et fratrum suorum de cenobio *sancti Johannis in Sebnich* quandam ecclesiam in monte, qui uocatur in vulgari *Hengst*, in confinio *Aradakcher in honore sancte Crucis* consecrauimus. Fundum autem huius Plebezane (sic) quedam nobilis mulier *Chunegundis* cum duobus filiis suis *Herbordo* et *Karulo*, antequam manus consecrationis inposuissemus, cum una area, que ex australi parte adiacet cimiterio, ad altare sancti Johannis in loco prefato potenti manu absque ulla contradictione et conditione tradidit et delegauit et decem solidos a *preposito Selkero* in recompensacionem recepit. Terminos autem eiusdem ecclesie, sicut predecessor noster *Regenbertus* pius atque Katholicus episcopus prefixit et designauit, nos designauimus, hoc interponentes et adiicientes, quod controuersia, que agitabatur inter dilectum fratrem nostrum *Udalricum Ardakchercensem prepositum* et fratres de *Sebnich* de terminis decidimus. Isti autem sunt termini: A *Gaizsteten* usque ad *ecclesiam sancti Martini*, Ab eadem ecclesia usque in uadum *Gressnich*, Ab eodem vado per medium *Hohenberch* usque in *Entischengraben*, A loco illo et ualle per descensum *maioris Trisnich* usque in *aridam Trisnich*, Ab inde ad metam positi lapidis, Ab inde usque in *Chlaffenbach*, In descensu

autem *Chlaffenbach* usque ad metam alterius positi lapidis, Deinde usque in *Teuffenbach* et per metam eiusdem rivuli usque in *danubium*. Utriusque autem termini dicionis fundi ecclesie et aree adiacentis cimiterio et quomodo decisa sit contencio de terminis inter Ardacenses et Sebnicenses, hii sunt testes: *Johannes abbas Chotwicensis, Waltherus abbas de Gersten, Ulricus prepositus ad Ardaker, Heinricus prepositus sancti Floriani, Berchtholdus prepositus in Waldhausen, Otto Notarius et Archidiaconus* Ceterique quam plures nobiles et fide digni. Hec acta sunt in *Ebelsperch* anno domini M. C. LX. primo, Indictione Nona, Kal. Maii. Datum die et loco quibus supra.

Kurz, Beiträge, IV. 440.

CCIX.

1161. 12. Juli. Salzburg. — *Eberhart I., Erzbischof von Salzburg, ersucht den Bischof von Bamberg, die Chorherren von Reichersberg nicht mehr beunruhigen zu lassen, da jener Tausch, durch welchen Bamberg den streitigen Zehent auf dem Grivinberg gegen eine Entschädigung erhalten habe, bereits vor sich gegangen sei.*

Eberhardus dei gratia *Salzpurgensis* ecclesię archiepiscopus *Eberhardo* Venerabili *babenbergensis* ecclesię antistiti Deuotas orationes cum fraternę dilectionis obsequio. Causam semel decisam resuscitari non convenit maxime inter ecclesiasticas personas, prout nouit prudentia uestra. Fuit autem quedam contencio inter ecclesiam *Salzpurgensem* et *babenbergensem* de tertia parte decimarum quorundam noualium in monte, qui dicitur *Grivinberg*, que hoc modo, sicut nostis, decisa est, ut nos conpetenti reconpensatione accepta ipsas decimas noualium iam cultorum et adhuc excolendorum in predicta uidelicet uillicatione per nostram concessionem et confirmationem possideret ecclesia *babenbergensis* in perpetuum (sic). Quod ita factum est, Nam et nos ex parte uestra et fratrum *Richerispergensium* conpetentem reconpensationem uidelicet hŏbam unam in *Ensital* et piscationem quandam in uilla, que dicitur *Crowat*, accepimus et ecclesię *babenbergensi* predictas decimas firmauimus domini episcopi *Gurcensis* et aliorum ecclesię nostre fidelium annuente consilio et assensu. Nunc vero id ipsum firmantes presenti scripto sigilli nostri inpressione roborato rogamus, ut fratres nostros Richerspergensis ecclesię canonicos, quorum causa contractum hoc fecimus, de cetero non inquietetis aut ab aliquo uestrorum sinatis inquietari, quasi de

negocio isto adhuc pendulo, cum et uos possideatis decimas prenotatas et nos habeamus reconpensationem taxatam. Ne autem posthac in dubium reuocetur, quod rationabiliter cum assensu et collaudatione relatorum ecclesię nostre actum est, presens pagina sit in testimonium et testamentum firmissimum.

Data *Salzpurge* iiii. Idus iulii anno dominice incarnationis M. C. LXI. indictione VIIII. Regnante imperatore *Friderico*.

Original auf Pergament mit Siegel, im Archive des Kl. Reichersberg. — Hund—Gewold, III. 165. — Chron. Reichersb. 203.

CCX.

1161. 6. September. Schloss Strassburg. — *Eberhart I., Erzbischof von Salzburg, bestimmt genauer die südliche Gränze des dem Kloster Reichersberg vom Bischofe Chunrat verliehenen Zehentes in den Pfarren Püten und Bramberg.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis *Eberhardus* dei gracia *iuuauensis* archiepiscopus. Predecessorum statuta iusta et rationabilia successores debent inuiolabiliter custodire maxime, ubi conducunt ad augmentum religionis et sustamentum (sic) deo seruientium. Ea propter nos considerata beate memorie predecessoris nostri *Chunradi* archiepiscopi largitione in decimis duarum parrochiarum *putinensis* et *brambergensis* atque noualium uicinorum partim cultorum partim excolendorum in usum cenobii *richerspergensis* concessionem ipsius ratam habemus et in perpetuum ratam uolumus et decernimus habendam. Sed quia in eiusdem predecessoris nostri priuilegio termini australes huius donationis ambiguo nomine montis *Hartberch* sunt prefixi et exinde fuit occasio contentionis inter collectores decimarum nobis et predicto cenobio pertinentium, certiorem prefigimus terminum, uidelicet fluuium *pincah* usque ad cuius ripam noualia in silua *putinensi* ad presens culta et in posterum colenda excepta canonica portione plebanorum in decimis fructuum terre atque animalium proueniunt in vsus fratrum regulariter conversantium in prefato cenobio. Quecumque autem secularis aut spiritualis persona, quod a beate memorie predicto antecessore nostro pie ordinatum et a nobis nichilominus pie ad cultum pietatis roboratum est, aliquo modo in irritum duxerit atque in hoc prefatum cenobium temere perturbauerit et secundo ac tercio commonita non resipuerit, iram dei sentiat in interritum carnis, ut spiritus saluetur per ueram penitentiam, sine

qua, si morietur, in ultimo examine reddet rationem coram summo iudice. De salubri sane dispositione nostra presens pagina conscripta et sigillo nostro inpressa data est in castro *Strazburch* anno dominice incarnationis MCLXI. Indictione VIIII. VIII. idus septembris. Huius rei testes ac conlaudatores sunt, quorum nomina subnotauimus: *Romanus Gurcensis Episcopus, Hugo prepositus maioris ecclesie, Gotfridus abbas admontensis, Romanus gurcensis prepositus, Hecil abbas osciacensis, Pilgrimus abbas s. Pauli, Wernherus prepositus secowensis, Chûno prepositus subnensis, Magister adalbertus de houen, Hademarus archipresbyter frisacensis plebanus, Engelrammus de sancta Maria archidiaconus Zol, Otakker archipresbyter de viscach et capitulum frisaci habitum*, in cuius audientia causa hec fuit proposita, quo etiam annuente per consilium rationabiliter acta est predicti cenobii *preposito Gerhoho* eligente pocius consilium quam ivdicium.

Aus einem Copialbuche sec. XII. im Archive des Kl. Reichersberg. — Chron. Reichersb. ad 1161. — Mon. boic. III. 475.

CCXI.

1161. — ***Eberhart I., Erzbischof von Salzburg, bestätigt dem Kloster Reichersberg alle Schenkungen seines Vorfahrers Conrad I. und schenkt ihm den Zehent seiner Salzpfanne zu Hall.***

Eberhardus dei gratia *Salzburgensis* ęcclesie archiepiscopus dilecto fratri *Gerhoho Richerisbergensi preposito.* Eiusque fratribus jn perpetuum. Dispensatio nobis, vt apostolus ait, credita est, vnde in conmisso fideles non solum in spiritualibus uerum etiam in temporalibus fideli dispensatione uti volumus. Itaque fratres karissimi vobis vestrisque successoribus in posterum, quecunque a beatę memorię *chvnrado archiepiscopo* uestris usibus donata sunt, nos rata uobis et illibata esse uolumus. Quo circa donationem patellę, quam idem predecessor noster vobis in *halla* fecit, non solum ratam esse uolumus et firmam, uerum etiam ampliamus addendo uobis eiusdem patellę decimationem, que pridem ad abbatiam beati Petri pertinens inde per legitimum concambium in nostram potestatem redacta collaudatione fratrvm nostrorum clericorum et fidelium laicorum ministerialium nostra uobis donatione obuenit. Ut ergo firma sit hec nostrę largitatis dispensatio, paginam hanc inde conscriptam nostra subscriptione atque sigilli nostri inpressione firmamus.

† Ego *Eberhardus dei gratia Salzburgensis archiepiscopus* S. S.

† Ego *Heinricus abbas sancti Petri* S. S.

(Monogramma: Bene valete.)

Original auf Pergament, im Archive des Kl. Reichersberg. Das an einem durchgezogenen Riemen rückwärts befestigt gewesene Siegel abgefallen. — Hund—Gewold, III. 166. — Chron. Reichersb. 205.

CCXII.

1161. — *Gebhart, Abbt von Wilhering, erwirbt tauschweise das Gut Kogel gegen einen Hof und eine Mühle zu Siggenfurt, so wie auch ein anderes Gut von Wernhart von Traun.*

C. In nomine sancte et indiuidue trinitatis eiusdemque inseparabilis unitatis ego *Gebehard* abbas II. in *Wilheringen.* Cum per diuinam prouidentiam ad hoc positi sumus, ut locum conmissum nobis tam in temporalibus quam in spiritualibus pro posse nostro ad omnipotentis dei cultum et honorem promoueamus, dedimus operam cooperante gratia ipsius, qui de minimis magna facit, ut offitium nobis in maxima paupertate iniunctum non negligeremus, Allodia pro tenuitate nostra conparauimus, conparata siue donata quedam conmodius nobis conmutauimus, ut de conparatis nobis prouenirent necessaria et de conmodius locatis pociora. Inter que allodium quoddam delegauit nobis quidam de familia fundatorum loci nostri *Ŏdalrici* et *Colonis* nomine *Otagger de Sulzloch,* cuius allodii uocabulum est *Cogel,* cum omni iusticia sua in siluis, pratis, pascuis, uiis et inuiis et uniuersis conmoditatibus svis, cui nos concambium dedimus curiam unam et molendinum, que sita sunt in loco, qui uocatur *Siggenvvrt.* Hec litteris iccirco mandauimus, ut posteri norint, unde prefatum predium ecclesie nostre peruenerit nullique liceat de sanctuario tollere, quod rebus sanctuarii conparatum constat sanctuario prouenisse. Huius rei testes sunt Liberi, *Gebehart de iugelbach, Heinrich de Scovvenburg, Adelram filius adelrammi de Cambe, Friderich de Nŏvar, Werenhart de brabach, Werenhart de Kirecheim, Wernhart de Ovva,* Ministeriales, *Ŏdelrich de Michelenbach, Otto de Nordelenbach, Arno de Zivviselberg, Hertvvig de buhele, Werenhart de Vverde, Ŏdelrich de brunne, durenhart de lengenbach, Erbo de Taueresheim.*

Item non minus recolat pia recordatio fratrum, qualiter *Wernhart de Trvna* homo de familia fundatorum loci huius *Vdalrici* et *colonis*

delegauit predium quoddam per manus *Adelrammi* libere conditionis uiri de *oftheringen* ad altare beate Marie in *Wilheringen* cum omni iusticia sua in siluis, in pratis, in pascuis, uiis et inuiis, sicuti coutuntur conciues in uilla prefata, ea conditione interiecta, ut ipse predictum predium, quamdiu uiuat, cum omni integritate iuris sui possideat ac deinceps dominio ecclesie, cui collatum est, deueniat. Et sciendum, quod ad nullum heredum suorum aliquo modo pertinuit eo, quod excepit de aliis possessionibus suis oblaturus hoc deo pro peccatis suis. Postea uero conplacuit ei, ut suum uitale pactum ecclesie conferret et ei X solidos ecclesia per singulos annos in festo beati Georgii solueret, nisi forte inspirauerit ei deus, ut hunc ipsum censum pro salute anime sue fratribus remittat et ipsum allodium sine omni contradictione libere et absolute deinceps ecclesia possideat. Verum ne ingrati eiusdem ecclesie confratres his eius benefitiis existerent, locum sepulture ei in gremio eiusdem ecclesie dederunt, quod ipse magnis precibus ab eis obtinere curauit. Anno domini M. C. LX. I. Indictione VIIII. acta sunt hec sub his testibus. *Bernhart de Trvna et frater eius Ernost*, *Adelram de oftheringen et filius eius Adelram*, hii libere conditionis uiri. Ministeriales *Sigehardus de rotalae, Marquard de Werde, Lůtoldus longus, Lůtoldus parvus, Cunradus de mulbach.* (Auf der Rückseite) *Cunradus kelech cognomine Adelbero, Gvernhardus de kvrecheim, Vvernhardus de Trvna, Vdelrich de kyricstetin, Goteschalcus, Gerloch, Irmhart, Ysenrich, Kadelhoch, Gerolt, Otger, Megenhart, Gozbracht, Vvolfgang, Bilgrim, Adelbracht.*

Original auf Pergament mit aufgedrucktem Siegel, im Archive des Klosters Wilhering. — Stülz, Gesch. v. Wilhering. 478.

CCXIII.

1161. — *Gebhart, Abbt von Wilhering, beurkundet die Uebergabe der Güter Ederamsberg und eines Hofes zu Rotele an das Kloster Wilhering.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Ego *Gebehardus* abbas in *Wilhering II.* Posterorum memorie conmendare curantes, quomodo circa promotionem loci nostri solliciti possessiones eius, quas certe permodicas inuenimus, dilatare curauimus quasdam concambiis congruis conmodius locantes, quasdam uero terminis augmentatis distendentes, ut fratres deo ibidem seruientes sumptus in hac uita necessarios inueniant et nobis apud dominum maiora mercedis eterne stipendia

crescant. Hinc est, quod predium quoddam in uilla *Ederamesberga* situm a quodam *Heinrico de Rotele*, qui fuit de familia domini *Colonis* fundatoris loci huius, pro X et unitalentis argenti conparauimus et possessioni nostre site in eadem uilla, cui colimitabat, adiunximus cum omnibus attinentiis suis, agris, siluis, pratis et pascuis. Delegauit autem nobis prefatum predium idem *Heinricus* per manus *Adelrammi de oftheringen*, cuius fidei creditum erat, a quo illud nostra peticione suscepit absque omni contradictione *Eberannus de Borzheim*, quatinus ecclesie nostre hoc secundum leges et scita maiorum obtineat, si qua per ecclesiastica uel secularia iura persona se postmodum huic traditioni legitime facte obponat. Rogatu quoque nostro contradidit iam dictum allodium idem *Eberannvs* in manus domini *Heinrici de Scovenberg* nobilis et potentis uiri, ut, siquis contra iusticiam nostram uenire presumpserit, ipse quanto in seculo potentior, tanto ualentior sit pro nobis turris fortitudinis a facie inimici. Acta sunt hec anno domini M. C LXI. indictione VIIII *Friedrico* romanorum imperatore, *Cunrado patauiensi* episcopo, *Heinrico* duce. Huius rei testes sunt Liberi *Wernhart de iugelbach*, *Amelbreth de antesine, Eberannus de borsheim, Adelrammus de oftheringen.* Ministeriales *Vdelricus de Michelenbach*, *Ortolfus de griezkirchen, Liutoldus et frater eius de sauerstetin*, *Conradus de Mvlenbach*, *Sigeboto gneusse*, *Egino de bosenbach*, *Gvaltherus de Cůrnberg, Adebrcht de Kezing*, *Arnolt de rotelheim.* Item recolat fidelium memoria, quod idem *Heinricus de rotele* contulit nobis aliud predium situm in uilla, que uocatur *Rotele*, pro remedio anime sue et fratris sui *Gerardi* ea conditione, ut ipse habeat in sua potestate; quoad uiuat; post mortem uero eius ecclesia nostra teneat, nisi forte sponte sua prius dimittat. Contulit nobis coram prescriptis testibus per manus *Adelrammi* in manus *Eberanni* et ille in manus domini *Heinrici de scovenberg* delegauit.

Original auf Pergament, im Archive des Kl. Wilhering. Das aufgedruckt gewesene Siegel ist verloren gegangen. — Stülz, Gesch. v. Wilhering. 479.

CCXIV.

1161. — *Gebhard, Abbt von Wilhering, beurkundet die Erwerbung eines Gutes zu Misgingen von Arnold zu Misgingen und dem edlen Herrn Adelbert von Berge.*

C. In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Ego *Gebehardvs abbas II in Wilheringen.* Quia spiritualis discipline studium sine

temporali subsidio in domibus religiosorum durare non potest, post . . . . . a nobis dispensationem cenobii nostri dedimus operam fauente clementia, ut possessiones, quas certe permodicas inuenimus, excoleremus, excultas conseruemus et terminos earum dilataremus nec non quacunque occasione iusta precio seu concambio auctmentaremus (sic). Hinc est, quod communicato fratrum nostrorum consilio egimus cum quodam *Arnoldo* de uilla, que uocatur *Misgingen*, qui fuit de familia domini *Adelberti de berge* uiri ualde eminentis, ut nobis predium suum, quod in eadem uilla *Misgingen* (?) possedit, conferret. Annuens ille petitionibus nostris acceptis a nobis VII. talentis, contradidit nobis predictum allodium per manus . . . . . *de Scohneringen* libere conditionis uiri ea conditione, quatinus ipse in potestate sua, quoad uiueret, retineret et post (mortem) eius ecclesie nostre dominio libere deueniret, nisi forte hoc conplacuisset ei, ut ante mortem suam cederet et nobis uitale pactum suum resignaret. Acta sunt hec coram maioribus et melioribus parcium harum scientibus leges et iura Maiorum.

Ad audientiam uero, et cognitionem domini *Adelberti de Berge* ut peruenerunt hec, dirupit traditionem hanc iam factam et predium, sicut diximus, nobis contraditum retraxit dicens, nullum de familia posse de possessionibus suis cuiquam quicquam dare sine consensu dominorum suorum, et ita decreto publicorum iudiciorum coram duce et principibus terre huius abiudicatvm nobis sepedictum allodium et ei confirmatum. Tandem diuino respectu premonitus ac premunitus prefatus uir nobilis dominus *Adelbertus de Berge* timens futuram diuini examinis discussionem deo et matri eius iusticiam suam recognouit et ablatum predium facta donatione sollempni nobis delegauit et ubicumque res exigeret, nobis se profuturum pro loco et tempore promisit. Nos uero talibus ac tantis difficultatibus prenominatum predium legitime possidentes denuo in manus domini *Adelberti* sepedicti *de berge* commendauimus, quatinus ipse ecclesie nostre hoc conseruet et optineat, si qua persona ecclesiastica uel secularis contra hanc traditionem semel ac secundo factam temere uenire se ullo modo opponat.

Acta sunt anno dominice incarnationis hec millesimo centesimo sexagesimo i^{mo}, Indictione VIIII. *Friderico* imperatore, *Cunrado patauiense* (sic) episcopo, *Heinrico* duce. Huius rei testes et astipulatores legitimi hii sunt. (Desunt.)

Original auf Pergament, mit aufgedrucktem Siegel, im Archive des Klosters Wilhering. — Stülz, Gesch. v. Wilhering. 478.

CCXV.

1162. 26. Februar. Lodi. — *Kaiser Friedrich I. bestätiget das Privilegium Kaiser Heinrich's IV. für das Kloster Lambach.*

✝ C. In nomine sancte et indiuidue trinitatis Ego *Fridericvs* diuina fauente clementia romanorum imperator et semper augustus. Notum esse uolumus omnibus christi nostrique fidelibus tam futuris quam presentibus, qualiter rex *Heinricus* ob interuentum dilectissimę genitricis suę *agnetis* imperatricis augustę et ob peticionem felicis memorię *Adelberonis* wirzeburgensis episcopi bannum mercati in loco *wels* et theloneum in *lambach* et insuper bannum piscationis de superiori casu *Trvnę* et in *agra* ab *asinthal* usque ad ea loca, ad quę prediorum suorum termini pertingunt, et ab *asinthal* sursum communem utilitatem usque ad portum *vehclaha*, in *albana*, in *rinthbach* et iterum in *rinthbach* et in *steinbach* necnon quatuor nemorum, unum ad *etherwalt*, aliud etiam in *buchunloch*, duo, quę uulgo sub appellatione dicuntur *superioris siue inferioris hardis* eo iure, quo parentes eius scilicet auus *Arnoldvs* et item pater suus *Arnoldvs* et frater suus marchio *gotefridus* et ad ultimum idem episcopus *Adelbero* eundem bannum habuerunt, ęcclesię in *lambach*, que in honore sancte Marię et sancti Kiliani sociorumque eius constructa est, cum omni utilitate, que ullo modo inde prouenire potest, legitime annuit, potestatiue confirmauit et perpetuo in proprium dedit atque tradidit ea uidelicet ratione, ut nullus in predictis locis aut mercatum destruere aut theloneum impedire aut piscari aut noualia facere aut domos edificare aut uenari sine consensu et uoluntate abbatis in *lambach* presumat. Igitur sicut hęc ex antiquo regum et pontificum concessione hucusque durauerunt, ita nos auctoritate omnipotentis dei et nostra potestate permansura perpetualiter sancimus una cum theloneo, quod fidelissimvs noster dominus *heinricus* episcopus in curia nostra coram principibus iudiciario iure obtinuit, que etiam sigillo nostro numquam uiolanda confirmamus. Testes: *Hermannus treuerensis archiepiscopus, Regenoldus coloniensis archiepiscopus, heinricus wirzeburgensis episcopus, Eberhardus babenbergensis episcopus, Mezelinus basiliensis episcopus, Symon dux louiensis, Cůnradus palatinus de reno, Fridericus dux de rotenburg, Hermannus marchio de saxonia, Diepoldus comes de plous, Diepoldus comes de boemia, Adelbero comes, Boppo comes, Craft* de *nuwenburg,*

Ekehardus, godeboldus de wirzburg. Data *lauduni* tempore mediolanensis expedicionis ipso anno dedicionis eiusdem urbis, iiii° kalendas martii, Anno dominice incarnationis M° C° L° X° II° Indictione Xma. Regnante domino nostro ihesu christo, Imperante domino *Friderico*, anno regni ipsius decimo, Presidente *wirzeburgensi* ęcclesię uenerabili *Heinrico* episcopo, Sub abbate Lambacensis ęcclesię *Bernardo*.

Original auf Pergament, mit aufgedrucktem Siegel des Kaisers von rothem Wachs, im Archive des Kl. Lambach. — Kurz, Beiträge, II. 444.

CCXVI.

1162. 27. Februar. St. Florian. — *Spruchbrief des Bischofes Conrad von Passau in einem Streite zwischen dem Abbte Martin und dem Diacon Engilger in Bezug auf Güterbesitz.*

✝I✝C✝ In nomine sancte et indiuidue trinitatis. *Chunradus* dei gratia pątauiensis episcopus omnibus christi fidelibus salutem in perpetuum. Quia uniuscuiusque facta facile a memoria hominum laberentur, nisi testimonio litterarum commendarentur, iussimus adnotari presentis paginę scripto, qua conuentione decisa sit controuersia, que agitabatur inter dilectum fratrem nostrum dominum *Martinum abbatem Chremismunsturensium* et *Engilgerum* diaconum et clericum nostrum. Omnia beneficia, quę *Engilgerus* ex heriditate (sic) patris sui *Engilgeri* prefati cęnobii camerarii possederat, in manus nostras et domini abbatis resignabat et omnino exfestucabat; ęconuerso abbas communicato consilio *Engilgero* usque ad terminum uitę suę in loco *Perwinden* Curtile unum et duo feuda, et in *Grilleporz* unum, et in *Tubenprunnen* duo, et in *Hunzenpach* unum feudum dimittebat hoc firmitatis robore interposito, quod prefato abbati domino *Martino* non liceat nullique successorum suorum hoc factum retractare, refricare, inmutare vel aliquo ingenio ab illo, quamdiu uiuat, alienare. Si forte autem *Engilgerus* aliqua horum, quę sibi usque ad obitum suum data sunt, inbeneficiauerit, extunc omnia, si conuictus fuerit, sine spe recuperationis ad usus abbatis et fratrum suorum redeant. Hoc preterea firmum et inmobile statuimus, ut idem patrimonium Engilgeri in *Wigantestorf* resignatum cum reliquis curtilibus et feudis longe vel prope positis numquam presumat dominus abbas vel aliquis successorum suorum siue concambio aut inbeneficiatione seu quacumque alienatione usibus fratrum exterminare. Huius rei testes sunt conscripti *Ůdalricus prepositus de Ardacher, Hainricus prepositus*

S. Floriani, *Otto* capellanus et notarius, *Octauianus* et *Hainricus* pataulenses canonici, *Selpkerus* capellanus, *Gerungus* presbyter, *Alber decanus de Gutawe*. Ex laicis: *Vgo de Pazericheswanc*, *Ŏdelrich de Pornhaim*, *Meginhart Chrager*, *Rudiger de Holzhusen*, *Lantfrit de Stadelen*, *Otto dapifer*, *Richker* Juvenis *de Wesen*, *Chunrat dens*. Acta sunt hec Anno ab incarnatione domini M.C.LXII. Indictione X. III. Kalendas Martii; Datum eodem die Apud S. Florianum.

Original auf Pergament, im Archive des Kl. Kremsmünster. — Urkundenbuch von Kremsmünster, pag. 43, Nro. 34.

CCXVII.

1162. 4. April. Pavia. — ***Kaiser Friedrich I. nimmt das Kloster Reichersberg in seinen besonderen Schutz.***

In nomine sancte et indiuidue trinitatis *fridericus* dei gratia romanorum imperator Augustus *Gerhoho richerspergensi* preposito et successoribus eius in perpetuum. Si loca sancta honoramus et deo seruientium quieti pro nostro iure prouidemus, credimus per hoc et summe diuinitatis gratiam repropiciare et coronam imperii lapidibus illis vere preciosis exornare, qui iugiter assistunt ac fulgent ante deum, et sub nostre protectionis tuicione tranquilla ei pace tam pro nostra quam pro sua salute deseruiunt. Vnde notum esse uolumus, quod nos benigno assensu annuentes piis et iustis postulacionibus tuis, *Gerhohe Richerspergensis* preposite, interuentu fidelium nostrorum, videlicet *Eberhardi salzburgensis* archiepiscopi et *Eberhardi babenbergensis* et *Hartmanni brixinensis* episcoporum ipsum *Richerspergense* cenobium canonicorum regularium in comitatu *Bertholdi comitis de andehs* iuxta fluuium *Enum* situm in pago, quem transit fluuius *antesin*, a quodam nobili uiro *wernhero* fundatvm et ecclesie *salzburgensi* iure proprietatis collatum, salua in omnibus archiepiscopi *salzburgensis*, que prelibata est, iurisdictione, nos in nostre imperialis maiestatis et omnium successorum nostrorum regum et imperatorvm tutelam suscepimus statuentes et firmiter precipientes secundum antiquam et primitiuam illius loci libertatem ab ipso fundatore collatam et priuilegiis uenerabilium archiepiscoporum *Chŏnradi* et *Eberhardi* roboratam, vt nullus aduocatorum siue ipsius loci siue prediorum ad ipsvm locum pertinencium presumat aut facultatem habeat illic subaduocatos ordinare sub tytulo beneficiarie concessionis

aut exactiones et grauamina indebita fratribus predicti loci seu ministratoribus aut colonis eorum super inponere. Quod si quandoque ex consensu prepositi et fratrum principales aduocati aliquem sibi procuratoris officio subsecundauerint vltra beneplacitum prepositorum, qui pro tempore ibidem prefuerint, et fratrum suorum in administracione aduocatie nullatenus permaneat. Adicimus autem et imperialis maiestatis auctoritate ac lege in perpetuum ualitura statuimus, ut bona predicto cenobio siue collata siue adhuc domino prestante conferenda nullus inuadere aut inde quolibet modo alienare aut locum ipsum despoliare seu disuestire presumat, nisi coram legittimis iudicibus iuste et legaliter iusticiam suam conprobauerit. Specialiter autem ipse locus deo dicatus nostre imperialis largitionis beneficio emunitate gaudeat et nulla iudiciaria secularisue potestas licenciam habeat ibi placitandi, concionandi aut quelibet iura secularia exercendi, que fratrum inibi deo militancium secundum regulam beati augustini quietem interrumpere ualeat (sic) quod absit, aut disturbare. Si qua uero persona temerario ausu contra hoc priuilegium nostrum uenire temptauerit et secundo tercioue commonita non emendauerit, banno nostro subiaceat et XXX libras auri purissimi ad kameram nostram persoluat. Sigillum domini *friderici* romanorum imperatoris augusti. Ego *ůdalricus* cancellarius uice *reinaldi coloniensis* archiepiscopi et archicancellarii recognoui. Acta sunt hec anno dominice incarnationis MCLXII. Indictione X. Regnante domino *friderico* Romano Imperatore gloriosissimo Anno regni X. Imperii uero VII. Datum *Papie* post destructionem *mediolani*. II. nonas octobris feliciter Amen.

Aus einem Copialbuche sec. XII, im Archive des Kl. Reichersberg. — Chron. Reichersb. ad 1162 u. Mon. boic. III. 470. — Hund—Gewold 167 (edit. Ratisb.) et 242 (Monac. edit.) cf. Mon. boic. XXXI. I. 415. — Das Datum ist fehlerhaft, es muss heissen: Aprilis statt Octobris. (S. Böhmer Regesten.)

CCXVIII.

1162. 6. October. Zeidlarn. — *Eberhart I., Erzbischof von Salzburg, erneut die Schenkung der Kirche Hochberg an das Kloster Ranshofen und bestimmt deren Gränzen gegen Ostermunting.*

C. In nomine sanctę et indiuiduę trinitatis *Eberhardus* dei gratia sancte *Salzburgensis* ęcclesię Archiepiscopus *Altmanno* uenerabili preposito et canonicis *rahouensis* (sic) ęcclesię in perpetuum ✝. Sicut pium est bene facere, ita recte facta confirmare iusticię est.

Vnde notum esse uolumus, quod nos assentiente clero et laicis fidelibus ęcclesię nostrę dilecto preposito *Ranshouensi Altmanno* omnibusque successoribus suis communem uitam sub regula sancti Augustini seruantibus ęcclesiam quandam *Hohonberchach* (sic) infra terminos parrochię nostrę sitam firma largitione concessimus, sicut eam predecessori suo pię memorię *Manegoldo* conmisimus salua in omnibus nostra nostrorumque successorum canonica iusticia. Si uero, quod absit, regularis professio quocunque casu ibidem mutata fuerit, hanc nostram concessionem nullatenus manere uolumus. Hoc factum prefato *Manegoldo* preposito sigillo nostro roborauimus subscribentibus *Hugone preposito Salzburgensi, Heinrico Berthersgadmensi preposito, Heinrico Abbate Sancti Petri, Trovnt priore de sancto Petro, Gerhoo Richerspergensi preposito, Herbordo Ŏwensi preposito, Chōnone Kymensi preposito, Willehelmo Salzburgensi dekano.* Decisionem quoque litis inter prepositum *Altmannum* et parrochianum *Fridericum* de *Ostermundingen* de terminis parrochiarum diu habitę, sicut a uenerabili *Salzburgensi* preposito et archidiacono *Hugone* nostra auctoritate facta est, ita ratam esse uolumus et ne amplius resuscitetur omnino interdicimus, uidelicet, ut strata a riuulo *bibenbach* ueniens usque at uillam *yden* limes sit utriusque parrochię. Presentem quoque paginam nostri sigilli impressione signari iussimus.

† Ego *Eberhardus Salzburgensis* archiepiscopus S. S.
† Ego *Hugo Salzburgensis* prepositus et archidiaconus S. S.
† Ego *Wernherus abbas de Elhsenbach* S. S.
Ego *Heinricus Garzensis* prepositus S. S.
† Ego *Enzimannus prior sancti Petri* S. S.
Ego *Fridericus* decanus et *ostermuntensis* plebanus S. S.
† Ego *V̊go* de *Purchirchen* decanus S. S.
† Ego *Adelbertus* prepositus de *Houen* et capellanus domni Archiepiscopi S. S.
† Ego *Johannes* capellanus presbiter S. S.

Anno Dominice Incarnationis Millesimo CLXII. Indictione X.ma Anno autem XI.o gloriosissimi *Friderici* Regnantis Imperii uero VIII. Presidente Salzburgensi ęcclesię dignissimo *Eberhardo* Archiepiscopo, Anno pontificatus eius XVI. Data *Cidlare* vicesima IIII. lvna Octobris. †.

Original auf Pergament mit rückwärts angeheftetem Siegel und der eigenhändigen Unterschrift des Erzbischofs, im k. bair. Reichsarchive zu München. — Mon. boic. III. 323.

CCXIX.

1162. 1. December. Kremsmünster. — *Conrad, Bischof von Passau, überlässt dem Kloster St. Florian die Pfarre St. Michael in der Wachau gegen 14 Höfe um Ebelsberg.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis *chŏnradus* dei gratia *pataniensis* episcopus omnibus christi fidelibus salutem in perpetuum. Cum sollicitudo communis episcoporum religiosos uiros et res ad eos pertinentes manutenere debeat et ab iniquorum hominum impugnatione defensare, iustum est et rationabile, ut presertim caueant, ne aliquis de suis presumat pauperes christi in aliquo disturbare, molestare aut adgrauare. Inde est, quod nos querimoniam dilecti fratris nostri *Heinrici Sancti floriani prepositi* et fratrum suorum super incommoditatibus et dampno a domo nostra *Ebelsperch* colonis suis frequenter irrogato sopire cupientes inito et conmunicato consilio concanonicorum nostrorum de choro Sancti Stephani cęterorumque fidelium nostrorum in hoc conuenimus, quod plebesanam ecclesiam *Sancti Michahelis in austria* iuxta *danubium* in *UVachŏwe* cum omnibus suis pertinentiis et appenditiis, terminis antiquitus prefixis et assignatis, decimationibus, cultis et incultis in omni genere utilitatis ad prebendam et in usus fratrum regularium de domo Sancti floriani tradidimus et ab ipsis econuerso quatuordecim mansos castro nostro adiacentes et contiguos, in inferiori *UVaeninpach* Sex, jn superiori duos et dimidium, jn *holzheimen* dimidium, juxta *trunam* superius *Goteschalchingen* tres, *Trunarerdorf* unum, apud *Ciegelhouenen* unum recepimus, in quibus a nostris precipue distractiones rerum et delapidationes patiebantur et unde clamores rusticorum sepius personabant et audiebantur. Ut hoc factum utrobique ratum et inconuulsum in perpetuum permaneat, presentis paginę scripto confirmamus, ne alicui successorum nostrorum liceat inmutare, disturbare, transfundere aut aliquibus inductionibus refricare auctoritate omnipotentis dei patris et filii eius domini nostri iesu christi et spiritus sancti, qui ab utroque procedit, roboramus. Si quis autem id aliquo modo vel malo ingenio infirmare aut retractare adtemptauerit, iram et indignationem iusti iudicis incurrat et in extremo examine cum impiis deputetur et in egressu a substantia nisi resipiscat, corpore et sanguine christi careat.

Acta sunt hec ANNO ab jncarnatione Domini Nostri jesu christi Millesimo Centesimo LXmo II[to] (sic) Indictione Decima, Kalendis Decembris. Data Eadem die *Chremsmunstiure.*

Ego Chŏnradus Episcopus SS. (subscribo.)
Ego Rŏdbertus Decanus SS.
Ego Albwinus Prepositus SS.
Ego Chŏnilinus Archipresbiter SS.
Ego Sigehardus SS.
Ego Otto De Riede SS.
Ego Albertus Custos SS.
Ego Fridericus SS.
Ego Jacobus SS.
Ego Otto Capellanus SS.
Ego Heinricus Magister SS.
Ego Ŏdalricus Prepositus SS.

Original auf Pergament mit einem wohlerhaltenen aufgedrückten Siegel, im Archive des Kl. St. Florian. — Kurz, Albrecht IV. II. 435. coll. — Stülz, St. Florian. 266. — Mon. boic. XXVIII. II. 243.

CCXX.

(1162.) — ***Bestimmungen des Herzogs Heinrich von Baiern etc. bezüglich der Vogtei über das dem Kloster Reichersberg gehörige Prädium Münster, welche er vom Erzbischofe zu Salzburg übernahm.***

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Ego *Heinricus Dux Bawarie simulque Saxonie* A uenerabili archiepiscopo *Salzburgense* uocatus in aduocatiam predii, quod dicitur *Mûnster*, mutuati ab ecclesia *Babenbergensi* cum suis appendiciis in priuilegio *Babenbergensis* episcopi conprehensis et in possessionem *Richerspergensium* fratrum legittima delegatione iure aduocati susceptis confirmo isto presenti scripto, ut hec ipsa, quam suscepi, aduocatia semper ab iniquis grauaminibus libera permaneat. Nullus ibi uel ex parte mea vel mihi succedentium statuat vel exigat sibi a colonis tribuendum uel quoquo modo in usus suos redigendum preter tercios bannos iuxta consuetudinem antiquam aduocatis persoluendos, nam duo pertinent ad ecclesie satisfactionem pro dampnis illatis emendandis. Et quia ecclesia in emendacione dampnorum non querit nisi simplum sibi restitui, quod tamen leges imperiales in duplum uel amplius iubent reddi, si quis malefactorvm in predio sub hac aduocacia comprehenso dampnum fecerit et sine auxilio aduocati vel eius missi non poterit ad emendacionem prouocari uel coartari, dampnum simplum preposito restituat, quod uero insuper ad conpositionem illate iniurie requirendum iure iudicabitur aduocato uel eius misso, in usum suum proueniat,

quia dignus est operarius mercede sua, quamquam nos in hac aduocatia precipue ac solummodo celeste premium requiramus nostrisque successoribus requirendum statuamus. Annectimus preterea, ut nulli subaduocato uel qualicumque principalis aduocati misso hec aduocatia beneficiali concedatur iure, sed ita ei, cui prepositus postulauerit, commendetur, ut eodem uel congregacione postulante ualeat submoueri, si tamen constiterit eum esse inutilem aut dampnosum et hoc secundo ac tercio commonitus emendare neglexerit. Is etiam, quod per se non poterit emendare, ad nostram uel successoris nostri personam referre debebit, qui ex officio ducatus pariterque aduocatie non sine causa gladium portamus. Ne autem nostra hec institucio in posterum ualeat imminui aut mutari, nostro eam sigillo roboratam successuris temporibus in cenobio *Richerspergensi* uolumus conseruari.

Aus einem Copialbuche sec. XII., im Archive des Kl. Reichersberg. — Chron. Reichersb. ad 1162. — Mon. boic. III. 469.

CCXXI.

1165 (1163). 20. April. Ebelsberg. — *Conrad, Bischof von Passau, bestätigt dem Kloster Lambach das Vermächtniss und den Besitz eines Gutes zu Sellingen.*

C. ✝. In nomine sanctę et indiuidue trinitatis *chônradus* dei gratia *patauiensis* episcopus omnibus christi fidelibus salutem in perpetuum. Quia uniuersa facta et traditiones regum seu pontificum et aliorum fidelium ex uetustate nimia temporum facile a memoria hominum laberentur, nisi testimonio litterarum conmendarentur, presenti scripto notum facimus omnibus christi fidelibus tam futuris quam presentibus, quod nos inducti precibus dilecti fratris nostri *Pernhardi Lambacensis* monasterii abbatis quoddam predium in uilla *Sellingen*, vnde controuersia et contentio frequenter inter nos agitabatur eo, quod *Timo* Plebanus sacerdos beatę memorię de *Gozpoldeshouen* bonis parrochię suę adpretiatus fuerat, in extremis autem suis absque licentia et consensu nostro pretaxato abbati et fratribus suis tradiderat, deciso omni scrupulo intuitu dei et in saluationem animę fratris illius T. ad *lambacensem* Ecclesiam delegari iussimus. Vt hec traditio rata et inconuulsa permaneat et quod nulli successorum nostrorum hoc factum retractare, inmutare aut aliquo ingenio refricare liceat, hanc cartam scribi iussimus et inpressione sigilli nostri roborauimus. Huius rei isti

sunt testes, *Ůdelricus propositus de Ardacher, Heinricus prepositus de S. Floriano, Otto Capellanus et Notarius, Ebergerus, Engilgerus capellani.* Ex laicis *Engilscalcus de Wasen, Werinherus de waniches-dorf, Warmunt de Sulzpach, Ogo de Pazerichen, Sigehart piber, Rudigerus de Ahaim, Rudigerus de holzhusen, Meginhardus Chragar, Ernust de Truna, Walther de Tanne, Chadelchoh de ualchenstein, Fridrich de selhuben.* (L. S.)

Hec acta sunt Anno ab incarnatione domini nostri ihesů christi Millesimo C. LX.° V, Indictione undecima, XII.ª Kalendas Mai, Data eadem die *Ebelsperch.*


Original auf Pergament mit aufgedrücktem Siegel, im Archive des Kl. Lambach. — Kurz, Beiträge II. 446. — Wegen der fehlerhaften Jahreszahl siehe l. c. 447.

CCXXII.

1163. 2. August. Bourges in Frankreich. — *Papst Alexander III. nimmt das Kloster Lambach in seinen besonderen Schutz und bestätigt alle Besitzungen desselben.*

Alexander episcopus seruus seruorum dei dilectis filiis *bernardo* abbati monasterii sancti quiliani *lambacensis* eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem uitam professis in perpetuum. Desiderium, quod ad religionis propositum et animarum salutem pertinere monstratur, sine aliqua est dilatione complendum. Eapropter dilectj in domino filij, uestris iustis postulationibus clementer annuimus et prefatum monasterium, in quo diuino mancipati estis obsequio, sub beati Petrj et nostra protectione suscipimus et presentis scripti priuilegio conmunimus, In primis siquidem statuentes, ut ordo monasticus, qui secundum deum et beati Benedicti regulam in uestro monasterio noscitur institutus, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter conseruetur. Preterea quascumque possessiones, quecumque bona idem monasterium in presentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum uel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis deo propitio poterit adipisci, firma uobis uestrisque successoribus et illibata permaneant. Sane noualium uestrorum seu, que propriis manibus aut sumptibus colitis, siue de nutrimentis uestrorum animalium nullus a uobis decimas presumat exigere. Obeunte uero te nunc eiusdem loci abbate uel tuorum quolibet successorum nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu

uiolentia preponatur, nisi quem fratres conmuni consensu uel fratrum pars consilij sanioris secundum dei timorem et beati Benedicti regulam prouiderint eligendum. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedimus, ut eorum, qui se illic sepeliri deliberauerint, deuotioni et extreme uoluntatj, nisi exconmunicati uel interdicti sint, nullus obsistat. Parrochias et capellas uestras cum decimis confirmamus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatum monasterium temere perturbare aut eius possessiones auferre uel ablatas retinere, minuere seu quibus (sic) uexationibus fatigare, sed illibata omnia et integra conseruentur eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura Salua sedis apostolice auctoritate et diocesani episcopi canonica iustitia. Siqua igitur in futurum ecclesiastica secularisue persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere uenire temptauerit, secundo tertioue conmonita, nisi presumptionem suam congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui careat dignitate reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore et sanguine dei ac dominj redemptoris nostri iesu christi aliena fiat atque in extremo examine districte subiaceat ultionj. Cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus sit pax dominj nostrj iesu christi quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia ęternę pacis inueniant AMEN A..... AMEN.



(Monogramma)
(Bene Valete.)

Ego Alexander Catholice Ecclesie Episcopus subscribo.

† Ego *hvbaldus* presbyter cardinalis titvli sancte Crucis in ierusalem. Subscribo.

† Ego *Hvbaldus* Hostiensis Episcopus Subscribo.

† Ego *Jacintus* diaconus cardinalis Sancte Marie in cosmydyn subscribo.

† Ego *henricus* presbyter cardinalis tituli sanctorum Nerej et achillej subscribo.

† Ego *iohannes* presbyter cardinalis tituli sancte anastasie subscribo.

† Ego *bernardus* portuensis et sancte rufine episcopus subscribo.

† Ego *Walterius* Albanensis episcopus subscribo.

† Ego *Oddo* diaconus cardinalis sancti nicholai in carcere tullensis (?) subscribo.

† Ego *Ardicio* diaconus cardinalis sanctj Theodorj subscribo.

† Ego *Albertus* presbyter cardinalis tituli sanctj Laurentij in Lucina subscribo.

† Ego *Gvilielmus* tituli sanctj petri ad uincula presbyter cardinalis subscribo.

† Ego *Boso* diaconus cardinalis sanctorum Cosme et Damianj subscribo.

† Ego *Cinthyus* diaconus cardinalis sancti adriani subscribo.

† Ego *Petrus* diaconus cardinalis sancti Eustathii iuxta templum agrippę subscribo.

† Ego *manfredus* diaconus cardinalis sancti georgii ad uelum aureum subscribo.

Datum *Biturici* per manum *Hermanni* sancte Romane ecclesie subdiaconi et Notarij iiij. Nonas Augusti, Indictione XI, Incarnationis dominice Anno M° C° LX° III Pontificatus uero domini *Alexandri* pape III. Anno Quarto.

Original auf Pergament mit Bleibulle. Die Namen des Papstes und der Cardinäle eigenhändig. — Pez, Scptt. Rer. Austr. II. 43.

CCXXIII.

1163 (1165?). 18. October. Passau. — *Conrad, Bischof von Passau, erklärt die Kirche zu Kirchdorf, auch Spitz genannt, zur Filiale von St. Michael in der Wachau.*

Chovnradus dei gratia patauiensis episcopus omnibus christi fidelibus in perpetuum. Cum ex debito nostri officii teneamur cunctis ecclesiis in nostra diocesi constitutis paterna sollicitudine prouidere, maxime tamen earum paci et utilitati debemus intendere, que speciali quodam iure ad nos pertinere dinoscuntur. Quod igitur *ecclesia sancti Floriani* nobis ceteris specialius est deuota, uolentes donationem

ecclesie sancti Michahelis in Wachov, quam cum omnibus pertinentiis suis fratribus in domo sancti Floriani cum omni iure tradidimus, stabilire, ad uniuersorum noticiam uolumus pertingere, quod post memoratam donationem R. sacerdos de *capella sancti Mauricii in Kirchdorf*, que alio nomine *Spize* dicitur, predicte matrici ecclesie uidelicet sancti Michahelis in Wachov debitam reverentiam, licet hoc a nobis in mandatis accepisset, noluit exhibere constanter affirmans, quod, si nuncios nostros ad hoc mittere curaremus, coram eis exemptionem prefate capelle uiuo testimonio comprobaret. Uiros itaque de choro nostro discretos et prouidos, R. *(Rovdbertum)* decanum, C. *(Chovnelinum)* archipresbyterum, A. *(Albertum)* custodem ad inquirendam rei ueritatem destinauimus districte eis precipientes, ut testes, quos R. sacerdos produceret, cum examinatione debita reciperent et audirent. Quibus ad diem condictum conuenientibus et sacerdote in probatione deficiente eidem auctoritate nostra mandauerunt, ut uel cederet uel de dicta capella preposito sancti Floriani suisque fratribus uel eorum uicariis obediret. Cum ergo reuersi nobis, que gesta fuerant, per ordinem retulissent, factum eorum, quod iustum fuerat, approbantes preposito sepedicte domus beati Floriani cum suis fratribus presentem paginam scribi et sigillo nostro signari iussimus in perpetuum ualituram.

Huius rei testes sunt *Albwinus prepositus*, *Rvdbertus decanus*, *Otto de Riede*, *Sigehardus*, *Chunlinus archipresbyter*, *Albertus custos*, *Fridericus*, *Vlricus prepositus*, *Jacobus*, *Otto capellanus*, *Heinricus magister*.

Datum *patauie* Anno domini MCLXV. Indictione XI. XV. Kalendas Nouembris.

Original auf Pergament, im Archive des Kl. St. Florian. Das grösstentheils zerbröckelte Siegel hängt an einem aus Pergament geschnittenen Riemen. Die Jahreszahl ist sicher unrichtig, da Conrad schon 1164 Erzbischof zu Salzburg war. Vermuthlich muss 1163, wohin auch die Indiction passt, gelesen werden. — Stülz, Gesch. v. St. Florian. 266.

CCXXIV.

1163. Schloss Steyr. — *Markgraf Otakar von Steyr verordnet, dass die Vogtei des Klosters Garsten nur nach Willkür des Abbtes verliehen werde, und bestätigt zugleich die Schenkungen seiner Vorältern an dieses Kloster.*

Otakarvs dei gratia *marchio Styrie* omnibus presentem paginam inspecturis. Auus meus *Odacharus marchio* plantationem suam jn

Gerstensi monasterio Modis omnibus ampliauit et fideliter exaltauit et ea, que illi loco tribuit et concessit, pater meus *leupoldus marchio* fideliter conseruauit. Nos igitur eorum imitantes uestigia volumus propter deum intendere diligenter, ut ibidem per nostrum auxilium et subsidium seruiatur domino libere et deuote. Vnde nos aduocatiam ipsius liberam esse censemus, ut ipsa nulli umquam in pheodum concedatur, sed ad arbitrium abbatis fideli alicui laico committatur, qui possit, cum expedierit, inde velociter amoueri. Donamus etiam et confirmamus *Gerstensi* monasterio omnia, que mei progenitores eidem ecclesie tradiderunt, videlicet dotem in *Gersten*, *Gauelenz* prouintiam, tria predia in *cherbach* et curiam adiacentem in *speke* et in *bawarica* ciuitate *Halla* dimidiam sartaginem salis an *vberschaf*, vnum quartale in *huntprvnschrot*, octauam partem in *mitterschrot*, duodecimam partem etiam ibidem, duos ortos, vnam peuntam, vnam augiam et pratum in *Diezbach*, duo predia in *lederhosoede*, apud *weiteheringe* duo predia, quartale ze *dorf* apud *saluelde* et unum quartale in *pebinge*, vnum predium in (?) *walchenstampf* apud *lichtenberch*, vnum quartale jn *Wizpach* et alia attinentia cum hominibus Enzmanno, ERKengero et Alheide et Liberis ipsorum, sicut ad progenitores meos iure proprietario pertinebant, ita tradidimus hec omnia libere possidenda *Gerstensi* monasterio propter deum et animarum nostrarum salutem. Huius traditionis testes sunt per aurem attracti *Arnhalm*, *Imzo*, *Reginher*, *Abrant*, *Reginbertus* nobiles. *Lantfrit*, *Adalbero*, *Engelschalcus*, *Albwin*, *Eticho* ministeriales et familiares nostri et alii quam plures. Investiture testes sunt *Leupoldus marchio filius meus*, *Arnhalm*, *Reginher*. Datum jn *Castro Styrie* anno dominice jncarnationis Millesimo centesimo LX° III°

Original auf Pergament, im Archive zu Garsten. Das rückwärts aufgedrückte Siegel ist sehr stark beschädigt. -- Pusch, Dipl. Garst. 43. coll. — Kurz, Beiträge II. 508.

CCXXV.

1163. — ***Eberhart I., Erzbischof von Salzburg, ersucht den Herzog Heinrich von Baiern, die Vogtei über das dem Kloster Reichersberg gehörige Gut Münster zu übernehmen.***

Eberhardus Dei gracia *Saltzburgensis* Ecclesie Archiepiscopus glorioso et victorioso *Bawariorum et Saxonum Duci Heinrico* sinceram dilectionem et omne bonum. Quia Ducibus tanquam a Deo

missis ad vindictam malorum laudem vero bonorum hoc debet Ecclesia, ut pro eorum salute divinam clementiam iugiter exoret, conveniens est, ut et ipsi pro pace ac defensione fidelium sancte Dei Ecclesie laborent, unde rogamus Nobilitatem vestram in ea fiducia, qua vobis Ecclesia Salzburgensis confidit, ut *Richerspergense Coenobium,* quod quantum attinet ad possessionem legitimam, cum omnibus, que ad ipsum pertinent, nostri est iuris, et quantum ad regimen seculare, vestram Celsitudinem respicit, specialiter habeatis pietati ac Principatui vestro comendatum iure vestro contra iniuriosos defendendum et manutenendum. Dilectum quoque fratrem nostrum *Gerhohum* eiusdem coenobii *Prepositum* tum pro nostri dilectione tum pro beate memorie patris vestri *Heinrici Ducis,* cui Prepositus idem fidelis et familiaris extitit, ut pluribus vestrorum est notum, vos tanquam paterne pietatis heres in eadem gratia foveatis et manu teneatis, in qua eum pater vester habuit, et ubicunque vel eius persona vel predicta congregatio vestre defensionis indiget solatio et auxilio contra iniquorum violentias, vos eius tutelle secundum iustitiam dignemini providere Atque hoc ipsum vicinis eius, quos ipse nobis designaverit, attentius commendare curetis, ut iam dictum Coenobium vestre defensioni per nos commissum causa Dei, ut vestri tueantur contra omnes violentias iniquas. Porro si quis adversus ipsum Coenobium vel habet vel habebit querellam, vestre sit potestatis tam ex iure vestro quam ex commisso nostro causam ventillare ac secundum iustitiam terminare salvo iure Advocatorum super eiusdem coenobii predia per nos constitutorum, semoto iniquo gravamine ac nomine subadvocatorum tam spirituali quam seculari iudicio abiudicatorum, nisi quantum admittuntur ex consensu eorum, qui Ecclesiis president. Quibus et si fuerint importuni vel iniuriosi, eorundem petitione debent submoveri, qui vocati sunt ad istam subadvocatie procurationem non per ius beneficii sed per conventionem gratuiti beneplaciti. Atque ut hec nostra commendatio nulla dubietate vacillet, sed memoriale certum vobis vestrisque in Ducatu successoribus perseveret, Chartam hanc inde conscriptam et sigillo nostro communitam in predicto Coenobio conservari precepimus.

Chron. Reichersb. ad. 1163. — Mon. boic. IV. 419.

CCXXVI.

1164. — *Eberhart, Bischof von Bamberg, bestätigt die Stiftung des Klosters Aspach mit Gütern zu Matichofen und Atersee etc.*

In nomine sancte et individue Trinitatis. *Eberhardus* Dei gratia *Babenbergensis Episcopus* secundus. officii nostri racio postulare videtur, ut Ecclesias nostras in rebus et possessionibus suis manutenere et firmare atque contra futuras malitias hominum, quantum possumus, auxiliante Domino premunire debeamus. Quocirca universitati fidelium notum esse volumus, quod devota Christi famula *Christina de Aspach relicta Geroldi Comitis*, cum eo mortuo viduata esset et prolem non haberet, prediis quidem et possessionibus mariti ad propinquos eius redeuntibus, ipsa suum hereditarium predium *Aspach* cum tota familia sua et personis hominum cum omnibus pertinentibus suis, cum agris, pratis, pascuis, silvis, cultis et incultis, cum aquis aquarumque decursibus, piscationibus, molendinis et cum omni genere utilitatis, quo ipse illud noscitur habuisse, Babenbergensi Ecclesie contradidit ea videlicet pactione, ut in cellam ad minus duodecim Monachorum verteretur pro remedio anime sue ac mariti sui et parentum utrorumque. Itaque beate memorie Dominus noster *Otto Episcopus* talium rerum studiosus locum cepit et prediis ac decimis auctum sub patrocinio beati Mathei Apostoli in Abbatiam promovit; similiter et Dominus *Egilbertus Episcopus* Predecessor noster aliquos mansos et decimas in *Matenchovene* et *Aterse* et in *Eringen* ei contulit. Nos igitur predecessorum nostrorum pia cepta sive opera studiosa devotione amplectentes Domini ac fratris nostri *Friderici* eiusdem loci Abbatis, ceterorum fratrum petitioni acquiescimus, scilicet ut locus ipse, qui a prefatis predecessoribus nostris in divinum servicium fundatus atque semel et iterum confirmatus est, ita nunc quoque tertia vice in nomine sancte Trinitatis nostri privilegii confirmatione roboretur, ut undique munitus nulla futurorum improbitate perturbari queat. Statuimus etiam, ut nichil uncquam iure beneficii ex prediis eiusdem Monasterii militibus seu aliis secularibus concedatur, quinimo beneficium, quod *Untelingen* dicitur, cum viculis et pertinentiis suis, quod necessitate temporum beatus Otto Episcopus infeodasse probatur, nullus Episcoporum vel Abbatum infeodasse (infeodare) presumat, sed potius, si vacare ceperit, in usum et in utilitatem Monasterii reducatur. Omnia igitur, que ab ipsa fundatrice seu a predictis predecessoribus

nostris eidem Monasterio nostro collata sunt, cunctorum fratrum Abbatum, Prepositorum, Canonicorum ac totius Cleri conniventia, Fidelium quoque ac Ministerialium nostrorum ac totius curie nostre consensu Fratribus ibidem Deo militantibus seu militaturis in perpetuum profutura confirmamus presentemque paginam inde scriptam ad evidentissime veritatis indicium nostre imaginis impressione signavimus. Testes sunt horum de Clero: *Giselbertus maioris Ecclesie Prepositus, Hermannus Decanus, Chunradus Custos, Otto Prepositus sancti Stephani, Eberhardus de Rotenstade, Hermannus de Rudehusen, Purcardus Cellerarius, Hermannus Notlich, Irenbertus Abbas sancti Michahelis, Helmericus Abbas de Entestdorff, Abbas Cunradus de Lerwa.* ex laycis liberi: *Pertoldus Comes de Andechese, Cunradus Burgravius de Nurenberg, Regenoldus de Riphenberch, Oudalricus, Walpoto, Oudalricus de Wischenveld, Heinricus de Otlohestorf et Megengotus frater eius;* Ministeriales: *Gundeloch de Rodelendorf, Ratloch de Memesdorf, Goteboldus de Osterhoven, Eberhardus de Troschenrut, Marcquardus de Willehalmesdorf, Hartlibus de Wincere, Eppo de Hergoltingen et frater eius Marcquard, Rapoto de Poldingen, Gozwinus de Osterhoven et filius eius Gozwinus, Chunradus de Bummanesdorf, Eberhart de Annewalesdorf et frater eius Ehkehart* et alii multi. Actum anno Dominice Incarnationis MCLXIIII. indictione XII. regnante Domino *Friderico* glorioso Romanorum *Imperatore* et semper Augusto, anno regni eius XIII. Imperii vero VIIII. feliciter. Amen.

Hund—Gewold, Metropol. II. 111. (Monac. edit.) — Mon. boic. V. 158.

CCXXVII.

1166. — *Herold, Bischof von Wirzburg, bestimmt das Verhältniss der Dienstbarkeit einer gewissen Truihilde und ihrer Kinder zu dem Kloster Lambach.*

C. In nomine sanctę et indiuidue trinitatis *Heroldus* dei gratia *wirziburgensium* episcopus omnibus christianę professionis hominibus salutem et gaudia ęternę retributionis consequi in celestibus. Notum esse uolumus tam presentibus quam postfuturę ętatis hominibus, qualiter quedam quęstio de quadam muliere *Trůihildę* et liberis eius forte oriebatur, utrum ministeriales an alterius conditionis, quę illa inferior est, esse deberent. Tandem, sicut ratio et tenor iuris postulabat, in presentia nostra probatum est, quod ministeriales *lambacensis*

ęcclesię, sicut cęteri ministeriales de lambach esse deberent. Audita itaque probatione et confirmata eadem lege prefatę ęcclesię cum liberis suis tradidimus et pagina presentis scripti confirmauimus et ei auctoritatem impressione sigilli nostri dedimus. Si quis igitur tam rationabile factum sufficienti testimonio probatum et priuilegio nostro confirmatum in posterum infringere uel infirmare presumpserit, anathema sit maranatha.

Huius rei testes sunt hi Clerici Summus *prepositus Richolfus, Persius decanus, Reinhardus prepositus, Adelbertus custos, Godefridus cantor, Johannes magister scolarum*, Laici *Godefridus de foro, Baldwinus de reinsburs* (sic), *Matho, Engilhardus dapifer, Berwardus marscalcus, Liupoldus, Heroldus camerarius, Cuinradus, Merebodo camerarius.*

Acta dominicę incarnationis anno M. C. LXVI. Indictione XIIII. Regnante romanorum imperatore *Friderico* XIIII. anno regni et imperii eius (XI), *Boppone* existente urbano comite.

Original auf Pergament mit Siegel, im Archive des Kl. Lambach. — Kurz, Beiträge II. 448.

ĊCXXVIII.

1167. 14. Juli. Ebelsberg. — *Abono (alias Albinus), Bischof von Passau, bestätigt dem Abbte Gebhard von Wilhering das Burgrecht auf einem Hofe zu Efferding und einen Tausch seiner Vorfahren mit dem Kloster.*

C. In nomine sancte et indiuidue trinitatis *abono* dei gratia humilis *patauiensium* electus omnibus christi fidelibus salutem in perpetuum. Caritas, que foras mittit timorem et inter deum et proximum generat geminum amorem, nos ammonet et hortatur, pauperes christi ac religiosos uiros honorare et diligere ac iustas atque racionabiles peticiones eorum admittere et exaudire. Inde est, quod communicato consilio fidelium nostrorum preces dilecti ac uenerabilis fratris nostri *Gebehardi abbatis de Willcheringen* effectui mancipauimus et aream, quam *Liuppirch* et maritus eius *Liuphardus* beate memorie sepe et maceria circumdatam possederant, de more, quod uulgo in teutonico dicitur Purchreth, Ei et fratribus eiusdem loci ac successoribus abbatibus inbeneficiauimus et prefatam aream ac tria iugera agrorum, que ad ius nostrum et ecclesie nobis commisse pertinent, in manus *Rudegeri de Hůlzhusen* delegauimus hac interposita cǫniuentia, ut dominus Gebehardus abbas atque omnes successores sui singulis annis *patauiensi* episcopo et suis castaldis de prefata

area plenariam iusticiam sicut ceteri burigenses in *Efridingen* persoluant et in omni querimonia sua ad solum *patauienssem* (sic) episcopum et ad suos yconimos super hac causa et concessione recurrant nullumque aduocatum in pretaxatam uillam pro aliqua iusticia obtinenda inducant. Preterea ad noticiam ponimus omnium fidelium tam futurorum quam presencium, quod quoddam concambium legitimum secundum estimationem hominum contractum est nostris in temporibus in confinio *Ebilsperch* inter dominum abbatem G. et predecessores nostros. Sepe iam dictus abbas duo curtilia, unum in *Tenigen* et alterum in *Misgkingen* ecclesie nostre ad mensam episcopi per manus *Heinrici incliti ducis austrie* tradidit et aliud dominicale in *Ederammesperge*, quod claustro suo adiacebat, superadditis quinque talentis per eundem ducem H. aduocatum nostrum recepit. Huius rei isti sunt testes conscripti. De clero *Heinricus prepositus sancti Floriani, Ŏlricus prepositus de ardacher, Otto de Riede, Otto archidiaconus et notarius, Jacobus archidiaconus, Diethmarus capellanus, Albero decanus.* Ex laicis autem *comes Rapoto de ortenberch, Chunradus iunior de Pilstein, Pabo de Slúnz, Diethricus de Paumgartenperge et frater eius Heinricus, Werigant de Rŭmentingen, Ernist de Hartheim, Otto et frater eius, Engilbertus de Struben, Poto de Meissingen, Rudeger de aheimen, Rudeger et frater eius Borno de Holzhusen, Ŏgo de Lonstorf, Alrammus de Oftheringen, Tultinch de Ebilsperge castallus* (sic), *Albertus de Harde, Walchŭnus de harde, Leuthart, Chunrat de Hage, Leutolt de rotenuelse et alius Leutoldus longus.* Ut autem hoc factum nostrum semper ratum et inconuulsum permaneat, presentis pagine scripto roboramus atque inpressione sigilli nostri confirmamus. Hec acta sunt anno ab incarnatione domini nostri iesu christi Millesimo Centesimo sexagesimo septimo, Indictione XIII. (sic) Pridie idus Julii. Data eadem die apud *Ebilsperch.*

Original auf Pergament mit aufgedrücktem Siegel, das aber abgefallen, im Archive des Kl. Wilhering. — Stülz, Gesch. v. Wilhering. 482.

CCXXIX.

Circa 1167. — ***Schreiben des Herzogs Heinrich von Baiern und Sachsen an den Convent des Klosters Reichersberg wegen dessen Streites mit Heinrich von Stein um das Gut Münster.***

Heinricus Dei gratia Bauuarorum et Saxonum Dux Conuentui fratrum in *Richersperg* salutem et dilectionem. De reformatione

Præpositi vestri gratiæ Domini Imperatoris, sicut scitis, ad præsens nihil agere possumus, quoniam circa ipsum non sumus. Porro de prædio, quod filius *Erchenberti de lapide* vobis aufert, hoc statuimus, vt dilectus nepos noster *Otto maior Palatinus Comes* studiose se intromittat et in bonis vestris iustitiam plenam vobis faciat. Si autem ipse terminare non poterit, secundum quod videbitur conuentui honestum et vtile post introitum nostrum ad vos in propria persona libenter adueniemus et omnem emendationem, quam desiderat anima vestra, vobis procul dubio exhiberi faciemus, Quoniam vos intime diligimus et commoditatem vestram modis, quibus possumus, semper promouere desideramus. Cæterum rogamus vos, quatenus nos in orationibus vestris attentius commendatum habeatis.

Chron. Reichersb. ad annum 1167.

CCXXX.

Circa 1168. — ***Aufschreibung über die Erwerbung eines Neugereutes und eines Hörigen durch das Kloster Garsten.***

Nouerint tam futuri quam presentes, quod *Otacher marchio* pater istius, qui nunc superest, feria VI in tercia septimana, postquam gladium accepit, *Hadelovgam* domino *Herrando de Hagenperc* et uxori sue dominę *Hadewigę* dedit apud *lůzen* in proprietatem ita, ut eam et filios eius daret, quo ipsa peteret. Huius (rei) testes sunt *Hartnidvs, Richerus et fratres eius Helmhardvs*, *Herrandvs*, *Gundachar*, qui adhuc superest. Postea dominus *Adelbertvs*, qui tunc temporis apud *Idenich* archidiaconus fuit, ipsam cuidam nomine *walchůn* in coniugium dedit, seruo scilicet ipsius domini *Herrandi* et dominę *Hadewigę*. Tunc ipse dominus ipsorum et uxor ipsius dedit eis quoddam nouale in beneficium, quod scilicet idem *Herrandvs* uxori suę dederat in dotem, quo ipsi *Walchůn* et *Hadelôc* libere utebantur usque ad illum diem, quo dominus *Herrandvs* infirmitate preuentus nouissime de domo sua migrans ad *admuntensem* locum deuenit, ubi et obiit. Ipso quippe sabbato, cum sequenti dominico die palmarum de domo sua egressus est, ipsum beneficium et ultimum filium ipsorum *walchůn* tradidit super altare sancte Marie apud *Garsten*. Huius testes sunt *Reginhart de dolach*, *Chunradus stirensis*, *Eberhardvs de Tichenperch et filius eius Chunrat et frater eius Dietmar*, *Rapo economus marchionisse apud Cruscharen et duo pueri Ôdalricus*

filius fratruelis eiusdem *Herrandi, Ůdalricvs filius Hadamari de Egilaren* et alii quam plures. Post mortem ipsius domini *Herrandi* dominus *Gerungvs de Strechowe* cum idem beneficium uiolenter sibi endicasset, domina *Hadewich* uxor domini *Herrandi* dominum archiepiscopum *Chunradvm*, qui tunc apud *Admunti* morabatur et abbatem *admuntensem* rogabat, ut iniuste sibi ablata gratia sua reddi iuberent.

Original auf Pergament im Archive zu Garsten. Das an der Urkunde rückwärts angebracht gewesene Siegel ist abgefallen.

CCXXXI.

1169. Prüfening. — *Eberhard II., Bischof von Bamberg, beurkundet nach wörtlicher Wiederhohlung seiner Urkunde ddo. Brescia 19. November 1154 (oben pag. 170, Nr. CLXXXI.) die endliche Erwerbung des Gutes Münster von Seite des Klosters Reichersberg.*

His ita peractis denuo lis exorta est *Heinrico,* qui feudum illud a marchione de *Styra* tenebat, asserente, concambium illud non esse legitimum, tum quia se inscio factum esset, quia infra annos erat, tum etiam, quod minus ualeret, quod datum fuerat. Hac itaque necessitate conpulsi fratres de *Richersberge* de concambio iam prefato a nobis interpellati et satis diu ex improbitate exactoris illius onerati tandem, ut nullus scrupulus remaneret et omne os obstrueretur, supperaddiderunt duas curtes, unam uidelicet in *Rosbach*, alteram in *Osterndorf* ita, quod tam nostri fideles quam ipse *Heinricus* et sui fautores sufficere iudicarent ad legitimum concambium. Juris itaque perpetui uinculo predictam conmutationem innodamus statuentes, ut nemo ausu temerario eam uiolare presumat, et ut inuiolabilis omni euo permaneat, uigorem et stabilitatem presentis scripti auctoritate ei confirmamus et sigilli nostri impressione corroboramus. Testes huius rei consummate sunt *Giselbertus* prepositus maioris ecclesie, *Hermannus* prepositus *sanctę Marię in Tuerstat, Gebehardus* prepositus *sancti Jacobi*, *Gotpoldus* archipresbiter, *Cōnradus* cellarius, *Hermannus* subdiaconus. De liberis *Ůdalricus*, *Walpoto*, *Ůdalricus de Wisenuelt*, *Gozpoldus de Woluesperch*, *Adalrammus de Chambe*, *Poppo de Osternahe*. De ministerialibus *Gundelohus de Bodelendorf et* nepos svvs *Gundelohvs*, *Herdegen de Wisintowe* et frater suus *Volnunt*, *Heinricus de Widen*, *Reginolt de Vraha*, *Otto* pincerna, *Hartlyb de Winzere*, *Rapoto de Potenstaine*, *Eppo de Hergoltingen*, et alii quam plures. Actum ultimo *Bruuiningen* anno dominicę

incarnationis M. C. LXVIIII. indictione II. regnante domino *Friderico* Romanorum imperatore inuictissimo anno regni eius XVII, imperi uero XIIII. Preterea hic in fine pagine addimus, quod fratres *Richerspergenses* dederunt iam dicto *Heinrico* precium castri LX[ta] talenta ad conponendam pacem firmam in perpetuum, sicut et prius dederant marchioni L. talenta.

Original auf Pergament mit einem sehr wohl erhaltenen aufgedrückten Siegel in röthlich-gelbem Wachse im Archive des Kl. Reichersberg.

CCXXXII.

1170. 13. Februar. Tusculum. — *Papst Alexander III. bestätigt dem Kloster Admont seine Besitzungen, insbesondere die bei Enns und Ulspuch.*

Alexander episcopus servus servorum dei dilectis filiis *Liutoldo* abbati monasterii *S. Blasii,* quod *Admontis* dicitur, ejusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. Officii nostri nos ammonet et invitat auctoritas, pro ecclesiarum statu satagere et earum quieti ac tranquillitati salubriter auxiliante domino providere. Dignum namque et honestati conveniens esse dinoscitur, ut, qui ad earum regimen domino disponente assumpti sumus, eas et a pravorum hominum nequitiis tueamur et beati Petri atque apostolicæ sedis patrocinio muniamus. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus et prefatum monasterium, in quo divino mancipati estis obsequio, predecessorum nostrorum bonæ memoriæ *Paschalis, Innocentii, Lucii* Romanorum pontificum vestigiis inhærentes sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus statuentes, ut quascumque possessiones, quæcumque bona idem monasterium in præsentiarum juste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis justis modis præstante domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus illibata permaneant, in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis.

Ex dono bonæ memoriæ *Gebehardi Salisburgensis* archiepiscopi fundatoris ejusdem coenobii in valle *Admontensi* fundum ecclesie S. Blasii et quecumque *Hemma* cometissa ibi habuit, patellam salis in vicina monasterii apud *Halle* et maximam partem adjacentis nemoris. Ex dono *Tiemonis* archiepiscopi successoris ejus curtem ex altera parte alvei, qui dicitur *Admont* et ecclesiam *S. Amandi*

Episcopi et reliquum nemoris, Parrochiam et præconium ultra flumen *Anesis* cum *Ecclesia S. Amandi*, Patellam apud *Halle* cum augia, quæ adjacet prædicto flumini. Ex dono *Chunradi senioris Archiepiscopi Salzburgensis* patellas et salinas apud *Halle* et forestum omne ad *Wenge* pertinens cum Novalibus et decimis, Curtes *Rudindorf, Arnieck, Rute, Chrumpovve* et quæ dederunt prædicti Episcopi in variis usibus alpium et montium, ubi sal coquitur et ferrum foditur, cum agris, pratis, silvis, aquis aquarumque decursibus a rivulo *Zedelze* usque *Frodnize* et a *Luzahe* usque *Staiphe*. Ex dono *Eberhardi Archiepiscopi Salzburgensis Ecclesiam S. Galli* in silva nova cum decimis et novalibus et omni jure suo et salinis ibidem. Ex dono *Chunradi primi Ecclesiam S. Mariæ Magdalenæ* et Domum Hospitalem *Friesach* cum decimis, prædiis et omnibus justitiis suis. Ex dono quorundam Nobilium, *Rainerii* videlicet et *Petrissæ* et aliorum consanguineorum *Liutoldi Abbatis Admontensis* Allodia *Tovernick* et *Chirchaim* cum omnibus pertinentiis suis, Medietatem *Ecclesiæ S. Jacobi* cum prædio *Cholmenzi*. Ex dono *Gebhardi Archiepiscopi* Decimas apud *Tivene, Flatsach, Chrapfeld, Michlendorf* cum omnibus pertinentiis eorum. Ex dono *Chunradi secundi Archiepiscopi* curtem decimalem ad *Wertse* cum prædio *Rapotendorf, Guttenprunnen* et aliis possessionibus *Mathildis matronæ, Ecclesiam S. Michaelis* cum prædio *Zezen*, *Ecclesiam S. Johannis* cum prædio *Zozzen*, cum decimis et omni jure suo.

Ex dono *Marchionis Otaker* alpem *Scoberen* ad idem prædium pertinentem, Quidquid apud *Grazlup* et *Pals* habetis. Ex dono *Gebhardi Archiepiscopi* decimas *Chatse, Welze, Lungovve* cum appenditiis suis. Ex dono ejusdem Archiepiscopi *Ecclesiam de Tiufenbach* et *Aichdorf, Preitenfurt* cum omnibus pertinentiis eorum, Apud *Wenge Ecclesiam S. Agathæ* cum omnibus pertinentiis suis, *Ecclesiam sancti Andreæ* et curtem *Trieben* cum omnibus pertinentiis suis, *Ecclesiam Dietmarsdorf* et curtem cum adjacentibus prædiis, videlicet *Griez* duas, *Perndorf, Strechovve, Puhel* cum omnibus pertinentiis suis. Ex dono *Alberti Archiepiscopi Salzburgensis Parochiam Palte* cum omni jure suo. Ex dono *Chunradi primi Archiepiscopi Ecclesiam S. Mariæ* cum prædio, quod vocatur *Jæringen inferius*. Ex dono *Gebhardi Archiepiscopi Jæringen superius* cum omnibus appenditiis eorum, Prædium *Nazovve* cum multis aliis adjacentibus prædiis. Ex dono *Chunradi et Eberhardi Archiepiscoporum*

Ecclesiam S. Nicolai et prædium *Gotfridi Mokkernovve* cum novalibus et decimis, *Ecclesiam S. Martini* cum prædio *Strazganch*, quod fuit *Guntheri Marchionis* et *Chunradi Comitis de Pilstain*, cum omnibus pertinentiis suis; Prædium *Radlach*, quod fuit *Comitis Pernhardi;* Quidquid habetis *Lusniz, Chamere, Mutarn.*

Ex dono Nobilium *Treboche, Tunevviz*, quinque curtes ad pontem *S. Stephani;* in eadem Parochia ex dono *Eberhardi Archiepiscopi* decimas, Quidquid apud *S. Benedictum* et *Puchovve, Lobenich* et *Chrovvat* prædiorum et decimarum habetis. Ex dono *Chunradi primi* decimas ad *Murz*. Ex dono Nobilium prædia *Muterndorf*. Ex dono *Eberhardi Archiepiscopi* duos mansos in villa *Teschanschirchen* cum decimatione tota inter *Pincha* et *Lavenze*. Ex dono Nobilium quæcumque apud *Wurvelach, Potsach, Gomvarn, Phaphenstain* et *Aichovve* possidetis. Ex dono *Gebehardi Archiepiscopi Ruste, Arnsdorf, Welmnich* cum appenditiis eorum. Apud *Wachovve* quidquid *Comes de Wolfrathusen*, apud *Brunnen* quidquid *Fridericus advocatus* vobis dederunt. Quæcumque dono nobilium apud **Chremse, Ense** et **Ulsburch** possidetis. Apud *Tresvviz* et *Liuzen* prædia cum decimationibus suis, *Ecclesiam S. Johannis* et prædium *Hagenberg* et *Winzenbach* et *Gundachringen.*

Ex dono Archiepiscoporum apud *Sundrmæringen, Prukkarn, Aiche, Eberhartingen* quæcumque habetis. Allodium magnum apud *Hoveheim*, quod a *Nobilibus de Abensberg* emistis. Ex dono Nobilium prædium apud *Hus superius et inferius* cum *Ecclesia S. Paterniani* cum omnibus pertinentiis suis. In *Ensvvalde, Schratengastei* et *Tricenvvald*, *Ecclesiam S. Martini* cum novalibus decimis usque *Horgenbrucken*. Ex dono *Gebhardi Archiepiscopi* prædium *Mittrechoven, Wenge, Elinovve*. Ex dono *Chunradi primi Archiepiscopi* prædium apud *Chuchil*, curtem apud *Salzburch*, *Hirsehalm* cum appenditiis eorum. In villa *Beirhalle* quæcumque a *Comite Pertholdo et Ottone Palatino* dono vel concambio acquisistis. Ex dono Nobilium quidquid apud *Pergen*, In *Brichaim, Haselbach* habetis. *Ecclesiam S. Martini* cum prædio magno *Elsindorf*, quod fuit *Udalrici*, et alteram Ecclesiam cum prædio *Pernhardi* et omnia, quæ ibidem emistis.

Nec Episcopo nec Abbati ipsi nec personæ alicui facultas sit bona ejusdem coenobii in feudum sive beneficium sine consensu meliorum et discretorum fratrum aliquibus dare nec modis aliis alienare. Sane sepulturam illius loci liberam esse censemus, ut, qui se illic

sepeliri deliberaverint, nisi excommunicati sint vel interdicti, extremæ voluntati eorum nullus obsistat salva justitia matricis Ecclesiæ. Laicos sive Clericos liberos et absolutos ad Conversionem suscipere nullius Episcopi vel Præpositi vos inhibeat contradictio. Prohibemus quoque, ut nulli fratrum post factam professionem absque Abbatis totiusque congregationis permissione liceat ex eodem claustro discedere, discedentem vero absque communium litterarum cautione nullus audeat retinere. Sane Novalium vestrorum, quæ propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium nullus a vobis decimas præsumat exigere. Obeunte vero te nunc ejusdem loci Abbate vel tuorum quolibet successorum nullus ibidem qualibet surreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu vel pars consilii sanioris secundum timorem Dei et Beati Benedicti Regulam præviderint eligendum.

Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatum Monasterium temere perturbare aut ejus possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed illibata omnia et integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura salva Sedis Apostolicæ auctoritate et Salzburgensis Episcopi Canonica reverentia, cui tamen omnino non liceat ei vexationem aliquam vel consuetudinem, quæ Regularium quieti noceat, irrogare. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica secularisve persona nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita nisi præsumptionem suam digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua Jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Ego Alexander Catholicæ Ecclesiæ Episcopus subscripsi.

Ego Bernhardus Portuensis et S. Ruffinæ Episcopus subscripsi.

Ego Chunradus Maguntinensis Sedis Archiepiscopus et Sabinensis Cardinalis subscripsi.

Ego Oddo Tusculanus Episcopus subscripsi.

Ego Jacynctus Diaconus Cardinalis S. Mariæ subscripsi.

Ego Cinthius Diaconus Cardinalis S. Adriani subscripsi.

Ego Manfredus Diaconus Cardinalis S. Georgii ad velum aureum subscripsi.

Ego Hugo Diaconus Cardinalis S. Eustachii juxta templum Agrippæ subscripsi.

Ego Johannes Presbyter Cardinalis S. S. Johannis et Pauli tit. Pamachii subscripsi.

Ego Hildebrandus Basilicæ XII. Apostolorum Presbyter Cardinalis subscripsi.

Ego *Albertus* Presbyter Cardinalis tit. S. Laurentii in Lucina subscripsi.

Ego *Gvvilhhelmus* Presbyter Cardinalis tit. S. Petri ad Vincula subscripsi.

Ego *Boso* presbyter Cardinalis sanctæ Pudentianæ tit. Pastoris subscripsi.

Ego *Petrus* Presbyter Cardinalis tit. S. Laurentii in Damaso subscripsi.

Datum *Tusculani* per manum *Gratiani Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Subdiaconi et Notarii IIII.* Idib. Febr. Indict. IV. Incarn. Dominicæ Anno MCLXX. Pontificatus vero Domini Alexandri pape III. Anno XII.

Pez, Thesaur. T. III. Ps. III. pag. 666.

CCXXXIII.

Circa 1170. — *Markgraf Otakar von Steyr bittet den Papst Alexander III., die Tauschverträge, welche seine Vorfahren mit den Bischöfen Altmann und Conrad von Passau in den Jahren 1082 und 1160 eingegangen, zu bestätigen.*

Domno et patri in christo karissimo A. sanctę romanę et apostolicę sedis summo et uniuersali pontifici O. marchio styrensis perfecte fidelitatis omnimodum seruicium. Quum sanctitatis uestre excellentiam et honoris sublimitatem pater et domine semper augeri anhelamus et amplificari desideramus uestigia pro posse sequentes parentum nostrorum, qui pro conseruando iure et honore uestro et beati Petri actenus indefesso studio decertauerunt et laudabili instantia teste deo in id ipsum promouendum interriti perseuerauerunt, eo confidentius pietatis uestre ianuam aperiri nobis pulsamus et donari nobis, que donanda sunt uel petenda, non dubitamus. Credimus enim non latere

sanctitatem uestram omnes progenitores nostros non solum christianissimos fore, uerum etiam circa ȩcclesiastica iura diligentissimos exstitisse, unde ex inspiratione diuina de reditibus suis diuersis in locis diuersa cȩnobia construxere. Et quum quȩdam illorum tuicione uestrȩ munificentiȩ seu decessorum uestrorum priuilegiis nondum constat esse munita, rogamus attentius paternitatem uestram, quȩ paratissima gratis cunctis occurrit, ex pietatis habundantia, quatenus speciali quodam monasterio nostro scilicet Garstensi manum benigne apponere curetis et predia seu priuilegia, que a nobis et parentibus nostris prefato monasterio donata sunt et collata, auctoritate uestra priuilegio (sic) roboretis et confirmetis. Hinc etiam paternitatis uestrȩ discretionem scire optamus, parentes nostros conquisisse ab episcopatu patauiensi a sexaginta fere annis ȩcclesiam baptismalem cum omnibus ad ipsam pertinentibus, in cuius etiam area predictum cenobium constructum et fundatum tenemus, scilicet pro alterius ȩcclesiȩ baptismalis concambio legali et perpetuali, horum scripta et episcoporum priuilegia apud nos tenemus et subter notare uoluimus et, ut per uos roborentur et confirmentur, obnixius oramus.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis patris et filii et spiritus sancti. Notificamus quia ego Ǒ. dignatione dei patauiensis episcopus cum consilio fratrum et aliorum fidelium nostrorum confirmamus concambium, quod factum est sub temporibus felicis memorie *Altmanni* decessoris nostri inter marchionem *Otachar* et iam dictum episcopum. Hoc est autem concambium. Idem marchio tradidit in manu episcopi A. et aduocati eius *Ŏdalrici* predium unum ad *beheimberch* et aream, ubi ȩcclesia constituta est, et remisit episcopo A. decimacionem contiguarum uillarum eo tenore, ut ȩcclesia *carstina* perpetuo iure optineret concessu episcopi et successorum eius, scilicet omnia que interiacent inter *rubinicha* inferius urbem manantem et *rubiniccha* superiorem et infra fluuium *anesum* et fluuium *styram* usque *rottinbach* et ultra *styram* dotem illam et molendinum cum iure suo et curtim illam, ubi *rubiniccha* labitur in *anesum* cum omni decimatione et toto iure sacerdotali. Et ut hec decessoris nostri constitutio firma, illibata inconuulsaque perpetuo persistat, et ne aliquis successorum nostrorum infringere ualeat, priuilegio nostro bulla nostra impressa sicut ipse corroborauimus. Huic etiam concambio, quod fecit episcopus A. intererant prepositi ȩcclesiarum, scilicet Hartmannus prepositus tituli s. floriani, Eingilbertus prepositus tituli s. ypoliti.

Archipresbiteri *Arnoldus*, *Eberhardus*. Decani *Isanbertus*, *Ődalricus*, *Megingotus*, *Růdolfus*. Capellani *Hartwicus*, *Ődalricus*, *Eingilbertus mattecensis*. De seruientibus uero interfuerunt *Hartwicus de chrenzingan*, *Kerolt* de *mattse*, *Adelhalm*, *Marchwart*, *Reginhart*. Insuper intererant de militibus ipsius marchionis *Waltchōn*, *Cholo*, *Ődalricus*, *Arbo*, *Hartnit*, *Arnhalm*, *Otto*. De familiaribus autem *Adelram*, *Durinch*, *Erchenger*, *Babo*, *Durinch*, *Adelbero*, *Berhtolt*, *Richero*, *Volcholt*, *Durinch*, *Isangrin*, *Gerunc*, *Reginhalm*, *Otto*.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. *Cůnradvs* dei gratia *patauiensis* ęcclesię episcopus Notificamus omnibus uere fidei cultoribus tam presentibus quam futuris concambium, quod factum est inter nos et uenerabilem abbatem *Sigehardum Garstensem* fratresque ibidem deo seruientes, quod hoc modo perpetratum est. Hidem namque fratres tradiderunt nobis per manus aduocati sui *Otachardi* scilicet *marchionis de styra* tres stabularias curtes, unam apud *timenbrunnen* cum mancipiis et omnibus, sicut tunc possessa erat, ibidemque molendinum cum iure suo, alteram apud *hartheim*, terciam apud *bōche* et in eodem loco mansum unum, alterum uero apud *emilingen* eo tenore, ut decimas, que pertinent ad barrochiam *abilenze* eis iure concambii traderemus. Nos itaque hoc iustum legitimumque concambium esse perpendentes pari deliberatione mutuas commutationes fecimus prediaque supradicta nos et ęcclesia, cui deo auctore presidemus, per manus *adelberti de berge* suscepimus eisque decimas prefate ęcclesię donauimus eosdemque terminos a precessore (sic) nostro pie memorie *Reginberto* statutos confirmauimus, uidelicet a fluuio *rubiniccha* usque ad cursum *frůdenize* alterius fluminis et usque ad principium *abilenze* iuxta portam decernentes et statuentes, ut decimas his terminis inclusas cum omni iure sacerdotali prefatus abbas eiusque successores a nobis et a nostris successoribus perpetua et stabili possessione obtineant. Vt autem pagina huius mutuę commutationis nostrę inconuulsa et illibata permaneat, sigilli nostri impressione eam insigniri iussimus idoneosque testes subter notari fecimus, Quorum nomina hęc sunt, *Chadelhoch pataviensis prepositus*, *Ődalricus archipresbiter*, *Adelgoz decanus*, *Otacher marchio de styra*, *Adelbertus de berge*, *Cholo de wassenberc*, *Gotscalg de hunisberg*, *Walchun de clamme*, *Babo de ameringin*, *Hartnit de ortte*.

Original (?) auf Pergament, im Archive zu Garsten. Das vorliegende Exemplar stammt offenbar aus dem 13. Jahrhundert, und hatte ursprünglich gar kein

Siegel, welches erst viel später angeheftet worden zu sein scheint. — Pusch, Dipl. Garst. 47. — Ein Fragment bei Ludewig Rlqq. IV. 192. — coll. Kurz, Beiträge II. 512.

CCXXXIV.

Circa 1170. — *Aufschreibung über die Schenkung des Gutes Hirtina von Seite Dietmars von Agist an das Kloster Aldersbach.*

Nouerint universi tam moderni quam secuturi, qualiter uir illustris *Ditmarus de Agist* predium suum *Hirtina**) cum omnibus pertinentiis suis manu potestatiua *alterspaçensi* ecclesię tradidit, Quod in perpetuum deinde abdicauit soror ipsius *Sophia* eiusque filius *Adelbertus*, Sed et *Engilbertus de Sconheringin*, qui eandem *Sophiam* postea duxit uxorem, predium suum *Hertgeresdorf* posuit in manum *Wernheri de Grizbach*, ut idem fratribus de *Alderspach* retineret, si filius ipsius, quem de predicta *Sophia* habebat uel quisqvam liberorum eius, quos forte postmodvm ex ea genuisset, ullam predictis fratribus de predio illo moueret calumpniam. Porro tempore succedente quidam *Rehewinus* iniustam cepit habere super ipsius predii partem appellationem, quem post multa dampna tandem ad hoc adduxerunt, quod coram clero et populo patauiensi eam abdicauit et item nichilominus in castro *agist* coram domno *Ottone de Rechberg* predictorum bonorum aduocato in manum uidelicet prenominati *Ottonis* et abbatis *altersbacensis*. Huius rei testes sunt *Heinricus de Scoenberg, Engilbertus de Blankinberg, Wernherus de Grizbach, Hermannus de Bochesrugge, Ditmarus de Geizbach, Peregrinus de Boscha, Guntakar de Stira, Warmundus de Wizbach, Boppo de Grunemburg, Otto filius arnehalmi de stira, Cunradus de Rotile, Gotefridus et fratres eius Grimo et Fridericus et eberhardus filius Grimonis de Bernowe, Reinbertus de eodem loco, Ortwinus de Wartberg, Wezil de eodem loco, Rudolfus, Rambertus de Aist, Hertwicus et frater eius Gebehardus de Scovenberg, Karolus, Johannes de Agist, Marqvardus de Kazilinisdorf, Karolus et Wernhardus de Lozberg, Dimo de Rechberg*. Eadem quoque bona abstipulauit deinde uxor ipsius et filius *Lozberg* coram domno suo *Wernhero de Grizbach*. Huius rei testes sunt *Engilbertus de Sconheringin, Wernherus de Grizbach, Gotefridus de Bernowe, Adlram et frater eius Hermannus et Fridericus de Lozberg, Wernhardus et*

---

*) Am Rande steht: De predio nostro in Cirthnarn.

ebran de Lozberg, Hertwicus de Hartbach, Heinricus seruus abbatis alterspacensis. Preterea iuramento firmauit, quod alterum filium adhuc in cunis positum infra quinque annos produceret, quatinus ipse quoque bona predicta abstipularet. Ceterum filios sororis eius *Hademarum* et *Hermannum* simili modo eadem bona appellantes ab eis amouerunt datis XX talentis, quod coram duce ea abstipulauerunt et delegauerunt in manum *Friderici de Hunesberg* conseruanda *altersbacensi* ecclesię. Huius rei testes sunt *Dux Heinricus de Austria, Comes Sigehardus et frater eius Heinricus de Scalaha, Craf de Ancinesbach, Adelbero de Cunringin et frater eius Otto de Bobatesburg* (sic), *Heinricus frater eorum de Straninesdorf et filius eius Heinricus et Wichardus, Heinricus de Mistilbach, Hugo von dem eggen, Adelbero de Vihhusen et frater eius Vdalricus, Cunradus de Levsdorf, Lutwin de Azelinesdorf, Adelbero de Ruhenegge, Egeno de Bosembach.*

Aus dem Cod. tradit. des Kl. Aldersbach, im k. bairischen Reichsarchive zu München. — Mon. boic. V. 336.

CCXXXV.

Circa 1170. — ***Berthold, Markgraf von Andechs, und dessen Sohn Berthold erneuern dem Kloster Reichersberg das Recht der Zollfreiheit beim Schlosse Neuburg, welches demselben von dem Grafen Ekbert von Formbach verliehen worden war.***

Bertholdus dei gratia marchio et filius eius *Bertholdus* de *Andeshsen Arnoni Richerspergensi* preposito et fratribus eius in perpetuum. Scientes nobis ad salutem perpetuam et presentem proficere, (si) in qualibet re deo seruientium utilitati ac paci prospexerimus, ego et filius meus cenobio *Richerspergensi* in castro nostro *Niwenburch* ob remedium animę nostrę simul et comitis *ekkeberti*, cui in hereditatem successimus, liberum transitum nauibus eorum concedimus et contradimus, sicut ante nos iam dictus *ekkebertus* comes eidem cenobio concesserat, vt uidelicet nichil ab eis penitus exigatur, quociens eis eodem transire contigerit. Et ut hec nostra concessio et traditio firma eis in perpetuum permaneat, hanc cartam inde conscriptam sigilli nostri inpressione signauimus.

Original auf Pergament mit Siegelrest, im Archive zu Reichersberg. — Historische Abhandlungen der k. bair. Akademie der Wissenschaften in München IV. 249. — Mon. boic. IV. 421.

CCXXXVI.

Circa 1170. — ***Altmann, Propst von Ranshofen, beurkundet den Ankauf des Gutes Neukirchen von Seite seiner Propstei.***

Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris, quod ego *Altmannus Prepositus in Ranshoven* et fratres mei emimus LX. marcis predium in *Neunchirichen* ab *Ortwino de Geltolfing* et uxore eius *Ellisa*, quibus agentibus et efficientibus *Otto de Ror* et *Eberhardus de Brunowe* idem predium super altare S. Pancratii Martiris potestativa manu absque omni contradictione delegaverunt. Nam eorum manibus illa delegatio consistebat et ne aliquid confirmationi et cautele deesset, memoratus Ortwinus venditor predii iureiurando iuravit super altare S. Pancratii, ut simpliciter absque malo ingenio sufficeret, quatenus filii sui eidem predio renuntiarent, quandocunque id nobis placeret. Testes sunt *Otto et Eberhardus legatores memorati predii*, *Wichardus de Huite*, *Raffoldus de Planchenpach*, *Albertus de Burcsteten*, *Bruno de Sundirguve*, *Hecel de Beringen*, *Ulricus de Lampach*, *Fridericus de Planchenpach*, *Mazele de Smitlingen*, *Germunt Camerarius*, *Herwort de Huite*, *Dietmarus de Rechwin* etc.

CCXXXVII.

1171. — ***Heinrich, Herzog von Österreich, verspricht, das Kloster Garsten in seinen Besitzungen in der Riedmarch und in Österreich als Vogt zu schirmen.***

In nomine sanctę et indiuiduę trinitatis. *Hainricus dei gratia dux austrię*. Quia more torrentis transeunt tempora et cum temporibus memoria et quum etas memoriam excludens obliuionem mentibus ingerit, ea sollicitudine ducti scriptis mandamus et notum facimus omnibus scire uolentibus tam futuris quam presentibus, qualiter cognatus noster *Otaker marchio de styria* monasterium suum in *gersten* specialiter diligens, uti aui sui et nostrę sororis *Elisabeth* fundationem aduocatiam possessionum fratrum eiusdem monasterij, quas habuerunt infra terminos *rietmarchie* et in *austria* a temporibus pię recordationis fratris nostri *Cônradi* regis et de *agist Dietmarus* nobis contradidit ea conditione, ut neminem inde inbeneficiare possimus sed et solius ęternę remunerationis auiditate defendamus et ab omni inuasione tueamur, uti parentum nostrorum fundationem. Hęc sunt autem

possessiones, quas eo tempore, quando hec facta sunt, libere possederunt diuersis in locis *rietmarchię* scilicet in *haselbach* capellam cum dote sua in *niderwinchel, Franchenberch* duo cortilia et VI. hominvm possessiones, *Uvvicmannesdorf* dimidium mansum, *Spedendorf* dimidium mansum, *Haselbach* cortile et VI. hominvm possessiones, Prediola II° (duo) apud nouum forum, In silua dimidium mansum, *Lozberc* mansum, *Cholzdorf* dimidium mansum, *Cethcisdorf* mansum I. (unum) et dimidium, *Chulm̃* (en vel ar) III* (tria) prediola. *Uvitrach* dimidium mansum, In *eich* dimidium mansum. Has igitur possessiones et omnia, quę possident in austria, auctoritate nostra sanctimus ab omni inuasione perpetuo stabilitatis iure inconuulsas permanere. Et ut hec nostrę concessionis auctoritas per futura tempora a cunctis fidelibus uerius credatur et diligentius obseruetur, manu nostra subter eam firmauimus et nostro sigillo assignari iussimus, Anno ab incarnatione domini Millesimo C.° LXX° I.° Indictione IIII. Amen.

Original auf Pergament, dessen Siegel verloren gegangen, im Archive zu Garsten. — Ludwig, Rel. Mscpt. IV. 201. — Fröhlich, Diplom. Garstense 45. — Kurz, Beiträge, II. 510.

CCXXXVIII.

1173. 26. August. Passau. — *Diepolt, Bischof von Passau, incorporirt dem Kloster Kremsmünster die Pfarre Kirchberg bei Gelegenheit der Benediction des Abbtes Ulrich III.*

IN nomine Sanctæ et individuæ Trinitatis. *Diepoldus Dei gratia Pataviensis Ecclesiæ Episcopus* omnibus Christi fidelibus perpetuam in Domino salutem. Quoniam divinis et Apostolicis incitamur documentis Ecclesias Christi et congregationes pauperum ejus fovere, propagare et quantum possumus, rebus et Religione ampliare, studuimus ex consilio Prælatorum nostrorum tam Abbatum quam Præpositorum præcipue chori et multorum spiritalium virorum, qui Dei nutu præsentes aderant, *Abbatiam in Chremsmunstore*, quæ ante tempora nostra valde desolata et destituta fuerat, et temporalium rerum subsidio et Monastici ordinis institutione reformare et per religiosam personam Domini *Udalrici Venerabilis Abbatis* et dilecti nostri in pristinum statum per Dei misericordiam temptavimus restaurare. Præfato namque Abbati canonice electo manus consecrationis imponentes et res Ecclesiæ nimis distractas ab antecessoribus suis vigilantiæ et sollicitudini ejus committentes hoc quoque precibus ejus, quibus illa

die nihil negare potuimus, benigne concessimus, ut Ecclesiam suam *Chirichperch* totaliter juri et dispositioni ejus contraderemus ita videlicet, ut eadem Ecclesia per ipsum et successores ejus in omnibus divinis instituatur nec de cætero opus habeat, ut de altaris investitura vel coram nobis vel successoribus nostris ulla de cætero requisitio habeatur. Ne autem hæc traditio nostra ab aliquo successorum nostrorum infringatur aut cassari ullatenus attemptetur, præsentis paginæ privilegium sigillo nostro roboravimus et districto anathematis vinculo omnes prævaricatores et contemptores hujus traditionis nostræ innodamus, dilectores vero et conservatores hujus actionis omnipotentis Dei gratiæ et divinæ protectioni committimus. Testes hujus actionis sunt hi: *Fridericus Decanus*, *Jacobus Archidiaconus*, *Heinricus Scholasticus et Archidiaconus*, *Heinricus Præpositus et Archidiaconus*, *Weinhardus*, *Reinpoto*, *Dietmarus*, *Albertus custos*, *Albertus Archidiaconus*, *Chunradus Abbas de Sitanstetten*, *Ulricus Abbas de Chremsmunster*, *Heimo Præpositus S. Nicolai*, *Otto Archidiaconus*, *Ulricus Præpositus de Ardaker*, *Willehalmus de Techendorf*, *Purchardus de Chambe*, *Rugerus de Ahaim*, *Megengoz*, *Fridericus Plebanus*, *Wernherus*, *Selpkerus*, *Deginhardus Capellani*, *Gebhardus de Jugelbach*, *Engelbertus de Blanchenberch*, *Chunradus de Puchaim*, *Hadmarus de Ahausen*, *Engelbertus de Struben*, *Walchunus de Slehedorf*, *Chunradus de Winzer* et alij quam plures. Acta sunt hæc anno dominicæ Incarnationis MCLXXIII. Indictione VI. data *Pataviæ* VII. Calend. Septemb. Regnante Domino nostro JESU Christo.

Original mit Siegel, im Archive zu Kremsmünster. — Rettenpacher, Annales 162. — Urkundenbuch von Kremsmünster, pag. 44, Nro. 35. — Conf. Pachmair, pag. 89. — Strasser, pag. 300.

CCXXXIX.

1174. 17. September. Hering. — *Heinrich, Herzog von Baiern und Sachsen, bestätigt dem Kloster Kremsmünster die Schenkungen seiner Vorfahren.*

IN nomine Sanctæ et individuæ Trinitatis, Patris et Filij et Spiritus Sancti. *Heinricus Dei gratia Dux Wawariæ et Saxoniæ*. Exemplaris nobis forma ab antecessoribus generis nostri relinquitur, ut devoti Domino Deo simus et Ecclesijs Dei, ubi possumus, prompto semper assistamus auxilio. Ea propter decens est, quatenus sequaci pede diligenter eorum innitamur vestigio doctrinali observantia et

quicquid illi statuerunt, a quibus originem sanguinis traximus, in conferendo aliqua bona sua rationabiliter alicui Ecclesiæ pro remedio animarum suarum, ut illud ratum habeamus. Notum igitur esse volumus modernis et post futuris, quomodo bona illius Ecclesiæ, quæ dicitur in vulgari sermone *Chremesmunstur*, contermina sunt bonis antecessorum nostrorum sita a flumine, qui dicitur *Horenbach*, seorsum usque in *Chremisam*, Et illa sæpedicti antecessores nostri libera donatione prænominatæ Ecclesiæ contulerunt et nolumus statuta illorum trahere in irritum sed potius privilegij nostri auctoritate coadfirmare. Bona inquam illa, sicut jam dictum est, sita a flumine Horenpach seorsum usque in Cremisam, quæ fuerunt antecessorum nostrorum videlicet parentum nostrorum, hujus privilegij nostri titulo stabilita facimus Ecclesiæ jam totiens nominatæ, ut, sicut ipsi parentes nostri scilicet in liberam possessionem illi dederunt Ecclesiæ, ita et nos jus possidendi perpetuo tradimus tempore. Similiter de manso illo, quod vulgo dicitur *Hoba in Halle*, quem avus noster *Dux Welfo* beatæ memoriæ eidem Ecclesiæ scilicet Chremesmunstur dedit, ratum permanere volumus et inconfulsum. Quemdam alium etiam mansum habet eadem Ecclesia jam antea pluries nominata in monte vicino, qui fuit restauratus alterius mansi concambio, quem pius pater noster *Dux Henricus* Ecclesiæ illi dederat, et volumus etiam, ut ille mansus, quem habet Ecclesia per concambium loco illius mansi, quem pius pater noster Ecclesiæ contulerat, immutabiliter permaneat. Vt autem hæc stabili durent permanentia et ne aliquis posterorum hæc bona Ecclesiæ possit avellere, jussimus sigillum nostrum paginæ huic assigillari loco perpetui testimonij. Et ecce nomina personarum, quæ præsentes erant, ubi hæc fecimus: *Dominus Tietbaldus Pataviensis Episcopus, Abbas Sifridus de Alderspach, Abbas Fridericus de Aspach Et Capellani nostri Dominus David sacerdos et Gerhardus Notarius et Dominus Chunradus Suevus, Marchio Bertholdus de Istria, Junior Burgravius Heinricus, Comes Rapoto de Ortenberch, Sifridus Comes de Bilstein et frater suus Comes Chunradus, Comes Liupoldus de Pleij et frater suus Comes Heinricus, Heinricus de Stouph, Jordanus dapifer et frater suus Jusarius, Otto de Ror, Warmundus de Lewenstain, Gundakerus de Styria, Fridericus de Brunnowe, Poppo et fratres sui Otto et Engelschalcus de Urach, Albertus Officialis de Purcstat, Ugo de Lonstorph* et alij quam plures. Acta sunt hæc anno Dominicæ incarnationis MCLXXIV.

Indictione VII. data *in curia Hering* XV. Kal. Octob. per manum *Gerhardi notarij.*

Original mit Siegel, im Archive zu Kremsmünster. — Rettenpacher Annales, pag. 163. — Urkundenbuch von Kremsmünster, pag. 46, Nro. 36.

CCXL.

1174. 20. September. — *Heinrich, Herzog von Baiern und Sachsen, bestätigt dem Kloster Ranshofen die Schenkung der Güter Legmos und Rotenbach von Seite einiger seiner Ministerialen.*

In nomine sancte et individue Trinitatis. *Heinricus Dei Gratia Bawarie et Saxonie Dux.* Quoniam, sicut humane reposuit fidei ratio, regum ac ducum, parentum atque predecessorum nostrorum debitam memoriam agimus, bona eorum exempla debemus in opere imitari, quoniam in mente recolimus, ut nobis eadem a Deo eternorum videlicet pro temporalibus maneat repromissio, quoniam eadem ad bene agendum et ad loca Sancta ditandum provocat intentio. Consequens enim est, ut ipse precipue in servis suis a nobis honoretur, per quem nobis honor et virtus pro ceteris mortalibus amplior exhibetur. Universitati igitur Christianitatis presenti pagina notificamus, quod loco *Ranshoven*, quem ad regnum pertinentem nostrorumque parentum donationibus institutum nos quoque sublimare cupimus, predicto inquam loco predia nostrorum ministerialium *Legmos et Rotenpach* nominata ipsis potestativa manu tradentibus et nos confirmamus nostroque Sigillo communiri mandavimus. Acta sunt hec anno ab Incarnatione Domini MCLXXIV. Indict. VII. XII. Kal. Octobris. Et huius rei testes sunt infra denotati: *Ipse Dominus Dux Bawarie et Saxonie Heinricus, Comes Sigefridus de Peilstein, Comites Sigehardus, Heinricus de Schalach, Heinricus de Stauph, Babo de Eringen, Wernhardus de Horbach* Liberi, *Warmundus de Nusbach, Albertus de Hutta, Fridericus et Chunradus de Praunawe, Adelhardus de Hutta, Albertus de Sattelbogen, Heinricus de Berbichingen* ministeriales regni. Regnante invictissimo *Imperatore Friderico.*

Mon. boic. III. 324.

CCXLI.

1174. Aspach. — ***Hermann, Bischof von Bamberg, schenkt dem Kloster Aspach ein Neugereute bei dem Dorfe Eichberg in der Nähe des Waldes Hönhart.***

In nomine sancte et individue Trinitatis. *Hermannus Babenbergensis Episcopus.* Si de temporalibus nostris eis, qui pauperes spiritu, consolationem impendimus, Regni Celestis, quod ipsorum est, beatitudinem eorum interventu nos adepturos speramus in Domino. Unde petitioni dilecti fratris nostri *Friderici* venerabilis *Abbatis de Aspach* libenter acquiescentes novale quoddam, quod ville sue *Eichperch* secus nemus nostrum *Hochenhart* adiacet, tres videlicet mansos, quos Uto, Adelger, Regenhart, Wernhart possident, ei et Ecclesie sue Aspach manu potestativa tradidimus, ut fratres ibidem Deo famulantes et homines eorum incommoditate, quam hactenus habuerunt, careant et nostri memoriam sive in vita sive in morte in orationibus semper habeant. quod ut omni tempore ratum et inconvulsum permaneat, presentem Kartam inde conscribi et sigillo nostro insigniri precepimus. Testes huius rei sunt *Gotepoldus Capellanus*, *Rapoto Comes de Ortenberch*, *Oudalricus de Haselpach*, *Berenger de Gunzendorf*, *Otto Pincerna*, *Eppo de Winzere*, *Gotzwinus et Gotebolt de Osterhoven*, *Chunrad de Schambach*, *Wernhart de Pilnaw*, *Wernhart Vilicus de Eringen* et alii quam plures. Actum *Aspach* anno Dominice Incarnationis M. C. LXXIIII. Indictione VII. regnante Domino *Friderico Romanorum Imperatore* invictissimo, anno Regni eius XXII. Imperii vero XVIII,

Mon. boic. V. 162.

CCXLII.

1176. — ***Reginhart, Bischof von Wirzburg, übergibt an das Kloster Lambach zwei Hörige Chunrats von Rehberg mit ihren Nachkommen zu einem jährlichen Zinse von 5 Pfennigen.***

C. In nomine sancte et indiuiduę trinitatis. *Reginhardus* Dei gratia *wirceburgensis* ęcclesię minister. Notum esse uolumus omnibus tam presentibus quam postfuturis, quod quidam ministerialis nostre ęcclesię *Cŏnradvs* nomine de *Rehberg* quosdam homines Fromundam scilicet et svanehildam filiam illius cum omni . . . . posteritatis prole, quos a nostra ęcclesia iure beneficii possidebat, nobis resignabat. Nos

ergo rogatu ipsius et ..... predictorum eos nostra auctoritate ad reliquias sanctę Marię *lambah* contradidimus et per manum prenominati .... delegari fecimus ad censum V. denariorum annuatim persoluendum. Quod factum presentis scripti pagina confirmauimus eique auctoritatem inpressione sigilli nostri dedimus. Si quis igitur id in posterum ulla sue temeritatis .... dolo infringere uel infirmare attemptauerit Anathema sit MARANATHA Testes .... *Albertvs custos, Bertolfus prepositus de tuteleibe, Heinricus prepositus de schalchehusen .... de sancto iohanne, Johannes scolasticus, Gotefridus cantor, Cůnradus cellerarius Cůnradus* po .... *Cůnradus prepositus noster.* Laici *Rupertus de durne, Craphto de tatensheim, Boto, Heroldus camera .... Billungus sculteti, Heinricus de but .....werhardus dapifer ....* pincerna.

Anno dominice incarnationis M° C° LXXVI°, Indictione VIIIIª, Regnante gloriosissimo Romanorum imperatore *FRIDERICO, Boppone vrbano comite* existente.

Original mit Siegel, im Archive zu Lambach. (Sehr schadhaft.)

CCXLIII.

Circa 1177. — *Leopold, Herzog von Oesterreich, und Conrad, Graf von Rages, entsagen der Vogtei über die Orte Münchreut und Gersten und übergeben solche dem Kloster Garsten eigenthümlich.*

Nouerit omnis secutura posteritas, quod ego *Liupoldus dei gratia Dux Austrię* uocatvs et cognatus meus *comes Cůnradus de Rakyz* aduocatiam super duas uillas in *Rakiz* ad monasterium *Garstense* pertinentes, quarum unam, que uocatur *muncherůde* pater eius illuc tradidit, alteram, que dicitur ad *Garstenses,* ipse dedit, super has inquam aduocatiam et totum jus aduocatię bono animo ac prompta uoluntate dimittentes eidem ęcclesię pro salute nostra et parentum nostrorum contradimus proprietarie deinceps possidenda. Ergo ex hoc et de reliquo nullus in predictis locis jus aduocatię usurpare sibi presumat sed in abbatis consistat arbitrio, cui uelit honestorum uirorum ita bona sua commendare tuenda, ut si unus modum excesserit, illi auferat conmendationem et alteri committat. Sed et ipsi abbati omnem abscidimvs infeudandi siue inbeneficiandi potestatem, alioquin ipsi honorem nostrum habere quam extraneę dominacioni subicere mallemvs.

Original auf Pergament, dessen Siegel verloren gegangen, im Archive zu Garsten. — Ludewig, Reliq. IV. 200. — Kurz, Beiträge, II. 512. — Stillfried, Burggrafen v. Nürnberg, I. Hft. pag. 36, Nro. 3.

CCXLIV.

1177—1182. — ***Gütlicher Vergleich zwischen dem Abbte Ulrich und den Schaunbergern über Güter zu Leombach*** [1]).

Sciat omnis fidelium multitudo, quod quidam *Heldolfus* monachus et camerarius in *Chremsmunster* ultra XI. mansos secus *Livbenbach* [2]) officii sui tempore monasterio conquisiuit partim largicione cuiusdam nobilis matrone *Benedicte* partim ab hominibus propriis eiusdem matrone, qui eos libera possederant proprietate. Defuncta uero predicta matrona filii eius *Heinricus* et *Gebhardus de Schowenberch* occasione horum, que a matre et suis monasterio prouenerant eciam ea, que camerarium emisse commemorauimus dicioni sue uendicauerunt, quamuis tamen ipsam monasterii fratres ultra XXX. annos quieta possessione tenuerint. Abbas itque *Adalramus II* racionabiliter et satis reclamans nihil profecit, donec tandem alteri fratrum *Heinrico* scilicet dedit XXX. talenta eo quod ipse a prescripta quieuit iniuria et pro fratre spopondit, quod idipsum facturus esset; sed hec sponsio effectu caruit. Postmodo abbas *Vdalricus III.* hec et illa proponens domino *Gebhardo* demum dedit XX. talenta et parefridum unum et sic ipse cum uxore et prole eorumdem bonorum iurisdicionem totaliter abdicauit. Verum quia extrema renunciacio coram domino *Diepoldo* Patauiensi episcopo et duce Austrie *Luipoldo* facta est, ipsi paginam presentem suis muniuere sigillis et geste rei hos testes adhibuerunt: *Diepoldus episcopus, Livpoldus dux, Engelbertus de Blanchenberch, Wernher de Griezbach, Pernhart de Trvna, Walther de Rvdlaiching, Herman de Hvnzenbach, Ekkrich de Hugenberch, Vlrich de Michelenpach, Otto de Nordernbach, Engilberht de Stvben, Egin de Posenbach, Willehalm de Gailesbach, Rvdolf de Vinchenhaim, Chvnrat Růgehalm, Herrant Wormel, Rvdpreht Stal, Pernhart de Abbatia, Alram* preco, *Heinrich Stal, Rvpreht* camerarius, *Hertwich de Pvtenbach, Chunrat Zant, Dietmar et Prvn de Lengenowe, Dietmar de Goldarn.* — circa annum domini M. C. LXX. V. [3])

Urkundenbuch v. Kremsmünster, pag. 47, Nro. 37.

---

[1]) Vergl. Pachmayr, pag. 90 u. 878. Strasser, S. 302.

[2]) Randnote: „Notandum, hec predia fundator noster dederat."

[3]) Unrichtig, weil Leopold erst im Januar 1177 Herzog wurde.

CCXLV.

1178. 24. April. Gleink. — *Otto II., Bischof von Bamberg, genehmigt Arnhalms von Volkenstorf Vermächtniss jener Besitzungen in Chrebsbach an das Kloster Gleink, die er und seine Voreltern vom Bisthume Bamberg zu Lehen hatten.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis patris et filii et spiritus sancti amen. *Otto* secundus diuina fauente clementia *Babenbergensis* Episcopus Omnibus Christi fidelibus salutem inperpetuum. Quia speramus in domino, quod bona, que temporaliter seminamus, infuturum eternaliter metamus, ipsa spes nos incitat uehementer, quod omnivm Ecclesiarum utilitatibus et conmoditatibus intendamus, earum tamen precipue Ecclesiarum, quibus ratione specialis familiaritatis tenemur maiori diligentia prouidere. Vnde notum facimus vniuersis christi fidelibus tam futuris quam presentibus, quod *Arnhalmus ivnior de Wolkenstorf* pro remedio anime sue et karissime filie sue *Jvtte* vxore videlicet *Eberhardi nobilis de Altenhouen* apud Monasterium *Glvnich* sepulte possessiones in *Chrebzbach* circa *Hacimperge* sitas, in quibus octo viri habuerunt residentiam, Tria scilicet in *Chrebzsbach*, Duo in *durrenperge*, vnum in *Zaun*, Duo in *Tal*, Quas dictus *Arnhalmus* cum suis progenitoribus longeua quiete possederat ab Ecclesia *babenbergensi*, ivre pheodali ad manus nostras sub tali condicione resignauit, vt ipsas *Glunicensi* Monasterio legitima donatione et confirmatione traderemus, quod bona et fauorabili uoluntate fecimus. Nam cum ad idem Monasterium *Glunick* In festo Sancti Georgij Martyris uenissemus et ibi a Venerabili et Dilecto nobis Domino *Marquardo* Abbate et fratribus eiusdem Monasterii deuote suscepti et humane tractati fuissemus, dictas possessiones in *Chrebzsbach* circa *Hacimperge* sitas ad altare Beati Andree Apostoli tradidimus presente sepedicto *Arnhalmo de Volkenstorf* Fratribusque in eodem Monasterio domino seruientibus libere et quiete deinceps perpetuo possidendas.

Preterea quecunque dona, quascunque possessiones, Decimas, predia, Jura, Libertates, Promotiones a reuerendo patre predecessore nostro Sancto *Ottone* et aliis antecessoribus nostris ex antiquo datas Monasterio *Glunicensi*, De quibus tamen aliquas In hofmarchya nostra *Hag* sitas nominatim duximus exprimendas, Scilicet in *Chepeldorf* Tria predia, in *Richinsdorf* Sex, in *Windischdorf* Quinque, in

Werchkadem et an dem *Graben* Duo, in *Tehendorf* et in *Straze* Duo, in *Reut* Tria, in *Silbermůl* vnum, an dem *Maeierhof* Duo, in *Chirchwege* et in *Zvgessode* Duo, Duas curias, vnam in *Zucha*, alteram in *Hůslůten* prope dictum Monasterium *Glunich* et Quatuordecim domorum Decimationes auctoritate nostra libera et potestatiua manv de consilio Canonicorum ac Ministerialium Ecclesie nostre Monasterio *Glunicensi* confirmamus. In testimonium etiam et robur quorumlibet predictorum appendimus sigillum nostrum huic scripto. Omnem hominem, qui illud infringere aut violare temptauerit, Auctoritate omnipotentis dei Eterne maledictioni subicimus et perpetuo anathemate innodamus, si semel aut bis conmonitus emendare noluerit. Testibus quoque, quj huic traditioni et confirmationi intererant, subnotatis: *Haeinricus maior prepositus, Purchardus Decanus, Tyemo prepositus Sancti Stephani, Vlricus Archydyaconus, Eberhardus Cantor Canonici Ecclesie babenbergensis; Chvnradus Abbas Gerstensis, Dilectus consanguineus noster Berhtoldus Dux Meranie, Eberhardus de Wolfsperch, Vlricus de Wichsenvelt, Adelrammus de Kambe, Arnoldus de Kamere, Haertwicus, Waltherus, Adelramus fratres de Traeisme, Adelrammus de ůrla, Arnhalmus de Wolkensdorf, Haertwicus Behaeim, Gvndacher et filius eius Gvndacher, Engelsalch, Sigehart, Laentfrit fratres de Egelbach, Otto, Walchůn fratres de Machlande, Walchůn, Chvnrad fratres de Svnelbvrch, Wernhardus de Stadel, Otto de haselbach, Haeinricus Pincerna, Hermannus Dapifer, Gotewoldus, Gozwinus officiales nostri, Pilgrimus de Wisenbach, Erchenpoldus et filius eius Erchenpoldus de Hagewalde, Gotfridus, Starchandus, Rvdigerus, Otto, Haeinricus, Hvgo de Hag* cum multa nostra familia et aliis quam pluribus. Acta sunt hec apud Monasterium *Glunich* octauo Kalendas Mai, Pontificatus nostri Anno secundo, Anno Dominice InCarnationis Millesimo Centesimo Septuagesimo Octauo, Regnante domino nostro iesu christo in eternum feliciter Amen.


Original mit Siegel, im Archive zu Gleink. — Kurz, Beiträge III. 316. — Hormayr, Werke III. 423.

CCXLVI.

1179. 10. Februar. — *Conrad, Erzbischof von Salzburg, bestätigt dem Kloster Reichersberg die Gnadenbriefe seiner Vorfahren und bestimmt, dass die Zehente zu Püten und Bramberg, mit Ausnahme der kanonischen Portion für die Pfarren dieser Orte, dem Kloster gehören.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis *chunradus* dei gratia *salzburgensis* ęcclesię archiepiscopus apostolicę sedis legatus. Cum uniuersis deo famulantibus in suis peticionibus benignum prebere debeamus assensum, his profecto, qui temporalibus rebus abrenuntiantes apostolicę conuersationis normam assumpserunt, ampliori beniuolentię affectu nos fouere conuenit et honorare. Hinc est, quod ad imitationem uenerandę memorię predecessorum nostrorum *chunradi* senioris et domini *Eberhardi* archiepiscoporum pauperibus christi relligiosis scilicet uiris *richerspergensis* ecclesie fratribus in suis postulationibus sancte conuersationi debitum prestantes assensum ea, que ex liberalitate predictorum decessorum nostrorum eis collata sunt, nos quoque auctoritate, qua fungimur, ipsis concedimus, quo oportunius rachelis frui ualeant officio. Inter ea uero, que a predecessoribus nostris eis collata sunt, hec specialibus uocabulis exprimenda duximus: In parrochia *putina* omnes decimas excepta canonica portione plebani, quam eidem plebano indiminutam uolumus in perpetuum permanere, exceptis decimis uinearum in eadem parrochia positarum. Totam quoque decimam parrochie *pramberc* tam de uineis quam de agris uel de aliis rebus iure nobis persoluendam excepta canonica portione sacerdotum illic perpetuo constituendorum. Et quia eadem parrochia de adiacenti silua *putinensi* prestante domino ampliari (potest) a loco, qui dicitur *putinõe* usque ad terminos ungarorum et usque ad montem *hartperc* in predio *comitis ekeberti* crescentibus ibidem noualibus hoc statuimus et stabiliter in posterum conseruari uolumus, ut omnia noualia, que in prefata silua intra terminos presignatos exquisita uel exquirenda parrochie *pramberc* continuabuntur uel in parrochias nouas formabuntur, in eadem constitutione permaneant ita uidelicet, ut exceptis debitis portionibus sacerdotis plebani decime omnes uinearum, frugum et animalium persoluantur ad predictam ecclesiam cum integra iusticia nostro iuri debita et ad nostram dispensationem pertinente secundum scita canonum, quibus monemur curam habere pauperum. Vt autem hec nostre dispensationis pia constitutio nulla

impietatis machinatione uioletur, sed in perpetuum firmiter conseruetur, sigillo nostro hanc paginam conmunitam roboramus. Si quis igitur contra eam agens temere tercio conmonitus non resipuerit, ira dei maneat super ipsum in interitum carnis, ut spiritus saluus fiat per penitentiam, sine qua si defunctus fuerit, de perpetrata iniquitate se reum cognoscat in tremendo examine iudicis cuncta cernentis.



(deus adjuva me).

Ego *Chûnradus* sancte *salzburgensis* ecclesię humilis Minister, *sabinensis* episcopus et apostolicę sedis legatus S. S. Ego *Henricus salzburgensis* monasterii *sancti petri* abbas S. S. Ego *Johannes Garzensis* prepositus S. S. Ego *Meingotus* prepositus *pounburgensis* S. S. Ego *Fridericus* decanus maioris ecclesie *salzburgensis* S. S. Ego *Rudolfus chiemensis* prepositus S. S. Ego *Wernherus secowensis* prepositus S. S. ego *menhardus* S. S. Ego *Adlbertus* custos et canonicus *salzburgensis* S. S. Ego *Heinricus* presbiter et canonicus *salzburgensis* S. S. Ego *perhtoldus* diaconus et canonicus *salzburgensis* S. S. Ego *Ludewicus* presbiter et canonicus *salzburgensis* S. S. Acta sunt hec multis coram astantibus nobilibus, laicis et ministerialibus, quorum nomina ex parte subnotauimus: *Otto iunior palatinus et frater eius Fridericus, Chunradus comes de pilstein, Walchunus de stein, Wilhelmus de wageneberge, Starchandus de merre, Liupoldus de walde.* Ego *Rudegerus* prothonotarius curie salzburgensis Anno ab incarnatione domini M. C. LXXVIIII. iiii Idus Februarij ex mandato domini *Chunradi* archiepiscopi *salzpurgensis* apostolice sedis legati hanc paginam conscripsi.

Original mit Siegelrest, im Archive zu Reichersberg. — Mon. boic. III. 477.

CCXLVII.

1179. 29. März. Lateran. — *Papst Alexander III. nimmt das Kloster Formbach in den besonderen Schutz des apostolischen Stuhles.*

Alexander episcopus seruus seruorum dei dilectis filiis *Henrico abbati formbacensis monasterii* eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem uitam professis in perpetuum. Officii nostri nos hortatur auctoritas pro ecclesiarum statu satagere et earum quieti

et utilitati auxiliante domino in posterum prouidere. Dignum namque est et honestati conueniens esse dinoscitur, ut, qui ad ecclesiarum regimen assumpti sumus, eas a prauorum hominum nequitia tueamur et apostolice sedis ac beati Petri patrocinio muniamus. Ea propter dilecti in domino filii uestris iustis postulationibus clementer annuimus et prefatum *formbacense* monasterium a bone memorie Comitibus *Ekkeberto* et *Vodalrico* cognato suo pia liberatione fundatum et ecclesie Romane oblatum, quod ad ius et proprietatem beati Petri nullo mediante pertinere dinoscitur, ad exemplar felicis recordationis predecessoris nostri *Innocentii* pape sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti priuilegio conmunimus Statuentes, ut quascunque possessiones, quecunque bona idem monasterium impresentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum uel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis prestante domino poterit adipisci, firma uobis uestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda uocabulis: Locum ipsum, in quo prefatum monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis suis, Ecclesiam in *Glocnich* cum decimis et possessionibus iureque parrochiali, Ecclesiam in *Winchil*, Ecclesiam in *Munichiwalt* cum possessionibus iureque parrochiali, Parochiam et forum in *Niuenchirchen* cum decimis et moneta et omni utilitate, que inde poterit prouenire, Ecclesiam in *Butine* cum decimis, Ecclesiam *Engelbretsdorf* cum decimis iureque parrochiali, Ecclesiam sancti Martini in *formbach* cum decimis et possessionibus iureque parrochiali, Ecclesiam in *Eholuingin* cum decimis et possessionibus, Ecclesiam *Antesin* cum decimis iureque parrochiali Et predia *grauendorf, Wienuurt, Rorebach, Kadelingen.* Quicquid etiam iuris eadem ecclesia ex deuotione predictorum comitum *Ekkeberti* et *Vdalrici* necnon *Hermanni* fratris eius habere debet, specialiter ligna, pastum, Edificia et quecunque adiacentis forestie utensilia uobis nichilominus confirmamus. Crisma uero, Oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes clericorum, qui ad sacros ordines fuerin promouendi, a *Patauiensi* suscipiatis episcopo, si quidem catholicus fuerit et gratiam atque communionem apostolice sedis habuerit et ea uobis sine prauitate et exactione aliqua exhibere uoluerit; alioquin liceat uobis catholicum adire antistitem, qui nostra fultus auctoritate quod postulatur, indulgeat. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum deuotioni et extreme uoluntati, qui se illic

sepeliri deliberauerint, nisi forte excommunicati uel interdicti sint, nullus obsistat, Salua tamen iustitia illarum ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Obeunte te nunc eiusdem loci abbate uel tuorum quolibet successorum nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu uiolentia preponatur, nisi quem fratres communi consensu uel fratrum pars consilii sanioris secundum dei timorem et beati Benedicti regulam prouiderint eligendum. Electus autem non aliter nisi baculo de altari accepto inuestiatur. Simili quoque modo aduocatus de genere predictorum comitum magis idoneus communi fratrum arbitrio et electione constituatur, qui etiam, si inutilis apparuerit, eundem amouendi et loco eius alium eligendi liberam habeatis facultatem. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum fas sit prefatum monasterium temere perturbare aut eius possessiones auferre uel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet uexationibus fatigare sed omnia integra conseruentur eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura Salua sedis apostolice auctoritate et in prescriptis ecclesiis diocesanorum episcoporum canonica iustitia. Ad indicium autem huius a Romana ecclesia percepte libertatis nobis nostrisque successoribus bizantium unum annis singulis nomine census persoluctis. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisue persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere uenire temptauerit, secundo tertioue conmonita, nisi reatum suum digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini redemptoris nostri iesu aliena fiat atque in extremo examine diuine ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus sit pax domini nostri iesu christi, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inueniant. Amen, Amen, Amen.

(Zwei in einander liegende Kreise mit der Umschrift: Vias tuas domine demonstra michi.) (Monogramma.)

Bene valete.

Ego *Alexander* catholice ecclesie episcopus SS.

† Ego *Johannes* presb. Card. Sanctorum Johannis et Pauli tt. Pomachii ss.

† Ego *Johannes* presb. Card. tt. S. Anastasie ss.

† Ego *Theodinus* presb. Card. sancti Vitalis tt. vestine ss.

† Ego *Petrus* presb. Card. tt. sancte susanne ss.

† Ego *Viuianus* presb. Card. tt. sancti Stephani in Celio monte ss.
† Ego *Jacinthus* diac. Card. sancte Marie in cosmydin ss.
† Ego *Gratianus* diac. Card. sanctorum Cosme et Damiani ss.
† Ego *Rainerus* diac. Card. sancti Adriani ss.
† Ego *Matheus* sancte Marie noue Cardinalis ss.

Data Laterani per manum *Alberti* sacre Romane ecclesie presbiteri Cardinalis et Cancellarii IV. Kal. Aprilis, Indictione XII. incarnationis dominice anno MCLXXIX. Pontificatus vero domni *Alexandri* pape III. anno XX.

Original mit Bulle, im k. bair. Reichsarchive zu München. — Mon. boic. Tom. IV. 136. — Pez, Cod. dipl. epist. I. 404.


CCXLVIII.

1179. 5. April. Lateran. — ***Papst Alexander III. nimmt das Kloster Garsten in den besonderen Schutz des apostolischen Stuhles und bestätigt demselben alle Privilegien und Besitzungen.***

Alexander episcopus seruus seruorum dei dilectis filiis *Cunrado* abbati *Garsten* monasterii eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem uitam professis In perpetuum. Desiderium, quod ad religionis propositum et animarum salutem noscitur pertinere, animo nos decet libenti concedere et petentium desideriis congruum impertirj suffragium. Ea propter dilecti in domino filij uestris iustis postulationibus clementer annuimus et prefatum monasterium, in quo diuino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti priuilegio communimus Statuentes, ut, quascumque possessiones, quecumque bona idem monasterium in presentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum uel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis prestante domino poterit adipisci, firma uobis uestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda uocabulis, Predium uidelicet ad *beheimberch* tradidit *Marchio Otacher de stira* in manus *Altmanni episcopi Pataniensis* et aream, ubi constituta est ecclesia, pro parrochia *Garsten*, in qua monasterium fundatum est, et pro omnibus, que sunt in hoc termino siue appenditiis scilicet omnia, que interiacent inter *Rubinich* inferius vrbem Manantem et *Rubinich* superiorem et infra fluuium *anaesum* et fluuium *Stiram* usque in *Rotenbach* et ultra *Stiram* dotem illam et Molendinum cum iure suo et Curtim illam, ubi *Rubinich* labitur in

Anesum cum decimatione et toto iure sacerdotali cum libera inuestitura, Parrochiam *Auelenz* cum omni decima et dote sua, cuius termini sunt a fluuio *Rubinich* usque ad cursum *frůdenize* alterius fluminis et usque ad principium *Auelenz* usque ad portam cum omni parrochiale iure. Siluam a *Chunrado nobilj uiro de Ratkoz* traditam monasterio. In hac autem Silua territorium constitutum est, quod triginta mansionibus et uillicatione una consistit. Ea uero, que ab eis episcopis uel ab aliis uobis rationabiliter sunt indulta, sicut hactenus obseruata, ita et amodo precipimus inuiolabiliter obseruarj. Sepulturam quoque loci illius liberam esse concedimus, ut eorum deuotioni et extreme uoluntatj, qui se illic sepeliri deliberauerint, nisi forte exconmunicati sint uel interdicti, nullus obsistat salua tamen iustitia parrochialium ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Crisma uero, oleum sanctum, consecrationes altarium siue basilicarum, ordinationes etiam monachorum, qui ad sacros ordines promouendi sunt, a diocesano suscipietis episcopo, siquidem catholicus fuerit et gratiam atque communionem apostolice sedis habuerit eaque gratis et sine prauitate uoluerit exhibere. Cum autem generale interdictum terre fuerit, liceat uobis clausis ianuis exclusis excommunicatis et interdictis, non pulsatis campanis, suppressa uoce diuina officia celebrare. Liceat quoque uobis clericos uel laicos e seculo fugientes liberos et absolutos ad conuersionem recipere et eos sine contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper, ut nulli fratrum uestrorum post factam in eodem loco professionem aliqua leuitate sine Abbatis sui licentia fas sit de claustro discedere. Discedentem uero absque communium litterarum cautione audeat retinere, nisi obtentu artioris (sic) religionis. Sane noualium uestrorum, que propriis manibus uel sumptibus colitis siue de nutrimentis animalium uestrorum nullus a uobis decimas presumat exigere. Obeunte uero te nunc eiusdem loci Abbate uel tuorum quolibet successorum nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu uiolentia preponatur, nisi quem fratres communi consensu uel fratrum pars sanioris consilij secundum dei timorem et beati Benedicti regulam preuiderint eligendum. Decernimus ergo, ut nullj omnino hominum liceat prefatum monasterium temere perturbare aut eius possessiones auferre uel ablatas retinere, minuere aut aliquibus uexationibus fatigare, sed omnia integra conseruentur eorum, pro quorum gubernatione ac sustentacione concessa sunt, usibus omnimodis profutura salua sedis apostolice auctoritate et diocesani episcopi canonica iustitia. Siqua

igitur jn futurum ecclesiastica secularisue persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere uenire temptauerit, secundo tercioue commonita, si non satisfactione congrua emendauerit, potestatis honorisque suj dignitate careat reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore et sanguine dei et dominj redemptoris nostri iesu christi aliena fiat atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iura seruantibus sit pax domini nostri iesu christi, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inueniant Amen, Amen, Amen.



(Monogramma.)

Ego *Alexander* catholice ecclesie episcopus S. S.

Ego *Hubaldus Hostiensis* Episcopus ss.

† Ego *Johannes* Presbyter Cardinalis Sanctorum Johannis et Pauli tituli Pomachij SS.

† Ego *Johannes* presbyter Cardinalis tituli Sancti Marci SS.

† Ego *Petrus* presbyter cardinalis tituli sancte susanne S. S.

† Ego *Cinthyus* presbyter cardinalis tituli Sancte ecclesie SS.

† Ego *Jacinthus* diaconus cardinalis sancte Marie in cosmidyn (?) ss.

† Ego *Ardicio* sancti theodori diaconus card. S. S.

† Ego *Rainerius* diaconus cardinalis sancti georgij ad uelum aureum S. S.

† Ego *Rainerius* diaconus cardinalis sancti Adriani ss.

Datum *Lateranis* per manum *Alberti* sancte Romane ecclesie presbyteri Cardinalis et Cancellarij Nonis Aprilis Indictione XII. Incarnationis dominice M°. C°. LXXVIIII°. Pontificatus uero domini *Alexandri* pape iij. Anno XX.

Original mit Bulle, im Archive zu Garsten — Fröhlich, Diplom. garst. 51, Nro. 14.

CCXLIX.

1179. 20. April. Lateran. — *Papst Alexander III. bestätigt dem Domcapitel zu Passau alle Besitzungen, darunter auch Güter zu Vöcklabruck.*

Alexander episcopus seruus seruorum dei dilectis filiis *fridrico decano patauiensi* ecclesie fratribus tam presentibus quam futuris canonice substituendis. Quotiens a nobis aliquod petitur, quod religioni et honestati conuenire dinoscitur, animo nos decet libenti concedere et petencium desideriis congruum impertiri suffragium. Ea propter dilecti in domino filii uestris iustis postulationibus clementer annuimus et prefatam ecclesiam, in qua diuino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti patrocinio communimus Statuentes, ut quascunque possessiones, quaecumque bona eadem ecclesia in presentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum uel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis prestante domino poterit adipisci, firma uobis uestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda uocabulis, uidelicet duas curtes uillicales in *Rudelheim*, *Parrochiam in chorpeheim* et ecclesiam, que dicitur *hohenstat*, cum pertinentiis suis, quas *Reginmarus episcopus* ecclesie uestre contulit, Predia in uilla *viethpach*, que *Hartwicus de Hagenawe* uobis pro remedio anime sue et in recompensatione thesauri, quem *Reginbertus episcopus* frater eiusdem H. de sacrario uestro accepit, tradidit; *Ecclesiam* sancti Stephani *de wachreine* et *ecclesiam Swainah* et ecclesiam *pecenchirchen* cum pertinenciis suis, quas *episcopus chunradus* uobis contulit; *Ecclesiam Ovhalmingen* cum pertinenciis suis, *Parrochiam sancti Pauli patauie* cum pertinenciis suis, villis videlicet et ortis ciuitati adiacentibus, quam episcopus theobaldus uobis contulit, Predia *rihehouen*, *Mosin*, *vechelahebrucke*, *Rinderholz*, *Hafte*, *Eingelwartesheim*, *Madelgeredorf*, *Mitterenhirsen*, *Oberendorf*, *Owenheim*, *Odelberingen*, *willingen*, sectionem lignorum cum pascuis in foresto iuxta ciuitatem sito; Predia *Galewis*, *veltchirchen*, *Strachin*, *Endsingen* (edsingen), *Hartperch*, *visenhart*, *Suwaine*, *Chovnelbach*, *Igilbach*, *Lagarn*, *Rainbach*, *Tanheim*, *Hovnthvbten*, *Ospirinberge*, *Pucingen*, *Hezelingen*, *Aiche*, *Raphaltesteten*, *Subenne*, *Sunnenbach*, *Ingelbach*, *Langaredorf*, *Landindorf*, *Gerrichesdorf*, *Frienberge*, villam *chazelinesdorf* et decimas de uineis et agris uestris ibidem

prouenientibus, decimam apud *Chvnehohesteten*. Ad hec auctoritate apostolica inhibemus, ut episcopo uestro, qui pro tempore fuerit, possessiones aut alia bona uestris stipendiis deputata sine communi assensu capituli uel maioris et sanioris partis infeudare non liceat uel alio titulo alienare. Interdicimus etiam, ut contra consuetudinem hactenus obseruatam famuli uestri, donec eos ad iusticiam exhibendam cogere uolueritis, ad examen iudicis ciuitatis minime pertrahantur Deputatis infra terminos designatos contra assignationem et concessionem *Chunradi quondam Patauiensis episcopi* preter canonicos ordinare uel disponere quipiam nullus attemptet. De redditibus uero ad prebendas canonicorum pertinentibus nonnisi decano et fratribus, sicut prefatus episcopus de communi assensu capituli decreuisse dinoscitur, disponere liceat nec in his contra uoluntatem uestram quisquam specialem sibi uendicet potestatem. Statuimus preterea, ut, si quisquam canonicorum intestatus decesserit, facultates, quas ratione officii uel ecclesie adeptus fuerat, communi fratrum et ecclesie usui applicentur. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatam ecclesiam temere perturbare aut eius possessiones auferre uel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet uexationibus fatigare, sed omnia integra conseruentur eorum, pro quorum gubernatione et sustentacione concessa sunt, usibus omnimodis profutura salua sedis apostolice auctoritate et diocesani episcopi canonica iusticia. Siqua igitur in futurum ecclesiastica secularisue persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere uenire temptauerit, secundo tercioue commonita si non satisfactione congrua emendauerit, potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore et sanguine dei et domini nostri Jesu Christi ac redemptoris aliena fiat atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem ecclesie iura seruantibus sit pax domini redemptoris nostri Jesu Christi, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inueniant. Amen. Amen. Amen.

Ego *Alexander* catholice ecclesie episcopus SS.

Ego *Johannes* presbyter Cardinalis sanctorum Johannis et Pauli tt. Pamachii SS.

Ego *Johannes* presbyter Cardinalis T. T. sancte Anastasie SS.

Ego *Johannes* presbyter Cardinalis T. T. sancti Marci SS.

Ego *theodericus* presbyter Cardinalis sancti vitalis T. T. vestine SS.

Ego *Petrus* presbyter Cardinalis T. T. sancte Susane S. S.

Ego *hug* presbyter Cardinalis T. T. sancti Clementis S. S.

Ego *Cinthy* presbyter Cardinalis T. T. sancte cecilie S. S.

Ego *arduinus* presbyter cardinalis T. T. sancte crucis in ierusalem S. S.

Ego *matheus* presbyter cardinalis T. T. sancti Marcelli S. S.

Ego *Wills* (sic) remensis archiepiscopus T. T. sancte Sabine cardinalis SS.

Ego *Hrobaldus* hostiensis episcopus SS.

Ego *Conradus salzpurgensis ecclesie humilis minister et sabinensis episcopus* SS.

Ego *Jacobus* diaconus cardinalis sancte marie in cosmidyn SS.

Ego *ardicio* diaconus cardinalis sancti theodori SS.

Ego *laborans* diaconus cardinalis sancte marie in porticu SS.

Ego *Rainerius* diaconus cardinalis sancti Georii ad velum aureum SS.

Ego *Gratianus* diaconus cardinalis sanctorum Cosme et Damiani SS.

Ego *Rainerius* diaconus cardinalis sancti adriani SS.

Ego *Matheus* sancte Marie noue diaconus cardinalis SS.

Datum *Laterani* per manum *Alberti sancte Romane ecclesie presbyteri Cardinalis et cancellarii* IIII. Idus aprilis Indictione XII. Incarnationis dominice anno M.C. LXXVIIII. Pontificatus uero domini Alexandri pape III. anno XX.

Mon. boic. XXVIII. II. 122 u. XXIX. II. 325 ex lib. cop.

CCL.

1179. Im April. Lateran. — *Papst Alexander III. bestätigt dem Kloster Kremsmünster alle Besitzungen und Pfarreien, so wie das Recht der freien Abbtwahl.*

Alexander Episcopus servus servorum Dei dilectis filijs *Udalrico Abbati Chremsemonasterij* ejusque fratribus tam præsentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. Piæ postulatio voluntatis effectu prosequente compleri debet, quatenus et devotionis sinceritas laudabiliter enitescat et utilitas postulata vires indubitanter

assumat. Eapropter dilecti in Domino filij vestris justis postulationibus clementer annuimus et præfatum Monasterium, in quo divino mancipati estis obsequio, sub Beati Petri et nostra protectione suscipimus et præsentis scripti privilegio communimus Statuentes, ut quascunque possessiones, quæcunque bona idem Monasterium inpræsentiarum juste et canonice possidet aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu alijs justis modis præstante domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hæc proprijs duximus exprimenda vocabulis: Parochiam videlicet *Kirichperch* cum tota decima et dote sua omnique integritate juris, quod a *Theobaldo Pataviense Episcopo* canonice suscepit et privilegio ipsius cum omni utilitate quiete possidet; Parochiam in *Chemnaten* cum tota decima et dote sua, Ecclesiam *Rore* inferiorem et superiorem cum tota dote sua, Parochiam *Halle* cum omni decima et dote sua, Parochiam *Riede* cum tota decima et dote, Parochiam *Wæizchirchen* cum omni dote sua, Ecclesiam *Cellæ* cum tota decima et dote sua, Parochiam *Welsæ* cum omni decima et dote, Basilicam *Sancti Ægidij in ponte* cum dote sua, Parochiam *Taleheim* cum omni decima et dote sua, Parochiam *Puechchirichen* cum tota decima et dote sua, Parochiam *Wartperch* cum omni decima et dote sua, Ecclesiam *Chirichdorf* cum tota decima et appendicijs suis, Parochiam *Gærsten* cum omni decima et dote sua, Parochiam *Steinechirichen* cum omni decima et filiabus suis, *Cellæ* et *Vischenhaim* cum caeteris capellis suis, Ecclesiam *Viehtwanch* cum dote sua et omnibus appendicijs suis, parochiali jure legitimo, In *monte Sancti Martini* parochiam cum omni dote et prædio a quadam Comitissa et filijs præfato Monasterio tradito cum omni utilitate, In *Pehstal* basilicam cum dote et omni utilitate, Prædium a duce Bawariæ Monasterio vestro traditum a flumine *Horenbach* seorsum usque in *Chremesam*, Mansum unum in *Halle*, Alium mansum in monte vicino alterius mansi concambio a *duce Bavvariæ Henrico* receptum et confirmatum et pacifice retentum. In prænominatis autem parochijs ex jure fundi liberam investituram et petitionem, sepulturam quoque loci ipsius liberam esse concedimus, ut eorum devotioni et extremæ voluntati, qui illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati sint vel interdicti, nullus obsistat salva tamen justitia parochialium Ecclesiarum, in quibus mortuorum corpora assumuntur. Chrisma vero, oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes etiam Monachorum, qui

ad sacros ordines promovendi sunt, a diæcesano suscipiatis Episcopo, siquidem Catholicus fuerit et gratiam atque communionem Apostolicæ sedis habuerit. Cum autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis clausis januis, exclusis excommunicatis et interdictis, non pulsatis campanis, suppressa voce divina officia celebrare. Obeunte vero te nunc eiusdem loci Abbate vel tuorum quolibet successorum nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu vel fratrum pars consilij sanioris secundum Dei timorem et beati Benedicti regulam præviderit eligendum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatum Monasterium temere perturbare aut suas possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere seu aliquibus vexationibus fatigare sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva sedis Apostolicæ auctoritate et diæcesani Episcopi canonica justitia. Siqua igitur in futurum Ecclesiastica sæcularisve persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et domini Redemptoris nostri JESU Christi aliena fiat atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco jura servantibus sit pax domini nostri JESU Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiat et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Ego *Alexander* Catholicæ Ecclesiæ Episcopus. SS.

Ego *Hubaldus* Hostiensis Episcopus. SS.

Ego *Joannes* Presbyter Cardinalis Sanctorum Joannis et Pauli titulo Pamachij. SS.

Ego *Joannes* Presbyter Cardinalis S. Marci. SS.

Ego *Petrus* Presbyter Cardinalis titulo S. Susannæ SS.

Ego *Cynthius* Presbyter Cardinalis titulo S. Cæciliæ. SS.

Ego *Jacobus* Diaconus Cardinalis S. Mariæ in Cosmidyn. SS.

Ego *Ardicio* S. Theodori Diaconus Cardinalis. SS.

Ego *Rainerius* Diaconus Cardinalis S. Gregorij ad velum aureum. SS.

Ego *Rainerius* Diaconus Cardinalis S. Adriani. SS.

Ego *Chunradus*. SS.

Datum *Lateranis* per manum *Alberti sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyteri Cardinalis et Cancellarij* Mense Aprili, Indictione XII. Incarnationis Dominicæ anno MCLXXVIII. Pontificatus vero domini Alexandri Pape tertij anno XX.

Rettenpacher Annal. pag. 166. — Urkundenbuch v. Kremsmünster, pag. 48, Nro. 38 ex codice Frideric.

CCLI.

1179. Kremsmünster. — ***Otacker, Markgraf von Steiermark, erlässt als oberster Vogt des Klosters Kremsmünster neue Bestimmungen über die Rechte der Untervögte, welche während seiner Minderjährigkeit selbe sehr missbraucht haben.***

IN nomine Sanctæ et individuæ Trinitatis et unius perfectæque Deitatis. Ego *Odoakarus tertius Dei gratia Styrensis Marchio* et Advocatus sancti Salvatoris mundi sanctique Agapiti Martyris in *Chremesemonasterio* cunctis in Christo renatis justitiæ adhærere semitis et a rege justorum præmio remunerari perennitatis. Divinis et humanis legibus, qui super homines principantur, ad discendum verum et justum instruuntur, ne ignari hujusmodi disciplina inveniantur. Hanc æquitatis normam ego Odoakarus Marchio Styrensis tertius considerans plurima in Advocatia mea Chremesmunster abusiva inveni, quæ dolens adolescentiæ meæ temporibus nata respectu Dei precibusque et lacrymis devictus *Abbatis Udalrici* Fratrumque ejusdem loci summo conamine extirpare radicitus sunt disposita. Siquidem subadvocati mei usurpaverunt sibi jura nimis dura, quæ sub examinatione meorum fidelium discussa, eorum sententia penitus adnullata sunt et evacuata. Hinc ego coactus quasi nova statuere jura, dum antiqua postposita sint ut inveterata, ad honorem Dei et salutem animæ meæ et pij patris aliorumque parentum meorum scripto et sigillo meo restauravi et deinceps præcipio eadem conservari.

Sunt autem hæc jura advocatiæ: Tria placita annuatim, duo tempore aestivali, unum hyemali. Siqua querimonia ab Abbate vel ab ejus amministratoribus judicibus meis fuerit oblata, quæ banno erit terminanda, unus cedet juri meo, duo Abbati. Furtum enim et rapina, pugna, incendium, violentia, pervasiones domorum nocturno vel diurno factæ juri meo cedent plenarie. Porro curiæ servientes coci, pistores seu quicunque curiæ servitio mancipati advocati judicio non tenentur. Vinitores quoque et piscatores placita non adibunt, nisi forte pro aliqua querimonia specialiter citati fuerint. Exactiones vero, quæ in

diversis emerserunt tum agnorum, tum frumenti, tum quorumlibet aliorum petitione, omnimodis prohibemus. Testes *Liutoldus de Gutenberch*, *Chunradus de Chindenberch*, *Amelbertus de Lohhusin*, *Bernhardus de Trune*, *Wulfinch de Chafenberch*, *Gundaker de Styra*, *Pernger de Trune*, *Warmunt de Cierberch*, *Otto de Volchenstorf*, *Pillunch de Pernstein*, *Ortolf de Griezchirichen*, *Bruno de Ipphe*, *Erchengerus de Landesere*, *Otto Sun*, *Adelbertus de Chiricheim*, *Gotfridus de Puchsliten*, *Rudbertus de Pæsching*, *Rupertus*, *Bernhardus*, *Hartwicus*, *Lembertus* alijque quamplures. Data *Chremesmunasterij* anno Dominicæ Incarnationis MCLXXVIIII.

Rettenpacher Annal. pag. 170. — Urkundenbuch von Kremsmünster, pag. 51, Nro. 39 ex cod. Frideric.

CCLII.

1180. Passau. — *Diepold, Bischof von Passau, bekräftigt einen mit dem Kloster Wilhering unter Abbt Gebhart eingegangenen Tausch, betreffend den Zehent in der Scharten und zu Arbenberg, welchen er dem Kloster für einige Besitzungen zu Duringensteten überlassen.*

Diethpoldus celesti gratia *Patauiensis* episcopus cunctis ecclesie sue christique fidelibus salutem inperpetuum. Bonorum et nostrorum maxime predecessorum sequentes exempla pontificum, qui iusta, qui religiosa et que secundum deum fiunt, petentibus prestare consueuerunt, nos quoque in paribus negotiis pauperibus christi difficiles nos et inexorabiles exhibere non debemus, quatinus eorum subleuemur orationibus, quibus, quod conmode petunt, per effectum caritatis impendamus. Vnde scribi et sciri volumus, quod uenerabilis abbas *Gebehardvs de Uvilleheringen* uir in sancta professione spectabilis atque feruidvs cum suis fratribus nostrisque non paucis fidelibus aput *Anesum* in nostro sollempni capitulo nos adiit et de concambio sibi et ecclesie nostre conmodo, sicut infra scriptum continetur, optinuit. Petente namque eidem abbati nostrorum consilio fidelium, consensv plebani *Arnoldi* tunc regentis ecclesiam *Crimarsteten* decimas in *Scharten* et *Arbenberch* per manum nobilis matrone *Elysabet* monasterii sui patrone tradidimvs et ab ipso quasdam possessiones in *Duringensteten* sitas in massam bonorum ecclesie *Patauiensis* recepimus. Item alios quosdam agellos ecclesie *Sconheringen* pertinentes rogatu sacerdotis ibidem *Pilgrini* pro agris nostre possessionis cambiendo recepimus. De quibus uniuersis paginam hanc conscribi et sigilli nostri inpressione corroborari, sicut euidens est, dignum et necessarium

duximus monentes et futuri temporis successores nostros episcopos in domino rogantes, quatinus tales canbitiones indestructas iugiter uelint conseruare, quo debeant et ipsi suffragiis et precibus fratrum monachorum uidelicet in pretaxata abbatia nobiscum participare.

Peracta sunt hec *Patauie in celebri capitulo nostro* choro presente et uniuerso fidelium nostrorum collegio, anno a natiuitate domini M.C.LXXX, indictione XIII. Testes de choro sunt *Fridericus* decanus, Dominus *Albon*, *Fridericus* archidiaconus, *Uvillehalmus* archidiaconus, *Heinricus* scolasticus, *Regnboto*, *Mengotus*, *Burchardvs*, *Poppo* prepositus, *Albertus* prepositus, *Uvernherus*, *Gozwinus*, *Gerhardus*.

Ex nobilibus laicis *Chunradus de Amcynespach*, *Richker de Wesen*, *Chadelavs de Falchenstein*, *Arnolt et frater suus*, *Rudolf de Sarlinespach*, *Uvalther de Gocynestorf*, *Chunrat de Haselbach*, *Uvernhart de Trasmeshusen*, *Uvernhart de innerburch*, *Heinrich de Walde*, *Heinricus de lonsperch*, *Arnolt* et *Egilolf de Trinbach*, *Gunthart*. (?)

Original mit Siegel. im Archive zu Wilhering. — Stülz, Geschichte v. Wilhering, 484.

CCLIII.

Circa 1180. 1. October. Garsten. — *Otacher, Markgraf von Steyr, bestätigt einen Vertrag zwischen dem Kloster Garsten und Heinrich von Tunchenstein und seiner Gemahlin Liukard, in Betreff des Vermächtnisses der väterlichen Erbschaft der Letzteren zu Engeinsteten.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis *otacher marchio stirensis chunrado abbati de garsten* omnibusque eius successoribus in perpetuum. Omnibus christi fidelibus tam futuris quam presentibus notum fieri cupimus contractum, qui inter ęcclesiam *gaerstensem* et inter *heinricum de tõnchenstein* uxoremque suam *liukardem* filiam *Reinheri de stein* publice et in nostra celebratus est presentia. Itaque iam dicta *liukardis* postquam manu domini est tacta, ita uidelicet, quod ab hominum consortio propter infirmitatem suam debuit sequestrari, quia liberos non habebat, omne patrimonium suum in *engensteten* siue alias ubicunque situm, quod a *Reinhero* patre suo iure hereditario acceperat, prememorato *heinrico* marito suo presente et consentiente per manum nostram cum omni iure, quo prius ipsa tenuerat, manu potestatiua *gaerstensi* tradidit ęcclesię tali sane ex parte abbatis *Chůnradi* et fratrum suorum conditione interposita, ut, quoad

uiueret, ex administratione ipsorum necessaria corporis ibidem subsidia perciperet. Huius siquidem donationis titulo cum predicta beatę uirginis ęcclesia collata sibi predia integre omnia possideret, prefatus *heinricus* eorundem partem prediorum sibi tantum ad tempus uite sue dimitti studiose rogauit coram nobis firmiter protestans, quod nec concessionis nec proprietatis nomine eadem predia sibi unquam uendicabit, sed ut statim post mortem suam cum omni supellectile ad *gaerstensem* iuste deuoluta redeant ecclesiam. Quia uero idem *heinricus* in donationem ab uxore sua scilicet *liukarde* prius ecclesie factam liberaliter consenserat, ipsius uxoris interuentu et nostro consilio sic est ordinatum, quod ęcclesia istam partem prediorum, scilicet unam curtem *rŏth*, alteram in *grůbe* et unum allodium *engensteten* in monte situm, ad testimonium donationis sibi retinuit et de reliqua parte sub pretaxate pactionis forma peticioni *heinrici* adquieuit. Huius rei testes sunt *Fridericus de perge, Vvluingus de chaphenperh, Vrluingus de stubenperch, Heinricus de tŏnchenstein et frater eius albero, Erchengerus de landesere, Lantfridus de eppenstein, Otto de trŏn, Gerungus de strechauue, Gundacharus de styra, Perngerus de chapelle, Vvarmunt de cirberch, Otto de uolchenstorf, Arnoldus de vvartenperch, Heinricus de stolzenvverde, Heinricus de hopfavve, Dietmar de putenauue, Duringus de ternperch, Duringus sheche et frater eius Marquardus, Rudolf de gersten, Chunradus de puhlarn et frater eius Marquardus, Reinherus de tein* (sic), *Rudolfus Rozflam, Vvezilo de styra.*

Data Kalendis Octobris *Garsten.*

Original mit Siegel, im Archive zu Garsten. — Kurz, Beiträge II. 520.

CCLIV.

Circa 1180. — ***Reinhart, Bischof von Wirzburg, schenkt dem Kloster Lambach ein von Erchenbert von Urtal ihm anheimgesagtes Lehen.***

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. *Reinhardus* dei gratia *wirceburgensis* ęcclesię episcopus. Ex officio diuinitus nobis iniuncto tenemur omnibus nobis conmissis prouidere, que rationabili nostrę corroborationis suffragio in posterum uisa sunt egere. Inde est, quod notum esse uolumus omnibus tam presentibus quam postfuturis, quod quidam *ERchenbertus* de *ůrtal* ministerialis ęcclesię nostrę zelo dei ductus beneficium suum, quod ab episcopatu se habere cognouit, iure

beneficii nobis resignauit, Quod nos saluti animę nostrę et pię recordationis episcopi *Alberonis* prospicientes ęcclesię beatissimę dei genitricis MARIĘ in *lambah* legitima donatione contulimus ea lege, ut in perpetuum noster anniuersarius dies a christi pauperibus deo et sanctis eius ibidem seruientibus celebretur. Quod ergo factum est, presentis scripti pagina confirmauimus eique auctoritatem impressione sigilli nostri dedimus. Siquis igitur id in posterum ulla suę temeritatis seu mali ingenii presumptione infringere uel infirmare attemptauerit, anathema sit MARANATHA. TESTES *Perseus decanus*, *Gotefridus cantor*, *Boto prepositus*, *Dittricus de bebenburg*, *Cůnradus de froburg*, *Cůnradus de nouo Monasterio*, *Berno*, *wernherus*. Laici *Waltherus de lobenhusen*, *Rupertus de castel*, *Heinricus et item Heinricus sculteti*, *Hermannus camerarius*, *Fridericus de Hage*, *Merboto de eiterbah et wernhardus filius suus*, *Heinricus de vrtal alram frater suus*, *Růdolfus de eicheim*.

(L. S.)

Acta Anno Dominicę incarnationis M° C° LXXX°, Indictione XIII. Regnante gloriosissimo Romanorum imperatore *FRIDERICO*, *Boppone* vrbano comite existente.

Original mit Siegel, im Archive zu Lambach. — Kurz, Beiträge II. 449.

CCLV.

Circa 1180. — *Diepold, Bischof von Passau, beurkundet, dass Rudger von Minnenbach von Propst Heinrich zu Waldhausen die Besitzungen dieses Klosters im Markte Königswiesen zu Leibgeding erhalten habe.*

Diepoldus dei gratia *patauiensis* episcopus. Clarescat presentium noticię et futurorum innotescat memorię, qualiter in presentia nostra apud *Tulnam* in memoria omnium animarum nobilis vir *Rődgerus de Minnenbach* propria ductus voluntate manifestauit, quod dilectus in christo filius noster *Hainricus* venerabilis prepositus Monasterij sancti Johannis in *Walthusen* possessiones, quas jam dictum monasterium in foro *Chőnigeswisen* habere dinoscitur, ei singulis annis, quoad ipse uiueret, ad censum et ad pensionem duodecim solidorum cum coniuentia fratrum suorum dimisit hac tamen condicione interposita, quod eo decedente liberi ipsius nullam in predictis possessionibus habeant dispensandi justiciam et facultatem sed libere et sine angaria qualibet ad usus prefati monasterij debeant redire. Huius rei testes sunt *Otto prepositus Patauiensis*, *Wolfkerus prepositus*

Cellensis, Poppo de Rustpach, Purchardus de Chambe capellanus, Degenhardus et hainricus capellanj, Walther de Tannenberch, Otto de stauderesdorf, Ditrich de werdaren, Sivridus de Grifenstaine, Friderich, Manegolt, Albertus de sconenpuhele, Hainrich de Lonesperch, Diethoch pincerna, Rŏdolf marscalcus, Irnvridus de Gnannendorf, Hugo von dem aigen, Ortliep de Winchele, Ortliep de Widervelt, Marchwart de hintperch, Chalhoch de Tulbingen, Hugo de Puchperch, Ortwin de Merchenstaine.*

Original, dessen Siegel verloren, im Museal-Archive zu Linz. — Kurz, Beiträge IV. 443.

CCLVI.

1181. 27. Februar. Nürnberg. — *Kaiser Friedrich I. bestätigt dem Kloster Kremsmünster die ihm von den Herzogen von Baiern gemachten Schenkungen.*

IN nomine Sanctæ et individuæ Trinitatis. *Fridericus* Dei gratia Romanorum *Imperator* Augustus in perpetuum. Ad æterni regni meritum et ad temporalis coronæ gloriam apud regem regum nobis profuturum non dubitamus, si Ecclesias Dei et quaelibet loca religiosa favore imperialis gratiæ amplectimur, si ea in suo jure fovemus, si a principibus nostris eis collata nostra auctoritate ipsis confirmamus. Proinde noverint universi imperij nostri tam praesentes quam post futuræ ætatis fideles, quod nos *Cremesæ Monasterium* privilegij nostri robore communire cupientes bona a ducibus *Wawariæ*, a quibus et nos originem sanguinis ducimus, eidem Monasterio collata præsentis scripti Autentico ei confirmamus, videlicet bona illa, quæ sita sunt a flumine *Horembach* seorsum usque in fluvium *Cremesam*, Item mansum in *Halle*, quem proavus noster *dux Welfo* beatæ memoriæ eidem Monasterio contulit, ratum ei volumus permanere; Similiter et alium quendam mansum ei confirmamus, quem habet idem Monasterium in monte vicino, qui fuerat commutatus ante alterius mansi concambio, quem avunculus noster piæ memoriæ *dux Henricus* illi Cænobio dederat, statuentes, ut ille mansus, quem habet Monasterium per concambium loco illius mansi, quem avunculus noster contulerat, eidem Monasterio inviolabiliter permaneat. Denique *Ulricus Abbas* sæpe dicti loci ad nostram accedens præsentiam in solemni curia sua nobis questione ostendit, quod *Engelschalcus de Huzinpach* in bonis Monasterij a *Cremesa* per villam *Vischen* stratam publicam violenter sibi usurpaverit et occasione ejusdem stratæ circiter ipsam viam

undique pro placito suo ædificia locaverit, Et quia eadem violentia Principibus et toti provinciæ constitit, nos per curiæ nostræ sententiam consensu principum approbatam eandem stratam inhibemus et in irritum ducimus et ipsa bona, per quæ strata ducitur, *Cremesmonasterio* ad usus fratrum auctoritate imperiali confirmamus. Ut autem hæc omnia ab omnibus rata et inconvulsa in omne aevum permaneant, præsens privilegium inde jussimus conscribi et sigilli nostri impressione communiri testibus subter notatis, qui sunt *Chunradus Salzburgensis Archiepiscopus*, *Otto Babenbergensis Episcopus*, *Chuno Ratisponensis Episcopus*, *Diepoldus Pataviensis Episcopus*, *Eglolfus Aeistetensis Episcopus*, *Otto dux Wawariæ*, *Liupoldus dux Austriæ*, *Marchio Bertholdus de Istria et filius suus Marchio Bertholdus de Vohburch et frater suus Fridericus Burgravius Ratisponensis et frater ejus Otto Lantgravius de Stevening*, *Comes Liupoldus de Pleije et ejus frater Comes Chunradus de Bilstein*, *Comes Cunradus de Dorimberch Castellanus de Nurimberch*, *Otto de Lengebach*, *Heinricus de Schowemberch*, *Wernherus de Griezbach*, *Wernhardus de Horbach*, *Chunradus de Rote* et alij quam plures.

Signum Domini Friderici Romanorum Imperatoris invictissimi. Ego *Gotfridus imperialis aulæ Cancellarius* vice *Christiani Maguntinensis Archiepiscopi et Germaniæ Archicancellarij* recognovi. Acta sunt hæc anno Domini MCLXXXI. Regnante domino Friderico Romanorum Imperatore gloriosissimo, Anno regni ejus XXX. Imperii vero XXVII. Indictione XIV. datum *Norimberch* III. Kal. Martij feliciter. Amen.

Original mit Siegel, im Archive zu Kremsmünster. — Rettenpacher, Annal. pag. 165. — Scheid, Orig. Guelf. III. 525. — Urkundenbuch von Kremsmünster, pag. 52, Nro. 40, woselbst das Datum mit: „in Kalendis Marcii“ angegeben wird.

CCLVII.

Circa 1181. Traunkirchen. — *Otaker, Herzog von Steiermark, übergibt dem Kloster Traunkirchen das Patronatsrecht der dortigen Pfarre.*

In nomine Sanctę et indiuiduę Trinitatis*) et Filij et Spiritus Sancti Amen. Quoniam Deus, a quo bona cuncta procedunt, merito et numero sibi seruientes occulta inspiratione nunc Ecclesiarum

*) „Patris“ fehlt.

instauratione, nunc Eleemosynarum largitione, nunc diuersorum bonorum exhibitione peccata redimi docet, unde est, quod eiusdem miserationis instinctu prȩmonitus spe ȩternȩ retributionis Ego *Ottacarus* Dei gratia Dux *Styriȩ* exoratus a Venerabili Traunensis (sic) Ecclesiȩ Abbatissa uidelicet *Diemunda* ius petitionis ibidem existentis Parochiȩ potestatiua manu omni remota contradictione super Altare Sancte Mariȩ contradidi ea conditione, ut *nulli hereditatis meȩ Possessori* eiusdem donationis ius sibi liceat vsurpare, sed ut potius duo uel plures Presbiteri diuinis seruitiis ibidem occupati plenarie necessaria inde habeant, qui pro remedio animȩ meȩ Parentumque meorum Orationem supplicationemque Oblationes Deo suȩque Genitrici incessanter obsequerentur, si quis autem huius facti uiolator extiterit, Omnipotentis Dei et semper venerandȩ Virginis Mariȩ Omniumque Sanctorum uinculo anathematis perpetuo mulctatus subiaceat. Sunt etiam huius traditionis testes: *Cunradus et frater eius Rudolphus de Chindeperg*, *Herrandus de Wildonia*, *Arnoldus de Wardenburg*, *Engelscalcus de Aurach*, *Ottacarus de GeneWitz*, *Dietmarus dapifer de Pettenav*, *Vlricus de Chienav*, *Henricus de Hophav*, *Chunradus de Wert*, *Ottacarus de Stang*, *Livpoldus de Mitterdorf pincerna*, *Hiltegrinus auunculus eiusdem*, *Bilungus camerarius*, *Henricus Chnill et frater eius Dietmarus*, *Chunradus de Puhel*, *Reinbertus plebanus de Leibnitz*, *Henricus de Grez*, plebanus et copiosa multitudo tam Ecclesiasticorum quam laicorum. Acta sunt hȩc in *Traunkirchen* Anno Incarnationis Domini M. C. LLiiii. concurrente iii. indictione IV. Epacta iii. regnante Glorioso et semper Augusto *Friderico* existente . . . . . Patauiensis Ecclesiȩ Episcopo Diepoldo.

Aus einem Copialbuche zu Ort am Traunsee. Die Chronologie der Urkunde leidet an der heillosesten Verwirrung. Jahr Christi, Indiction, Concurrente und Epacte stimmen nicht überein. Concurrente und Epacte weisen auf das Jahr 1181, welchem übrigens die Indictio XIV., nicht IV. zukömmt.

CCLVIII.

1182. 8. Mai. Velletri. — *Papst Lucius III. bestätigt dem Domcapitel zu Passau alle seine Besitzungen.*


LVCJVS Episcopus seruus seruorum Dei dilectis filijs *FRJDERJCO Decano Patauiensi* eiusque fratribus tam præsentibus quam futuris canonice substituendis in perpetuum. Effectum iusta postulantibus indulgere et vigor æquitatis et ordo exigit rationis, præsertim

quando petentium voluntatem pietas adiuuat et veritas non relinquit. Eapropter, dilecti in Domino filij vestris iustis postulationibus clementer annuimus et præfatam Ecclesiam Patauiensem, in qua diuino mancipati estis obsequio, ad exemplar felicis recordationis *Alexandri papæ* prędecessoris nostri Svb beati Petri et nostra protectione svscipimus et pręsentis scripti priuilegio communimus statuentes, vt, quascunque possessiones, quæcunque bona eadem Ecclesia inpręsentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel principum, oblatione fidelium seu alijs iustis modis præstante Domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: Duas curtes villicales in *Rvdelhaim*, *parochiam Chorphaim* et *Ecclesiam*, quæ dicitur *Hohenstat*, cum pertinentijs suis, quas *Regimarus Episcopus* Ecclesiæ vestræ contulit, Prædia in villa *Vietpach*, quæ *Hartvvicus de Hagenovve* vobis pro remedio animę suæ et in recompensationem thesauri, quem *Reginbertus Episcopus frater eiusdem Hartvvici* de sacrario vestro accepit, tradidit, *Ecclesiam S. Stephani de Wacreine* et *Ecclesiam Svvainachirchen*, *Ecclesiam Pecenchirchen* cum pertinentiis suis, quas *Episcopus Chunradus* vobis contulit, *Ecclesiam Ahalmingen* cum pertinentijs suis, *parochiam S. Pavli Patavię* cum pertinentijs suis, villis videlicet et hortis Ciuitati adiacentibus, quam *Episcopus Theobaldus* vobis contulit, prędia *Vihehoven, Mosin, Vechelabrvcke, Rinderholz, Hafre, Engelhartshaim, Madelgeresdorf, Mitterenhirshaim, Oberendorf, Ovvenheim, Odelperingen, Willingen,* Sectionem lignorum cum pascuis in foresta iuxta Ciuitatem sita, Prædia *Galcvvis, Veltkirchen, Strachen, Tvsingen, Hartperch, Visenhart, Svvaine, Chönelbach, Igilbach, Jagarn, Rainbach, Tanheim, Hvnchopten, Ospirnberge, Pvcingen, Hezelingen, Aiche, Raphaltesteten, Svbene, Svnnebach, Jvgelbach, Langaredorf, Landindorf, Gerrichesdorf, Fringenberge*, villam *Chezelinesdorf* et decimas de vineis et agris vestris ibidem prouenientibus, decimam apud *Chvnchohesteten.* Ad hæc auctoritate Apostolica inhibemus, ne Episcopus vester, qui pro tempore fuerit, possessiones aut alia bona vestris stipendiis deputata sine communi assensu Capituli vel maioris et sanioris partis infeudandi vel quomodolibet alienandi habeat facultatem. Interdicimus etiam, vt contra consuetudinem hactenus obseruatam famuli vestri, donec eos ad iustitiam exhibendam cogere volueritis, ad examen

Judicis Ciuitatis minime pertrahantur. De mansionibus quoque Canonicorum et areis ad habitationem ipsorum deputatis infra terminos designatos contra assignationem et concessionem *Chunradi quondam Patauiensis Episcopi* prętor Canonicos ordinare vel disponere quippiam nullus attentet. De redditibus vero ad præbendas Canonicorum pertinentibus nonnisi Decano et fratribus, sicut præfatus Episcopus de communi assensu Capituli decreuisse dignoscitur, disponere liceat nec in his contra voluntatem vestram specialem sibi vendicet potestatem. Statuimus præterea, vt, si quisquam Canonicorum intestatus decesserit, facultates, quas ratione officij vel Ecclesiæ adeptus fuerat, communi Fratrum et Ecclesiæ vsui applicentur. Decernimus ergo, vt nulli omnino hominum liceat præfatam Ecclesiam temere perturbare aut eius possessiones aufferre vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare sed omnia integra conseruentur eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, vsibus omnimodis profutura salua Apostolicæ sedis auctoritate et Episcopi vestri Canonica iustitia.

Si qua igitur in futurum Ecclesiastica secularisue persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptauerit, secundo tertioue commonita non reatum suum digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini redemptoris nostri Jesv Christi aliena fiat atque in extremo examine districtę vltioni subiaceat. Cunctis autem eidem Ecclesiae sua iura seruantibus sit pax Domini nostri Jesv Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant et apud districtum iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen.

† Ego *Lucius* Catholicę Ecclesiæ Episcopus ss.



† Ego *Viuianus* tituli S. Stephani in Celiomonte presbyter Cardinalis ss.

† Ego *Cynthius* presbyter Cardinalis tituli sanctæ Ceciliæ ss.

† Ego *Arduinus* presbyter Cardinalis tituli sanctæ Crucis in Jerusalem ss.
† Ego *Mattheus* presbyter Cardinalis tituli S. Marcelli ss.
† Ego *Laborans* presbyter Cardinalis S. Mariæ trans Tibrim tituli ss.
† Ego *Petrus* tituli sanctæ Susannæ presbyter Cardinalis ss.
† Ego *Chunradus Sabinensis Episcopus Salzpurgensis minister* ss.
† Ego *Theodinus* Portuensis et S. Rufinæ sedis Episcopus ss.
† Ego *Petrus* Tusculanus Episcòpus ss.
† Ego *Paulus* Prenestinus Episcopus ss.
† Ego *Jacobus* S. Mariæ in Cosmidyn Diaconus Cardinalis ss.
† Ego *Ardicio* S. Theodori Diaconus Cardinalis ss.
† Ego *Rainerius* S. Gregorij ad velum aureum Diaconus Cardinalis ss.
† Ego *Gratianus* sanctorum Cosmæ et Damiani Diaconus Cardinalis ss.

Datum *Velletr.* per manum *Alberti sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyteri Cardinalis et Cancellarij* VI. Idus Maij, Indictione XV. Incarnationis Dominicæ Anno M.C.LXXXII. Pontificatus vero Domini Lucij Papæ III. anno primo.

Hund, Metropol. I. 375. (Edit. Monac.) – Hansiz. I. 332. — Lünig, Reichs-Archiv XVII. 777.

CCLIX.

Circa 1182. — *Leopold, Herzog von Österreich, erlässt dem Kloster Garsten die Entrichtung der Mautgebühren auf der Donau.*

In nomine sanctę et indiuiduę trinitatis *Liupoldus dux orientis Cûnrado abbati* et fratribus eius de *gersten*. Ego *Liupoldus* dei gratia uocatus dux in *Austria* notum esse cupio omnibus, qui sunt fideles in domino, meę fore uoluntatis ex diuinę beneficio caritatis, uniuersis quidem generaliter bona desiderare, cunctis felicia prouenire, pauperes uero christi id est spiritales uiros in conmuni uita atque claustrali Regi summo sub disciplina et magisterio sancti spiritus infatigabili feruore militantes, speciali cultu caritatis semper amplecti consiliis et auxiliis muniendo contra aduersa manutenere, prout possum, quoniam qui se ipsos defendere utpote inermes non possunt justum est, ut nostris armis protecti quieti et securi domino seruire perualeant. Hinc est, quod monasterium *gerstense* in beatę dei genetricis Marię nomine et honore constructum pio amore uenerari cupiens ab omni exactione tributi vel thelonei in descensu et ascensu danubii

uidelicet in ducendis rebus necessariis, hoc est uino, frumento, lignis ad edificia idoneis perpetua libertate absoluo ob amorem sanctissimi et gloriosissimi Sepulchri domini nostri iesu christi, ad quod inuisendum desiderabiliter propero et propter familiarem amicitiam dulcissimi amici et cognati mei *Styrensis ducis odacher*, quem precordialiter diligo. In huius autem caritatis locum uolo nobis uersa uice ab eisdem fratribus annuatim talentum dari, ut eadem libertatis gratia stabilis eis et inconuulsa christo protegente permaneat In Perpetuum.

Kurz, Beiträge, II. 519. — (Bei Ludewig, Reliq. IV. 200 u. Fröhlich, Dipl. Garst. 60, nur theilweise.)

CCLX.

1183. 23. Februar. Velletri. — *Papst Lucius III. nimmt das Kloster Mondsee in seinen Schutz mit Bestätigung aller Besitzungen desselben.*

Lucius episcopus seruus seruorum dei dilectis filiis *heinrico* abbatj monasterij sancti michaelis *lunelacensis* eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem uitam professis jn perpetuum. Quotiens a nobis petitur, quod religionj et honestatj conuenire dinoscitur, animo nos decet libentj concedere et petentium desideriis congruum suffragium impertirj. Eapropter dilectj in domino filij uestris iustis postulationibus clementer annuimus et felicis recordationis *Innocentij* pape predecessoris nostrj uestigiis inherentes prefatum monasterium beatj Michaelis archangelj *Lunelacense*, in quo diuino estis obsequio mancipatj, sub beatj Petrj et nostra protectione suscipimus et presentis scriptj priuilegio conmunimus Statuentes, ut quascunque possessiones, quecunque bona idem monasterium inpresentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum uel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis prestante domino poterit adipiscj, firma uobis uestrisque successoribus et illibata permaneant. In (quibus) hec propriis duximus exprimenda uocabulis: Locum ipsum, in quo prefatum monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis suis, Ecclesiam *Steinnchirchin*, Ecclesiam *Wisilburch*, Ecclesiam *Sconinj*, Ecclesiam *Strahuual* (sic), Ecclesiam de *Abbatesdorf*, Ecclesiam *Vrebach*, Ecclesiam *V̊berwange*, Ecclesiam *Aberse*, que est filia ecclesie uestre *Maninse*, cum capellis in proprio fundo constructis, cum decimis et omnibus earundem ecclesiarum pertinentiis. Predium *Sconwe*, Predium *Abbatesberge*, Predium *Scinnenburch*, Predium *Vrebach*, Predium *helphiwe*, Predium,

quod *Chunradus de Irmbretingen* et uxor eius *Mathildis* eidem monasterio contulerunt, uidelicet *Irmbretingon*, et apud *Tettingon* curiam unam et apud *Ratueth* (sic) mansum unum et apud *Lauganc* mansum dimidium cum mancipiis ad ipsum predium pertinentibus et Vineas, quas emistis apud *Chremise*. In parrochialibus insuper ecclesiis, quas habetis, liceat uobis sacerdotes eligere et diocesano episcopo presentare, quibus, si idonej fuerint, episcopus animarum curam conmittat, ut ej de spiritualibus, uobis autem de temporalibus debeant respondere. Obeunte uero te nunc eiusdem locj abbate uel tuorum quolibet successorum nullus ibj qualibet surreptionis astutia seu uiolentia preponatur, nisi quem fratres conmunj consensu uel fratrum pars consilij sanioris secundum dej timorem et beatj Benedictj regulam prouiderint eligendum. Decernimus ergo, ut nullj omnino hominum fas sit prefatum monasterium temere perturbare aut eius possessiones auferre uel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet uexationibus fatigare, sed omnia integra conseruentur eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura Salua sedis Apostolice auctoritate et diocesanj episcopj canonica iustitia. Siqua igitur in futurum ecclesiastica secularisue persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere uenire temptauerit, secundo tertioue conmonita, nisi reatum suum digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque suj dignitate careat reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore et sanguine dej et dominj redemptoris nostrj iesu christj aliena fiat atque in extremo examine diuine ultionj subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus sit pax dominj nostrj iesu christj, Quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inueniant. Amen Amen Amen.

(Signum Pape.) (Monogramma.)

† Ego *Lucius* catholice ecclesie episcopus s. s.

† Ego *Theodinus* portuensis et sancte Rufine sedis episcopus ss.

Ego *Henricus* Albanensis episcopus ss.

† Ego *Petrus* presbyter cardinalis tituli sancte Susanne ss.

† Ego *Viuianus* tituli sancti Stephani in celio monte presbyter cardinalis ss.

† Ego *Jacobus* diaconus cardinalis sancte Marie in Cosmydyn ss.

† Ego *Arditio* diaconus cardinalis Sancti Theodorj ss.

† Ego *Laborans* (?) presbyter cardinalis sancte Marie trans tiberim tituli calixti ss.

† Ego *Ranerius* Presbyter Cardinalis sanctorum Johannis et Paulj titulj Pamachij ss.

† Ego *Hubertus* presbyter Cardinalis tituli sancti Laurentij in damaso ss.

† Ego *Pandulfus* presbyter Cardinalis tituli basilice duodecim Apostolorum ss.

† Ego *Gratianus* sanctorum Cosme et Damianj diaconus Cardinalis ss.

† Ego *Bobo* diaconus cardinalis sancti angeli ss.

† Ego *Gerardus* sancti Adriani diaconus cardinalis ss.

† Ego *Soffredus* diaconus Cardinalis sancte Marie in uia lata ss.

Datum *Velletri* per manum *Alberti* Sancte Romane ecclesie presbyteri Cardinalis et Cancellarij vij. Kalendas Marcij, Indictione ij. Incarnationis dominice Anno M° C° LXXXIj. Pontificatus uero domni *Lucii* pape iij. Anno ij°.

Original auf Pergament, dessen an gelben Seidenfäden hängend gewesene Bulle verloren gegangen ist, im k. k. Haus-, Hof- und Staatsarchive zu Wien. Lucius III. wurde am 6. September 1181 gekrönt. Das zweite Jahr seines Pontificats begann somit am 6. Septbr. des folgenden Jahres. Er begann das Jahr nach der Zeitrechnung der Florentiner mit dem 25. März und bediente sich der kaiserlichen Indiction, welche mit dem 24. September beginnt. — Chron. Lunaelac. 136. — Pez, Cod. Dipl. epist. II. 34.

CCLXI.

1183. 21. Juli. Passau. — *Dietpolt, Bischof von Passau, bestätigt die Freiheiten und Rechte des Klosters St. Florian in Bezug auf das Hospital zu Vöcklabruck und die Pfarrkirche Schöndorf.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. *Diebaldus* diuina fauente clementia *patauiensis episcopus* cunctis christi fidelibus tam futuris quam presentibus salutem in domino perpetuam. Diuinis instruimur monitis et apostolicis incitamur exemplis, ut necessitatibus pauperum christi pro modulo nostro subveniamus et temporalibus subsidiis eterne retributionis premia conquiramus. Quod nos adtentius considerantes et tam nostre miserie quam ipsorum indigentie consulentes nostra auctoritate roboramus et in perpetuum confirmamus, quod antecessores nostri episcopi uiri sanctissimi, presul *Reinbertus* verus pontifex et *episcopus Chvonradus* propugnator ecclesiarum dei instinctu diuino et apostolico muniti priuilegio fecisse dinoscuntur. Hospitale

siquidem in *Vechelahebrucke* a quodam *Pilgrimo nobili uiro* deo deuoto *de scalcheim* initiatum et suis redditibus, sicut in priuilegiis antiquioribus accepimus, accumulatvm adiacentis parrochie, que dicitur *Scvoendorf*, omnimodis utilitatibus adiuuare et promouere curauimus nostra uolentes, que nos spectabat in eadem ecclesia, carere annuali iusticia et eidem hospitali integraliter cuncta prouenire, que prefata parrochia dinoscitur posse persoluere, ob amorem sancti Egidii confessoris christi, in cuius honore capella ibidem a prefato Pilgrimo constructa est. Prouida ergo consideratione in futurum precauentes, ne res diuinis obsequiis deputate et usibus pauperum christi illic expetentium adtribute vana distractione prouisorum, ut fieri solet, dilabantur, statuimus et nostra auctoritate perpetualiter firmamus, quatenus domnus *Engelbertus* venerabilis *prepositus S. Floriani* Martyris christi, cuius diligentia et instanti industria hoc priuilegium conquisitum est, eiusque successores prefatum hospitale in sua dispositione et ordinatione totaliter habeant et ne quicquam illic perperam uel usurpatione cuiuslibet persone uel simulate religionis specie de cetero fieri possit, nostra freti auctoritate prouideant inutiles personas amouendo et pro suo arbitrio idoneas et eidem officio congruas instituendo. Et ne de cetero quisquam successorum nostrorum possit infringere nostre donationis et huius priuilegii nostri rationabilem concessionem, que non solum nunc a nobis verum etiam ab antecessoribus nostris deo et hominibus dilectis episcopis, ut supra memorauimus, stabilita est, sigilli nostri inpressione iussimus insigniri presentis pagine testificationem, quatenus cum eisdem patribus nostris percipere mereamur portionem. Si quis uero temerario ausu, quod absit, prefatum hospitale diruere, diminuere, distrahere quolibet ingenio uel machinatione temptauerit et res pauperum illic recipiendorum dissipauerit et inutiliter consumpserit, nouerit se diuina feriendum ultione et districti examinis non euadere, nisi resipuerit, animaduersionem. Quicumque uero largitate munerum suorum, prediorum, mancipiorum seu quolibet genere elemosinarum eidem xenodochio pro amore christi et honore S. Egidii confessoris christi subuenerit, a domino bonorum omnium remuneratore perpetue retributionis premia indubitanter recipiet et cum exultatione manipulos laborum suorum in fine metet.

Acta sunt hec anno ab incarnatione domini iesu christi millesimo centesimo LXXXIII. Indictione VI. XII. Kalendas augusti. Data eodem die *patavie* super chorum.

Ego *fridericus decanus* ss. Ego *heinricus de ahusen prepositus de matse* ss. Ego *Volricus prepositus de ardacher* ss. Ego *Purchardus de Chambe* ss. Ego *Heinricus scolasticus* ss. Ego *Fridericus de sancto sixto* ss. Ego *Wolfker prepositus de munster* ss. Ego *Wernherus scriba* ss. Ego *Rempoto de porrenheim* ss. Ego *Taegno* ss. Ego *Meingotus de ibenperch*. Ego *Willehalmus de tekkendorf*. Ego *Rvogerus de ahamen* ss. Ego *Meinhalmus tuomplebanus* ss. Ego *Rovdegerus de lauffe* ss. Ego *Heinricus de gruonenburch* ss. Ego *Chuonradus plebanus de sirnich* ss.

Original mit Siegel, im Archive zu St. Florian. — Mon. boic. XXIX. II. 25. Stülz, Gesch. v. St. Florian, pag. 268.

CCLXII.

1183. 12. August. Lorch. — *Otto II., Bischof von Bamberg, bestätigt die von seinen Vorfahren, namentlich von Bischof Otto dem Heiligen, dem Kloster Gleink ertheilten Privilegien und Besitzungen.*

In nomine sancte et individue trinitatis patris et filii et spiritus sancti amen. *Otto* secundus diuina fauente clementia *babenbergensis* episcopus Omnibus christi fidelibus tam futuris quam presentibus salutem inperpetuum. Quia ratio officij nostri hoc expostulat, ut sacris ecclesiis ob honorem dei omnipotentis in omnibus debeamus fideliter prodesse, Sed specialiter tamen hiis, que ad manum nostram pertinent. Hoc pio affectu considerantes, notificamus cunctis christi fidelibus, qualem beniuolentie et gratie sollicitudinem circa Monasterium *Glvnicense* fecerimus. Siquidem venientes in partes illas a fratribus eiusdem Monasterij sumus benigne suscepti et humane tractati, quorum fideli deuotione incitati privilegia ipsius Monasterij nobis monstrare iussimus, legimus et relegimus omniaque ivra, libertates, gratias et utilitates, quas sanctus *Otto* episcopus jn initio fundationis ipsius Monasterij ac alij antecessores nostri ipsi Ecclesie donauerant, sicut etiam in eorum privilegiis inuenimus, nos respectu eternorum premiorum cum consilio Canonicorum nostrorum ac Ministerialium ecclesie nostre quasdam eis augmentando meliorauimus et auctoritate nostra firmiter duximus roborandas, videlicet, quod omnes possessiones et alia, que Monasterium *Glvnicense* a nostra Ecclesia possidet uel perpetuo habere poterit, sub defensione principis Stirie consistant. Ipse uero dictus princeps Stirie propter deum fideliter defendat ac protegat ipsam Ecclesiam sine omni conmodo temporali. Item familia

Glvnicensis cum familia *babenbergensi* sine ullo ivris sui dispendio matrimonia libere contrahat totaque filiorum ac filiarum successio ad *Glunich* pertineat. Item ligna quibuslibet usibus necessaria in *hagwalde* et in *pirno monte* nominatim expressa et in omnibus nostris forestis et siluis, dum tamen non dent aliis neque uendant, dictum Monasterivm *Glvnicense* et omnes in sua possessione existentes desecandi et auferendi pro suis presertim vtilitatibus liberam habeant potestatem. Item in omnibus locis et alpibus nostris suos greges pascendi liberam habeant facultatem. Item omnibus Militibus et Ministerialibus Ecclesie nostre seu aliis cuiuscunque nominis beneficia a nobis in pheodo uel sub ivre hominij habentibus licentiam et liberam potestatem contulimus iam dicto Monasterio *Glvnicensi* fratribusque ibidem deo seruientibus potestatiue conferre possessiones, predia, beneficia, decimas et mancipia sua sev quelibet dona tam in Siluis quam in agris cum omnibus vsufructuariis, quesitis scilicet ac inquirendis. Ut autem idem Monasterivm in tantum proficiat, quod etiam ab ipsius abbatibus et fratribus indempnis permaneat, volumus et Statuimus firmiter obseruandum, quod nullus abbas et conuentus ipsius Ecclesie vendat vel ad aliud alienationis genus pertrahat, quicquid in possessionibus et jvribus inuentum fuerit Monasterij prelibati, nisi consensus Ecclesie accesserit *babenbergensis* et principis Stirie. Preterea possessiones, quas in *pirno monte* eidem Monasterio antea dederamus, ipsis fratribus iterato confirmamus, videlicet Siluam quandam totam, que *aẘa Casearia* ab incolis nuncupatur, Terminis istis veris et legitimis jn presentia nostra et Optimatum nostrorum evidenter expressis, Scilicet a monte *Wuruchkogel* in vno latere montis ipsius directim per uallem usque ad montem *Langwat* secundum descensum pluuialis aque per totam *ůgyam* usque in *Tyecha;* Et a monte *Langwat* secundum descensum Riui et vallis ipsius montis usque in *Tyecha* descendentia Et a fluuio *Tyecha* usque ad *Sebach* Et per riuum *Sebach* sursum usque ad Stagnum Et ipsum Stagnum totum, de quo nomen sumpsit de *Sebach,* Et a Stagno sursum vsque ad Lacum *Laẘen* Et a Lacu *Laẘen* usque per fontem (sic) Et a fonte per rupes, que dicitur *Torstaein* Et *Torstaein* sursum usque ad *Willdense* Et a *Willdense* usque in *pirnse* deorsum Et a *pirnse* secundum descensum Rivi *Tyecha* directim per totum montem *Sẘerzenberch* jnfra et supra culta et inculta cum alpibus usque in *Sebach,* Insuper alterum montem *Gv̊lch* et salinam, que in ipso est, Et omnia hinc et inde ex latere montis vndique iacentia,

Et supra ipsum montem *Gůlch* silvam totam cum omni vtilitate, que ibi nunc est aut perpetuo fieri poterit. Sed et eo die dicto Monasterio contulimus trans flumen *Tampach* in villa *Gaersten* mansum *Gozilai* venatoris an der *Wůre* cum proximo pheodo sibi adiacenti. Item volumus et firmiter Statuimus obseruandum, vt nullus iudicum Siue officialivm ecclesie nostre aliquam exactionem potestatiuam sev jurisdictionem in quibuscunque memorati Monasterij prediis, possessionibus, hominibus aliqualiter exercere debeat. Et ne ista tradicionis nostre pia actio vmquam ab aliquo successorum nostrorum sev hominum aliorum infringatur, cum banno domini nostri jesu christi omniumque sanctorum nec non et nostro Sub excommunicationis et anathematis vinculo districtius prohibentes, ne quisquam deinceps id, quod indulsimus sive concessimus Monasterio *Glvnicensi* infringere uel cassare aliqualiter audeat uel presumat. Hocque, quod fecimus, sollempniter nostro sigillo profitemur. Huius rei testes sunt: *Diedpoldus venerabilis pataviensis ecclesie Episcopus, Albero decanus, Jacobus archypresbiter, Adelbertus archypresbiter,* Canonici ecclesie *pataviensis, Haeinricus maior prepositus ecclesie babenbergensis, Pvrchardus decanus, Tiemo prepositus Sancti Stephani, Vlricus archidyaconus, Eberhardus Cantor, Chunradus Custos,* Canonici ecclesie *babenbergensis, Perchdoldus dilectus consanguineus noster dvx Meranie, Leutoldus de Wallerstaeine, Vlricus de Wiltberch, Amelbreht de Lochůsin, Ortolfus de Tollet, Pillunch de Kyrchaeime, Ekkart de Limeze, Laentfrit de Eppenstaeine, Alramus de Kambe, Arnoldus de Kamere, Hermannus, Marquardus slikarij, Pilgrimus de hage, Erkenpoldus de hagwalde, Starchandus, Rvdigerus et frater eius Otto, Warmundus de Cirberch, Haeinricus stirbenze et alter Haeinricus, Hvgo der Gaerwer* cum multis aliis. Datum apud *Laureacum* in ecclesia Sancti Laurentij, ubi etiam eodem die Triginta septem prelati cum multitudine cleri conuentum sollempniter celebrabant, Anno pontificatus nostri sexto, Anno ab inCarnatione domini Millesimo Centesimo Octogesimo Tertio. Pridie Idus Avgvsti, Indictione septima.

Regnante domino nostro Jesv Christo In Eternum feliciter Amen.

Original mit Siegel, im Archive zu Gleink. — Kurz, Beiträge, III. 319. — Hormayr's Werke, III. 428.

CCLXIII.

1183. 12. August. Lorch. — *Otto II., Bischof von Bamberg, bestätigt dem Kloster Gleink die von seinen Vorfahren demselben ertheilten Freiheiten und Rechte, namentlich über die Besitzungen im Garstenthale.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis patris et filii et spiritus sancti amen. *Otto* secundus divina fauente clementia *babenbergensis* episcopus Omnibus christi fidelibus tam futuris quam presentibvs salutem inperpetuum, Quia ratio Officii nostri hoc expostulat, ut sacris ecclesiis ob honorem dei omnipotentis in omnibus debeamus fideliter prodesse, Sed specialiter tamen hiis, que ad manum nostram pertinent. Hoc pio affectu considerantes Notificamus cunctis christi fidelibus, qualem benivolentie et gratie sollicitudinem circa Monasterium *Glvnicense* fecerimus. Siquidem venientes in partes illas a fratribus eiusdem Monasterij sumus benigne suscepti et humane tractati, quorum fideli deuotione incitati privilegia ipsius Monasterij nobis monstrare ivssimus, legimus et relegimus, omniaque ivra, libertates, gratias, et utilitates, quas sanctus *Otto* episcopus jn initio fundationis ipsius Monasterij ac alij antecessores nostri ipsi ecclesie donauerant, sicut etiam in eorum privilegiis invenimus, nos respectu eternorum premiorum cum consilio Canonicorum nostrorum ac Ministerialivm ecclesie nostre quasdam eis augmentando meliorauimus et auctoritate nostra firmiter duximus roborandas, Uidelicet, quod omnes possessiones et alia, que Monasterivm *Glunicense* a nostra ecclesia possidet, uel perpetuo habere poterit, sub defensione principis Stirie consistant. Ipse uero dictus princeps Stirie propter deum fideliter defendat et protegat ipsam ecclesiam sine omni conmodo temporali. Item familia *Glvnicensis* cum familia *Babenbergensi* sine ullo ivris sui dispendio matrimonia libere contrahat totaque filiorum ac filiarum successio ad *Glônich* pertineat. Item ligna quibuslibet usibvs necessaria in *Hagwalde* et in *Pirno monte* nominatim expressa et in omnibus nostris forestis et silvis, dum tamen non dent aliis neque uendant, dictum Monasterivm *Glônicense* et omnes in sua possessione existentes, desecandi et auferendi pro suis presertim vtilitatibus liberam habeant potestatem, Item in omnibus locis et alpibvs nostris suos greges pascendi liberam habeant facultatem, Item omnibus militibus et Ministerialibus ecclesie nostre sev aliis cuiuscumque nominis beneficia a nobis in pheodo uel sub ivre hominij habentibus licentiam et liberam

potestatem contulimus iam dicto Monasterio *Glônicensi* fratribusque ibidem deo seruientibus potestative conferre possessiones, predia, beneficia, decimas et mancipia sua sev quelibet dona tam in siluis quam in agris cum omnibus usufructuariis, quesitis scilicet ac inquirendis, Ut autem idem Monasterium in tantum proficiat, quod etiam ab ipsius Abbatibus et fratribus indempnis permaneat, volumus et statuimus firmiter obseruandum, quod nullus Abbas et conuentus ipsius ecclesie uendat vel ad aliud alienationis genus protrahat, quicquid in possessionibus et ivribus inuentum fuerit Monasterii prelibati, nisi consensus ecclesie accesserit *babenbergensis* et principis Stirie, Preterea possessiones in *Pirno monte*, quas illustris dominus *Otakerius Stirensis* Marchio ab ecclesia *babenbergensi* ivre pheodali possederat, per manvs reuerendi patris sancti *Ottonis* predecessoris nostri *babenbergensis* ecclesie episcopi taliter resignauit, ut easdem conferret Monasterio *Glûnicensi*, quod et fecit, dicti Monasterij fratribus confirmamus, Uidelicet siluam quandam totam, que *Awa Casearia* ab incolis nuncupatur, terminis istis ueris et legitimis in presentia antedicti Uenerabilis sancti *Ottonis babenbergensis* episcopi et optimatum suorum euidenter expressis, Scilicet a monte *Wurchkogel* in vno latere montis ipsius directim per uallem usque ad montem *Langwat* secundum descensum pluvialis aque per totam *Avgyam* usque in Tyecha, Et a monte *Langwat* secundum descensvm Rivi et uallis ipsius montis usque in Tyecha descendentia. Et a fluvio *Tyecha* usque ad *Sepach* Et per Rivum *Sebach* sursum usque ad Stagnum et ipsum Stagnum totum, de quo nomen sumpsit der *Sebach*, Et a Stagno sursum usque ad Lacum Låwen Et a lacu Låwen usque per fontem Et a fonte per Rvpes, qui dicitur Torstaein, Et a Torstaein sursum usque ad *Willdense* Et a *Willdense* usque in *Pirnse* deorsum, Et a *Pirnse* secundum descensum Rivi Tyecha, directim per totum montem *Swerzenberch*, infra et supra, culta et inculta cum alpibus usque in *Sebach*. Insuper alterum montem *Gvlch* et Salinam, que in ipso est, Et omnia hinc et inde ex latere montis undique iacentia Et super ipsum montem Gvlch siluam totam cum omni utilitate, que ibi nunc est aut perpetuo fieri poterit, Et ut sepedicto in Monasterio *Glônicensi* cultus divini nominis per nos etiam augeatur, donauimus de consilio Canonicorum ecclesie nostre dicti Monasterij fratribus trans flumen *Tanpach* in villa *Gersten* mansum *Gozilai* uenatoris an der *Wûre* cum proximo pheodo sibi adiacenti. Item uolumus et firmiter

statuimus obseruandum, ut nullus iudicum vel officialium ecclesie nostre aliquam exactionem potestativam sev ivrisdictionem in quibuscunque memorati Monasterii prediis, possessionibus, hominibus aliqualiter exercere debeat, Et ne ista traditionis nostre pia actio unquam ab aliquo successorum nostrorum sev hominvm aliorum infringatur, cum banno Domini nostri iesu christi omnivmque sanctorum nec non et nostro sub exconmunicationis et anathematis vinculo districtius prohibentes, ne quisquam deinceps id, quod indulsimus siue concessimus, Monasterio *Glvnicensi* infringere vel cassare aliqualiter audeat uel presumat. Hocque, quod fecimus sollempniter, nostro sigillo profitemur. Huius rei testes sunt: *Diedpoldus venerabilis Pataviensis ecclesie episcopus. Albero Decanus, Jacobus Archypresbiter, Adelbertus archypresbiter* Canonici *Pataviensis* ecclesie. *Heinricus maior prepositus ecclesie babenbergensis, Pvrchardus Decanus, Tyemo prepositus sancti Stephani, Vlricus archidyaconus, Eberhardus Cantor, Chvnradus Custos,* Canonici ecclesie *babenbergensis, Perchtoldus dilectus consanguinevs noster dux Meranye, Leutoldus de Walerstaeine, Vlricus de Wiltperch, Amelpreht de Lochosen, Ortolfus de Tolet, Pillunch de Kyrchaeime, Ekkart de Lymeze, Laentfrit de Eppenstaeine, Alrammus de Kambe, Arnoldus de Kamer, Hermannus, Marquardus Slikarij, Pilgrimus de hage, Erchenpoldus de Hagwalde, Starchandus, Rudigerus et frater eius Otto, Warmundus de Cyrberch, Heinricus stierbenze et alter Heinricus, Hugo der Gaerwer* cum multis aliis.

Datum apud *Laureacum* in ecclesia sancti Laurentij, vbi etiam eodem die Tredecim (sic) prelati cum multitudine cleri conuentum sollempniter celebrabant, Anno pontificatus nostri sexto, Anno ab Incarnatione Domini Millesimo Centesimo Octogesimo Tertio, Pridie idus Augusti, InDictione Septima, Regnante Domino nostro iesu christo In eternum feliciter, Amen.

Original mit Siegel, im Archive zu Gleink. — Kurz, Beiträge, III. 319. — Hormayr's Werke, III. 428.

CCLXIV.

1184. 2. April. — *Chuno, Bischof von Regensburg, stellt dem Kloster Mondsee den Forst Abernsee wieder zurück, nachdem Letzteres sein Anrecht daran nachgewiesen.*

In nomine Sanctæ et Individuæ trinitatis. *Chuno* Dei gratia *Ratisbonensis* Ecclesiæ Episcopus licet immeritus In perpetuum. in

eo sumus loco et officio licet immeriti Domino providente constituti, ut omnibus sub nostro regimine existentibus Jura sua studio paternæ sollicitudinis conservemus illæsa et his maxime, qui sub sanctæ conversationis religione in laudibus divinis continuo inveniuntur emancipati, ne de minori possimus vigilantia reprehendi, si permiserimus eos sua justitia defraudari. Omnium igitur tam præsentium quam futurorum noverit industria fidelium, quod prædecessores nostri et nos cum eis habuimus in usibus nostris Forestam, quæ dicitur *Abernsee* ita tamen, quod Dominus *Abbas de Monsee* cum sua congregatione dicerent se tam a nobis quam a prædecessoribus nostris pati injuriam, maxime cum eandem Forestam antiqua Imperatoris traditione et longissima possessione Monasterium idem quiete possederit multo tempore. Nolentes itaque vel Episcopatum vel Monasterium sua defraudari Justitia, diligenti inquisitione adhibita invenimus certissima veritate, Forestam prædictam eidem Monasterio de Jure debere contingere. Quia ergo de Justitia Ecclesiæ nostræ nihil credimus deperire, si, quæ aliena sunt, desistimus possidere, sub præsentis paginæ testimonio certificamus, quod a possessione prædictæ Forestæ omnino, (sicut et justum fuit,) cessimus et ex abundanti justitia eandem Forestam prædicto Monasterio super altare B. Michaelis manu propria tradidimus. Hi autem sunt termini ejusdem Forestæ: In occidente a rivo *Zinckinbach*, ubi ipse *Abernsee* influit, et ab oriente, ubi *Tinnilbach* in lacum influit usque ad locum, ubi *Iskila* in *Trunam* cadit, et ex alia parte terminum habet usque ad *Wizzinbach*, quo et ipse in *Attersee* manat, et ad alium *Wizzinbach* usque dum influit *Trunam*. Ne qua ergo spiritualis sæcularisve persona hanc nostram traditionem immutare præsumat, ipsam nostri auctoritate præcepti sub vinculo anathematis ratam haberi præcipimus. Et ne a fide et memoria successorum nostrorum hæc nostra traditio possit excidere, hanc inde chartam sub testimonio multorum fecimus inscribi et nostro sigillo jussimus insigniri. Sunt autem hi testes: Clerici *Godefridus Præpositus, Ruprecht, Marquardus Decanus, Udalricus, Rudigerus*. Hi autem laici: *Comes Heinricus de Francehusen, Friderich Landgrave, Comes Rapoto de Ortenberge, Albero de Zoolfiunge, Friderich de Peringe, Rudiger de Waltsteine, Otto de Valchensteine, Radolth de Gisilingen, Dietrich de Reitenbuch, Gumpold an der Heide, Chunrat de Kirthorff, Rudiger de Stein, Hartvvich de Lichtenberge, Gerloch de Nuzdorff, Otto Marsalch, Heinrich Hek, Dietrich de Kirphern,*

Chunrat Kägel, Chunrat de Henhusen, *Arbo de Aheim* et alii quam plures. Facta est autem hæc traditio anno ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi M.C.LXXXIV. IV. Non. April. Indict. II. Imperatore Friderico regnante.

Chron. Lunaelac. pag. 139. — Pez, Thes. VI. II. 40. — Ried, Cod. Ratisb. I. 265.

CCLXV.

1184. Im Mai. Mainz. — *Kaiser Friedrich I. nimmt das Kloster Admont in seinen und des Reiches besondern Schutz und bestätigt demselben seine Besitzungen, namentlich die bei Ens, Ulsbach, Hall, am Hausruck und bei Wels.*

IN nomine Sanctæ et Individuæ Trinitatis. *Fridericus Romanorum Imperator* Augustus. Aequitas rationis et censura Justiciæ Maiestatem nostram ammonent et invitant, ut ad Munimen et protectionem Ecclesiarum Dei, quibus ordinatione Divina prodesse tenemur et adesse, solatium gratiæ nostræ clementer extendamus, specialiter autem ad illas, a quibus orationum suffragia et spem salutis nostræ gaudemus in Christo Jesu suscipere. Hujusmodi namque affectuoso pietatis opere sic per bona temporalia transire speramus, ut eo propitiante, qui dat salutem Regibus, æternam beatitudinem consequi mereamur.

Ea propter cognoscant universi Romani Imperii fideles præsentes et futuri, quod nos intuitu Divinæ remunerationis et nostra omniumque Parentum nostrorum salute nec non et respectu Religionis ac obtentu participationis bonorum operum et orationum Agmundensis Congregationis eandem *Admontensem Ecclesiam*, Abbatem, Monachos et fratres ibidem Deo servientes, familiam et omnia bona prædicto Monasterio pertinentia sive a *fundatore Gebhardo Salzburgense Archiepiscopo* et ejus successoribus sive ab aliis fidelibus tradita seu fratrum Labore et industria rationabiliter conquisita, sicut in privilegio piæ recordationis *Chunradi senioris* et aliorum Successorum ejus suis distincta censentur Vocabulis, Videlicet hæc:

Ex dono bonæ memoriæ Gebhardi Salzpurgensis Archiepiscopi fundatoris ejusdem Cœnobii in valle Admontensi fundum Ecclesiæ S. Blasii et quæcumque *Hemma Comitissa* ibi habuit; Patellam salis in vicinia Monasterii apud *Halle* et maximam partem adjacentis nemoris. Ex dono successorum ejus *Tiemonis* et *Chunradi* et *Ebirhardi* Archiepiscoporum Curtem ex altera parte alvei, qui dicitur *Admunt*, et

reliquum nemoris et præconium ultra fluvium *Anesis;* Patellas et salinas apud *Halle* cum Augia, quæ adjacet flumini prædicto, et forestum omne ad *Wenge* pertinens cum Novalibus, Curtes *Rudindorf, Kriezzovve, Pleberch, Arnich, Rute, Chrumpovve, Jonspach* et quæ dederunt prædicti Episcopi in variis usibus alpium et montium, ubi sal coquitur et ferrum foditur, cum agris, silvis, pratis, aquis aquarumque decursibus a rivulo *Zedlize* usque *Frodnize* et a *Lusah* usque *Slayph* cum piscationibus et Venationibus in prædictis terminis et apud *S. Gallum* Novalibus et omnibus Justitiis suis. In eadem Valle sua et in Nemoribus seu montanis eorum tam remotis quam prope positis sive in *Karinthia* seu *Marchia* vel in omnibus prædiis suis, ubicumque venæ salis seu argenti vel ferri aut cujuslibet generis Metalli fodinæ reperiri poterunt.

Ex Dono quoque *Chunradi primi* Domum Hospitalem *Friesach* cum prædiis et omni Jure suo. Ex Dono Nobilium quorundam *Reinheri* videlicet et *Petrissæ* et aliorum consanguineorum *Livtoldi Abbatis Admuntensis* Allodia *Touernich* et *Chirchaim* cum omnibus pertinentiis suis; Prædium ad *Segeriz*, prædium ad *Cholmunz*, in *Gnessovv* et *Purchstall*, prædium in *Tobilarn* et *Micheldorf*. Ex Dono *Chunradi secundi Archiepiscopi* prædium *Rapotindorf* et *Guetinbrunnen* et *Aichen* et aliis possessionibus *Machthildis matronæ*. Ex Dono Gebehardi Archiepiscopi prædium *Zezzen* et *Altenhoven* et *Lelin*, Prædium ad *Pisvvich* et in *Zozzin*. Ex Dono *Marchionis Otakari* et ejus *filii Oda. Ducis* alpem *Schoverin* ad idem prædium pertinentem, Quicquid apud *Grazlup* et *Pals* habent. Ex Dono Gebhardi prædium *Tiufenpach* et *Aichdorf, Praitenvvrt* cum omnibus pertinentiis eorum; Quicquid apud *Gurzeim* et *Wenge* et in *Thauro monte* habent et *Triebin* cum omnibus pertinentiis suis. prædia ad Duas *Griezin* et *Dietmarsdorf, Perndorf, Siginsdorf, Stade, Strechovve, Puhel* cum omnibus pertinentiis suis.

Ex Dono *Chunradi primi Archiepiscopi* prædium *Jeringe inferius*, ex Dono *Gebehardi Jeringe superius* cum omnibus appendiciis eorum. Ex Dono Chunradi et Ebirhardi Archiepiscoporum prædium *Gotefridi Mukkinnovve* cum omni Jure suo. Prædium *Gazzovve* et *Velkis* cum adjacentibus prædiis, prædium *Averam* et *Culme*, prædium *Lazlavvsdorf*, Silvam, quam dedit *Otaker Dux* inter *Losniz* et *Gamniz*, prædium *Strazganch*, quod fuit *Guntheri Marchionis* et *Conradi Comitis de Pilstein* et *Stubenich* et *Fustriz* cum omnibus pertinentiis

suis et cunctis, quæ in *Marchia* habent, prædiis; Prædium *Ratelach,* quod fuit *Comitum Weriandi* et *Pernhardi;* Quicquid habent *Lufniz, Waltinpach, Chomer* et *Mutarn.*

Ex Dono Nobilium *Treboch* et *Tunevviz,* quinque Curtes ad pontem *S. Stephani* cum molindino; Quicquid apud *sanctum Benedictum* et *Puech* et *Lobnick* et *Chrotendorf* et *Chrovvath* et juxta *Muram fluvium* et *Liesnich* et apud *Lungovve* et *Chats* prædiorum habent. Ex dono Nobilium prædia *Mitterndorf* et *Pirchenvvanch* et *Selsniz.* Ex dono Ebirhardi Archiepiscopi duos mansus in villa *Techanschirchen.* Ex dono Nobilium quæcumque apud *Wurvilach, Potsach, Gomvaren, Pfafstete, Modelansdorf* et *Aichove* et *Volindorf* possident. Ex dono *Wielandi* et uxoris suæ *Jutæ* prædium *Chrovvat* et *Vurvelath* et *Gumpoldischirchen,* vineam ex dono Gebhardi *Rust, Arnisdorf, Welmnich, Winden* cum appenditiis eorum. Apud *Wachovve* quidquid *Comes de Wolfrathusen* apud *Prunnen,* quicquid *Fridericus advocatus* apud *Luthinove,* quidquid *Gotefridus de Weterfeld* eis dederunt.

Ex dono Nobilium vineta apud *Chremise* cum molendino et quæcumque inibi et apud *Pielach* et ubicumque in *Austria* apud *Ens* et *Ulspuch*, Prædium apud *minus Halle*, quod *Ducis* nuncupatur, quæcumque circa *Housrukk* et circa *Wels* possident, Apud *Tresvviz* et *Luezen* prædia. Ex dono nobilium prædia *Haginperg*, *Wizzenbach*, *Obilarn*, *Gundakeringen*, *Slabenich.* Ex dono Archiepiscoporum *Sundermaningen*, *Peukkarn*, *Irintal*, *Tutisinpach*, *Aich*, *Winchlaren*, *Eberhartingen*, *Hovemarn*, quod emerunt; Prædium apud *Hus superius et inferius*, *Inensvvalde* et *Rastat*, *Schratengastei, Uricenvvalde, Pongovve,* Prædia cum novalibus usque *Horginprukke,* prædium *Mitternhove*, *Wenge, Elmovve* a Gebhardo Archiepiscopo *Salzpurch*, *Hyrshalm* cum appenditiis eorum. In villa *Baierhalle* quæcumque a *Comite Pertholdo* et *Ottone Palatino* dono vel concambio acquisierunt. Ex dono nobilium quidquid apud *Pergen, Imberheim, Hatiprechtisprunnen, Hasilbach, Surloch, Hesilvvanch, VVilpach, VVetilchaim, Uralsdorf, Cramperch* et quæcumque in Bavaria habent, prædium *Elsindorf,* quod fuit *Ulrici* et *Pernhardi* et omnia, quæ ibidem emerunt.

Hæc ergo omnia, quæ Admontensis Ecclesia in prætaxatis locis et aliis similiter legitime possidet et quæcumque ei pertinent in terris, agris, vineis (aquis) aquarumque decursibus, silvis, pratis, pascuis,

locis cultis et incultis, infra terram et supra terram et ea, quæcumque post indulta eis privilegia vel ante eorum collationem justo adoptionis titulo dinoscuntur possedisse vel præstante Domino imposterum juste sunt adepturi, sub alis et aquilis Imperatoriæ Majestatis conservanda suscepimus et defensanda constituentes vel debita usuum integritate possideant, quæ de Regalibus Imperii a Salzburgensi Ecclesia nomine Elemosynæ susceperunt et possidere dinoscuntur.

Ad augmentum quoque Imperialis gratiæ clementer eis indulgemus et confirmamus, ut in sæcularibus judiciis per omnem vallem ipsorum nullus advocatorum vel aliorum judicum quippiam sibi juris vendicet, sed Abbatem et fratres ejus, sicut hactenus habuerunt, libere respiciant, Insuper adjicientes Imperialis edicti vigore, ut quemadmodum *Gebhardus Comes de Purchousen* advocatus quondam monasterii et successor ejus Patruus noster *Dux Austriæ Hainricus* advocatiam ejusdem Monasterii habuisse dinoscuntur et sicut idem Dux Hainricus et filius ejus *Dux Liutpoldus* privilegiis suis eidem confirmaverunt Ecclesiæ, ita irrefragabiliter observetur, scilicet quod nec ipsi advocati nec fideles eorum placita, bannos, modios vel pecudes a fratribus ipsis vel hominibus eorum exigant; Insuper ut nec ipsis advocatis nec aliis potestatibus liceat de advocatia bonorum ejusdem Ecclesiæ quempiam inbeneficiare, sed fideles et amicos suos dilectionis tantum intuitu tutores ac defensores monasterii instituat. Idipsum quoque in tota terra Ducis Stirensis consanguinei nostri et in Karinthia perpetim observandum statuimus.

De libero quoque per omnem terram *Ducis Styrensis* transitu et teloneo ab eis non exigendo, sicut ipse *Dux Otaher* et pater ejus fratribus jam dictæ indulserunt Ecclesiæ, et nos indulgemus et confirmamus statuentes et Imperiali auctoritate sancientes, ut nulla omnino persona humilis vel alta, secularis seu ecclesiastica hanc auctoritatis nostræ paginam aliquibus damnis injuriarum seu calumniis audeat attentare. Quod qui fecerit, Majestatis reus quinquaginta Libras auri puri pro poena componat, dimidium fisco Imperialis Cameræ et reliquum injuriam patienti Ecclesiæ. Huius rei testes sunt *Chunradus Moguntinus Archiepiscopus*, *Philippus Coloniensis Archiepiscopus*, *Hermannus Monasteriensis Episcopus*, *Martinus Misnensis Episcopus*, *Chunradus Lubicensis Electus*, *Liupoldus Dux Austriæ*, *Fridericus Dux Sueviæ*, *Ludvvicus Comes de Spizimberch*, *Engilbertus Comes de Gurtze*, *Heinricus Comes de Vietse*, *Otto de Lenginbach*,

Herkimbertus de Haginovve, Khrafto de Emizinisbach, Engilscalcus de Ura, Lutvvinus de Sunninberch, Ulricus de Stovviz, Heinricus de Dunkinstein et alii quam plures.

Sigillum Friderici Romanorum Imperatoris Invictissimi.

Ego *Gotefridus Imperialis aulæ Cancellarius* vice Chunradi Moguntinæ sedis Archiepiscopi et Germaniæ Archicancellarii recognovi.

Acta sunt hæc anno Dominicæ Incarnationis MCLXXXIIII. Indictione II. Regnante Domino Friderico Romanorum Imperatore Gloriosissimo, Anno Regni ejus XXXIIII. Imperii vero XXX. feliciter. Amen. Datum apud *Moguntiam.*

Ludewig, Reliquiæ Mscpptt. IV. 170. — Pez, Thesaur. Tom. III. Ps. III. pag. 676.

CCLXVI.

1184. Salzburg. — *Adalbert, Erzbischof von Salzburg, verleiht dem Kloster Reichersberg ein Talent jährlicher Einkünfte von seiner Salzquelle zu Hall.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis ego *adalbertvs* dei gratia *Salzburgensis* ecclesie archiepiscopvs dilectis filiis *Richerspergensis* congregationis uidelicet *philippo* preposito eiusque successoribus et omnibus ibidem deo famulantibus in perpetuum. Ad nostrum officium pertinere dinoscitur, quod deo seruientibus tam in temporalibus quam in spiritualibus clementer curam inpendere debeamus. Inde est, quod dilecto filio *philippo richerspergensis* cenobii preposito eiusque successoribus et omnibus ibidem deo seruientibus tradidimus in perpetuam proprietatem unum talentum singulis annis persoluendum de dominicalibus nostris in tercia feria pasce scilicet de fonte in *halla.* Presentes fuerunt et fauorem prestiterunt dominus *Gundacher prepositus maioris ecclesię salzburgensis, Fridericus decanus* cum ceteris canonicis eiusdem metropolis. Testes autem huius actionis fuerunt *Walkǒnus de steina, Pabo de eringen, Meingotus castellanus et frater eius Siboto de surberch, Rǔdegerus uicedominus, Uolckmarus de mulberch, Heinricus de iǔlbach, Heinricus de Winhaeringen, Vlricus et frater eius Siboto de atenat, Chǔno de Weruen, Chunradus de chalheim, Ekehardus de tanne, Chǔnradus de uagera, Fridericus de pettowe, Chǔnradus de straza* et alii quam plures.

Data *Salzbvrge* (sic) anno incarnationis domini M°. C°. LXXX. IIII°.

Original, im Archive zu Reichersberg. Das rückwärts angeheftete Siegel grösstentheils zerbröckelt. — Mon. boic. IIII. 421.

CCLXVII.

Circa 1185. 11. April. Velletri. — ***Papst Lucius III. nimmt das von der edlen Frau Beatrix von Chlamb am Gestade der Donau zu Pahin gestiftete Pilgerspital in seinen besondern Schutz.***

Lucius episcopus seruus seruorum dei dilecto in Christo fratri *Regenbot Rectori hospitalis de Pahin* Salutem et apostolicam benedictionem. Que a Christi fidelibus religiosis locis in pios usus fuerunt attributa, ne processu temporis aliquorum malicia subtrahantur, apostolico debent munimine roborari. Dilecta siquidem in Christo filia nostra nobilis mulier *Beatrix de Chlamb* predium quoddam iuxta littus *danubii*, quod Pahin dicitur, beato Petro sub unius aurei censu annis singulis exhibendo pie deuocionis intuitu obtulit et ibi hospitale ad peregrinorum usus et aliorum transeuncium construere cepit et Ecclesiam fabricare. Predium insuper eidem hospitali pro sua et suorum consanguineorum animarum salute de assensu nobilis mulieris *Adelheidis* filie ipsius et mariti eiusdem H. scilicet *Comitis de Velburk* et O. filii eorum pia deuocione concessit, ut ibi, sicut diximus, peregrini ac transeuntes grata reperiant solacia karitatis. Nos autem ad peticionem eiusdem mulieris locum ipsum cum hiis, que inpresenciarum iuste et sine controuersia possidet uel in futurum concessione pontificum, largicione regum uel principum, oblacione fidelium seu aliis iustis modis prestante domino poterit adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti patrocinio comunimus. Terminos autem huius predii inferius duximus annotandos, uidelicet a riuulo, qui *Chrewspach* dicitur, per ascensum usque ad *ruptum castrum domine Helchin*, Item a summitate moncium, sicut nix labitur et ymbres fluunt, usque in alueum danubii. Redditus eciam prefato loco datos et attinentes uidelicet super monte, qui latine *sella* sed uulgariter *Satel* dicitur, octo mansus et octo, quibus *Perhart* et filii eius et *Ditericus* inbeneficiati erant, et duos mansus, quibus *Welocto* inbeneficiatus fuit, Item *nemus Dachsperg*, Item *Elmpach* tres mansus, *Hundorf* nouem, *Hohenwert* duos mansus, *Teuffenpach* nouem, *Stranlindorf* duos mansus, quos *Gotfridus* de *Siboto* possedit et tercius, quem *Delricus* et filius eius *Alram* possedit, et quartus, quem *Wikman* et *Reginger* possedit, et ager et nouella, quam *Rudolf* et *Chunigunt* et *Gerunch* possederunt, Item uineam unam *Cremse*, que a *Gotschalco* empta fuit, Item uineam unam *Entenberg*, quam habuit

delreoth, *suar* et *ger*, Item *Rubindorf* unam villicalem curtim et tres vineas cum agris ad vineas pertinentibus, quibus vinee coli debent, sicut *Otto* et *Wernher* et *Alber de Momenlach* possederat. Item *enstale* in villa, que *Obelach* dicitur, que *Walchun de Chlamb* et uxor eius *Beatrix* ibidem possedit et que *Heinricus et Arnoldus* in beneficio accepit, duodecim mansus predicto hospitali authoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio comunimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre protectionis et confirmacionis infringere uel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum *Velletr*. III. Idus aprilis.

Kurz, Beiträge, IV. pag. 478. — Man sehe loc. cit. die Note in Betreff der Zeitbestimmung für diese Urkunde.

CCLXVIII.

1185. 13. December. Verona. — *Papst Urban III. trägt dem Abte von Admont auf, die durch Manegold vertriebenen Mönche ins Kloster zurückzuführen und die Eindringlinge zu excommuniciren.*

Urbanus episcopus seruus seruorum dei dilecto filio J. [1]) abbati de *Agdemunt* salutem et apostolicam benedictionem. Cvm latores presencium fratres monasterii *Chremise* enormitatibus, quas M. [2]) in monasterio ipso intrusus in monasterii detrimentum exercere non desinit, se oponere laborarent, ille eos de ipso monasterio expulit vestibus et aliis necessariis spoliatos; Quia vero evm super omnibus, que obiecta fuerint, ad nostram presenciam vocamus responsurum Nolentes, ut fratres ipsi per ipsius maliciam vlterius evagentur, discrecioni tue per apostolica scripta mandamus, quatenus eos in monasterium appellacione cessante reducas et per districtionem ecclesiasticam facies pacifice permanere; predicto intrvso et fratri suo Patauiensi episcopo litteris citatoriis redditis exparte nostra. Illos vero, qui predictum monasterium inuaserunt et fracto sacrario calicem et alias res plurimas alienasse dicuntur, appellacione remota per excommunicacionis et interdicti sentenciam a monasterio ipso non differas propulsare redditis monasterio, que de ipsius sacrario rapuerant. Et quia B. [3]) in fratres ipsos manus, vt dicitur, presumpsit iniicere

---

[1]) Isinricus.

[2]) und [3]) soll beides Manegoldus heissen.

violentas, ipsum, si ita est, appellacione remota publice nuncies vinculo excommunicacionis astrictum et tamdiu facias evitari, donec passis iniuriam satis faciat competenter et cum tvarum testimonio litterarum ad sedem apostolicam veniat absolvendus. Data Veroni ydus decembris [1]).

Urkundenbuch von Kremsmünster, pag. 54, Nro. 41, ex copia.

CCLXIX.

1185. 13. December. Verona. — *Papst Urban III. trägt den Mönchen auf, aus ihrer Mitte einen Administrator zu wählen und gibt ihnen die gegen Manegold eingeleiteten Massregeln bekannt.*

Vrbanus episcopus seruus servorum dei dilectis filiis fratribus *Chremise* monasterio salutem et apostolicam benedictionem. Audito per literas et fratres vestros, quos nuper ad nostram presenciam destinastis per intrvsionem M. [2]) qui monasterio vestro incubare dinoscitur, idem monasterium quam grave dispendium paciatur et quomodo per insolenciam ipsius iam in pluribus sit elapsum. Intellecto eciam, quod ad presenciam eorum, quibus felicis recordacionis *Lucius* III. papa predecessor noster excessum eius commiserat corigendum, citatus accedere non curauit, statui ecclesie vestre paterna volentes sollicitudine providere, predicto M. [3]) et patauiensi episcopo fratri suo, qui super facto ipso graviter proponitur excessisse, in obediencie virtute precepimus, vt in dominica, qua cantatur Oculi, in personis et expensis propriis responsuri nobis de omnibus, que aduersus eos duxeritis proponenda nostro se conspectui representent. Ne vero ex prouisoris defectu monasterium vestrum incurrat interim aliquid detrimentum vniuersitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus aliquem de communi assensu uel maioris et sanioris partis de fratribus vestris discrecioribus statuatis, qui monasterium vestrum interius et exterius gubernet, donec prefata controversia terminetur. Fratribus vero, qui pro causa ad nostram presenciam accesserint, de monasterio volumus et precipimus expensas congrvas ministrari. Data Verone Idus Decembris.

Urkundenbuch von Kremsmünster, pag. 55, Nro. 42, ex copia.

---

[1]) Eine Randnote sagt fälschlich: „circa annum domini M.CLXXX“, da Urban III. vom 25. November 1185 bis 11. October 1187 auf dem päpstlichen Stuhle sass.

[2]) und [3]) Manegoldus.

CCLXX.

1185. 13. December. Verona. — ***Papst Urban III. fordert den Abt Manegold von St. Georgen in Schwaben vor seinen Richterstuhl.***

Urbanus episcopus servus seruorum dei dilecto filio M.[1]) abbati Sancti Georii in sweuia salutem et apostolicam benedictionem. Cum svper intrvsione et incubacione tua, qua monasterium *Chremise* niteris detinere, licet in aliquibus abbaciis officium exerceas, et aliis enormitatibus, quas pro obtinenda eiusdem monasterii abbacia, circa dilectos filios nostros electum et fratres ipsius ecclesie tam tu quam germanus tuus pataviensis episcopus non es veritus perpetrare, quas etiam in eodem monasterio moram faciens addidisti ad felicis memorie *Lucium* III. papam predecessorem nostrum fratrem ipsius ecclesie grauis conquisitio pervenisset dilectis filiis nostris de *Cruce sancta* et de *Gaersten* abbatibus *Saltzpurgensi* et *Neunburgensi* prepositis excessum tuum commisit auctoritate apostolica corigendum dans ei pariter in mandatis, vt prefato episcopo fratri tuo, si constaret eius, que de facto ipso proposita fuerant adversus eum districtius iniungerent ex parte eius, vt usque ad festum sancti luce proxime preteritum satis facturus detanto excessu apostolico se conspectui presentaret, alioquin eum ab officio pontificali suspenderent et facerent manere suspensum, donec mandatum apostolicum impleret. Verum sicut eorundem fratrum iterata et miserabilis conquestio patefecit, cum ipsi iudices te ad suam presenciam evocassent, tu iudicio consciencie iam dampnatus ad eorum presenciam accedere contempsisti. Nolentes ergo, vt prefatum monasterium sub incubacione tua penitus destrvatur, quod iam per insolenciam tuam, sicut accepimus, in pluribus est elapsum, per apostolica scripta tibi mandamus et in obediencie virtute precipimus, vt omni occasione et excusacione cessante in dominica, qua cantatur Oculi mei semper, in persona et expensis propriis iam dictis fratribus de omnibus, que aduersus te proposuerint, responsurus nostro te conspectui representes et fratres ipsos interim per te vel per alios non molestes. Data Verone Idus Decembris.

Urkundenbuch von Kremsmünster, pag. 55, Nro. 43, ex copia.

---

[1]) Manegoldo.

CCLXXI.

1185. 13. December. Verona. — *Papst Urban III. citirt Manegold's Bruder, den Bischof Diepold von Passau, vor sich und befiehlt ihm, die unrechtmässigen Besitznehmer des Klosters gleich aus demselben zu entfernen.*

Urbanus episcopus seruus seruorum dei *D. pataviensi episcopo* dilecto fratri suo salutem et apostolicam benedictionem. Cum super intrusione et incubacione fratris tui, qua monasterium *Chremise* nititur detinere, licet in pluribus abbaciis officium exerceat, aliis enormitatibus, quas pro obtinenda eiusdem monasterii abbacia circa dilectos filios nostros electum et fratres eiusdem ecclesie tam tu quam ipse non es veritus perpetrare, quas eciam in eodem monasterio moram faciens addidit, ad felicis memorie *Lucium* III. papam predecessorem nostrum fratrum ipsius ecclesie grauis quum conquestio peruenisset, dilectis filiis nostris *de S. Cruce* et de *Gaersten* abbatibus *Saltzpurgensi* et *Neunburgensi* prepositis excessum ipsius auctoritate commisit apostolica corrigendum, dans eis pariter in mandatis, vt tibi nichilominus, si constaret, eis de hiis, que de facto ipso aduersus te proposita fuerant, districtius iniungerent, vt ad festum S. luce proxime preteritum satis facturus de tanto excesso apostolico te conspectui presentares, alioquin te ab officio pontificali suspenderent et facerent manere suspensum, donec mandatum apostolicum adimpleres. Verum, sicut nobis iterata eorum fratrum et miserabilis conquestio patefecit, cum ipsi iudices fratrem tuum ad suam presenciam conuocassent, ipse iudicio consciencie iam dampnatus ad eorum presenciam non accessit; Tu uero licet citatus pluries semel tantum accesseris factum tuum corigere pariter neglexisti. Ideoque tibi per iterata scripta mandamus et districte precipimus, quatenus dominica, qua cantatur Oculi mei, responsurus super omnibus, que de facto ipso contra te proposita fuerint, nostro te conspectui representes; Eos vero, qui ipsum dicuntur monasterium per violenciam detinere, qui eciam sacrarium confringentes calicem et alia plura alienasse dicuntur, per excommunicacionis et interdicti sentenciam a monasterio ipso sine dilacione remoueas et fratres non permittas vlterius molestari. Data verone Idus Decembris.

Urkundenbuch von Kremsmünster. pag. 56, Nro. 44.

CCLXXII.

1186. 17. August. Auf dem St. Georgsberge bei Enns. — *Otaker, Herzog von Steiermark, beurkundet den mit Herzog Leopold von Oesterreich abgeschlossenen Vertrag wegen des Anfalles der Steiermark an Letzteren.*

In nomine Sancte Trinitatis et Individue Unitatis. *Otakarius Dux Stire* omnibus fidelibus Inperpetuum. Divinis et humanis legibus docemur ac proprie nature disciplina commonemur nostrorum Saluti consulere et eorum utilitati tam modo quam inposterum prouidere. Uita namque cujuslibet hominis diuitis siue pauperis incerta transit et instabilis ideoque quemlibet ante mortem deliberare decet, quid, cui, qualiter relinquat, quod post mortem retinere non ualei. Et quia deus sola dignatione sue misericordie primo parentibus nostris, deinde nobis magnam contulit in hominibus et rebus gloriam, Sollicitudinem habuimus non minimam, cum non haberemus heredem, cui omnia nostra cederent in hereditatem. Communicato igitur meliorum nostrorum prudenti consilio nobilissimum, Strennuissimum Fidelissimumque *ducem austrie Leobaldum* consanquineum nostrum, si sine herede decesserimus, Successorem nobis designavimus, Cuius prouincia cum nostre sit contigua, sub unius pacis ac principis facilius valeat utraque moderari iusticia. Quem quia nobis amicissimum fore credimus, quam diu uixerit, nichil mali in nos et nostro eum moliri satis confidimus. Ueruntamen ne aliquis de successoribus suis paterni moris Simul et mutue familiaritatis obliuiscens in ministeriales et prouinciales nostros impie crudeliterve presumat agere, iura nostrorum secundum petitionem ipsorum scripto statuimus comprehendere ac priuilegio munire, Inprimis siquidem statuentes, ut, si idem dux et filius eius Fridericus, quibus nostra designavimus, nos superuixerint, qui ducatum tenuerit

deest

†

Austrie, ducatum quoque regat Styrie ceteris fratribus super hoc

deest

nullo modo litigantibus. · . · Idem dux petitiones ecclesiarum, aduo-

· ·

catias monastericorum (sic) a parentibus nostris fundatorum sine Subaduocatis manv sua teneat, Dominicalia, munitiones, terram, ministeriales integraliter possideat, nisi forte petitione parentum ex multis filiis unum contingat transferri alias causa maioris emolumenti benigna

permissione domini. Quicunque de Stiria vel austria contraxerint matrimonia, eius prouincie ius habeant, in qua habitant. Si stirensi intestatus obierit, iure succedat heredis, qui proximus fuerit sanquinis. Lis exorta uel altercatio super quolibet negocio inter Stirenses non campione sed probabilium et certarum personarum credibili dirimatur testimonio. Quandocunque querimonia super prediis fuerit habita, eiusmodi questio coram iudicibus terminetur probatorum ac credibilium testium fideli testimonio. In beneficiis nullam molestiam, que uulgo aneuelh uocatur, sustinere cogantur, Sed etiam qui filios non habuerint, filiabus beneficium dimittere non prohibeantur. Beneficia ab aliis dominis aquisita, Si a duce austrie in proprietatem fuerint empta, ei non auferat, qui ivre beneficii possideat. De prediis, que duci austrie post obitum nostrum designavimus, interim, si ex his fidelibus ministerialibus ac propriis nostris dederimus, ratum esse decernimus. Ministerialis stirensis alii stirensi predia sua uendat uel etiam gratis tribuat. Similiter quicunque se convertere et de reditibus (sic) suis, quod conveniens fuerit, Deo conferre disposuerit, in claustris subternominatis cum licentia nostra facere poterit, Scilicet *Trunchirchen, Garsten, Glunic, Admunt, Seccowe, Uitringe, Sancti pauli, Oziach, Rune, Uallis Sancti Johannis Siste, Vorowe, Hospitalis incerwalt, Lambach, Uormbach, Sancti Lamberti*, ex quibus quedam aui et parentes nostri fundauerunt, omnia autem in multis nobis ministrauerunt. Cuicunque de nostris super querimoniam suam iusta sententia coram nobis non fuerit terminata, eam habeat optionem, quatenus coram duce Austrie suam renouet causam. Dapiferi, pincerne, Camerarii, marscalci, qui de nostris sunt, intranti partes Stirie duci austrie singuli cum suis subiectis per officia sua ministrent ea disciplina, qua nobis et parentibus nostris ministraverunt. Petendi (sic) curiam imperatoris aut in expeditionem eunti dicti officiarii paribus ebdomadibus, paribus diebus paribusque sumptibus seruiant sicut et hii, qui de austria seruiunt. Ab infestationibus et exactionibus, quas per precones austrie fieri cognouimus, terram nostre ditionis, sicut actenus extitit, exemptam esse decernimus. Quisquis ergo ille fuerit, qui rerum summam post nos habuerit, circa nostros uidelicet claustrales, ministeriales, conprouinciales hanc formam petitione eorum conscriptam modeste conseruabit, Quod si spreta equitate clementer gubernare despexerit, sed quasi tyrannus in nostros se erexerit, apellandi et adeundi imperatoris curiam et pretendenti (sic) per hoc priuilegium suam coram principibus

iustitiam irrefragabilem habeant licentiam. Acta sunt hec anno dominice incarnationis Millesimo Centesimo Octuagesimo Sexto, indictione quarto (sic) Concurrentium secundo, Sexto decimo Kalendarum Septembrium Die dominica Luna XXVIII. *In monte sancti Georgii Apud anesim forum*, Ubi asciti in testimonium sunt presentesque fuerunt uidentes et audientes, qui nominatim subiunguntur: *Chunradus comes de pilsteine*, *Sifridus comes de morlen*, *Heinricus et Sighardus comites de Scalah*, *Sifridus et Otto de Liuboowe*, *Liupoldus et Heinricus de plaien*, *Chunradus de dormberch*, *Albreht et Alram de chambe*, *Wernhardus de hagenowe*, *Wernhart de Scowemberch*, *Engilbertus de planchenberc*, *Hademar de chufarn*. *Wernhart de griezbach*, *Fridarich de perge*, *Eggebreht de pernegge*, *Otto comes de clamme*, *Otto de lengimbach*, *Heinrich pris*, *Albreht de Wihstberch*, *Liutolt de gutemberc*, *Chunrat et Rudolf de chindeberc*, *Wichart de charlsperch*, *Rudolf de vlaece*, *Eberhart derlach*. Preterea adicimus de nostris, ut, qui in fundo suo ecclesiam construere uelit, construat uel parocchie sue aliquid conferre, conferat; Capellanos et clericos nostros sessionem proximam nobis in mensa, sicut a patre nostro habuerunt, habere uolumus et ne de hospiciis suis per marscalcum expellantur, interdicimus. Temporibus Friderici Imperatoris et Alberti Salzburgensis Archiepiscopi hec patrata sunt. ✝ hic est nostros in sua potestate habeant adeo, quodsi etiam regni gratiam amiserint, a nobis sibi collatos amittere non ualeant. Postmodum quicunque de suis nepotibus sibi succedentibus ⁘ Si dux idem sine filio decesserit, Ministeriales nostri ad quemcunque uelint, diuertant.

Original mit zwei Siegeln, im ständ. Archive zu Grätz. Vielfach abgedruckt, z. B.: Preuenhuber, 399; — Schrötter, Staatsrecht, I. 89; — Lünig, Reichsarchiv, VII. 140; — Mon. boic. XXVIII. II. 253; — Muchar, Gesch. von Steiermark, IV. mit Facsimile.

CCLXXIII.

1186. 27. December. Admont. — *Otakar, Herzog von Steiermark, nimmt die Besitzungen des Klosters Admont in seinen besonderen Schutz, darunter auch die am Flusse Krems, Tratnach etc.*

IN Nomine Sanctæ et Individuæ Trinitatis. Ego *Otacher* Dei Gratia *Dux Styriensis Isenrico* venerabili *Admontensi Abbati* et toti

Congregationi in perpetuum. Pro adipiscenda Dei gratia et æternæ beatitudinis in futurum gloria servorum Dei et ancillarum indigentiam alleviare cupientes Admontense monasterium cum rebus et personis in terra nostra existentibus in defensionis nostræ tuitionem suscipimus et pro salute omnium parentum nostrorum præfatum Monasterium auxilii nostri munimine deinceps tam per nosmet ipsos quam per ministeriales nostros fideliter roboramus. Notum igitur esse volumus cunctis fidelibus tam futuris quam praesentibus, quod possessiones in *Enstal* circa *Muram* in *Marchia*, in *Austria* vel ubicumque a parentibus seu ministerialibus nostris pro redemptione animarum eidem monasterio collatas potenti manu iterata traditione confirmamus. Et in hujus traditionis irrefragabile robur quorundam prædiorum propria nomina subjungimus, quorum primum est a patre meo traditum alpis, quæ dicitur *Scobern* seu *Lavende*, et silva ei adjacens cum omnibus terminis suis et quod nos propria manu tradidimus, et silva, quæ est inter *Vokhir* et *Kamniz* et *Lofniz* usque ad Alpem. Prædium ad *Mirtscaren*, quod mater mea in testamento tradidit. Prædium ad *Mutarn* et *Gruebe* a Domina *Gisila Nobili femina* per manum Patris mei traditum in testamento, cujus usum hactenus habuimus, divino intuitu remittimus. Et a ministerialibus nostris tradita, ut sunt hæc: In *Enstal* ad *Lichenperge* mansus, *Sednich* I. mansus, Ad *Mitternperg* dimidius mansus, *Zeizenperh* unus, *Wizenpach* unus et dimidius, Item ibidem curtis una, *Sundermaeningen* curtis una, *Chievorre* unus mansus, Pars prædii ad *Haginperch*, *Sevvin* dimidius mansus. In *Bavvaria* ad *Geroldisperge* tria beneficia, *Hezzemanisdorf* duo, *Studele* septem, ad *Warte* I. mansus, juxta fluvium *Chremse* curtis una, *Dratina* curtis una et mansus unus, *Wiztra* curtis una, *Rute* juxta *Welpe* curtis una. Locus curtis apud *vicum forensem Ense*, In valle *Palta* ad *Grieze* curtis una, Prædium ad *Siginsdorf*, juxta *Muram* ad *Chrovvat* tres mansus et curtis una, apud *S. Benedictum* curtes duæ, pars prædii ad *Lobnich*, *Trevviach* mansus unus et dimidius, *Chichelrvanch* duo mansus et ad *Precha* unus.

In *Marchia* prædium *Ladersdorf*, *Padebrunne* curtis una, ad *Sulze* tres mansus, *Hizzendorf* duo, *Ilsungesdorf* duo, *Hetesdorf*, *Olsmiz* sex, *Wachrain* unus mansus, *Paldungesdorf* juxta *Rabniz* novem, Ultra *Diepoldisperge* unus, in *Gocelinsperg* octo, Prædium *Liuzinsdorf*. In *Austria* quæcumque apud *Wurfilach* et *Potschach* monasterium possidet, Ad *Pirchenvvanch* duo mansus, *Wartperge*

unus, *Mitterndorf* unus. Item juxta *Muram* ad *Sicze* mansus unus et molendinum, Prædium ad *Scavvisdorf*, *Oberndorf* curtis una, *Havenarn* unus mansus, *Zuchèdol* dimidius et si qua sunt alia, quam in prædictis universaliter comprehendimus.

De Cætero pro honore Beatissimæ Mariæ semper Virginis Dominæ meæ et Sancti Blasii martyris cunctis Ministerialibus nostris suisque sequacibus perpetuam licentiam indulgemus, ut quando et quantumcunque de suis prædiis pro redemptione animarum suarum eidem Coenobio conferre voluerint, sine porrectione nostræ manus sicut monasteriis in nostro fundo positis liberam deinceps de jure tradendi habeant potestatem. His etiam addimus, ut quæcumque impendia gratiæ a nostris antecessoribus sive a nobis præfato coenobio hactenus collata sunt, inconcussa inposterum permaneant, scilicet ut in omnibus locis ditionis nostræ a fratribus prædicti monasterii jus telonei non exigatur, Sed et per castra vel vicos, per clusas, per pontes et quascumque terræ nostræ vias liberum habeant transitum, sicut a Patre meo eis indultum novimus et a serenissimo Domino Imperatore Friderico semper Augusto confirmatum novimus.

Ipsius preterea Auctoritate et nostra statuimus, ut, quemadmodum sub avo, patre meo idem Coenobium ab omni judicum vel præconum nostrorum gravamine liberum mansit et immune, sic et deinceps in perpetuum ab omni fidelium et ministerialium nostrorum seu quorumlibet potestatis nostræ hominum infestatione præscripti coenobii fratres et homines securi infra vallem ipsorum nec judiciorum nec ullius exactionis occasione inquietentur. Similiter in omnibus possessionibus ipsorum sub nostra tuitione constitutis nec sub advocatiæ nostræ nomine nec cujuspiam juris vendicatione alicui nostrorum liceat in placitorum, bannorum, modiorum vel pecudum exactione ipsos molestare, sed sicut hactenus a progenitoribus meis ad Nos transmissum est, pro salute animæ ac nostræ dilectionis intuitu illos omnes nostri tueantur et defendant. Præterea usum piscandi in *Palta* de *Zedelze* in *Anesum*, sicut prius habuerunt, in venationibus liberam insecutionem canum suorum post feras de suis saltibus in nostros fuga aberrantes indulgemus.

Et ne hujus scripti paginam in posterum quisquam successorum nostrorum violare præsumat, sigillo nostræ auctoritatis ea communimus. Nomina quoque fidelium et ministerialium nostrorum, quibus

præsentibus et faventibus ista conscripta sunt, in testimonium actæ rei subjungimus:

Rudolfus de Chindeberg homo liber et Nobilis, Gundaker de Styre, Albertus de Eppinstain et filius ejus Lantfrancus, Herrandus de Wildonie, Ditmarus de Liehtenstain, Gerungus de Strechovve, Gerungus de Stutarn, Lantfridus de Ramnstain, Fridericus de Petovve, Ludvvicus de Slirbach, Arnoldus de Wartinbuch, Liupoldus frater Ducis, Heinricus de Sancta Margareta et filius ejus puer de Marchpuch, Duringus de Emeberge, Dietmarus de Putinovve et frater ejus Ulricus, Gotfridus de Lind, Hervvicus Boemus, Marhquardus de Starchinberh, Marquardus de Posenvvanch, Engilscalcus Hucinger, Eberhardus de Ternberge, Fridericus de Mirsdorf, Ulricus de Holzhusen et frater ejus Etich, Helmvich de Wenge, Hartnidus de Ovvenstein, frater Hartnidi de Ort, Bernhardus de Rukerspurch, Manegoldus de Henneberch, Heinricus de Trabstetin, Heinricus de Tann, Almarus de Pubenhoven, Warmunt de Ense, Richerus de Uverses, Imbrich de Losinstain, Dietmarus de Urizzenchirchen, Volcholdus de Eppenstain, Meinhardus de Wildonie, Richerus Bavvarus, Chunradus Schure, Otaker Schieke, Rudigerus Meise, Ekebertus de Steveninge, Reinherus et frater ejus Otaker de Taene, Ortolfus de Chersperg, Ekhardus de Graece, Ekhardus de Lasnich, Ekhardus junior, Guntherus frater ejus, Egilolfus de Mitterdorf, Ortvvinus servus Ducis, Olscalcus de Salzpurh, Svvichardus de Haginperge. Actum *in loco Admontensi* VI. Kal. Januarii Anno Incarnationis Domini Millesimo Centesimo LXXXVI. Indict. IIII. regnante Gloriosissimo Romanorum *Imperatore Friderico*, Anno Regni ejus XXXV. Imperii XXXII. feliciter. amen.

Pez, Thes. Tom. III. Ps. III. pag. 750.

CCLXXIV.

1186. — *Papst Urban III. trägt den Äbbten und Pröpsten von Garsten, Seitenstätten, Salzburg und St. Florian auf, zu untersuchen, ob Manegold, Abbt zu St. Georgen, durch freie und vorschriftmässige Wahl zum Abbte in Kremsmünster berufen worden sei.*

Vrbanus Episcopus servus servorum Dei dilectis filiis *Garstensi* et *Sitastensi Abbatibus, Salzpurgensi* et *S. Floriani Præpositis* salutem et Apostolicam benedictionem. Cum nostris fuisset olim auribus intimatum, quod dilectus filius noster *Abbas S. Georgii in Abbatem*

Chremis Monasterii esset electus, quia per impressionem quorundam laicorum dicebatur inductus et quædam alia proponebantur contra electionem ipsius, de consilio fratrum nostrorum eandem electionem duximus irritandam et vobis, filii Præpositi, super ordinatione ipsius Coenobii litteras curavimus Apostolicas destinare. Verum quia fratres præfati Coenobii eundem Abbatem voluntate communi dicuntur denuo elegisse, timentes, ne in electione ipsa fuerit facta violentia vel aliud, quod Canonicis obviet institutis, cognitionem ejusdem negotii vobis duximus committendam discretioni vestræ per Apostolica scripta mandantes, quatenus locum illum pariter accedentes inquiratis, quæ circa electionem ipsam fuerint inquirenda, et si eam Canonice et absque pravitate vel impressione aliorum factam noveritis, nullius contradictione vel appellatione obstante ratam decernatis habendam et præcipiatis Abbati, ut auctoritate nostra recipiat administrationem Coenobii memorati Monasterio priore dimisso, proviso tamen, quod in adventu suo Monasterium, quod reliquit, non aggravet auferendo bona ipsius. Injungatis etiam fratribus ejusdem Coenobii, ut alium provideant sibi Abbatem. Mutationem autem sic fieri debere mandamus, si utilius Cremisi Monasterio quam alteri per eum videritis providendum.

Pez. Thes. Tom. VI. Ps. II. pag. 33. — Urkundenbuch von Kremsmünster, pag. 57, Nro. 45, ex copia.

CCLXXV.

1187. 7. November. Ferrara. — *Papst Gregor VIII. ermahnet die Geistlichkeit, welche sich jährlich zu Ens zu einer Todtenfeier für die Abgestorbenen zu versammeln pflegte, in diesem frommen Gebrauche fortzufahren.*

Gregorius episcopus seruus seruorum dei Dilectis filiis abbatibus, prepositis, archidiaconis, Plebanis et ceteris fidelibus, qui apud *anesum* conueniunt, salutem et apostolicam benedictionem. Peruenit ad nos, quod apud *anesum* singulis annis consueuistis conuenire, ubi specialius ad executionem diuinorum officiorum pro defunctis et alia pietatis opera facienda uos inuicem uerbis salubribus conmonetis. Quod quia uos bono zelo credimus inchoasse, fraternitatem uestram monemus in domino... mandamus, quatinus sicut uestra conuentio a pio et religioso proposito cepit inicium, ita perseueretis in ea in finem et ea, que ad salutem fidelium ualeant proficere, satagatis agere salua

uestrorum iusticia et dignitate pontificum. Datum *Ferrarie* VII. Idus Nouembris Indictione VI.

Original auf Pergament mit Bulle, im Archive zu Garsten.

CCLXXVI.

1187. — *Diepolt, Bischof von Passau, überlässt dem Kloster St. Nikola das Recht, auf dessen Besitzung Golderwerd seine Hintersassen selbst ein- und abzustiften, da sich die bischöflichen Verwalter diesfalls allerlei Willkür erlaubten.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis *theobaldus* dei gratia *pataniensis* ecclesie humilis minister uniuersis christi fidelibus salutem in perpetuum amen. Cum pie desiderium uoluntatis et laudande diffinitionis intentio pastoralibus studiis semper et ubique sint adiuuanda, cura sollicitudinis est adhibenda, ut ea, que iuste ac rationabiliter pertractata fuerint, in recidiuum relabi non possint. Ea propter *Heinricus* uenerabilis monasterii sancti *Nicolai* iuxta *pataniam* prepositus cernens cum fratribus suis colonos suos de *Goldarwerd* per yconomos nostros aliquibus uanis et cassis mutacionibus et institucionibus grauari et nouis quibusdam et inusitatis exactionibus occasione iuris, quod ibidem racione institucionis habebamus, uexari, petiuit suppliciter a nobis, ut hoc ipsum iam dictum ius institucionis in remissionem peccatorum nostrorum monasterio sancti *Nicolai* traderemus, et saltem hoc modo perturbationes suas et colonum (sic) suorum de *Goldarwerd* angarias mesericorditer excluderemus. Consideratione igitur super hoc propensiori sollicitudine habita nimirum aduertentes, quoniam, cuius est possessio, eius est et institutio, iustis postulationibus H. prepositi sancti *Nicolai* et fratrum suorum uidentes angustias animarum suarum et suspiria, que ob fugam colonum predicti loci altius trahebant, misericordia moti de consilio et coniuentia chori *pataniensis* annuimus et ius institutionis, quod in prefato predio habere uidebamur, super altare S. *Nicolai* cessante omni contradictione manu potestatiua delegauimus. Illi autem utpote uiri religiosi nolentes ingrati existere talis beneficii sibi per nos collati ducti spontanea bonitate sua post obitum nostrum anniuersarium nostrum celebrare oracionibus et elemosinarum largitionibus instituerunt. Ceterum ne per insolentiam et obliuionem hominum id, quod tam racionabiliter a nobis actum est, aboleri ualeat, presentis scripti paginam inpressione sigilli nostri communimus et testimonio eorum, quorum nomina infra

continentur, corroboramus. *Taegno decanus, Ulricus prepositus de Ardacker, Purchardus de Chambe, Meingotus archidiaconus, Wernherus prepositus de mathse, Meinhalmus archipresbiter, Chunradus canonicus, Richerus notarius, Chunradus de Roeth, Dietricus et frater eius Heinricus de pŏngarten, Waltherus de tannenberge, Rickerus de wesen, Uvernhardus de mortspach, Levtoldus de sauersteten. Růdolfus marschalcus curie, Gotfridus camerarius, Albrandus, Dietmarus, Albertus, Heinricus, Erckengerus, UVernhardus, UValtherus.*

Actum feliciter Anno M° C° LXXX° VII°

Original auf Pergament mit Siegel, im königl. bairischen Reichsarchive zu München.

CCLXXVII.

1188. 24. Jänner. St. Pölten. — *Dietpolt, Bischof von Passau, entscheidet einen Zwist wegen der beiden Höfe Teufenbach und Winkel zwischen der Propstei St. Florian und den Erben des bischöflichen Ministerialen Meginhard Chraier.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. D. dei gratia *patauiensis ecclesie episcopus* omnibus christi fidelibus salutem in perpetuum. Significatione presentis pagine posteritati future manifestamus, quod *Liutoldus clericus filius Dietrici de Trune* predium suum in austria, quod dicitur *Tiuffenbach*, iuxta *Meters* situm pro remedio anime sue parentumque suorum in extrema decessurus uoluntate tradidit potestatiua manu fratribus et *ecclesie sancti Floriani.* Quod utique predium mediantibus nobis dilectus frater noster *Engilbertus prepositus* domus sancti Floriani consensu fratrum suorum ministeriali nostro *Meginhardo chraeier* per manum nostram tradidit et beneficium eius scilicet curiam in loco, qui dicitur *Winchel*, qua idem M. inbeneficiatus fuerat a nobis, ipse prepositus in proprietatem et possessionem ecclesie sue per manum nostram recepit. Quod concambium eo tenore factum est, ut secunda uxor ipsius M. uidelicet *Berhta de Standerstorf* cum filiis suis ipsum predium in Tiuffenbach pro beneficio possideret. Quodsi filii eiusdem M., quos ex priori susceperat uxore, pro eadem curia in Winchel infestarent ecclesiam sancti Floriani, pretaxatum predium in Tiuffenbach rediret in ius et usum eiusdem ecclesie. Denique post obitum patris priores filii super eodem predio

uidelicet in Winchel litem mouerunt et optinuerunt, Vnde et prefatus frater noster Engilbertus prepositus predium suum in Tiuffenbach ecclesie sue iuxta condictum repetiuit. Cui tamen iusticie supra memorata uxor M. cum filiis suis per aliquot annos uiolenter obstitit. Porro cum sepe iam dictus frater noster Engilbertus prepositus ius ecclesie sue constanter persequeretur, communicato demum kathedralium atque ministerialium nostrorum consilio eadem lis ita dirempta est, quod tam mater quam et filii supradictum predium in manus nostras resignauerunt nosque predicto preposito et ecclesie sue resignauimus eo tamen pacto, ut ipsa mater et filius eius senior, scilicet *Marchwardus* de manu ipsius prepositi ad annualem censum trium solidorum susciperent. Quod et ita in presentia nostra factum est. Hunc autem censum in festo sancti Martini annuatim soluere tenentur Quodsi non fecerint, talentum sub pena soluent. Si uero hoc ipsum talentum in natiuitate domini non soluerint, prorsus a beneficio cessabunt. Hoc etiam adiunctum est, ut nec ipsa mater nec idem filius eius ius aut potestatem habeant, quod ipsum predium uel usum eius uel ad filios seu ad uxorem siue ad proximum quemuis aut alienum transferant, sed ipsis decedentibus in ivs et possessionem ecclesie sancti Floriani libere redeat. Huius rei testes sunt domnus *Manigoldus abbas de Chremismunster frater episcopi*, *Ordalricus prepositus de Ardacher*, *Purchardus de Chambe*, *Magister Richerus capellanus episcopi*, *Heinricus de Pettenbach*, *Marchwardus de Riede*, *Sigiloch Capellanus episcopi*, *Heinrich de Hohenstorfe*, *Albero de Vihehouen*, *Albero de Drozendorf*, *Otto de Zeizenmuor*, *Wernhart de Mortspach* (sic), *Fridericus de Schonenbuhel et fratres eius Albertus et Manigoldus*, *Marchwardus pechstein*, *Rovdolfus de Walde*, *Walther de Tannenberg*, *Walther de Gozenstorf*, *Hermannus de Stouderstorf*, *Arnoldus de Spraezern et frater eius Gotfridus*, *Heinricus*, *Sifridus de Griffenstein*, *Albero de Dorneh*, *Richer de Stouderstorf*, *Chalhoch de Grazperch*, *Starfridus de Lengenberg*, *Heinricus de Lonstorf*, *Diethoch pincerna*, *Heinricus de Ruote*, *Heinricus de Heidendorf*, *Heinricus de Dunnenfuort*, *Selpker de Zeizenmuor*, *Otacher de matse*, *Manigoldus de Aheimen*, *Albwin de Wisen*, *Eberhart de Chremis*, *Sifridus sin*, *Sigehart de Beheimchierchen*, *Gotfridus camerarius*.

Vt autem rata sint hec et inconuulsa permaneant, presentem paginam inpressione sigilli nostri confirmauimus.

Acta sunt hec anno domini MCLXXXVIII. Indictione VI. VIIII. kalend. Februarii in loco *Sancti ypoliti* feliciter.

Original mit Siegel im Archive zu St. Florian. — Stülz, Geschichte von St. Florian, 271.

CCLXXVIII.

1188. 24. Februar. Passau. — *Liupold, Herzog von Österreich, nimmt im Auftrage Kaiser Friedrich's I. das Kloster Wilhering und dessen Besitzungen in seinen Schutz.*

C. In nomine summe et indiuidue trinitatis. Ego *Liupoldus* dei gratia *Austrie dux.* Uniuersitati presentium notificamus futurorum memorie commendantes, quod nos ex mandato simul et petitione domini nostri *Friderici* romanorum imperatoris necnon in spe eterne retributionis cenobium, quod *Wilheringen* dicitur, cum omnibvs pertinentiis suis in defensionis nostre patrocinium suscepimus statuentes, ut nullus hominum cuiuscunque conditionis eorum uidelicet, qui infra terminos terre nostre constituti sunt, fratres predicti cenobii aut in prediis aut in hominibus seu in quibuslibet possessionibus suis iniuriare vel inquietare presumat. Et sicut presentis scripti paginam ex iniuncto imperatorie dignitatis conscribendam accepimus, ita eam sigilli nostri inpressione confirmamus et testium adhibitione corroboramus, quorum nomina subscripta sunt.

De ordine episcoporum: *Adalbertus salzburgensis archiepiscopus, Chůnradus magontiensis archiepiscopus, Otto babenbergensis episcopus, Diepoldus pataviensis episcopus, Otto frisingensis episcopus.* De ordine ducum *Fridericus dux sueuie, Fridericus dux boemie, Bertoldus dux meranensis.* De ordine liberorum *Chunradvs comes de bihelstein, Sigifridus comes de moren, Liupoldus comes de hardek et frater eius comes Heinricus de plagen, Otto de lengenbach.* De ordine ministerialium *Hademarus de chunringen, Wichardus de Seveld, Vdalricus de stuzzen* (?), *Gundacharus de stira, Irinfridus de gnannendorf.*

Acta sunt hec Anno incarnationis domini Millesimo C°. LXXX°. VIII°. Septimo Kalendas Martii. *ad curiam Imperatoris Friderici.*

Original auf Pergament, dessen Siegel verloren gegangen. — Kurz, Beiträge, IV. 485. — Stülz, Gesch. v. Wilhering, 485.

CCLXXIX.

1188. 29. Februar. Passau. — *Leopold, Herzog von Österreich, befreit das Kloster Wilhering von Entrichtung der Mautgebühren.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. *Leupoldus* dei gratia dux *austrie.* Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris, quod nos in nomine domini iesu christi et sancte genitricis sue nec non in remissionem peccatorum nostrorum similiter et in redemptionem animarum parentum nostrorum indulsimus ius nostrum, quod vulgari muta dicitur, domino iesu in *Willeheringen* militantibus ita videlicet, ut in abducendo siue in deducendo quidlibet liberam et inmunem ab omni solutione iuris nostri, quod prenotauimus, eundi et redeundi habeant facultatem. Vt autem hoc nostre pietatis factum ratum et inconuulsum omni permaneat evo, hanc paginam inde conscriptam sigilli nostri inpressione munimus et testium adhibitione corroboramus, quorum nomina subscripta sunt. De ordine liberorum *Comes Cunradus de pilstein, Comes Sigefridus de Morli* (sic), *Comes Lerpoldus de hardeche et frater suus Comes hainricus de plagin, Otto de Lengenbach, Craft de Amcinispach.* De ordine vero Ministerialium, *Hademarus de chunringen. Wichardus de Sevelt et frater suus Kadoldus, Ortlieb de Winchil, Albreht de phaphistetin, Leitwinus de Sunnenberch, Gundafarus* (sic) *de stira, Albero marschalcus. Adiloldus de chiöwe, Vlricus de stöze.* Datum *Patauie* Anno dominice incarnationis M.C.LXXXVIII. pridie Kalendas Martii.

Original auf Pergament mit Siegelreste. — Stülz, Gesch. v. Wilhering. 486.

CCLXXX.

1188. 31. Mai. Mautern. — *Liupolt, Herzog von Österreich, beurkundet, die Vogtei über das Kloster Baumgartenberg übernommen zu haben, nachdem Otto, Sohn des Grafen Hermann von Klam, seinen diesfälligen unbegründeten Ansprüchen entsagt habe.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. *Liupoldus dei gratia Dux Austrie* omni praesenti etiam et futurae generationi in perpetuum. Quicquid uenerabilium locorum quieti confert et tuitioni, hoc dignum est iussu principum conscribi atque memoriae hominum tenacius comendari. Ea racione presenti pagina nobis placuit annotari, Qualiter *Hermannus abbas de Pomgartenberge* cum fratribus suis per legitimas et publicas maiorum nostrorum conscriptiones, hoc est

piae recordationis *Liupoldi illustrissimi principis ac ducis Bawariae* patrui nostri nobis euidenter demonstrauerunt, quod nos hereditario successionis iure eidem uenerabili loco patrocinium exhibere debemus et indefessam contra improbos protectionem. Igitur quoniam nostrae congruere non ignoramus dignitati id strenue agere, quod in nos piissimorum parentum transmisit deuotio, curae nobis non immerito fuisse dinoscitur *Ottonem nobilem uirum de Klamme filium Hermanni comitis*, qui praefatum monasterium usurpato patrocinandi nomine grauiter affligebat, in hoc usque iudiciario ordine adducere, ut nobis ius nostrum recognosceret et quod male usurpauerat, in manus nostras resignaret. Verum quia antedicti uiri nobilitatem honore potius augere decreuimus quam deminuere, eiusdem loci uidelicet Pomgartenberge tuitionem ei comendauimus hac sane conditione, ut solius diuinae remunerationis non alicuius temporalis commodi respectu fratrum inibi degentium antestet necessitatibus et a uariis eos prauorum tueatur oppressionibus. Quodsi abhinc, quod absit, idem Otto grauis eis aut uiolentus aliquatenus apparuerit, liberum erit omnino praedictis fratribus se ab illo penitus eximere et ad nos successoresque nostros tamquam ad legitimos patronos fiducialiter se conferre. Haec autem quatinus rata semper maneant et inuiolata, conscriptionem praesentem et sigillo nostro signari et testibus, qui interfuerunt, iudicauimus roborari. Sunt autem hii: *Chonradus comes de Pilsteine et filius fratris eius Sifridus comes*, *Chonradus burcgrauius de Nurenberg*, *Liupoldus comes de Plagen*, *Ulricus de Asparn*, *Crafto de Amzinesbach*, *Wernherus de Griezbach*, *Otto de Rammesberg*, *Rudolfus de Vlaeze*, *Wichardus de Seuelde*, *Hademarus de Chunringen*, *Wichardus de Zebingen*, *Albertus de Pfafsteten*, *Lutwinus de Sunnenberg*, *Herbordus de Potendorf*, *Ulricus de Stoce*, *Heinricus de Imzinesdorf*, *Pertholdus de Arnsteine*. Acta sunt haec anno ab incarnatione dominica M.C.LXXX.VIII. Indictione VI. II. Kal. Junii In Villa, quae vocatur *Mutarn*. Amen.

Original, dessen Siegel verloren gegangen, im Museal-Archive zu Linz. — Kurz, Beiträge, III. 397.

CCLXXXI.

1188. 14. August. Passau. — *Diepolt, Bischof von Passau, überlässt dem Kloster Formbach tauschweise die Pfarre Sulzbach.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Ego *diepoldus pataniensis* episcopus omnibus christi fidelibus perpetuam in domino salutem.

Frequenti ammonitione sacrarum scripturarum edocemur et cottidianis exemplis bonorum hominum iustruimur, quatenus monasteriis et locis deo dicatis intuitu diuinę retributionis temporalium rerum adminiculo subueniamus, ut pauperes christi terrenis curis exutos expeditos intercessores cottidianis precibus habere possimus, Qvapropter dilecto et venerabili fratri nostro *Heinrico formbacensi* abbati et monachis ibidem deo studiose famulantibus contradidimus iure perpetuo parrochiam *Sulzbach* ipsis proximam cum omnibus ad eandem matricem ęcclesiam pertinentibus in capellis et earum dotibus et censualibus. Nomina vero capellarum sunt hec: *Ruzdorf, Rataltsheim, Wihenmertin, Rothouen.* Prefatus uero abbas H. et omnes successores eius legittime et canonice instituti liberam habeant facultatem sacerdotem sibi utilem eidem parrochię preficiendi, qui populo diuina faciat et abbatis iussioni subiaceat. Abbas vero et prefati monasterii fratres adhibito aduocato eiusdem loci duce dalmatię *Perhtoldo* donauerunt nobis de prediis suis IIII^or^ mansos et dimidium in medio dominicalium nostrorum *schartenperc, Luche, Riutarn, Chindehaim, Penningen* appreciantes annuatim tria talenta. Quorum locorum aduocatiam memoratus dux *Perhtoldus,* sicut prius habuerat, a manu nostra, ne detrimentum pateretur in hac donatione, recepit. Statuimus quoque ex beneplacito utrorumque tam abbatis quam nostro, ut rustici in eisdem possessionibus locati non remoueantur de locis suis, quamdiu stare uoluerint nobiscum, cum sint de familia predicti monasterii. Cum autem recedere uoluerint, nulla uiolentia teneantur sed usitato iure colonum (sic) abire sinantur. Post discessum vero cuiuslibet rustici unus de progenie illa licentia abbatis succedat in locum prioris, ut et abbati debita iusticia in hominibus suis deferatur et possessio nostra succedente altero eiusdem generis non facile desoletur. Precipue vero et ante omnia summopere flagitamus, ut diem obitus nostri predicti fratres memorabiliter et deuote celebrare non negligant et quicquid uni de fratribus suis in claustro positis in uigiliis, elemosinis, missarum celebrationibus impendere debeant, nostrę paruitati exhibere studeant. Ut autem hęc institutio inter nos facta rata et inconuulsa longo permaneat tempore, presentem paginam sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Ego *Diepoldus Patauiensis* episcopus ss.
Ego *Purchardus de chambe* archidiaconus ss.
Ego *Wolfkerus* prepositus de *munstur* ss.

Ego *Tageno* decanus ss.
Ego *Wernherus* prepositus de *matse* ss.
Ego *Chunradus de Purchusen* ss.
Ego *Heinricus* canonicus ss.
Ego *Heinricus* cellerarius ss.
Dux dalmatie Perhtoldus cum suis testis est.

Alkerus cum filiis suis Alckero et Heinrico, Eberwino de Waldeke, Arbo de mitich, Ortolfus de Rumtingen.

Laici vero testes sunt hii: *Albreht et frater eius Alram de chambe, Walchun et Rapot filius eius de stain, Chunrat de Rote, Ditricus de Pomgarten et frater eius Heinricus, Poto de massingen, Ebo de Possenmunster* (?), *Chunradus de Amzinespach, Hademar de Ahchusen, Alber de vihouen, Chadelhous de Valchenstain, Waltherus de tanneperc, Richerus de Wesen.*

Acta sunt hęc *patanię* anno ab incarnatione domini M.C.LXXXVIII. Indictione VIII. XVIIII. Kalend. Septembris.

Original auf Pergament mit aufgedrucktem Siegel, im königl. bairischen Reichsarchive zu München. — Mon. boic. IV. 141.

CCLXXXII.

Circa 1188. Herzogenhalle. — *Heinrich von Ort urkundet, dass Udalschalk von Trübenpach seine Besitzungen zu Trübenthal und im Ensthale dem Kloster Gleink gegeben habe.*

Ego *Henricus de Ort* notum facio universis tam praesentibus quam futuris, quod *Vdalschalcus de Trübenpach* cum consensu matris suae *Dominae Gertrudis* possessiones suas tam in *Trübenpach* quam in *Ensthal* sitas delegavit ad altare sancti Andreae in *Glunik* perpetuo possidendas. Et haec delegatio tradita est in manu *Rudolfi nobilis de Russdorf* ea videlicet ratione, quod defunctis Domina Gertrude et *Domino Alberone de Ort,* cui tunc matrimonialiter juncta fuit, eam sine omni contradictione executioni mandaret tam libere videlicet, quod nullus propinquorum dicti Vdalschalci quicquam juris sibi de jure posset usurpare in praediis antedictis. Fratres autem de Gleink hanc delegationem taliter coemerunt, quod eidem Vdalschalco, cum esset in expeditionem iturus ad sepulchrum Domini tempore *Imperatoris Friderici,* qui jam erat similiter in procinctu, viginti talenta et decem Marcas argenti et unum equum satis bonum dabant. Testes sunt hi: *Dominus Otto advocatus, Albero de Ort, Arnoldus, Rudolfus*

de Russdorf, Vdalschalcus Sachxo, Duringus de Oede, Albero poduwiz, Henricus de Trybenpach et alii plures. Acta sunt haec in *Herzogenhalle* praesente domina *Gertrude* praedicta tempore *Abbatis Marquardi secundi.*

Kurz, Beiträge, III. 323, ex libro copiali.

CCLXXXIII.

1189. 4. Jänner. Salchenau. — *Leopold, Herzog von Österreich, verzichtet zu Gunsten des Klosters Kremsmünster auf alle Ansprüche, welche ihm aus der Erbschaft nach den Grafen von Rebgau auf einige Besitzungen in Viechtwang zugestanden.*

In nomine sancte trinitatis et indiuidue unitatis. *Luipoldus* dei gratia dux austrię cunctis christi fidelibus salutem et perpetuam prosperitatem. Nosse cupimus tam posteros quam modernos, quod *comites de Rebgowe Adelbertus et Gebehardus* germani fratres et pius pater eorum *Albertus* partem bonorum suorum *Viehtwanch* cum omnibus attinentiis suis cultis et incultis, pratis et pascuis, siluis et agris et eorum cultoribus beato Agapito in *Chremsmunster* potestatiua manu tradiderunt, quod factum, dum abbas *V̊dalricus* cum ipsis comitibus nobis notificaret, nichil inuenit contradictionis nimirum, quia dum me heredem sibi constituebant XII mansos exceperunt, quos ob animarum suarum remedia dare proposuerant; sed et ante factam erga nos pactionem tradiderant quędam predicto monasterio. Porro comitibus uiam uniuersę carnis ingressis predictam traditionem, licet ratam habuerimus, aliquantulum tamen dissimulauimus; unde et fratres monasterii non modicum contrarietatis in eisdem bonis experti sunt. Admoniti ergo sepe et sepius a Domino *Manegoldo* eiusdem monasterii abbate uenerando eiusque aduocato *Otacherone Stirensium duce* in *Salchenowe* dedimus ei audientiam, ubi modum prenotatę tradicionis legitimo et idoneo probauit testimonio. Nos igitur iudiciaria cogente sententia eorundem bonorum iurisdictionem, quam usurpaueramus, domino abbati plenarie resignauimus; et ne quis de cętero nostri occasione uel auctoritate monasterii fratres super his inquietet, omnimodis inhibemus. Memorata vero bona sunt hęc: Mansus unus siluaticus in planitie in silua sita inter *Vichtwanch* et *Grauinge* a riuulo usque ad montem uicinum; Predia, quę pro edificatione ęcclesię tradiderunt; Hęc ante supradictam pactionem erga nos factam monasterio tradita sunt. Quę autem postmodum superaddiderunt.

notos habent terminos et sunt de exceptione, cuius supra fecimus mentionem. Facta sunt hęc anno incarnationis domini M.C.L.XXX.VIIII. II. Nonas Januarii regnante domino *Friderico* glorioso romanorum imperatore et semper augusto. Ceterum ad maiorem huius rei confirmationem presentem paginam sigillo nostro communimus, et quę qualiter facta sint, subnotatis testibus roboramus: *Livpoldus comes de Plein, Otto comes de Livbenowe, Sifridus comes de mören, Otto de Lengenbach, Wernherus de Griezbach, Kraft de Amzinesbach, Wernhart de hagenowe, Hadmar de chunringen, Wichart de Sevelde, Albertus de phafsteten, Gundacherus de Styre, Pillungus de pernsteinne, Otto de volchenstorf, V̊lricus de chustelwanc. Heinricus de rehperhe, Ortolfus de paden, Timo de pernowe, Růdbertus de paschinge, Gotfridus de půchlliten, Hartwicus de Pŏtenbach, Vlricus de Storze* et filius suus *Otto, Hugo de Merchensteine, Heinricus de perhtoldesdorf, Albero Rugehalm, Chunradus de preheln, Albero de Vihouen, Otto de Haselowe, Hettel de Wizenberch, Walchunus de lapide* et filius suus *Rapoto.*

Original mit Siegel, im Archive zu Kremsmünster. Das sehr beschädigte Reitersiegel ist rückwärts aufgeklebt; der Umstand aber, dass das Pergamentblatt nicht durchschnitten, hingegen unten am Rande mehrmal durchstochen ist, zeigt, dass jenes früher angehängt war. Vergl. über den Inhalt Pachmayr, pag. 97 u. 878, Strasser, S. 310.

CCLXXXIV.

1189. 7. März. Efferding. — *Diepold, Bischof von Passau, bestätigt auf die Bitte des Abbtes Hiltger von Wilhering einen Tauschvertrag zwischen diesem Kloster und dem Pfarrer zu Schönhering.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. *Diepoldus* dei gratia *patauiensis* ecclesie episcopus omnibus christi fidelibus salutem in perpetuum. In hoc mari magno et spatioso laborantes et mandatum illius, cuius gregi prelati sumus, pro oculis habentes fideles eius et precipue uiros spiritales, qui huic mundo renuntiauerunt et in cenobiis degunt, diligimus et honoramus et iustis eorum precibus aures paterne benignitatis facile accomodamus. Hinc est, quod dilecti filii nostri domini *Hildegeri abbatis de Wilheringen* humili et deuote petitioni acquiescentes concambium, quod ipse et duo predecessores eius dominus uidelicet *Gebehardus* et dominus *Heinricus* cum parrochia de *Schonheringen* et domino *Pilgrimo* eiusdem ecclesie plebano fecerunt, stabiliuimus et ne inposterum discindi possit, scripto

et sigilli nostri testimonio precaueri cauti fuimus. Nouerit tamen generatio, que uentura est, quod non id prius stabiliuerimus, quam relatione fidelium in huiusmodi estimatione scientiam plurimam habentium, certi fuerimus, parem esse hanc conmutationemet utrique parti utilem. Quid uero hinc uel inde datum et acceptum fuerit, sequens pagina declarabit.

Predicti abbates inter *Schonheringen* et insulam VII. agros iuxta estimationem agricolarum VIII iugera facientes supradicto plebano domino Pilgrimo et parrochie eius dederunt. Juxta riuum, qui dicitur *rospach* unum, *hasewic* unum, prope atrium *Schonheringen* duos, iuxta quercum unum, *haize* unum, iuxta riuum unum, *steinbúl* ad spinam unum, ad cliuum, quod uulgo dicitur *zerliten*, unum, ad mose unum et curtile *Liuthalmi* in *schonheringen*. — Nunc, que pro his omnibus reddita sunt predictis fratribus in *Wilheringen* a parrochia in *Schonheringen*, subscribamus. In pascuis boum, quod uulgo dicitur *ohsenbunt*, duos agros receperunt, in *Wannesperc* tres, in campo *Kemenaten* unum, in campo *breitloh* tres, in campo *Kesingen* tres, prope *mulenbach* in monte, qui dicitur *uuolfesrugge* duos, ex altera parte eiusdem montis unum et quicquid decimationum in utraque *Kesingen* habuit, et decimas, quas habuit infra uiam, que de domo domini *Chunradi de mulenbach Schonheringen* descendit et ascendit de eadem domo in montem *churenberc*.

Huius rei testes sunt de choro *Ůdalricus prepositus de Hardaker, Wernherus prepositus de matse, Heinricus cellerarius, magister Richerus prothonotarius, Wernherus de hartchirchen, Heinricus de grunenburc, Cůnradus de sirnic,* de ordine abbatum *Manegoldus de cremesmunstere, Heinricus de mense, Babo de lampach*. De plebanis *Marquardus decanus de welse, Manegoldus de buhel, Eticho de sancto Benedicto, Gebolfus de anaso, Rudolfus de niuwenkirchen*, et totum sacrum capitulum. De laicis *Wernhardus de mordespach, Gundakarus de styra, Ortolfus de grizkirchen, Engelschalcus de hucenbach, Wernhardus iudex de wels, Heinricus de hittingen, Heinricus de busingen* et alii multi. Acta sunt hec anno incarnationis domini M. C. LXXXIX, indictione VII. Nonas Martii ad capitulum *Euerdingen*.

Stülz, Wilhering, 487, ex lib. cop.

CCLXXXV.

1189. 11. April. — *Diepold, Bischof von Passau, weiht die Kirche des heil. Egid zu Aigen an der Welser Brücke und macht Bestimmungen über die Bezüge der Kirche, des Messe lesenden Priesters und zur Herhaltung der Brücke.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. *Diepoldus* dei gracia Patauiensis episcopus uniuersis Christi Fidelibus salutem in perpetuum. Sedis ipsius, cui per habundanciam diuine pietatis presidemus, reuerencia cohortamur, ut profectibus eius propensiori sollicitudine intendamus et inter cetera sollicitudinis nostre exercicia saluti anime nostre prouiribus consulamus. Ea propter innotescat Christi Fidelibus, quomodo *ecclesiam sancti Egydij in capite pontis apud Welsam* sitam ad honorem dei et laudem dedicauimus et ob reuerenciam beati Egydij et remissionem peccatorum nostrorum terciam porcionem oblacionum ad manus sacerdotis oblatarum, duas uero ad altare ipsius ecclesie positas refectioni pontis eiusdem in Welsa contulimus, et quod residuum fuerit, sacerdoti ibidem missarum sollempnia celebranti, sicut decuit, dimisimus. Ad hec quoque dimidium mansum in *Dorfhaim* per *Pernhardum de Ahlaeiten* et per manum filiorum eius *Walchvni*, *Hertwici* et *Ottonis* super altare beati Egidij delegatum, et ortum in eadem uilla situm, nec non et duo mancipia per *Fridericum de Hage* et filium eius *Heinricum* eidem ecclesie tradita usibus prefati sacerdotis assignauimus et capellam eandem terminis plebesane ecclesie de *Talhaim*, cum tamen in territorio eius esset sita, conterminauimus. Ceterum ne id, quod tam racionabiliter a nobis factum est, retractari ualeat, presentis scripti paginam sigillo nostro communimus et testimonio eorum, quorum nomina infra continentur, corroboramus. *Manegoldus* abbas de Chremsmvnster, *Marquardus* plebanus de Wels, *Mangoldus de volfsbach*, *Engelbertus de Wizchirchen*, *Heinricus de Pettenbach*, *Fridericus de Hag* et filius eius *Heinricus*, *Heinricus de Lonstorf*, *Lantfridus de Ebelsperch*, *Gerloch de Viehten*, *Hvgo de Pvchenloch* et alii quam plures. Actum feliciter anno M°. C°. L°XXX. IX. III Idus Aprilis.

Urkundenbuch von Kremsmünster, pag. 60, Nro. 47, ex cod. Fridericiano.

CCLXXXVI.

1189. Im Juli. Krems. — *Diepold, Bischof von Passau, bestätigt wiederholt und gemeinsam mit dem Grafen Otto von Velburg, als Vogt des Klosters Waldhausen, den Verkauf der Güter dieses Klosters im Lungau an das Domkapitel von Salzburg.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. *Theobaldus* dei gracia *Patauiensis* episcopus vniuersis christi fidelibus imperpetuum. Cum pie desiderium uoluntatis et laudande diffinicionis intencio pastoralibus studiis semper sint iuuanda, cura sollicitudinis est adhibenda, ut ea, que iusta et legittima conuencione pertractata fuerint, in recidiuum relabi scrupulum non possint. Ea propter omnibus christi fidelibus innotescere uolumus, quomodo *Gotescalcus Walthusensis* prepositus una cum consensu fratrum suorum possessiones, quecunque in *Lungov* ecclesie *Walthusensi* attinebant, tam cultis quam incultis, quesitis et inquirendis, molendinis, molendinorum locis, aquis aquarumque decursibus, exitibus et reditibus, agris, pratis, siluis, pascuis montanis et planis, cum mancipiis omnique integritate iuris, quo eadem predia sue ex antiquo pertinebant ecclesie, *Gundachero Salzburgensi* preposito et eiusdem ecclesie choro imperpetuum libere ac quiete possidendas pro centum et decem marcis frisacensis monete uendiderit atque tradiderit, salubri super hoc habita deliberatione, ut ex eodem precio uiciniora et comodiora predia sue conquireret ecclesie. Hanc igitur prouidenciam utriusque partis utilem prospicientes, quia *walthusensis* ecclesia cum omni iure suo *Patauiensi*, cui licet inmeriti presidemus, integraliter attinebat et eo respectu sine auctoritate nostra predicta uendicio rata plenarie haberi non poterat, nos utrique parti prouisum esse cupientes inposterum ad peticionem predictorum *Gundacheri Salzburgensis* et *Gotscalci walthusensis* prepositorum de consensu et coniuencia tocius chori nostri pretaxatam uendicionem auctoritate nostra corroborantes tam manu nostra quam aduocati *Walthusensis* ecclesie *Ottonis* comitis de *velburch* prenominatas possessiones in *Lungov* sitas eidem *Gundachero* preposito et ecclesie sue choro potestatiue delegauimus. Hiis sane tam congruo racionis moderamine peractis contigit quosdam *walthusensis* ecclesie fratres simul cum sororibus cassa plenitudinis mobilitate super uendicione eorundem prediorum intensius turbari ac sepenumero dictam conuencionem in irritum a nobis reuocari instanter postulare. Illorum itaque

inconsiderati ausus importunitati quamquam usus et equitatis censura prorsus esset contraria, nostri tamen interuentu consilii prememoratus Salzburgensis prepositus suorum assensu fratrum uoluntati nostre consuetus satisfacere, marcas XV frisacensis monete, ut omnium sibi in hoc negocio detrahencium excluderet liuorem, *walthusensi* preposito et ecclesie sue collegio una cum cypho argenteo superaddidit ac demum tocius congregacionis tam clericorum quam fratrum conuersorum et sanctimonialium *walthusensis* ecclesie obtento in predicta uendicione consensu factum ipsum roborari nostroque iure ac beniuolencia peciit consummari. Nos ergo debitum nostre deuocionis circa *Salzburgensem* sedem attendentes ipsius karissimi nobis in christo amici *Gundacheri* prepositi et ecclesie sue chori precibus libenti animo consensimus et ne pretaxata uendicionis series ullo deinceps retractari ualeat ingenio, presentis pagina scripti sigilli nostri munimine signata confirmare dignum duximus. Ne quid preterea ingeniosus liuor ad sue prauitatis comentum hac parte inueniat, testes ex ordine placuit conscribere. Horum hec sunt nomina: *Manegoldus abbas de Chremsmunsture*, *Otto prepositus patauie*, *Tagino decanus*, *Burchardus de Chambe*, *Odalricus prepositus de Ardacher*, *Megingotus archidiaconus*, *Wernherus prepositus de Matse*, *Meginhalmus plebanus patauiensis*, *Richerus prothonotarius*, *Patauienses* canonici. *Rodmarus abbas de Chotwich*, *Chonradus abbas de Medelich*, *Wintherus abbas de Altenburch*, *Perhtoldus prepositus sancti Georij*, *Heinricus prepositus ecclesie sancti Nycolai*, *Marchwardus prepositus de sancto Andrea*, *Sigboto decanus de Chrems*, *Chŏnradus decanus de Ramuolspach*, *Chŏnradus decanus de Louchse*, *Pilgrimus decanus de Tulin*, *Albertus decanus de sancta agatha*, *Otto prepositus de sancto Leonhardo*, *Albertus plebanus de Stadelowe*, *volmarus plebanus de Gors*, *Marchwardus plebanus de Rakz*, *Hermannus plebanus de Tobraichschirchen*, *Dietricus plebanus de Mistelbach*, *Eberger plebanus de valwa*, *Eberger de Abstet*, *Sarilo plebanus de Gowats*, *Gotfridus plebanus de Niwenchirchen*, *Gotfridus plebanus de Werde*, *Gotscalcus plebanus de Wldinesdorf*, *Vlricus plebanus de Sigehartschirchen*, *Gebehardus plebanus de Chapell*, *Rŏdolfus plebanus de Herzougenburch*, *Meginhardus plebanus de Stainchirchen*, *Albertus plebanus de Pecenchirchen*, *Arnoldus plebanus de frowendorf* et alii quam plures honorati uiri. Acta sunt hec anno incarnationis domini M. C. LXXXVIIII. mense julio

in capitulo celebrato *Chrems* jura poli *Clemente* imperante, jura fori *friderico* feliciter administrante.

Aus den sogenannten: Salzburger Kammerbüchern im k. k. H. H. u. St. Archive zu Wien.

CCLXXXVII.

1190 (?). — *Diepold, Bischof von Passau, bestätigt und bezeugt wiederholt den Verkauf der Besitzungen des Klosters Waldhausen im Lungau an das Domkapitel von Salzburg.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. *Theobaldus* dei gracia *Patauiensis* episcopus *Gundachero Salzburgensi* preposito et eiusdem ecclesie choro in perpetuum. Pastoralis consideracione officii compellimur iustis quorumlibet ecclesiarum rectorum contractibus, quociens nostre indiguerint auctoritatis munimine, benignum prestare fauorem. Eapropter omnibus christi fidelibus innotescere uolumus, quomodo *Gotescalcus Walthusensis* prepositus una cum consensu fratrum suorum plurium et meliorum predia, quecumque in *lungowe* et *ketelenbrukke* et *junah* ecclesie *Walthusensi* attinebant, tam cultis quam incultis, quesitis et inquirendis, molendinis molendinorumque locis, aquis aquarumque decursibus, exitibus et reditibus, agris, pratis, siluis, pascuis montanis et planis, cum mancipiis omnique integritate iuris sui *Gundachero Salzburgensi* preposito et eiusdem ecclesie choro imperpetuum quiete ac libere possidenda pro Centum et decem marcis monete frisacensis uendiderit atque tradiderit salubri super hoc habita deliberacione, ut ex eodem precio uiciniora et comodiora predia sue conquireret ecclesie. Hunc igitur contractum utrique parti utilem fore prospicientes, quoniam *Walthusensis* ecclesia cum omni iure suo *patauiensi* ecclesie, cui licet inmeriti presidemus, integraliter attinet et eo respectu sine nostra auctoritate predicta uendicio rata penitus haberi non poterat, nos utrique parti esse prouisum cupientes in posterum ad peticionem predictorum *Gundacheri Salzburgensis* et *Gotescalci Walthusensis* prepositorum de coniuencia et consensu tocius chori nostri pretaxatam uendicionem roborantes prenominata predia in *lungowe* et *ketelnbrukke* et *junah* sita predicto *Gundakaro* preposito *Salzburgensi* et ecclesie sue choro confirmauimus. Hiis ita peractis contigit, quibusdam fratribus et sororibus *Walthusensibus* predictam uendicionem displicere, quia asserebant, predia illa precio minus iusto uendita fuisse addique sibi aliquid

debere. Quorum instancie satisfacientes preposito *Salzburgensi Gundakero* persuasimus, marcas XV. monete frisacensis superaddere, Quod et fecit et insuper, ut omnis sopiretur controuersia, addidit ex sua liberalitate marcas octo, tres sororibus, quinque conuentui reliquo nec non et ciphum argenteum octo talenta ualentem. Igitur postquam omni eorum peticioni satisfactum fuit, tocius congregacionis *walthusensis* tam clericorum quam laicorum fratrum et sororum super facto consensum singulorum et singularum subscripcione annotatum ac nobis per discretos et dilectos clericos ecclesie nostre canonicos *Burchardum de Chambe* et magistrum *Richerum* recipientes transmissum denuo pretaxate uendicionis seriem sigillo nostro munito confirmauimus appositis ibi testibus quam pluribus. Post hec uero cum sepe supramemoratus *Gotescalcus walthusensem* resignasset preposituram eique *Sigehardus* ad illam canonice electus substitutus fuisset, sepe nominatus *Salzburgensis* prepositus *Gundakerus*, ut factum suum ex omni parte firmum et inmobile permaneret, in capitulo nostro in media quadragesima *chremse* habito residuum pecunie *walthusensi* ecclesie promisse, quod *Gotescalco* priori preposito minus dederat, *Sigehardo* successori suo et fratribus *walthusensibus* pleniter persoluit et sic iterum consensum eiusdem *Sigehardi* prepositi et fratrum suorum in presencia nostri et capituli contractus superior confirmatus est. Adhuc autem ne alicuius, ad quem res ista aliquomodo spectabat, fauor deesse uideretur, quesitus est assensus *Ottonis comitis de Velburch walthusensis* ecclesie aduocati, qui delegacionem predictorum prediorum bona sua uoluntate in manus nobilis uiri *Heinrici comitis de plagin* in sollempni *Liupoldi ducis austrie* placito aput *Mutarn* posuit, ut et ipse comes *Heinricus* uice comitis *Ottonis* ipsa predia super altare sancti Rŏdberti *Salzburch* delegaret. Juri quoque suo, quod in aduocacia eorundem prediorum idem *Otto* comes habebat, receptis super hoc a preposito *Salzburgensi Gundakero* XXIIII^or^ talentis penitus renunciauit. Delegacionis autem huius et renunciacionis aduocacie testes hii interfuerunt: *Hartnidus de Imzinstorf, Chŏnradus de Stritwisen, Sigfridus Isenbutel, wintherus de Blasenstaine, wichardus, Herbordus, Ortolfus de Chlamme, Sigfridus de Munichesbach, Sigfridus, Cumpoldus et frater eius Chŏnradus de Sulzbach, Ŏdalricus de Saehsen, Baldrat de Otmarsuelde, walto et frater eius Wernhardus de Birboume, Pilgrimus de Chlenigrŭbe* et alii quam plures. Postmodum uero *Heinricus de Plagin* pecunia

walthusensibus et aduocato ad plenum soluta de fide delegacionis commonitus predia suprascripta, sicuti ei a comite *Ottone* fuerat commissum, super altare sancti Rŏdberti *Salzburch* manu potestatiua delegauit astantibus hiis testibus: *Sigbotone seniore de Surberch, Liupoldo et filiis eius Heinrico et Liupoldo de Nohsteine, Marchwardo de vorhtensteine et fratribus eius Rŏdigero et Gerhoho, Heinrico de Gebeningen, Heinrico de Chalheim, Hartwico de Sechirchen, Chŏnrado de plagin, Pabone et Engilberto de Salzburch.* Nos itaque debitam, qua tam *Salzburgensi* quam *Walthusensi* tenemur ecclesie, attendentes deuocionem, ut omnia ista premissa et antea roborata in perpetuum firma et irretractabilia perseuerent, presentis scripti paginam gestorum istorum seriem integraliter et ueraciter continentem sigilli munimine nostri signatam et testium subscriptorum auctoritate corroboratam nunc demum firmiter stabilimus. Quorum nomina sunt: *Otto Babembergensis episcopus, Otto frisingensis episcopus, Heinricus Babembergensis prepositus, Tagino decanus pataniensis, Purchardus de Chambe, Ŏdalricus prepositus de Ardacher, Wernherus prepositus de Matse, Meginhalmus plebanus patauiensis, Richerus canonicus et prothonotarius curie patauiensis, Chŏnradus de Burchusen, Chŏnradus de Sirnik, Perhtoldus dux dalmacie, Ŏdalricus comes de Berge, Hermannus comes de lapide, Albero de vihehouen, Rŏdolfus dapifer, Gotefridus camerarius, Waltherus de Tannenberch, Otto de Zaizenmure, Dietricus de werdarn, Sigfridus de Grifensteine, Duringus de Styria, Alkerus de walcke* et alii quam plures. Acta sunt hec anno incarnacionis dominice M. C. XC. in dei nomine feliciter. Amen.

Aus den sogenannten: Salzburger Kammerbüchern im k. k. H. H. u. St. Archive zu Wien. — Cf. Koch-Sternfeld, Beiträge, III. 51.

CCLXXXVIII.

1190. — *Hiltegér, Abbt von Wilhering, beurkundet, dass sein Kloster einem gewissen Richwin für Überlassung eines Weingartens jährlich zwei Fuder Wein zu geben sich verpflichtet habe.*

In nomine summe et indiuidue trinitatis. Ego frater *Hiltegerus* dictus abbas in *wilheringen* et omnis congregatio sue fraternitatis notum facimus omnibus christi fidelibus tam presentibus, quam futuris, quod uir illustris *Rechwinus* nomine in *euerdingen* pro remedio anime sue vineam cuiusdam *Liubmanni* et filie sue in vsum ecclesie

nostre pro XXX. marcis conparauit ea tamen conditione, ut ipse unacum filio suo *Poppone* et *Popponis* primo herede singulis annis duas carratas vini a nobis accipiant. Hec semper rata et inconcussa manebunt, nisi forte alicui istarum trium personarum memoratum argentum seu equipollens eius restituatur. Testes sunt horum *Marquardus frater ipsius Rechwini, Hartmudus, Dietpertus, Hartmannus frater eius, Albinus, Arnoldus, Wernhardus* et alii multi. Acta sunt hec anno incarnationis domini M.C.XC.

Stülz, Wilhering. 489, ex libro cop.

CCLXXXIX.

1190. — *Otto II., Bischof von Bamberg, errichtet das Hospital auf dem Berge Pührn.*

Otto secundus dei gratia *Babinbergensis* episcopus. Sane diuine remunerationis nos admonet intuitus et pontificalis inducit auctoritas, ut plantare debeamus, que ad uirtutum spectant honorem, euellere et eradicare curemus, que honestati decorem ex integro uidentur deformare. ad hoc enim diuina prouidencia quamquam inmeriti constituti sumus. ad omnium itaque Christi fidelium tam presentium quam futurorum noticiam peruenire cupimus, quod nos in allodio ecclesie nostre videlicet in ualle *Gerste.* diuine remunerationis intuitu et precipue ex consilio et auxilio domini *Salceburgensis* archiepiscopi et domini *Patauiensis* episcopi et conprouincialium hospitale instituimus, cui decem mansos, quos consanquineus noster dux *meranensis* a nobis habebat in feudo, ad peticionem ipsius ducis. sitos in eadem ualle, iure proprietatis contulimus, ut memoria nostra super hoc apud deum et homines habeatur et fratribus ibidem deo perpetuo famulaturis obsequia prestentur uberiora. Predictum vero hospitale et omnia bona eidem collata et conferenda domino *Salceburgensi* et domino *Patauiensi* et insuper omni fraternitati manutenenda ac defendenda conmisimus, aduocaciam autem nulli hominum concessimus nec concedemus, sed nobis et successoribus nostris reseruauimns. Vt autem hec institutio nostra perpetuum robur habeat et a memoria hominum nullatenus recedat, presentem ei paginam conscribi et sigilli nostri inpressione fecimus insigniri, quicumque enim eam infringere vel aliquomodo presumpserit in irritum reuocare, domini *Salceburgensis* et domini *Patauiensis* excommunicationem et nostram et iram celestis uindicis se nouerit indubitanter incursurum.

Original auf Pergament mit Siegel, im k. k. H. H. u. St. Archive zu Wien.

CCXC.

1190. — *Otto II., Bischof von Bamberg, schenkt dem von ihm neu gegründeten Hospitale auf dem Berge Pührn verschiedene Besitzungen.*

Otto secundus dei gratia *Babmbergensis* episcopus Statum ecclesiarum nostrarum pia sollicitudine considerantes ea, que ipsis conferuntur, pro sui qualitate memorie commendamus, ne propter prolixitatem temporum et labilem recordacionem hominum hoc, quod utiliter gestum est, consumat obliuio. ad omnium itaque Christi fidelium tam presentium quam futurorum noticiam peruenire cupimus, quod nos ad peticionem consanquinei nostri quondam ducis Stirie ea bona, que a uertice montis *Pirtlonis* usque ad hospitale prefatus dux a nobis habuit in beneficio, culta, inculta et mansum in uilla *Swente* cum nemore sito inter *Stire* et fluuium *Piznic* iure proprietatis ecclesie sancte marie in ualle *Gerste* contulimus, ut per hoc nostra consistat salus et prosperitas et fratribus ibidem deo et sancte Marie perpetuo famulaturis uberiora prestentur obsequia. Vt autem hec donatio nostra firma et inconuulsa permaneat, presentem ei paginam conscribi et sigilli nostri impressione fecimus insigniri. Acta sunt hec anno ab incarnatione domini M. C. LXXXX. jndictione X. anno pontificatus nostri XIIII.

Original auf Pergament mit Siegel, im k. k. H. H. u. St. Archive.

CCXCI.

1190. — *Otto II., Bischof von Bamberg, schenkt dem Hospitale am Pührn eine Baustelle und ein Stück Wald am Erlibach.*

Nouerit vniuersitas posteritatis nostre, quod ego *Otto* dei gratia *babenbergensis* ecclesie episcopus jntujtv dei et precipue propter omnium pauperum jbi colligendorum jndigentjam contuli aream sufficientem jn opus hospitalis jn loco, vbi fluit *erlibahc* jn *tanpahc*. jnsuper contuli tantvm silue ex utraque parte *erlibahc* ad excolendum mansum jn usum omnium jbi transeuntium. et ad firmitatem perpetuam jnpressione sigilli mei confirmarj precepi.

Original auf Pergament mit Siegel, im k. k. H. H. u. St. Archive zu Wien.

CCXCII.

Circa 1190. — *Ottakar, Herzog von Steiermark, schenkt dem Hospitale am Pührn seine Lehensbesitzungen daselbst.*

Dilectissimo domino suo O. uenerabili *babenbergensi* episcopo consanguineus suus O. dei gratia dux *Styrye* sincerum cum debita deuotione seruicium. Considerantes omni sollicitudine exortationem literarum uestrarum, intuitu quoque et admoniti diuine remunerationis uobis notificamus, quod nos ecclesie sancte maRIE in ualle *gerste* ea bona, que a uertice montis culta et inculta usque ad hospitale nobis in fevdo uobis tenebatur (?), pro remedio anime nostre et parentum nostrorum eidem ecclesie perpetua donatione et uestra confirmatione conferre omni deuotione optamvs et nemus situm inter *styer* et *piez-nich* et mansvm.

Original auf Pergament mit Siegelresten, im k. k. H. H. u. St. Archive zu Wien. — Hormayr's Werke, III. 437.

CCXCIII.

Circa 1190. Herzogenhall. — *Heinrich von Ort bezeugt, dass Udalschalk von Trübenpach mit Einwilligung seiner Mutter Gertrude seine Besitzungen zu Trübenpach und im Ensthale dem Kloster Gleink geschenkt habe.*

Ego Henricus de Ort notum facio uniuersis tam præsentibus quam futuris, quod Vdalschalcus de Trübenpach cum consensu matris suæ Dominæ Gertrudis possessiones suas tam in Trubenpach quam in Enstal sitas delegauit ad altare Sancti Andreæ in glunick perpetuo possidendas Et hæc delegatio tradita est in manu Rudolfi nobilis de Russdorf ea uidelicet ratione, quod defunctis Domina Gertrude et Domino Alberone de ort, cui tunc matrimonialiter iuncta fuit, eam sine omni contradictione executioni mandaret tam libere uidelicet, quod nullus propinquorum dicti Vdalschalci quicquam Juris sibi de Jure posset usurpare in prædiis antedictis. Fratres autem de Gleinck hanc delegationem taliter coemerunt, quod eidem Vdalschalco, cum esset in expeditionem iturus ad Sepulchrum Dominj tempore Imperatoris Friderici, qui iam erat similiter in procinctu, uiginti talenta et decem Marcas Argentj et unum equum satis bonum dabant. Testes sunt hi: Dominus Otto aduocatus, Albero de ort, Arnoldus, Rudolfus de Růssdorf, Vdalschalcus Sachxo, Duringus de Oede, Albero

poduwiz, Henricus de Trybenpach et alij plures. Acta sunt hæc in Herzogenhalle præsente Domina Gyrtrude prædicta tempore Abbatis Marquardi secundj.

Aus einem Copialbuche des 17. Jahrhunderts zu Gleink.

CCXCIV.

Circa 1190. — *Otakar, Herzog von Steiermark, im Begriffe nach Jerusalem zu ziehen, stiftet eine tägliche Messe zu Garsten, wozu er zwei Mansen am Flusse Gavelenz, einen zu Uhsenberg und einen bei der Kirche Haus, widmet.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Ego *Otakarvs* diuina largiente gratia dux *styrensis*, quicquid ob dei amorem locis sanctorum beniuola deliberatione concedimus vel donamus, hoc ad saluationem corporis et anime nostre fore liquido creditur, ut, qui in dei laude iugiter persistunt, exinde sepius et deuotius in nostra possint memoria permanere. Icirco notum sit omnibus nostris successoribus et sancte dei ecclesie fidelibus tam presentibus quam futuris, qualiter nos iuxta fluuium *gabelenz* duos mansus cum nemore ad locum sancte dei genitricis marie *Garsten* fratribus inibi deo famulantibus propter remedium anime nostre et omnium parentum nostrorum, quorum traditione et auxilio idem locus constructus esse cernitur, cum omni iure, quo ad nostrum pertinebant seruicium, tradidimus, uenationibus, piscationibus, cultis et incultis, mobilibus et inmobilibus, quesitis et inquirendis, exitibus, et reditibus, et ut fratres liberam potestatem habeant faciendi, quicquid ob ecclesie conmoditatem ex illis elegerint, nullo contradicente et inquietante. Insuper unum mansum *ůhsenberch*, quem tres incolunt uiri, ob dei amorem et anime matris nostre redemptionem cum omnibus illuc rite pertinentibus super reliquias sanctorum iam dicti cenobii nos delegasse sub testimonio conprobatur. Alium uero iuxta ecclesiam *hus*, quem quedam nobilis femina domna *Gisla de cussar* pro eterne remunerationis premio eidem loco libera manu contulit, hunc in usum fratrum redisse concessimus. Huius autem tradicionis aduocatiam uel nobis uel alicui successori nostro quempiam inbeneficiare liceat. Siquis uero tocius facti transgressor extiterit, delictorum nostrorum coram deo reus teneatur. Et ut hec nostre largitionis auctoritas stabilis et inconuulsa omni permaneat euo et nullus aliquid de bonis prefate ecclesie auferre atque ab eodem loco alienare potestatem habeat, hoc priuilegium precepto

nostro conscriptum propria manu corroborantes sigilli nostri inpressione et *Lvipoldi ducis austrie* nostri cognati iussimus insigniri. Pro his et pro ceteris bonis, que prenominatis fratribus conferre debemus, jter nostrum *ierosolimam* cum una missa de S. Maria per unius anni spatium domino cottidie conmendant et aliam post nostrum de hac luce discessum pro defunctis ob salutem anime nostre singulis diebus celebrabunt ac uelud uni eorum prebendam nobis in euum prestabunt.

Huius rei testes sunt, *Erchinbertus de haginuwe*, *Fridericus de berge*, *herrandus de wildonie*, *Richerus de marchpurch*, *Dietricus de hohenstŏphe*, *Arnoldus de wartenburch*, *Ernest de trun*, *Dietricus de pollenhaim*, *Fridericus de migirsdorf*, *Heinricus de hofuwe*, *Albero de lohhuse*, *Dietmarus tapiuer et frater eius Vͦlricus de butenuwe*, *Wolfger de pernrute et frater eius Ortolphus*, *Wrlfingus camerarius*, *Wolfpreht*, *Vͦlrich preco*, *Alram*, *Hartunch*, *Herrant*, *dietmar*, *Gerunc de stutaren*, *Cunradus Herschaph*, *Fridericus de schatowe*, *fridericus de pettowe*, *Heberhardus de pernowe*, *Herchingerus de landesere*, *Heinricus de Treisen*, *Imbriecus magister cellarii.*

Original mit Siegelrest, im Archive zu Garsten. — Ludwig, Rel. IV. 196. — Pusch, Diplom. Garst. 57. — Kurz, Beiträge, II. 519.

CCXCV.

1191. (Nach dem 15. April.) Enns. — *Otakar, Herzog von Steiermark, erneuert dem Nonnenkloster zu Traunkirchen die Freiheit von aller weltlichen Vogtei.*

† Ego *Otachar* dei gracia dux *styrensis* notvm facio christi fidelibus cenobium *TRVNKYRchen* hactenus summa pace et quiete usque ad nostra tempora uiguisse et nullius aduocati exactione uexatum fuisse tum ex auctoritate priuilegii, quod illi contulit unus proauorum meorum *Otachar* Comes, tum ex clementia sequentium principum fundatorum ipsius cenobii, qui etiam aduocatiam propria tenebant manu, Nam ut ecclesia illa et familia aduocatorum exactione careat, predia eiusdem ęcclesię possidebant, sicut et ego hodieque possideo, et cui hanc utilitatem dimisero duo predia *Chemenaten*, duo *Riutheimen*, dimidiam curtem *Tanne* cum hominibus attinentibus, Ego uero adhuc sub pedagogo positus iniquis consiliariis seductus *Arnoldum de Wartenburch* ministerialem nostrum uice nostra monasterio predicto preposui, qui ob paruitatem nostram libere abusvs est

iusticia loci ipsius, diuersas exactiones exercens. Quapropter fidelis abbatissę eiusdem monasterii *Diemudis* et Capellani nostri *Eberhardi* una congregationis et uniuersę familię flebili querimonia conmonitus eundem *Arnoldum* cessare feci ab omni exactione et priora iura prioris priuilegii confirmaui, insuper iudicio et consilio saniorum ministerialium meorum subscriptis iusticiis ampliaui Scilicet, ne aduocato predicti loci liceat alicui uim inferre, ne placitum abbatissę aduocatus adeat non rogatus aut inuitatus, ut tribus uicibus in anno placitet absque omni exactione et lucro, ut abbatissa officialem, quem uelit et quando uelit, constituat et destituat et si ministerialis eiusdem loci unum de famulis occiderit, conpositionem cum aduocato faciat, LX denarios et ęcclesię hominem restituat; si filius ęcclesię ex aliena familia uxorem duxerit, cum aduocato LX denariis conponat, abbatissa uero ius ęcclesię plenarie exquirat; si autem de familia *Styrensi* matrimonium contraxerit, nullam uim utrobique patiantur, sed filii et nobis et ęcclesię ęque diuidantur; ne aduocatus aliquem abbatissę rebellem defendat aut tueatur; si famulvs famulum occiderit, aduocato LX [1]) denarios conferat, hominem uero ęcclesię restituat. Isti sunt, qui predicta iura iureiurando confirmauerunt: *Gundachar de Styra, Otto de Volchensdorf, Pillungus de Kyrcheimen, Richerus de marhburg, Hartnidus de Orte, Heinricus* [2]) *de Glunic, Eberhardus plebanus de Trunkirchen, Gerloch de Talheim, Engilscalcus, Hartungus de Puzicheimen, Heinricus de Bulesheimen.* Isti sunt uero testes, quorum testimonio hęc omnia roborata sunt: *Herrandus de wildonia, Arnoldus de Wartenburg, Duringus filius Gundachari, Dietmarus dapifer, Udalricus de Chienowe, Hartnidus de hûs, Engilscalcus huzinger, Heinricus de Steine, Heinricus de Salmannesliten, Heinricus Porzel, Vdalricus de Patenanger et frater eius Engilscalcus* et alii quam plures. Nam et ex predictis IIIIᵒʳ scilicet *Gundachar, Otto, Herrandus, Pillungus* sacramento affirmauerunt, *chunradum de Woluesekke* eandem aduocatiam non in beneficio sed ex gratia et permissione *Otacharii marchionis* habuisse, quod et ipse in extremis confessus est.

Acta sunt hęc anno ab Incarnatione domini Mᵒ. C. XC . I INDICTione VIIII. Epacta XXIII. concurrente . I. anno tercii

---

[1]) Oberhalb LX steht: „sexa".

[2]) Oberhalb Heinricus steht: „stich".

Celestini [1]) pape, anno uero primo *Heinrici* imperatoris, anno XI (sic). *Adalberti Salzburgensis* archiepiscopi et legati sedis romanę, anno primo *Wolfkeri Patauiensis* episcopi, presente abbatissa *Diemude* apud *Anisum* in interiori domo *Riwini*, qui tunc temporis monetam tenebat.

Original auf Pergament mit Siegel, im Archive zu Ort am Traunsee, woselbst sich auch die nachfolgende Übersetzung dieser Urkunde in deutscher Sprache in einer Aufschreibung auf Pergament aus dem XIV. Jahrhundert befindet.

Wir *Otacher* von Gotz gnaden Hertzog ze Steyr tuen chunt allen Gotz getrevn, Daz daz Gotshaus ze *Travnchirchen* emalen mit grozzem vrid vnd geruet ist erschinen vntz an vnser tzeit vnd daz ez mit chainer vodrung dhains Vogtz gemuet ist gewesen Vnd daz ist von gwalt vnd recht der Hantuest vnsrer v̊renen Markraf *Ötachers*, di si dem vorgenanten Gotshaus gegeben habent, Vnd auch von guet der nachgeporn Fursten der stifter des selben Chlosters, di di selben Vogtay in ir aigenschaft vnd in ir gwalt hielten, vnd daz daz vorgenant Gotshaus ze Travnchirchen vnd all sein leut furbaz enpern der vodrung aller Vögt, dar vm di vorgenanten Fursten Markraf Otacher vnd sein vrEnn daz vrbar des vorgenanten Gotshaus ze Travnchirchen mit vristung vnd scherm pesazzen, als wir ez heut pesitzen, Vnd swem wir den nutz verleihen di tzwai aigen ze *Chemnaten*, tzwai ze *Reuthaim* vnd ein halbz aigen ze *Tann* mit allen den leuten, di dar zue gehörent, Wir awer wesent vnd gesetzt vnder der Maisterschaft des hantmaisters, burt wir petrogen mit schelchleichem rat vnsrer dienstmann vnd heten gesatzt hern *Arnolten von Bartenburch* an vnsrer stat dem vorgenanten Gotshaus zv einem phleger vnd vogt, Der selber von vnsrer chindhait vreileichen wolt nutz vnd gwin haben des egenanten Gotshaus wider daz recht vnd wider de hantuest mit v̊bung manigualtiger vnrechter vodrung. Dar vm wurd wir ermant mit wainvnder chlag der getrevn vravn *Diemueten Abbtessin* des selben Chlosters vnd hern *Ewerharts* vnsers chaplans mit aller ir samnung vnd allen iren leuten, da hiezz wir lazzen den vorgenanten hern Arnolten von der vogtay vnd von aller seiner vodrung Vnd habent

[1]) Cölestin III. wurde am 30. März 1191 erwählt, und am nächstfolgenden 14. April geweiht; Heinrich VI. aber unmittelbar darauf, nämlich am 15. April, von Cölestin als Kaiser gekrönt.

pestet di vorgenanten recht der vorgenanten hantuest. Dar vber hab wir auch daz Gotshaus mit recht vnd rat vnsrer pesten dienstherren mit nachgeschriben rechten gemert Also, daz dhain vogt entuerr dhainen menschen der vorgenanten stat nindert gwalt entuen. Wir wellen auch, daz dhain vogt zv der Abtessin taiding icht enchôm, nuer gepeten oder geladen. Ez schol auch daz Gotshaus im jar drev taiding haben an vodrung vnd an nutz. Wir wellen auch, daz di Abbtessin, wen si well oder wenn si well, ein vogt setz vnd entsetz. Ist daz, daz ein dienstman des selben Gotshaus ainen irr diener verderbt, der schol mit Sechtzich phfenning ab ding mit dem vogt vnd schol dem Gotshaus einen menschen widerchern. Ist daz, daz des Gotshaus ainer ein hausvravn nimt, die eins andern gedings ist, der schol vm Sechtzich phfenning mit dem vogt sich versuenen, Awer di Abbtessin schol varsehen vo̊llichleichen di recht des Gotshaus. Ist auch, ob der leut von Steyrlant mit chonschaft zv des Gotzhaus leuten cherten, di schullen paidenthalben dhainen gwalt noch gepresten dar vmb leiden, awer vns vnd dem Gotshaus schullen di chint gleich getailt werden. Wir wellen auch, daz der vogt niemant vrisst noch pescherm, der der Abbtessin wider sei. Ist daz, ob ein diener den andern verderbt, der selber schol dem vogt Sechtzich phenning geben. Ez schol awer der selb dem Gotshaus ein andern menschen widerchern Vnd dar zue schullen alle irev wandel also stet vnd ebig peleiben. Daz sint die, die di vorgenanten recht mit geswarm aid pestett habent: *Her Gvndacher von Steyr, Ott von Volchenstorf, Pillunch von chyrichhaim, Reicher von Marichpurch, Hartneid von Ört, Heinrich Stich von Glevnch, her Ewerhart phfarrer ze Travnchirchen, Gerlach von Talhaim, Engelschalich, Hartunch von puechhaim, Heinrich von Rueshaim.* Daz sind di zeug, welher tzeugnuss all di sach gevestent sint: *Her Herrant von Wildoni, Arnolt von wartenburch, Dvrinch Gvndachers svn, Dietmar der druchsetz, Vlreich von chyenaw, Hertneid von haus, Engelschalich der V̇tzinger, Heinrich von Stain, Heinrich von Salmansleiten, Heinrich portzel, Vlreich von Patenanger vnd sein prueder Engelschalich* und andrer pideber leut genueg. Wir vergehen auch daz auz den vorgenanten herren die vier Her *Gvndacher*, Herr *Ott*, Her *Herrant*, Her *Pillunch* auf Gotsleichnamen habent geswaren, daz her *Chunrat von Wolfsek* des vorgenanten Gotshaus vogtay auch nicht von recht, nuer von gnaden vnd verhengnuss Markraf *Otachers*

gehabt hat, des er selber an seinen lesten zeiten vergehen hat. Di wandlung ist geschehen, dv man zalt von Christes gepuerd Tausent jar, Hvndert jar, dar nach in dem ainz vnd nevntzkisten jar, jn dem dritten jar des Pabsts *Celestini*, jn dem ersten jar Chaiser *Hainreichs*, jn dem ainleften jar des Ertzpisscholfs *Albrecht von Saltzpurch* vnd poten des Romischen stuels, jn dem ersten jar Pyscholfs *wolfgers von Pazzaw* ze gegenburt der erbern Abbtessin vravn *Diemueten* datz *Ens* in dem innreren haus des *Raebeins*, der ze den selben zeiten di munzz het.

Ludwig, Rel. Mscpt. IV. pag. 179. — Kirchl. Topographie, XIV. pag. 243. — Beide den lateinischen Text.

CCXCVI.

1191. (Nach dem 15. April.) Enns. — *Otackar, Herzog von Steiermark, erneuert dem Orte Enns die ihm von seinem Vater, dem Markgrafen Otaker, verliehenen Markt- und Handelssatzungen.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Laudabile et gloriosum est Scripture testimonium, quod contra emergentes calumnias hominum in concussam rerum actionem sua incommutabile loquitur ueritate. Huius rationis prospectu Ego *Otacher dei gratia dux Styrye* uniuersitati fidelium notum facio, qualiter iura nundinarum *Anasensis uille* ad instantiam *Ratisponensium* et consilio meorum ministerialium, scilicet *Herrandi dapiferi mei de Wildonia, Hartnidi de Orte marscalci, Gundakari de Styra, Ottonis de Volchd* (sic), *Ortolfi camerarii de Gonewiz* renouaui et perpetua stabilitate firmaui, ut non alia iura a *Ratisponensibus, Coloniensibus, Achensibus, Ůlmensibus* exigantur, quam ea, que a prime institutionis tempore ordinatione *patris mei* felicis memorie *Otacheri marchionis* eis imposita fuerunt.

Forma autem renouationis hec est, ut in annunciatione beate Marie uirginis queque nauis *Anasum* ueniens ibi maneat usque ad terminationem fori, et nichil ab ea exigatur, hoc excepto, quod, si in prima uespera uenerit, transeat, si uero mane, non procedet. Preterea quelibet nauis uinum uel frumentum ferens, uel alia uictui necessaria liberum habeat transitum usque ad festum beati Georii; si uero deinde transire uoluerit, manere cogatur. De nauibus manentibus nil exigatur. Peracto uero foro et ibidem nauibus oneratis *comes Ratisponensis* cum iudicibus de uilla ad portum ueniens a nautis inquirat, quid

queque nauis ferat. De centenario XII. denarios persoluat, tum de cera, tum de cutibus et de equipollentibus. Si uero iudices uille nautis non crediderint, de quibus cumque eos impecierint, naute iuramento suo se defendant. Quecumque etiam nauis uinum uel frumentum fert in tempore fori, tum de modio frumenti, tum de carrada uini XII. denarios persoluat. Item cum quelibet nauis iuxta statutum satisfecerit, et *comes Ratisponensium* recesserit, quidquid mercis ad litus ducatur, XII. denarios de plaustro persoluat. Hoc facto sursum naues trahantur, posterior pars manens, ubi prima fuit, et sic liberum per totum annum habeant transitum. Similiter de plaustris per pontem transeuntibus quamcumque mercem ferant, XVI. denarios persoluant. Si uero mercator eques transeat post plaustrum, nil persoluat. Si autem sine plaustro transeat, quamcumque mercem ferat, obolum persoluat. De equis oneratis nec plus nec minus quam VI. denarii exigantur. Plaustra in *Rvziam* uel de Rvzia tendentia XVI. denarios persoluant, nec retineri debent. Plaustra, que in ipsa uilla onerantur, XII. denarios persoluant. Insuper, quicquid emere uel uendere cum auro uel argento uoluerint, potestatem habeant. Mercatores ultra terminos uenientes, uidelicet de *Masthrihet*, et de externis partibus eandem iusticiam, quam tempore patris mei dederunt, adhuc persoluant, (in descensu dimidium fertonem argenti, libram piperis, duos calceos et cyrotecas. In descensu (sic; recte ascensu) fertonem argenti*). Preterea initium fori debet esse feria secunda diebus Rogationum, finis eiusdem in uigilia Pentecosten, quod si factum non fuerit, Ratisponenses in C. librarum estimationem mihi tenebuntur.

Hec autem renouationis cartula data est anno M°C° (sic) primo anno imperii Heinrici imperatoris et semper augusti. Presentibus *Gerungo de Strechowe*, *Pillungo de Chierhaim*, *Ortolfo de Griezchirchen*, *Dietrico de Hohenstophe*, *Friderico de Miersdorf*, *Dietmaro de Putenowe*, *Perhtoldo de Stegen*, *Gotscalco*, *Hartnido*, *Otachero de Stangen*, *Heinrico de Enswalde*, *Ulrico de Chienowe*, *Gerlocho de Chirdorf*, *Ulrico de Starchenberch*, *Ottone de Wartenowe*, *Dietmaro de Jannesdorf*, *Richero de Marchpurch* et aliis quam pluribus.

---

*) Die ( ) eingeschlossenen Worte sind nachträglich, aber von der nämlichen Hand nach dem Worte: Masthrihet zwischen den Zeilen, und theilweise am Rande der Urkunde eingeschaltet worden.

Ut autem omnis dubietatis scrupulus de medio tollatur, hanc cartam Sigilli nostri impressione signauimus et contra emergentes calumnias malignantium hominum in perpetuum communiuimus. Facta est autem ista commutatio *ex legatione Ratisponensium*, et istis praesentibus *Comite V̊tone et Alberto filio suo de Prunenlaite, Hartwicus de Pyerchingen et filius suus Hartwicus, Engelbertus Zůfe, Sygefridus Pammezare.*

Original auf Pergament mit Siegel, im königl. bairischen Reichsarchive zu München. — Scheid, Orig. Guelf. III. praefat. 30. — Hormayr, Archiv 1815, pag. 484. Beide sehr fehlerhaft. — Archiv der kaiserl. Akademie, Bd. X. pag. 92, aus dem Originale. (Mit Rücksicht auf das angegebene Jahr der Regierung Heinrichs VI. als Kaiser fällt die Urkunde zwischen den 15. April 1191 und 15. April 1192.

CCXCVII.

1192. Grätz. — *Leopold, Herzog von Österreich und Steiermark, bestätigt die Rechte und Besitzungen des Klosters Garsten.*

Leupoldus dei gratia Dux *Austrie* et *Stirie* omnibus Christi fidelibus imperpetuum. Quia more torrentis transeunt tempora et cum temporibus memoria et quoniam etas memoriam excludens obliuionem mentibus ingerit, ea sollicitudine inducti scriptis mandamus et notum facimus omnibus scire volentibus tam futuris quam presentibus, qualiter nos Monasterium *Gerstense* cum omnibus suis Juribus et possessionibus semper defendere promouere et exaltare pre omnibus Ecclesiis intendimus, vt debemus, tanquam plantationem parentum nostrorum Principum *Stirie*, de quorum speciali sinu eadem Ecclesia noscitur exiuisse. Hinc est, quod nos dictum Monasterium, sicut est liberum ab omnibus aduocatis, ita volumus, vt semper in omnibus suis possessionibus nos et omnes nostri successores idem, vbicunque homines vel predia in terris nostris habuerit, gratis habito respectu solunmodo ad salutem animarum nostrarum defendere teneamur. Et quicunque predium aliquod eidem Monasterio contulerit, ad nos tamen aduocacia pertinebit, sicut est coram nobis sentencialiter diffinitum. Preterea aduocaciam et omne Jus aduocati in duabus villis, quarum vnam, que vocatur ad *Gerstenses* (sic), *Chunradus Comes de Ragatz* cognatus noster dedit Monasterio nominato et alteram, que vocatur *Munichrevt*, quam pater eius prius dederat, remittimus deinceps Monasterio prelibato, ita ut in predictis nullus Jus Aduocacie sibi vsurpare presumat,

Sed in Abbatis consistat arbitrio, cui velit honestorum virorum eadem bona tuenda conmittere, illud faciat libere et absolute. Insuper nullus Judicum secularium tam nostri quam alieni per totas Terras nostras ad suum placitum euocent homines dicti Monasterij nec in prediis vel hominibus eiusdem debent aliquam iurisdicionem habere, sed postquam coram Judice Abbatis aliquis reus sanguinis vel in quocunque crimine condempnatus fuerit, sicut cingulum vestes claudit, nostro Judicio assignetur Salua Ecclesie omni re mobili et immobili. Preter hec in omnibus Ciuitatibus et Foris per totas terras nostras hominibus dicti Monasterij liberam intrandi et exeundi et sua negocia exercendi tribuimus facultatem nec ullus Judex Ciuitatis vel Fori contra ipsos aliquam audienciam super quacunque causa debet habere, nisi prius Abbas iustitiam negauerit querelanti. Preterea in terra et in Aquis, vbicunque per terras nostras aliquid deduxerint, siue sint ligna vel victualia, siue vinum aut alia, quocunque nomine censeantur et quantacunque vtilitas Ecclesie exposcit, quolibet tempore libere sine omni Muta et exactione quacumque debeant pertransire. Omnes etiam terminos a fundatoribus ipsi Ecclesie designatos perpetuos esse volumus in omnibus locis, in quibus predia ipsius fuerint nomine designata, videlicet *Gavelentz* territorium, quod incipit, vbi riuulus dictus *Gavlentz* primum fluxum incipit, vsque in *Anesum*, sicut Montes et conualles se ibidem respiciunt et aqua pluuialis in dictam Prouinciolam a vertice Montium se demittit, Infra quos terminos nichil est, quod ad Ecclesiam pertinere non debeat pleno iure nullo contradicente sicut *Dux Otacher* ad vltimum suo Priuilegio noscitur expressisse. A vertice autem *Valchenstain* et *Merhenval* vsque in *Phaffenstain* eidem Monasterio terminos designamus, Siluam etiam circa *Wilhalmspurch* in *Swerzenberch* inter fluuiolos *Chrevzpach* et *Swerzenpach* ipsi Ecclesie traditam confirmamus ita videlicet, vt quicquid cultum vel incultum fuerit in eisdem terminis, ad Ecclesie proprietatem pertineat pleno iure vna cum hiis expressis ex una parte riui dicti *Golsena* nomine curtim vnam et ex altera parte eiusdem Riui curtim alteram cum nouem beneficiis suisque appendiciis infra *Swerzenpach* et *Puchenpach* vsque ad *petrosum parietem* longe vel prope positis nec non et vineam apud *Wilhalmspurch* et duas vineas in *Monte Aychperch*, Siluam etiam, que *Tanperch* dicitur, cum dote in plenam proprietatem ab *Otacharo Marchione* ipsi Ecclesie traditam confirmamus sola venatione ferarvm excepta, quam diu silua

steterit, et perpetuo robore ratam esse volumus Monasterio prelibato, vt tam culta quam inculta in Monte siue Silua predicta iure proprietario possideant fratres in eodem loco diuino seruicio deputati. Insuper in *Ischel*, vbi Sal nostrum decoquitur, damus Ecclesie predicte Sexaginta duas Carratas Minoris mensure et in *Avsse* totidem omni anno, quod ob remedium tam nostri quam omnium parentum nostrorum stabile fore precipimus et inuiolabiliter obseruandum. Quia uero Abbatem Monasterij prelibati racione Cappelle in *vrbe* nostra *Stira* Curie nostre summum constituimus Cappellanum, ita quod eo presente omnia diuina coram nobis habenda nutu suo et ordinacione debita plene fiant, Volumus sepius dicto Monasterio hanc facere gratiam specialem, vt tam Ministeriales nostri quam alij, qui a nobis in feodis, siue Prediis quicquam habent, illud possint eidem Ecclesie propter suam et nostram salutem dare libere in proprietatem nullo penitus obsistente. Vt autem hec omnia firma et inconvvlsa omni tempore permaneant, cum consensu dilectorum filiorum nostrorum *Friderici* et *Leupoldi* presentem inde paginam scribi fecimus et sigillorum nostrorum munimine roborari Testibus subnotatis, *Diepoldus Marchyo* (*de Vochburch*, *Albertus comes de Rabgau*, *Erchengerus de Neitperch*, *Pabo* et *Ditricus* fratres *de Hohenstavf*, *Richerus de Marchpurch*, *Ditmarus* dapifer *de Pvtnaw*, *Hainricus de Hophav*, *Leupoldus de Potscha*, *Rvdgerus de Planchenwart*, *Hainricus*, *Ditmarus* et *Chunradus* fratres dicti *Gvllen*, *Arnoldus de Wartenburch*, *Hebnhardus* et *Otto* fratres *de Wartenawe*, *Ditricus de Chreuzpach*, *Marquardus de Rotengrvcb*, *Menhardus* Camerarius, *Albero* et *Hainricus* fratres *de Tuchenstain*, *Perngerus de Capella*, *Gvndacher de Stira*, *Lvdwicus de Slierbach* et alij quam plures). Acta sunt hec in *Gretz* Anno Incarnacionis dominice Millesimo. Centesimo LXX. VII (sic).

Aus der Bestätigungs-Urkunde der Herzoge von Österreich ddo. Wien 2. Februar 1304, im Archive zu Garsten. (Die mit ( ) eingeschlossenen Namen am Ende nach dem Worte: marchio, sind aus einer Abschrift dieser Urkunde auf Papier aus dem XVII. Jahrhunderte im selben Archive entnommen, da die obige Bestätigung nach marchio nur die Worte: et ceteri, hat.) — Fröhlich, Diplom. Garstense, 61, Nro. 17. — Stillfried, Burggrafen von Nürnberg, I. 33, Nro. 1.

CCXCVIII.

1192. — *Leopold, Herzog von Österreich und Steiermark, nimmt das Spital am Pühru in seinen Schutz, befreit es von der weltlichen Vogtei und erlaubt seinen Ministerialen, Schenkungen dahin zu machen.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. *Liupoldus dux austrie stirieque.* Quoniam diuine largitatis gratia omnium ecclesiarum Christi defensores constituti sumus, precipue tamen earum curam gerere debemus, quas karitas piissimorum hominum necessitati pauperum instituit prouenturas. Notum sit igitur omnibus Christi fidelibus, quod aduocaciam nouellj hospitalis *garsten* sitj pro remedio anjme nostre parentumque nostrorum ita nobis assumpsimus, ut omnja bona ipsius infra terminos regiminis nostri constituta omnj jure judicum et aduocatie postposito sola spe diuinę retributjonjs tueamur; Si quis etiam ministerialis noster superna inspiratione conmonitus prefato hospitalj aliquid prediorum suorum conferre uoluerit, hoc faciendj liberam facultatem permittjmus. Et ne quis in posterum hec statuta nostra infringere ualeat, ipsa sigillj nostri inpressione corroboramus.

Original auf Pergament mit Siegel, im k. k. H. H. u. St. Archive zu Wien.

CCXCIX.

1192. Steier. — *Leopold, Herzog von Österreich und Steiermark, verleiht dem Kloster Gleink die Kirche zu Dietach statt jenem Gute daselbst, welches weiland Herzog Otackar von Steiermark demselben verliehen hatte.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis *Dux Levpoldus Austrie et Styrie* cunctis Christi fidelibus. Quoniam adhuc adeo constituti sumus, ut saluti et commoditati subditorum studiose prouideamus, ea propter cunctis Christi fidelibus notificamus tam presentibus quam futuris, quod dilectus noster *consanguineus Dux Styriae Otakerus in extremis positus* predia sua ecclesijs dei large tribuit, inter que etiam *Glvnicensi ecclesie* predium unum in *Tvdeche,* quod *Wuelfinch* possederat, potestatiua manv contradidit. Sed omnia sua arbitrio nostro, quia simul ita concambieramus, perficienda dimisit. *Ipso uero corpore exempto cum nobis omnia gubernanda prouenissent, aput Graece ministerialium nostrorum magnum conuentum conuocauimus,*

illic de nostris rebus ac *prouincie salute* saniori consilio aliquid tractaturi, quo in loco nos a prudentioribus ydoneo consilio accepto statuimus et fieri decreuimus, ut predia, que ex precepto eiusdem consanguinei nostri distracta fuerant et ecclesijs dei diuisa, si *officijs et urbibus* nostris dampnosa essent, cum melioribus et utilioribus ex alijs nostris predijs et redditibus soluerentur et redderentur, ut etiam nobis aliquid ante dominum fieret exinde anime remedium. Processu itaque temporis *in vrbem nostram Styer* uenientes et causas rerum ibi tractantes in anteriori optimatum nostrorum consilio cum fratribus *Glvnicensis ecclesie* quasi mutando cambiuimus et pro predio, quod consanguineus noster eis dederat, *ecclesiam Tvdech urbis nostre capellam* cum dote altaris omnique pertinentia ac omnibus que iuris nostri erant, potestatiua manv eis tradidimus et per manum ministerialis nostri *Ottonis* eiusdem loci aduocatj ipsam delegationem alacriter persoluimus. Pro qua delegatione in presentia nostra a prudentioribus normaliter diffinitum est, ut *plebanus Syrnicensis,* qui ipsam ecclesiam a nobis pridem susceperat, quoad uiueret, quiete eam possideret et post eius uite terminum eadem ecclesia cum terminis et appendicijs suis Glvnicensi ecclesie seruiendo sine omni contradictione in usum fratrum totaliter proueniret. Et ut hec traditionis nostre auctoritas rata et firma omni euo permaneat, sigilli nostri uiua inpressio et subscriptorum testimonium perhibeat: *Wernhardus de Schovberch, Hertnidus de Ort, Wulfingus de Chapfenberch, Herandus de Wildonie, Gvndacherus de Styer, Hertnidus de Ovnsteine, Rudolfus de Stadeke, Erkengerus de Landese, Otto et Otakerus de Graece, Pillvnch de Pernstein, Otto de Volchenstorf, Gvndakerus, Dvringus fratres de Styer, Dvringus de Bless, Eberhardus, Rvdolfus fratres de Ternperg* et alij multi. Acta sunt hec anno domini M. C. XCII. Indictione X. data *apud Styriam* Non. April. (? sic *)

Mon. boic. XXIX. II. pag. 47. ex cod. patav. III°.

---

*) Nachdem Herzog Otakar von Steiermark erst am 9. Mai 1192 gestorben, kann dieser Monatstag in keinem Falle bestehen. Vielleicht ist diese Stelle des Passauer Codex zu lesen: Non. Cal. Jul. (23. Juni), was mit dem Itinerar Herzog Leopold's für das Jahr 1192 zusammen passen würde.

CCC. A.

1192. — ***Leopold, Herzog von Österreich und Steiermark, befreit das Kloster Gleink von aller weltlichen Vogtei, nimmt es in seinen Schutz und Schirm und ertheilt demselben mehrere Freiheiten.***

In nomine sancte et indiuidue trinitatis patris et filii et spiritus sancti. Amen. *Liupoldus* dei gratia Dux *Austrie* et *stirie*, Omnibus presentem paginam inspecturis salutem in perpetuum, Quia ratio Juris nos adhortatur, ecclesiarum dei conmodum augmentare et quantum possumus de nostris rebus et possessionibus seruitium omnipotentis dei, quamdiv uixerimus, ampliare, ut per hoc non solum temporalia, sed etiam eterna bona consequi mereamur, Ea igitur sollicitudine inducti scriptis presentibus notum facimus omnibus scire uolentibus tam futuris quam presentibus, qualiter nos Monasterium *Glŏnick* cum omnibus suis juribus et possessionibus semper defendere, promouere et exaltare intendimus, ut debemus. Hinc est, quod nos dictam Ecclesiam, ab omnibus aduocatis uolumus liberam esse et securam ita, ut semper in omnibus suis possessionibus et libertatibus nos et omnes nostri successores, vbicunque homines aut predia in nostro dominio habuerit, gratis habito respectu solummodo dei et pro salute animarum nostrarum defendere teneamur et quicunque predium eidem Monasterio contulerit, ad nos tamen aduocatia pertinebit, sicut in Priuilegio ipsius fundatoris, videlicet venerabilis ac sanctissimi *Ottonis* Episcopi *Babenbergensis* est distinctum et confirmatum, et quia etiam nimis esset indignum et indecens, ut Ecclesias, quas Principes de suis rebus et laboribus fundarent, minores persone in eisdem Ecclesiis sibi jus aduocatie uel dominij vsurparent, Nullus etiam judicum secularium, tam nostri quam alieni in prediis uel hominibus dicti Monasterij debet aliquam jurisdictionem habere, sed postquam aliquis reus sanguinis uel in quocumque crimine condempnatus fuerit, sicut cingulum uestes claudit, nostro judicio assignetur salua ecclesie omni re mobili et inmobili. Preterea in terra et in aquis, ubicunque per terras nostras aliquid deduxerint, siue sint ligna uel uictualia, siue vinum uel alia quocunque nomine censeantur, quolibet tempore anni libere sine omni Mûta et exactione ipsos uolumus pertransire. Familia etiam nostra cum familia *Glŏnicensi* matrimonia libere ac licenter contrahat. Concedimus etiam, quemadmodum felicis memorie consanguineum nostrum *Marchionem Otakkerum* inuenimus indulsisse,

quod omnes Ministeriales terre nostre ac alii nobiles nominis cuiuscunque ea, que a nobis nomine feodi vel hominij possident, pro remedio animarum suarum *Glv̊nicensi* cenobio libere delegent ac conferant. Piscaturam etiam in flumine *anasi*, ubi possessio ipsorum inchoatur, usque ad *Stenigne* ex utraque parte litoris ac gurgitis ipsis licenter ac libere conferimus. Presenti quoque scripto manifestamus, quod tradidimus Ecclesie *Glv̊nicensi* per manus domini nostri venerabilis *Ottonis Babenbergensis* Episcopi, a quo possedimus jure feodi, illa, que nominatim duximus exprimenda videlicet possessiones *Hulewarn* inter duos montes hinc et inde usque in *Tiúphenpach* et in *Styer* fluuium verum et legitimum terminum habentes. Hec omnia cooperatione *V̊dschalci de Clv̊se*, qui nostras res in illis partibus administrabat, ad salutem contulimus Monasterio antedicto, ut inde fratres nobis indulgere deberent, quod nos eis vinum ipsorum apud *Chremse* pro nostra necessitate abstulimus aliquando. Insuper dominus noster *Babenbergensis* episcopus tradidit predia eadem et confirmauit de nostra bona et libera uoluntate, scilicet duos cultos Mansus, noualia nemora, culta et inculta et omnia seorsum contigua inter duos montes usque in *Styer* et in *Tiuphenpach* undique protendentia cum omni utilitate, que perpetuo ex hiis poterit prouenire, et fratres eiusdem Ecclesie libere et absque ullo inpedimento quolibet illa perpetuo possideant. Jus etiam aduocatie in sepedictis possessionibus, immo etiam in omnibus prediis et possessionibus, quas episcopi *Babenbergenses Glv̊nicensi* cenobio siue in *Pirno monte* vel in *Hage* tradiderunt et confirmauerunt, nobis ac posteris nostris taliter duximus retinendum, ut ipsas absque respectu tocius conmodi temporalis fideliter defendere atque protegere teneamur; Item presenti pagine duximus inserendum, quod dilecti Ministeriales nostri, videlicet *Otakkerus, Rudigerus* et *Tageno* fratres de *pargen* predia decem uirorum apud *vinchlarn* et in montibus iuxta sita ob remedium animarum suarum ac parentum suorum *Glunicensi* Monasterio per manus nostras tradiderunt, quam etiam traditionem ipsius Ecclesie fratribus confirmamus de nostra gratia speciali. Vt autem hec omnia per cuncta annorum circula firma et inconuulsa permaneant et a nullo successorum nostrorum infringi ualeant, nostri sigilli munimine duximus roboranda, Testibus subnotatis, quorum hec sunt nomina *Wernhardus de Schovmberch, Vlricus et Liutoldus de Peka, Harthnidus de Orth, Wulfingus de Chapfenberch, Herrandus de Wildonien, Gundacharus de Styer,*

Harthnidus de Ovenstaein, Rudolfus de Stadekke, Erchengerus de Landeser, Otto et Otakarus de Greze, Pillunch de Pernstaeine, Otto de volchenstorf, Duringus de plesse, Eberhardus, Rudolfus fratres de Terenperge, Hiltgrimus et Wolfkanch de Enstal, Otto, Otakkarus, Imprinch, Marquardus, Rudolfus, Wezilo de Styer, Chunradus, Liupoldus, Perchtoldus, Herrandus, Vlricus, Otto, Ortolfus Et alii multi.

Acta sunt hec anno dominice InCarnationis Millesimo Centesimo *Septuagesimo Octavo* (sic). InDictione Decima Apud *Laureacum*. Data Nonas Maij. Regnante domino nostro iesu christo in eternum feliciter Amen.

Original (?) auf Pergament mit Siegel, im Archive zu Gleink. Das Siegel — ein einfaches — zeigt den Herzog zu Pferde, in der rechten Hand die Fahne, am linken Arme den Schild, dessen Wappen ganz undeutlich ist. Am Rande zum Theile zerbröckelt die Umschrift: ✝ LIVPO . . . . I. GRACIA. DVX. AVS . . IE. ET. STIRIE. — Nach Schrift, Siegel und Zeugen wäre dieses Diplom Herzog Leopold VII. zuzuweisen. — Kurz, Beiträge III. 315, theilweise.

CCC. B.

1192. — ***Leopold, Herzog von Österreich und Steiermark, befreit das Kloster Gleink von aller weltlichen Vogtei, nimmt es in seinen Schutz und Schirm und ertheilt demselben mehrere Freiheiten.***

In nomine sancte et indiuidue trinitatis patris et filii et spiritus sancti amen. *Livpoldvs* Dei Gratia Dvx *Austrie* et *Stirie* Omnibus presentem paginam inspecturis salutem in perpetuum. Qvia ratio juris nos adhortatur Ecclesiarum dei conmodum augmentare et quantum possumus, de nostris rebus et possessionibus seruitium omnipotentis dei, quamdiv uixerimus, ampliare, ut per hoc non solum temporalia, sed eterna bona etiam consequi mereamur, Ea igitur sollicidudine (sic) inducti scriptis presentibus Notum facimus omnibus scire uolentibus tam futuris quam presentibus, qualiter nos Monasterium *Glénick* cum omnibus suis Juribus et possessionibus semper defendere, promouere et exaltare intendimus, ut debemus. Hinc est, quod nos dictam Ecclesiam ab omnibus aduocatis uolumus esse liberam et securam ita, ut semper in omnibus suis possessionibus et libertatibus nos et omnes nostri successores, vbicumque homines vel predia in nostro Dominio habuerit, gratis habito respectu solummodo dei et pro salute animarum nostrarum defendere teneamur, et quicumque predium eidem

Monasterio contulerit, ad nos tamen aduocatia pertinebit, sicut in priuilegio ipsius fundatoris videlicet venerabilis ac sanctissimi *Ottonis babenbergensis* episcopi est distinctum et confirmatum, et quia etiam nimis esset indignum et indecens, ut ecclesias, quas principes de suis rebus et laboribus fundarent, minores persone in eisdem ecclesiis sibi Jus aduocatie vel dominij usurparent, Nullus etiam Judicum secularium tam nostri quam alieni in prediis vel hominibus dicti Monasterij debet aliquam jurisdicionem habere, sed postquam aliquis reus sanguinis vel in quocunque crimine condempnatus fuerit, sicut cingulum uestes claudit, nostro judicio assignetur salua ecclesie omni re mobili et inmobili. Preterea in terra et in aquis, vbicumque per terras nostras aliquid deduxerint, siue sint ligna vel victualia siue vinum vel alia, quocumque nomine censeantur, quolibet tempore anni libere sine omni mûta et exactione ipsos uolumus pertransire. Familia etiam nostra cum familia *Glěnicensi* matrimonia libere ac licenter contrahat. Concedimus etiam, quemadmodum felicis memorie consanguineum nostrum *Marchionem Otakkerum* inuenimus indulsisse, quod omnes Ministeriales terre nostre ac alii nobiles nominis cuiuscumque ea, que a nobis nomine pheodi uel hominij possident, pro remedio animarum suarum *Glěnicensi* cenobio libere delegent ac conferant. Piscaturam etiam in flumine *Anesi*, vbi possessio ipsorum inchoatur, usque ad *Steninge* ex utraque parte litoris ac gurgitis ipsis licenter ac libere conferimus. Presenti quoque scripto manifestamus, quod tradidimus Ecclesie *Glenicensi* per manus domini nostri venerabilis *Ottonis babenbergensis* episcopi, a quo possedimus Jure pheodi illa, que nominatim duximus exprimenda, videlicet possessiones *Hělwarn* inter duos montes hinc et inde usque in *Tiěphenbach* et in *Styer* fluuium verum et legitimum terminum habentes, hec omnia cooperatione *V̊dschalci de Chlěse*, qui nostras res in illis partibus administrabat, ad salutem contulimus Monasterio antedicto, vt inde fratres nobis indulgere deberent, quod nos eis vinum ipsorum aput *Chremse* pro nostra necessitate abstulimus aliquando. Insuper dominus noster *babenbergensis* Episcopus tradidit predia eadem et confirmauit de nostra bona et libera uoluntate, scilicet duos cultos mansus, noualia nemora culta et inculta, et omnia seorsum contigua inter duos montes usque in *Styer* et in *Tiěphenbach* undique protendencia cum omni utilitate, que perpetuo ex hiis poterit prouenire, et fratres eiusdem Ecclesie libere et absque ullo inpedimento illa perpetuo

possideant. Jus etiam aduocatie in sepe dictis possessionibus, immo etiam in omnibus prediis et possessionibus, quas episcopi *babenbergenses Glvnicense* (sic) Cenobio siue in *Pirno* monte vel in *Hage* tradiderunt et confirmauerunt, nobis ac posteris nostris taliter duximus retinendum, vt ipsas absque respectu tocius conmodi temporalis fideliter defendere atque protegere teneamur. Vt autem hec omnia per cuncta annorum circula firma et inconuulsa permaneant et a nullo successorum nostrorum infringi ualeant, nostri sigilli munimine duximus roboranda, testibus subnotatis, quorum hec sunt nomina: *Wernhardus de Schóumberch, Vlricus et Livtoldus de Peka, Hartnidus de Orth, Wulfingus de Chapfenberch, Herrandus de Wildonien, Gvndacherus de Styer, Hertnidus de Ovenstæine, Rudolfus de Stadeke, Erchengerus de Landeser, Otto et Ottakkarus de Greze, Pillunch de pernstaeine, Otto de Volchenstorf, Duringus de Plesse, Eberhardus, Rudolfus fratres de Ternperge, Hiltgrimus et Wolfganch de Enstal, Otto, Otakkarus, Imbrich, Marquardus, Rudolfus, Wezilo de Styer, Chvnradus, Livpoldus, Perchtoldus, Herrandus, Vlricus, Otto, Ortolfus* et alij multi, Acta sunt hec Anno Dominice Incarnationis Millesimo, Centesimo, Septuagesimo *Quinto* (sic). Indictione septima, Data aput *Laureacum* Nonis Maij.

Regnante domino nostro iesu christo in Eternum feliciter Amen.

Original (?) auf Pergament mit Siegel, im Archive zu Gleink. (Das Siegel scheint ein Doppelsiegel gewesen zu sein, dessen eine Hälfte aber ganz verloren gegangen, während von der andern nur mehr ein grösseres Fragment übrig geblieben ist. Auf diesem ist der Herzog mit dem Bindenschilde dargestellt, die Umschrift aber bis auf wenige Buchstaben weggebrochen . . . . DEI. GR . . . . . . IE ✝. Unbezweifelt das Siegel Herzog Friedrichs II.) — Kurz, Beiträge, III. 311.

CCCI.

1192. Salzburg. — *Adalbert, Erzbischof von Salzburg, bestätigt dem Kloster Reichersberg die von seinen Vorfahren erlangten Freiheiten.*

In nomine sancte et indiuidve trinitatis ego *adelbertus* dei gratia *salzburgensis* uocatus archiepiscopus apostolice sedis legatus *Gerhoho richerspergensi* preposito et eius successoribus in perpetuum. Antecessorum statuta bona et iusta decet conseruare atque confirmare legitimos eorum successores in dispensatione pię ordinationis. Proinde nos, qui beatis et religiosis uiris ęcclesię salzburgensis archiepiscopis *Chǒnrado* et *Eberhardo* successimus, eorum pia

statuta non solum seruare, sed etiam gratia dei fouente ougmentare (sic) intendimus. Igitur quecunque ab illis ad consolationem deo militantium in cenobio *Richerspergensi* seu liberalitate pietatis donata sev pontificali auctoritate concessa et eorum priuilegiis firmata sunt, ut illis integra permaneant, statuimus et presenti pagina firmamus. In quibus hęc nominatim duximus exprimenda. Patellam in *halle*, decimas ad episcopale ivs attinentes in duabus parrochiis *pûtinensi* et *brambergensi*. Uerum quia prouidentia ęcclesię *brambergensis* ex pontificali beatę memorię archiepiscopi *Eberhardi* concessione *Richerspergensi* sic est firmata, ut a domo illa plebanum habeat, qui ecclesiam plebalem procuret et quoniam ipsa ęcclesia terminis ampliata sic excreuit, ut duos necessarios habere pastores oporteat, volumus et statuimus unam plebesmalem ecclesiam esse *Edelz*, alteram *bramberge*, quibus idoneos plebanos prepositus loci *Gerlohus* et eius legitimi successores ordinare potestatem habeant. Decernimus ergo, vt si, quod absit, persone de uestro collegio in ministerium assumptę vel in religionis disciplina conmissique gregis prouidentia sev fidelitate erga claustrum suum custodienda minus, quam oportet, idonee conparuerint et ab archiepiscopo commonite non citius resipuerint, liberum sit preposito consulto primum *Salzburgensi* archiepiscopo, ad eius nutum personas illas reuocare ad claustralem districtionem atque in eorum locum subrogare alias de manu archiepiscopi regulariter inuestiendas seruato in omnibus et per omnia in substituendis regularibus personis prescripto rigore. Sane utilitati uestrę propensius intendentes uolumus, ut, si seculares prospexeritis instituendas personas, pari modo fideles in omni iure uestro excepta canonica professione, qua uobis non tenentur, existant. Quod si et illi in suę salutis periculum et in memoratę ęcclesię *Richersperge* iusticiam grauius aliquid attemptauerint, iuris ordine conmoniti canonica censura remoueantur Rursusque claustrales secularesve personę, quotienscunque necesse fuerit, a presente preposito *Gerloho* et omnibus successoribus suis canonice subrogatis *salzburgensi* archiepiscopo representate sine obstaculo instituantur prefatis ecclesiis *brambergensi* et *Edelz* salua in omnibus canonica iusticia nostra nostrorumque successorum. Preterea sicut ex priuilegiis ipsius cenobii animaduertimus, quod ipse locus sic est fundatus et ab antecessoribus nostris archiepiscopis in ivs et patrocinium *salzburgensis* ęcclesię susceptus, ut nullus eiusdem loci sit aduocatus, nisi ipsius metropolis

salzburgensis ęcclesię aduocatus, qui uidelicet de beneficio principalis aduocatię sibi collato ipsum cenobium sine grauamine defendat, hoc annectimus, ut libertas illi loco a fundatoribus destinata et priuilegiis apostolicis confirmata inconcussa permaneat, et presenti pagina sigillo nostro conmunita interdicimus, ne a principali aduocato subaduocatus per ius beneficiale constituatur. Sane si prepositus loci expetierit aliquem sibi a principali aduocato destinari, conmittatur illi talis procuratio absque ivre beneficiali liceatque preposito, si inutilis fuerit, eum amouere melioremque in eius locum simili tenore restituere. Vt autem hec nostrę dispensationis pia institutio nulla impietatis machinatione uioletur, sed in perpetuum firmissime conseruetur, hanc paginam tali sententia concludimus, ut, si quis contra eam temere agens tercio conmonitus non resipuerit, ira dei maneat super eum in interitum carnis, ut spiritus saluus fiat per penitentiam, sine qua si defunctus fuerit, de perpetrata iniquitate reum se cognoscat in tremendo examine iudicis cuncta cernentis.

† Ego *Adelbertus Salzeburgensis* archiepiscopus S. S.

† Ego *Gundaker* prepositus Maioris ęcclesię *Salzpurgensis* S. S.

† Ego *Růdolfus* decanus Eiusdem ęclesię (sic) S. S.

† Ego *Marsilius Bomburgensis* prepositus S. S.

† Ego *Heinricus salzburgensis* canonicus et cellerarius S. S.

Ego *Sofredvs salzburgensis* scolasticvs S. S.

Ego *Perhtoldus* diaconus *salzburgensis* et prepositus cellera-ris (?) S. S.

Acta sunt hec *salzburge* anno incarnationis domini M°C°LXXXXII.

Anno episcopatus domini *Alberti* XXIIII.

Original auf Pergament mit Siegel, im Archive des Klosters Reichersberg.

CCCII.

1193. 29. Jänner. Lateran. — *Papst Cölestin III. nimmt das neu errichtete Hospital am Pührn in seinen Schutz.*

CELESTINUS episcopus seruus seruorum dei Dilectis filiis *Rapotoni* Prouisori et habitatoribus noui hospitalis in alpibus diocesis Patauiensis constituti salutem et apostolicam benedictionem. Sacrosancta Romana ecclesia deuotos et humiles filios ex assuete pietatis officio propensius diligere consueuit et, ne prauorum hominum molestiis agitentur, eos tamquam pia mater protectionis sue munimine

confouere. Eapropter dilecti in domino filij deuotionem uestram, quam ad nos et beatum Petrum habere noscimini, attendentes personas uestras et quascumque possessiones uel quecumque bona idem hospitale impresentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum iustis modis prestante domino poterit adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti patrocinio communimus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat hanc nostre paginam protectionis infringere uel ausu ei temerario contraire. Siquis uero hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus sit pax domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inueniant. Datum *Laterani*. iiij. Kalendas februarij, Pontificatus nostri anno tercio.

Original auf Pergament mit Bleibulle, im k. k. H. H. u. St. Archive zu Wien.

CCCIII.

1193. 30. Jänner. Lateran. — *Papst Cölestin III. ermahnt die in den Kirchensprengeln von Salzburg, Passau und Gurk befindlichen Christgläubigen, die Sammlungen für das neu gegründete Hospital am Pührn mit Almosen zu unterstützen.*

CELESTINUS episcopus seruus seruorum dei uniuersis Christi fidelibus per *Salzburgensem*, *Patauiensem* et *Gurcensem* dioceses constitutis Salutem et apostolicam benedictionem. Quoniam, ut ait apostolus, omnes stabimus ante tribunal Christi recepturi, prout gessimus in corpore siue bonum siue malum, oportet et nos diem messionis extreme misericordie operibus preuenire et eternorum intuitu seminare in terris, quod reddente domino cum multiplicato fructu recolligere debeamus in celis firmam spem fiduciamque tenentes, quoniam, qui parce seminat, parce et metet, et qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus et metet uitam eternam. Sane peruenit ad audientiam nostram, quod nouum hospitale in alpibus sit Patauiensis diocesis domino permittente constructum, in quo pauperibus et infirmis caritatis solacia ministrantur, verum quia ad huiusmodi misericordie opera indigentibus eroganda proprie non sufficiunt facultates. deuotionem uestram rogamus, monemus attentius et in remissionem uobis iniungimus peccatorum, quatenus cum eius nuntij ad uos accesserint elemosinas petituri, grata eis subsidia conferatis ita, ut uestro

mediante suffragio operibus ualeat insistere caritatis et uos per hec et alia bona, que domino inspirante feceritis, ad eterne felicitatis mereamini gaudia peruenire. Datum *Laterani*. III. Kalendas februarij, pontificatus nostri anno tercio.

Original auf Pergament mit Bleibulle, im k. k. H. H. u. St. Archive zu Wien.

CCCIV.

1193—1200. — *Abfindung des Abbtes Otto von Wilhering mit Otto von Buchberg wegen seiner Ansprüche auf das Gut Zemleub.*

Recognoscat tam presentium quam futurorum etas, quod dominus *Albero de Zemeliube* pro remedio anime sue potestatiua manu contulit illi claustro *Willeheringen* predium in *Zemeliube*, videlicet margerinam vnam, beneficium et pratum. In *Stainmözelesdorf* tria beneficia, *Salapulcahe* nouem beneficia, *Chremese* vineam vnam et homines proprios, cuius predii se possessorem postea asseruit dominus *Otto de Buchperch*. Abbas autem claustri prefati scilicet *Otto* consulens vtilitati cenobii sui predium iam dictum consilio domini *Hadmari* aduocati, eiusdem predii XX talentis apud dominum *Ottonem* redemit. Facta est autem ista conuentio tempore peregrinationis dicti *Hadmari* in uilla, que dicitur *Prunne* ordine congruo confirmata. Huius rei testes sunt *Hadmarus de Chunringen, Irnfrit de Gnannendorf, Ŏlrich Strune, Marchwardus de Hintperge, Vlrich de Stawze, Ortolf de Clements, Otto de Lize, Hugo et frater eius Chŏnradus de Ottensteine, Heinrich Tuscheman, Vlrich de Galchprunnen, Rŏdiger de Rosenawe, Rudinch de Valchensteine, Ortwin de S. Johanne, Chalhoch de Tulbingen, Trost de Minenbach, Eben de Regelesdorf, Marchwart de Wesen, Dietmar de Chunringen, Huch de Gudransdorf, Vlrich strune iunior, Alber pfeferwin, Dietmar de Riede, Gotfrid de Tierensteine, Dietrich de Tierenstaine, Heinricus Chämbel, Pehart de Tirnsteine, Pilligrim de Näliube, Alhart de Sachsendorf, Hiernhart Trufel, Sigemunt de Slichinesdorf, Gerwic de tirensteine, Albrecht de Stadelowe, Otto fritelingere, Hainrich Huntel, Vlrich swertzger de valchenstaine, Otto de Praitenaiche, Hice de vrischelaren.*

Aus einem Copialbuche im Archive des Kl. Wilhering. — Stülz, Geschichte von Wilhering, 489.

CCCV.

1194. 17. September. — ***Conrad, Bischof von Regensburg, schenkt dem Kloster Mondsee Ort und Kirche Weihmerting.***

In Nomine Sanctæ et Individuæ Trinitatis. Ego *Counradus* divina fauente Clementia *Ratisponensis* Ecclesiæ Episcopus omnibus Christi fidelibus veræ fidei præmia invenienda. Et ratio dictat et Justitia commendat, ut nos, qui Religionem profitemur ex ordine, Religionem foveamus ex devotione. Eapropter Religiosorum fratrum in *Mænensiensi Cœnobio* Deo militantium delectati religione, Ei, cui serviunt, nos in hoc credimus famulari, si de his, in quæ divinitus potestatem accepimus, eorum commodo prospicimus et quieti. *Ecclesiam* igitur *Wihemerting*, cum ex sententia Chori nostri et Ministerialium Ecclesiæ nostræ Jus habeamus et potestatem eidem Cœnobio conferendi, cum omni Juris integritate, quod hactenus in illa tenuimus, prædictis fratribus omnimodis concedimus ita, ut jus habeant eligendi sacerdotem in illam Ecclesiam et præsentandi et Juris hujus perpetuitas præfato Cœnobio maneat perpetuo. Ne qua vero super hac justa Concessione nostra eis quæstio in posterum inferatur, præsenti Privilegio caveri volumus et nostræ Potestatis officio inhibemus. Huius rei testes sunt *Heinricus Præpositus, Ulricus Decanus, Egellolfus Præpositus S. Joannis, Rudegerus thesaurarius, Bernardus Canonicus, Rupertus Canonicus, Fridericus Canonicus de Prukeberch, Ulricus scriba, Marctvvardus Decanus de Chambis, Fridericus filius Palatini Ministerialis Ecclesiæ, Albertus in Heyda et frater suus Hutvvinus, Rupertus Kergel, Ekebertus Schultherde, Ernestus de Kelzena, Hertvvicus de Fronovve, Hertvvicus de Manense, Rupertus Lupus, Berlochus Dapifer, Rupertus frater ejus de Nuzzdorff, Heroldus Abengvvelbe, Rudiger de Manense, Albrecht, Englschalch, Otto, Alfrid, Friderich, duo Conradi* et alii quam plures.

Ego *Hainricus* Majoris Ecclesiæ Præpositus subscripsi.

Et ego *Ulricus* Decanus SS. Ego *Heinricus* SS.

Ego *Beletus* Scholasticus SS.

Ego *Eglolfus* Præpositus S. Joannis Ecclesiæ in *Traunersee* SS.

Ego *Hartmannus* SS. Ego *Rogerius* Thesaurarius SS.

Ego *Lantfridus* SS. Ego *Fridericus* Oblajarius SS.

Ego *Bertholdus* SS. Ego *Conradus* SS.

Ego *Bernardus* SS. Ego *Ditterieus* SS.
Ego *Hermicus* SS. Ego *Conradus de Tekndorff* SS.
Ego *Conradus* Cellararius SS. Ego *Rudbertus de Velkirchen* SS.
Ego *Chunradus* Canonicus Ecclesiæ S. Petri et *Hochenhaus*. SS.
Ego *Chunradus Columbanus* SS.
Ego *Cunradus* Nobilis Canonicus S. Petri. SS.
Ego *Bernardus de Ponte Judæorum* SS.
Ego *Altmanus de Gislingen* SS.
Ego *Hilprandus de Valkenstein* SS.

Actum Dominicæ Incarnationis anno 1194. Indict. XII. XV. Kal. Octobr.

Chronicon Lunaelac. pag. 141. — Ried, Cod. Ratisb. I. 277.

CCCVI.

1195. 29. April. Lateran. — *Papst Cölestin III. bestätigt die Rechte und Besitzungen des Klosters Ranshofen.*

Celestinus episcopus seruus seruorum dei dilectis filiis *Etichoni* Preposito *Ranshouensis* ecclesie beati Pancratii Martiris eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem uitam professis in perpetuum. Religiosam uitam eligentibus apostolicum conuenit adesse presidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incursus aut eos a proposito reuocet aut robur, quod absit, sacre religionis infringat. Ea propter dilecti in domino filii uestris justis postulationibus clementer annuimus et prefatam ecclesiam beati Pancratii Martiris, in qua diuino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti priuilegio conmunimus. Inprimis siquidem statuentes, ut ordo Canonicus, qui secundum deum et beati Augustini regulam in eadem ecclesia institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obseruetur. Preterea quascunque possessiones, quecunque bona eadem ecclesia in presentiarum iuste et Canonice possidet aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum uel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis prestante domino poterit adipisci, firma uobis uestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exponenda uocabulis: Ecclesiam ipsam beati Pancratii martiris cum decima et iure parrochiali Capellam sancti Michahelis in eodem loco sitam, Capellas *Niunchirchen*, *Handenberge*, *Geroldesberge* et Capellam in monte

sancti Egidii et Capellam Sancti Stephani protomartiris in *Brunowe*, cum pertinenciis earum, Capellam *Hobercha* cum pertinenciis suis in ea libertate, in qua bone memorie *Eberhardus Salzburgensis* Archiepiscopus uobis scripto proprio rationabiliter confirmauit, ut videlicet nullus in eis preter ipsum Archiepiscopum et dyocesanum episcopum et ecclesie uestre prepositum aliquid debeat ordinare, quicquid iuris in Capellis per quascunque regiones a ministerialibus rationabiliter ecclesie uestre concessum est, *Ror* videlicet in confinio *Cremsmunster*, in Capella *Nosbach* in parrochia *Altheim* et *Niunchirchen* in parrochia *Zeidlarn* et in aliis in vicino uel in longinquo a iure parrochiali liberis, sicut est hactenus obseruatum, presenti uobis pagina confirmamus. Terminum quoque eiusdem ecclesie sancti Pancratii, quemadmodum recolende memorie *Heinricus* secundus imperator romani imperii cum episcopis suis scilicet *Deitmaro* Archiepiscopo *Salzburgensis* ecclesie et *Beringero Patauiensis* ecclesie episcopo et *Niceno Laodicensis* ecclesie episcopo cum aliis tredecim episcopis duxit prouide statuendum, et *Cvnradus* secundus romanorum rex scripto suo autentico eidem ecclesie confirmauit, incipientem videlicet de *Ethenowe* vsque *Grůzensewen* et *Greben* et *Bibenbach*, *Rantwinsbrunnen* quoque inde ad *Iden*, *Ratperch* quoque et *viwersengen* et *Berchsteig*, *Rechingen* utique et *Hulwern* et *Cangeren* quoque per forinam semitam Capelle (sic) sancti Georgii martiris, deinde *swarzgreben* et vsque *Owernbach*, deinde per *Adelbrehtsberc*, deinde per *Bůchchirchen*, deinde in flumine *Mateha*, sicut in antiquis uestris priuilegiis continetur et usque ad hec tempora noscitur obseruatum, uobis et eidem ecclesie uolumus et apostolica auctoritate precipimus inuiolabiliter obseruari. Sane noualium uestrorum, que propriis manibus aut sumptibus colitis siue de nutrimentis animalium uestrorum nullus a uobis decimas exigere uel extorquere presumat. Crisma uero, oleum sanctum, consecrationes altarium, ordinationes clericorum, qui ad sacros ordines fuerint promouendi, a dyocesano suscipietis episcopo, siquidem catholicus fuerit et gratiam atque conmunionem apostolice sedis habuerit et ea uobis gratis et absque prauitate aliqua uoluerit exhibere, alioquin ad quencumque malueritis antistitem gratiam et conmunionem apostolice sedis habentem libere recvrratis, qui nostra fultus auctoritate uobis, que postulantur, inpendat. Obeunte uero te nunc loci eiusdem Preposito uel ad alterius ecclesie regimen transeunte, siue tuorum quolibet successorum nullus

ibi qualibet surreptionis astucia seu uiolentia preponatur, nisi quem fratres conmuni consensu uel fratrum maior pars consilii sanioris secundum dei timorem et beati Augustini regulam prouiderint eligendum. Ad hec quum locus uester sic est institutus, ut aduocatus bonorum ducis *Bawarie* in partibus illis eiusdem quoque loci sit aduocatus, prohibemus, ut nec ipsi nec alicui subministro eius liceat eundem locum iniustis grauaminibus infestare, sed eum vice iam dicti ducis, sicut ipse instituit et scripto suo firmauit, cum mancipiis et possessionibus eius idem aduocatus defendere ac tueri debet eo tenore, ut querimonias tam uestras quam mancipiorum uestrorum audiat et congruam iusticiam faciat, dum modo tales sint cause, que forum ecclesiasticum non requirant. Paratam uero nullam a uobis propter hoc exigat sed tantum de orreo ducis, qui tempore fuerit, secundum antiquam institutionem tempore suo accipiat. Super hec idem aduocatus in claustro uel mancipiis aut possessionibus uestris nullam disponendi habeat potestatem. Exactiones quoque indebitas super uos uel super mancipia uestra a quoquam fieri penitus inhibemus. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum deuotioni et extreme uoluntati, qui se illic sepeliri deliberauerint, nisi forte exconmunicati uel interdicti sint (satisfiat?) salua tamen iusticia illarum ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatam ecclesiam temere perturbare aut eorum possessiones auferre uel ablata retinere, minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conseruentur eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimode profutura salua sedis apostolice auctoritate et dyocesani episcopi canonica iusticia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisue persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere uenire temptauerit, secundo tercioue conmonita, nisi reatum suum congrva satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore et sanguine dei et domini redemptoris nostri iesu christi aliena fiat atque in extremo examine diuine ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus sit pax domini nostri iesu christi, quatenus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inueniant. Amen. Datum *Laterani* per manum *Cencii* Sancte Lucie in Orthea dyaconi Cardinalis domini pape Camerarii III. Kalendas Maii

Indictione XIII. Incarnationis dominice M.C.XC. quinto, Pontificatus vero domini *Celestini* pape III. Anno quinto.

Aus einem Transsumpte des Erzbischofs Ulrich von Salzburg, ddo. Otinga XV Kalendas aprilis M.CC.LXII., im k. bair. Reichsarchive zu München.

CCCVII.

1195. 29. April. Lateran. — *Papst Cölestin III. bestimmt, dass der jeweilige Propst zu Ranshofen die Seelsorge über die zu seiner Kirche gehörigen Gläubigen auszuüben das Recht habe.*

Celestinus episcopus seruus seruorum dei dilectis filiis suis preposito et fratribus *Ranshouensis* ecclesie salutem et apostolicam benedictionem. Justis petencium desideriis dignum est nos facilem prebere consensum et uota, que a racionis tramite non discordant, effectu prosequente complere. Ea propter dilecti in domino filii uestris iustis postulacionibus grato concurrentes assensu felicis recordacionis *Innocencii* pape predecessoris nostri uestigiis inherentes presencium auctoritate statuimus, ut is, qui locum regiminis in ecclesia *Ranshouen* obtinet, curam quoque plebis ad eandem ecclesiam pertinentis exerceat. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostre constitucionis paginam infringere uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc adtemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis dei et beatorum petri et pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum *Laterani* iij Kal. Mai, pontificatus nostri anno quinto.

Aus einem Pergament-Codex des XIV. Jahrhunderts der k. Hofbibliothek zu München. — Auch in einem Copial-Buche auf Papier vom Jahre 1683, im Pfarrhofe zu Ranshofen.

CCCVIII.

1195. 2. Juni. Neuburg. — *Berthold, Herzog von Dalmatien und Markgraf von Istrien, bestätigt dem Kloster Reichersberg die Mauthfreiheit zu Neuburg.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis ego *perhtoldus* dei gratia *dux dalmatie marchio jstrie,* omnibus christi fidelibus in perpetuum. Scientes, quoniam, qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus et metet, benedictionis superne cupientes fieri participes nostra temporalia pro sempiternis seminare et pro terrenis celestia fructificare, totius salutis summam putamus. Inde est, quod deuoto et sincero affectu, in quantum diuina docuerit inspiratio, apud religiosas

et spiritales personas orationum subsidia, in quibuscunque possumus, nobis cupimus optinere. Itaque pro petitione uenerabilis et dilecti amici nostri prepositi *Ottonis de Richersperge* nec non et religiosorum fratrum suorum statuimus et presenti pagina firmamus, ut in perpetuum sine exactione tributi, sicut hucusque, ita et in reliquum liber transitus sit nauibus suis apud castrum nostrum *Nienburch*. Verum quia iure hominii fidelis noster *Wernhardus* ipsum tributum a nobis habeat infevdatvm; ad presentem paginam roborandam sciri uolumus, prefatum *Wernhardum* pro peticione nostra et remedio animę sue et parentum suorum publice coram multis nobilibus et fidelibus nostris cessisse iuri suo. Igitur ne aliquis liberorum uel successorum nostrorum huic nostre institutioni ualeat contraire, sigilli nostri inpressione premunimus et diuine ultioni conmittimus et subscriptos testes relinquimus: *Wernhardus de scawenberch, Walchun de chambe et frater suus Albertus de halse, Chunradus de horbach, Ernst de jnne, Alkerus et frater suus Heinricus de waldekke, Wernhardus de Ort et frater suus Ulricus, Willehalmus de geilspach, Chunradus Leynvz, Megengotus de prambach, Chunradus de gisenperge, Reinoldus de Niwenburch, Richkerus de wesen, Ulricus de pollenheim, Livtoldus dapifer de scawenperch, Perhtoldus stale, Rudolf abemhoue, Almar de pubenhouen, Ulricus de sindelstorf, Ortolf de pirenpach et frater suus Heinricvs.* Data per manum *Heinrici Notarii* apud *Nienburch* Anno incarnationis domini M. C. L. XXXXV. Indictione XII. IIII. Nonas Junii.

Original auf Pergament mit Siegel, im Archive des Kl. Reichersberg. — Mon. boic. IV. 424.

CCCIX.

1195. 25. Juli. Wien. — *Tauschvertrag über verschiedene Besitzungen zwischen dem Bischofe Wolfker von Passau und dem Kloster Baumgartenberg.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. *Wolfkerus* Dei gratia *Patauiensis episcopus* omnibus Christi fidelibus in perpetuum. Episcopalis officii esse dinoscitur, Venerabilia et Religiosa loca pio amore complecti et eorum iustis postulationibus gratum impertiri consensum. Quapropter venerabilis fratris nostri *Friderici abbatis de Boumgartenberge* et fratrum illius peticioni acquiescentes et necessitudinem attendentes omnem decimationem, que nos contingebat de curte

ipsorum, quam colunt in *Harde*, praedicto abbati eiusque successoribus et fratribus ibidem deo famulantibus legitime tradidimus receptis in concambio ad usus ecclesiae nostrae quatuor curtilibus, quorum duo sita sunt in *Steinbuhel*, tercium in *Rutprehteshouen*, quartum in *herstorf*. Et ut haec nostra traditio firma et inconuulsa permaneat, praesentem paginam conscribi fecimus et sigilli nostri impressione roborauimus. Testes etiam, qui publicae nostrae actioni huic interfuerunt, propriis nominibus annotari praecepimus: *Hartwicus de lengenbach Ratisbonensis ecclesiae aduocatus, Hademarus de Chunringen*, *Wichart de Zebingen*, *Irnfrit de Gnannendorf*, *Otto de haselowa*, *Ulricus Struno*, *Rudolfus de Chirchlingen*. Siqua igitur ecclesiastica saecularisue persona contra hanc nostrae traditionis paginam uenire temptauerit, si secundo tercioue comonitus non emendauerit uel resipuerit, iram omnipotentis dei incurrat. Acta sunt autem haec anno ab incarnatione domini M. C. XC. V. Indictione XIII. Praesidente Sanctae Romanae ecclesiae domino *papa Celestino* anno Pontificatus eius V. Imperante domino *Heinrico Imperatore* inuictissimo Anno Imperii ejus V. Anno uero Pontificatus nostri Quinto VIII. Kal. Augusti In loco, qui dicitur *Wienna*.

Original auf Pergament mit Siegel, im Museal-Archive zu Linz.

CCCX.

1195. 7. October. Würzburg. — *Kaiser Heinrich VI. bestätigt nach dem Beispiele seines Vaters, des Kaisers Friedrich I., dem Kloster Reichersberg dessen Rechte und Freiheiten.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis *heinricus* Sextus diuina fauente clementia romanorum imperator semper augvstus et rex Sicilie. Ad ęterni regis premium et temporalis imperii incrementum nobis proficere non ambigimus, si religiosarum personarum postulationibus gratum et benignum prebere curauerimus assensum. Inde est, quod ad noticiam presentium et futurorum cupimus peruenire, quod nos pro salute ac remedio serenissimi patris nostri et nostrę peticionem dilecti principis nostri *Alberti Salzburgensis* archiepiscopi supplicatione quoque *arbonis* fidelis nostri prepositi de *Richersperg* ad imitationem memorati felicis memorie genitoris nostri *Friderici* romanorum quondam imperatoris inuictissimi ipsum *arbonem* prepositum et ecclesiam *Richersperg* cum omnibus bonis et personis eidem

ecclesię attinentibus sub imperiali nostra protectione recepimus confirmantes eidem ecclesię priuilegium, quod a magnificentissimo patre nostro pro bono statu et libertate ęcclesię conseruanda ipsi concessum esse dinoscitur et indultum, sicut in autentico eius diuali manifeste repperitur exaratum et ex rescripto dictę diualis paginę nobis est declaratum. Statuimus autem specialiter et imperiali edicto sanctimus (sic) secundum antiquam et primitiuam illius loci libertatem ab ipso fundatore collatam et priuilegiis uenerabilium archiepiscoporum *Chv̊nradi* et *Eberhardi* salzburgensis ęcclesię, ad quam patronatus pretaxati loci pertinet, roboratam, ut nullus eivsdem loci sit aduocatus, nisi principalis metropolis salzburgensis aduocatus, qui de beneficio principalis aduocatię sibi collato predictum cenobivm sine omni grauamine defendat et nullo modo subaduocatum iure beneficiali ibi habeat potestatem constituere, nullus quoque alter audeat presumere exactiones uel grauamina fratribus nominati loci uel ministratoribus aut colonis eorum imponere. Adicimus autem et imperialis maiestatis auctoritate in perpetuum ualitura statuimus, ut bona predicto cenobio siue collata siue adhuc conferenda nullus inuadere aut inde quolibet modo alienare aut ipsum locum dispoliare seu disuestire presumat, nisi coram iudicibus legitimis legaliter iusticiam suam conprobauerit. Specialiter autem ipse locus deo dicatus secundum priuilegium dilecti genitoris nostri imperiali largitione nostra emunitate gaudeat et nulla iudiciaria secularisue potestas licentiam habeat ibi placitandi, concionandi aut quelibet iura secularia exercendi, que fratrum inibi deo militantium quietem interrumpere ualeat (sic) aut disturbare. Si qua uero persona contra hoc priuilegium nostrum temere uenire temptauerit, banno nostro subiaceat et sexaginta libras auri in ultionem temeritatis sue conponat, quarum medietas camerę nostrę reliqua pacientibus iniuriam persoluatur. Huius rei testes sunt *Albertvs salzburgensis archiepiscopus*, *Hermannus monasteriensis episcopus*, *Heinricus wiezburgensis* (sic) *episcopus*, *Otto Frisingensis episcopus*, *Philippus dux Tuscię frater noster*, *Perhtoldus comes de henneberch*, *Poppo comes de wertheim*, *Rvpertus de dvrne*, *Růpertvs de chastele* et alii quam plures.

Acta sunt hec anno dominicę incarnationis M.C.X.C.V. Indictione XIIII. Regnante domino *Heinrico* sexto romanorum imperatore gloriosissimo anno regni XX^{mo} IIII^{to} Imperii uero IIII^{to} Data *wirzburch* Nonas Octobris.

Signum domini *Heinrici* sexti romanorum imperatoris inuictissimi et regis sycilię.

(Monogramma.)

Original auf Pergament mit Siegel, im Archive zu Reichersberg. — Mon. boic. IV. 422 coll. XXXI. 458.

CCCXI.

1196. 26. April. Ebelsberg. — *Wolfker, Bischof von Passau, beurkundet, dass Adelheid, Äbbtissin des Klosters Erla, ihr Recht auf den Reutzehent in den Pfarren St. Valentin und Hersching bewiesen habe.*

Wolfkerus Dei gratia *Pataviensis Episcopus* omnibus Christi fidelibus affectum Karitatis in Domino. Cum Ecclesia conventualis *Sancti Petri in Erlah* ab *Ecclesia Pataviensi* ex antiquo predita dono decimarum tam in Parrochia *ad Sanctum Valentinum* iuxta fluentum *Erlah* fluminis sita quam in Parrochia vocata *Heresinge* et eadem in ceteris predictarum terminis Ecclesiarum eiusdem doni longeva possessione et mancipio continuo potiretur, emersit aliquando super dictis decimis particularis quæstio coram nobis. Quidam enim ambarum Parrochiarum antedictarum incole concipientes in earundem partibus Parrochiarum extirpationem siluarum suarum et efficientes ibidem agros fructiferos de iam perfectis ibidem tunc novellis prouentuum adcrescentium decimas debitas dicte Ecclesie subduxerunt. Cum autem per Venerabilem dicti loci *Abbatissam Alhaidim* talis sue iniurie fieret propositio in nostra presentia, ipsa Abbatissa per effectum iusticie optinuit Ecclesie sue omnes eas decimas, de quibus tunc questio fuit orta, eas videlicet decimas per omnia loca ambarum Parrochiarum sepe dictarum, qui Riutzehent vulgariter appellantur. Ut igitur obtentus predictorum coram nobis tam effective patratas de nostre procurationis debito perpetuata stabilitate ab omnibus amodo permaneat inconcussus, apponimus sigillum nostrum huic pagine testibus etiam quibusdam tunc rei geste presentibus annotatis.

Testes: *Hainricus et Ernestus fratres de Truna, Pruno de Zierberch, Wernhardus de Wizenberch, Heinricus et Vlricus fratres de Gruenberch, Rudigerus et Sighardus Fratres cognominati Pibir, Otto Gallus cognomine, Heinricus de Mistilbach, Heinricus de Lonstorf, Ruodolfus de Chremsdorf, Rafoldus, Eberhardus de Altenhouen, Wichpoto et Herbordus de Erlah, Chunradus et Otto ibidem* et alii quam plures.

Acta sunt hec in *Ebilsperch* Anno ab Incarnatione Domini M. C. LXXXXVI. anno Pontificatus nostri VI. Kalendas Mai.

Pez, Thesaur. Anecd. Tom VI. Ps. II. pag. 49.

CCCXII.

1196. — *Aufschreibung über die Stiftung und die Privilegien des Klosters Formbach.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis ego *Heinricus formbacensis* abbas. Notum sit prouidentię uenturę posteritatis, quod nobiles istius loci fundatores scilicet pię memorię *Ekkebertus* comes et *Vdalricus* cognatus eius omni diligentia multimodis instituerunt (?) et sagaci industria statum istius ęcclesię in dei laude perseuerare intenta deuotione statuerunt et hoc apostolica auctoritate et imperatoria maiestate penitus roborauerunt. Domnus *beringerus* primus *formbacensis* cenobii abbas ipsorum fundatorum iuuamine inuestitus est omni libertate et protectionis tutela a uenerando papa *innocentio* secundo et ab ipso priuilegiis apostolicis confirmatum, ut eadem ecclesia ab omnium mortalium seruicio existat libera et solummodo romano pontifici subiaceat et pię memorię *Lotharii* III sigillo prorsus confirmatum, ne aliqua persona maior uel minor uel mediocris in his concessis eam inquietare, molestare, diuestire presumat. si quis contra hoc presumpserit, quod minime conuenit, LX. libras auri medietatem kamere nostre, medietatem predicte conponat ecclesię. Porro iusticiam, quam habuimus *ascha* in tributis firmiter sine contradictione a uenerabilibus fundatoribus nobis collatis, per uiolentiam secularium dominorum męxime per quendam *Heinricum* nobis infestum de *Julbach* cognomento *uarirre* ad horam minime habere potuimus sed prouidentia H. *formbacensis* abbatis suorumque fratrum consilio et auxilio meliorum totius prouincię multis laboribus firmiter obtinuimus anno incarnationis domini M. CXCVI, *Celestini* pape anno VI, H. imperatoris gloriosissimi anno VI, Domni *Wolfkeri pataviensis* episcopi anno VI. Comes *Wernhardo* (sic) de *scowenberch* iudex et aduocatus istius ecclesię communicato consilio prouida deliberatione datis testibus concessit et stabiliuit, ut non exigatur a nobis pedagium uel naulum sed sine obstaculo et tributo liberum deinceps semper habeamus transitum. Et hii sunt testes effecti: Ipse *Wernhardus aduocatus*, *Liutoldus*, *Alwicus prepositus*, *Chunradus rugehalme*, *Volcholdus pincerna*,

Heinricus de prampach, *Willehalmus de geilspach et filius eius Rudolfus de curia*, *Heinricus de tobel*, *Liutoldus de Hartchirchen*, *Vlricus de pollenhaim*, *Eberhardus et Wernhardus filius eius de fuhtenpach*, *Rubertus stal iunior*, *Tiemo de puchperge*, *Dietricus de sulce* et alii quam plures (fide digni — von späterer Hand).

Aus einem Pergament-Codex vom Ende des XII. Jahrhunderts, im k. bairischen Reichsarchive zu München. — Mon. boic. IV. 146.

CCCXIII.

1196. — *Wolfker, Bischof von Passau, überträgt dem Kloster, in Anbetracht seiner misslichen Zustände, die Grund- und Patronatsrechte über die Kirche Vorchdorf; er erhält dafür ein liegendes Gut als Gegengabe.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. *Wolfkerus* dei gracia Pataviensis ecclesie episcopus Omnibus Christi fidelibus perpetuam in domino salutem. Ne in piis factis et laudabiliter postulatis posteri materiam contencionis inueniant, que legittime definita sunt, literarum debent memorie commendari. Ea propter notificamus uobis tam presentibus quam futuris, quod nos auctoritate dei patris omnipotentis misericorditer inducti et precibus uenerabilis fratris nostri abbatis *Manegoldi* et fratrum suorum in *Chremsmonasterio* ruinam et iacturam rerum loci sui considerantes fratribus nostris de choro et ministerialibus ecclesie nostre assensum prebentibus ius fundi et patronatus ecclesie in *Vorichdorf* cum omnibus terminis suis cultis et incultis ipsi abbati et fratribus in predicto loco deo famulantibus canonice et legittime perpetuo iure possidendum tradimus nosque ab ipsis predium, quod habuerunt in *Tubenprvnnen* in concambio recepimus; Eam autem condicionem interposuimus, ut predicte ecclesie sacerdos *Albero* nomine sicut eam hactenus possederat, diebus uite sue quiete et pacifice possideat ita nimirum, ut Kathedraticum, quod nobis debuerat, prefato monasterio annuatim sine contradictione persoluat, nisi forte de uoluntate sua dominus abbas ad aliam plebem illum transferat; Postmodum uero dominus abbas et successores sui nobis et successoribus nostris personam idoneam, sicut moris est in aliis ecclesiis suis, inuestiendam offerant; Dispensator uero monasterij uel dominus abbas de decimis et aliis emolumentis ordinent et sacerdoti honeste prouideant. Si quis autem huic nostre constitucioni ausu temerario uel aliquo ingenio contraire presumpserit, illo se

nouerit anathemate inuolutum, quo dominus interimit animas dampnatorum, et cum iuda traditore se sciat partem habiturum. Huius rei testes sunt fratres nostri de choro: *Heinricus* decanus, *Megingoz* prepositus, *Arnoldus*, *Heinricus* et iterum *Heinricus*, *Wernherus*, *Arnoldus*. De nobilibus vero *Pabo de Zolling*, *Wernherus de Griezbach*. De ministerialibus vero *Richkerus de Wesen*, *Fridericus* frater eius, *Ebo de Possinmvnster*. *Ekkolfus* frater eius, *Heinricus* iudex, *Albertus*, *Tiemo*, *Pabo*, *Livthardus*. De ministerialibus in Chremsmvnster: *Pernhardus*, *Rudbertus*, *Walchvnus*, *Otto*, *Hertwicus*, *Ortwinus*, *Hertwicus*. C. Acta sunt hec anno incarnationis domini M° C° L°XXXX. Vj. Indictione Xjjjj; anno uero pontificatus nostri Vj° Heinrico imperatore glorioso regnante feliciter.

Aus dem Codex Frider. im Archive zu Kremsmünster. — Urkundenbuch von Kremsmünster, pag. 61, Nro. 48.

CCCXIV.

1197. 24. April. Solenau. — *Herzog Friedrich der Katholische von Österreich bestätigt dem Kloster Wilhering die Mauthfreiheit und überlässt ihm den Bezug des landesfürstlichen Marchfutters auf eine seiner Besitzungen.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. *Fridericus* dei gratia dux *austrie* omnibus in christo fidelibus salutem in perpetuum. Nouerint uniuersi tam presentes quam futuri, quod pater noster beate memorie *dux Liupoldus* pro anime sue remedio ecclesie in *Willeheringen* et fratribus donauit, ut bona eiusdem ecclesie ubique in terra sua aput thelonearios suos liberum absque omni iuris persolutione haberent transitum. Nos etiam eiusdem salutis, quam in hoc et in aliis benefactis suis promereri sperauit, participes effici cupientes, supradicte ecclesie hoc ipsum pro peregrinationis nostre prosperitate donamus et ipsam eadem beniuolentia et fauore, quem pater noster circa ipsam intendere proposuerat, fouere intendimus. Insuper eidem ecclesie in predio *Alberonis* de *cemlevbe*, quod ipsi ecclesie donauit, omne ius nostrum in annona, que dicitur marchfůter, contulimus. Vt autem hec nostra donatio inposterum inuiolata permaneat, presentem paginam scribi sigillique nostri inpressione subscriptioneque testium, quorum nomina sunt hec, roborari fecimus: *Wernherus de griezpach*, *Chrafto de Amzinpach*, *Otto de ramensperch*, *Hartwicus ratisponensis aduocatus*, *Růdolfus stubich*, *V̊lricus de*

*chunegesprunnen, Aloldus dapifer, Albero marscalcus, Meingotus camerarius, Pilgerinus de swarcenowe et frater eius**) *Chalhous de mulbach, Rudegerus de senftenberc, Hadmarus de chunringen, Irnfridus de gnanendorf, V̊lricus strůne, Chalhovs de tulbingen,* Datum aput *Salchenowe* per manus *V̊lrici* notarii Anno incarnationis dominice M. C. LXXXX VII. VI. Kalendas Maii.

Original auf Pergament, dessen Siegel verloren, im Archive zu Wilhering. Das Durchschossene konnte im Originale nicht mehr gelesen werden, und wurde aus der Pancharte von 1680 $\frac{4}{18}$ ergänzt. — Stülz, Gesch. v. Wilhering, 490.

CCCXV.

1197. — *Vertrag zwischen Wolfker, Bischof von Passau, und Wernher von Griesbach, wegen einiger Hörigen zu Aschach.*

In Nomine Sancte et Indiuidue trinitatis *Wolfkerus* Dei gratia *Pataviensis ecclesie episcopus* Omnibus Christi fidelibus perpetuam in domino salutem. Notificamus omnibus catholicis scriptis presentibus, quod controversia quedam, que fuit inter nos et nobilem uirum *wernherum de Griezpach* de quibusdam hominibus in *Aschahe* constitutis Tiemone uidelicet et fratre suo Altmanno et sorore amborum Heilica et filio matertere eorum walchuno, quos de manu nostra wernherus idem in feodo se habuisse fatebatur, taliter sedata est: Prefati siquidem homines precibus suis et seruiciis apud prenominatum wernherum hoc obtinuerunt, ut iuri, quod in eos habuisse fatebatur, in presentia nostra abrenuntiaret. Quo facto nos ad peticionem eorum inclinati ipsis et omnibus eorum legitimis heredibus ius ministerialium dedimus. Unde ne qua in posterum de iure eorum oriri possit calumpnia, scripta presentia cum sigilli nostri impressione in testimonium eis concessimus. Huius rei testes sunt *Meingotus prepositus, Dietmarus prepositus, wernherus de Griezpach, Adelrammus de Chambe, Richkerus de wesen, Manegoldus de Aheim, Albertus puer de Patauia, Heinricus iudex, Luithardus, Dietricus sartor, Tiemo de Puchenperge, vlricus Prenzinger, wernherus de winigisperge, Heinricus de Sancto vodalrico, Fridericus de Raennahe, Meinhalmus de wazmanstorf.* Acta sunt hec anno ab incarnatione domini M. C. XCVII., *in quo facta est peregrinatio Jerosolimam.*

Mon. boic. XXVIII. II. 129 ex libr. cop. Patav.

*) Ob nach „eius" ein Punct, oder nicht, konnte nicht mehr gesehen werden.

CCCXVI.

1198. 30. Juni. Passau. — *Wolfker, Bischof von Passau, verleiht dem Gundackar von Steyr die Herrschaft Wildberg.*

In nomine Sanctæ et individuæ Trinitatis *Wolfkerus* Dei Gratia *Pattaviensis Ecclesiæ Episcopus* omnibus in futurum affectum caritatis in Domino. Quia memoria hominum labilis est, fulcitur aliquociens scripturæ suffragio eo, quod causarum dignam conservationem valeat ad notitiam hominum necessitatis tempore reportare. Unde innotescere tenore præsentium cupimus omnibus in perpetuum, Quod, cum fidelis Noster *Gundackerus de Styria* ab Ecclesia nostra videlicet Pattaviensi large esset infeodatus et se sic inter Nos haberet mutua conversatio, quod ipse ad nostram Ecclesiam sinceritate perfecta se gereret, Nos vero ipsum plena gratia et beneficiis continuis amplexaremur, idem Gundackerus pari forma, ut præmissum est, deferens Ecclesiæ nostræ sua procuratione peregit, quod quidam vir Nobilis nomine *Gotschalckus de Huensperch* delegavit libere Ecclesiæ Pattaviensi has proprietates, videlicet *castrum Wiltperch* una cum omnibus sibi attinentibus, tam cultis quam incultis, tam nemus quam agros seu pascua vel alia quæcunque quocunque loco sita vel qualicunque nomine designata, quibus omnibus prædictus Gundackerus est a nobis infeodatus ista vice. Addidimus ipsi etiam tunc conferendo omnes decimas ibidem nobis attinentes tam præsentes quam futuras et etiam ibidem fundum Ecclesiæ construendæ. Ad ipsius quoque instantiam omnia præmissa memoratum Gundackerum una cum omni masculina sua posteritate hæreditantem in tali jure stabilimus perpetuo, quod in omni dicta generatione omni ipsi sit justitia posteritati, quæ nunquam ingerat ipsi nocumentum in jure dicto, quandocunque vel qualicunque modo ejusdem feudi inter coheredes possessio dispertita. Statuimus itaque, quod per omnem ipsam generationem eventus mortis non possit aufferre de hac progenie masculina totum vel singularem partem feudi prætaxati, Sed in his proximus hæres cuilibet defuncto succedat sine obstaculo ex parte infeodantis sopito prorsus allegationis impedimento de diutina absentia possessionis contra succedentem. Concedimus etiam, quod si sexus masculus in generatione ipsa defecerit, fæminæ ejusdem propaginis succedendi utantur in prædictis jure sub titulo feodali. Nulla tamen dictarum

feminarum præsumat hujusmodi participatum nec inde actionem concipiat, quamdiu sexus masculini hujus generis persona licet unica sit superstes. Talis enim nostra in hujusmodi juris donatione diffusio largitatis capitulo et familiæ Ecclesiæ nostræ bene competere videbatur. Habito respectu ad hæc, quod sæpe dictus Gundackerus elegit potius habere ab Ecclesia Nostra omnia prædicta in feodo quam in jure proprietatis adlegante ipso Nobis, Cum tamen ad voluntatem suam positum sibi, quod ipsorum malet, eligere præjaceret. His itaque rite peractis videbatur necessarium tam nobis infeodantibus quam infeodato cognoscere et distinguere terminos possessionum per singula prædictarum. Quos sumpta debita experientia distinguimus in hunc modum: a Castro igitur Wildperch ad orientem est quædam antiqua via *Savinstraze* vulgariter appellata, quæ ducit versus *Bohemiam*, juxta cuius ductum et distinctionem dictæ possessiones usque ad confinium Bohemiæ protenduntur. Ab eodem vero Castro ad occidentem loco dicto *Teyschinge* est prope sita quædam quercus habens originem limitis procedentis ab ipsa in *Chunnenprunne*, a Chunnenprunne in paludem dictam *Viltzmos*, ab ipsa palude per medium loci dicti *Grebliche* usque ad viam, quæ vulgo *Schefweech* dicitur. Ab ipsa via in rivolum vocatum *Gensbach*, ab ipso in flumen nomine *Restie* et secundum ejusdem fluentum sursum usque in *Wielanstanne*, ubi ad partem Septentrionalem dictæ possessiones Bohemiorum confinio terminantur. Mons etiam vocatus *Stella*, sicut ex sui situ infra terminos dictos probatur, est connumerandus possessionibus ante dictis. Ut autem omnia, quæ prædicta sunt, in statu debito conserventur, appendimus ad confirmationem et testimonium ipsorum Sigillum nostrum huic paginæ Eis etiam, qui huic facto aderant, testibus annotatis. Testes *Normannus, Hertnidus, Otto Decanus, Chalhohus de Valckenstein, Godfridus Archipresbiter, Heinricus de Petenpach, Ottocherus de Watzenkyrchen, Heinricus Decretista,* Cannonici Pattavienses. *Richkerus de Wesen, Chunradus de Valcchenstein, Heinricus de Heidendorf, Waltherus de Tannberch, Leutoldus de Sauerstetten, Heinricus de Lonstorf, Chunradus de Pazrichswanch* et alii quam plures. Acta sunt hæc *Pattaviæ in capella Nostra* Anno ab incarnatione Domini M. C. LXXXX. VIII. Anno Pontificatus Nostri VIII. pridie Kal. Julij.

Hoheneck II. 510. — Ludewig, Reliq. Mscptt. IV. 211. — Wurmbrand, Collect. genealog. Addend. 236. — Leupold, Allgemeines Adels-Archiv, 635.

CCCXVII.

1198. 18. August. Plattling. — *Leopold, Herzog von Österreich, erlaubt dem Kloster Metten, statt der gewöhnlichen Mauthgebühr zu Stein und Ibs nur 32 Pfennige zu entrichten; bei der Mauth zu Enns solle es ganz frei sein.*

In Nomine sancte et individue Trinitatis. *Livpoldus Dei gratia Dux Austrie et Styrie* Omnibus Christi fidelibus salutem in perpetuum. Benevolentiam, quam generaliter ad Ecclesias virosque religiosos et sacra undique loca extendere debemus, Ecclesiis ad nos spectantibus tanto promptius inpendere debemus, quanto familiariore jure adstricti nos vobis esse videmur. eo igitur intuitu *metmensi Ecclesie*, quam ratione fundationis majori delectationis affectu amplecti debemus, eiusdemque Ecclesie fratribus in transducendis bonis ipsorum apud Thelonea sive mutas nostras hoc ipsum juris donavimus, quod a beate memorie Patre nostro *Duce Livpoldo* fratreque nostro *Duce Friderico* habuerunt, cum et nos in bonis actibus eos imitari cupiamus videlicet, ut singulis annis supra dicte Ecclesie fratres pro omnibus bonis ipsorum, que apud mutas nostras transducuntur, nonnisi XXXII. nummos apud *Steine* et totidem apud *Ipspurch* vel quocunque muta nostra transferatur, persolvant. Insuper *Anasi* apud mutam nostram, que dicitur furuart, singulari nostra donatione liberum eis transitum concedimus. Ut autem hoc jus nostre donationis stabile eis in posterum observetur, presentem paginam scribi sigillique nostri Karactere roborari subscriptioneque testium, quorum nomina sunt hec, muniri jussimus. *Domnus Chuonradus Cappellanus, Wolfgangus Cappellanus, Krafto de Ancinspach, Wernhardus de Schovvenberch, Wichardus Dapifer, Otto de Haslouvve, Heindericus de Buorf, Hugo de Ottensteine, Uolricus de Kunegesprunne, Ortolfus de Ramensteine.* Datum per manus *Uolrici Notarii apud Plaedlingen super Isermos* Anno Incarnationis Domini MCXCVIII. XV. Kal. Septembris.

Mon. boic. XI. 441.

CCCXVIII.

1198. Salzburg. — *Adelbert, Erzbischof von Salzburg, bestimmt dem Kloster Reichersberg jährlich zehn, dem zu Suben jährlich drei Salzpfunde aus der Saline am Tuval.*

✝ C. In nomine sancte et indiuidue trinitatis *albertvs* dei gratia salzburgensis ecclesię archiepiscopus apostolicę sedis legatvs omnibus

christi fidelibus salutem in christo iesu. Ex iniuncte nobis administrationis officio omnibus spiritualibus diuinis seruiciis mancipatis pro modo nostrę facultatis in erogatione beneficiorum temporalium subuenire tenemur. Nouerint ergo omnes bone uoluntatis homines, quod nos hac iusta consideratione fratribus in *Richerspergensi* cenobio deo famulantibus nec non et *Subnensibus* ad amplificandum stipendia ipsorum partem saline in *Tuual* ad annualem pensionem *Richerspergensibus* decem librarum *salzburgensis* monete ac *Subnensibus* trium librarum eiusdem monetę legitima traditione donauimus, constituimusque predictam pensionem dari eis a preposito *Salzburgensis* ecclesię *Pertholdo* de eius successoribus annuatim ante diem natalis (sic) sancti Johannis baptistę in perpetuum. Et ut hec nostra traditio futuris temporibus rata et inconuulsa permaneat, hanc paginam conscribi et inpressione sigilli nostri iussimus insigniri.

Ego *Perhtoldus salzburgensis* prepositus subscribo.
Ego *Hermanus* decanus eiusdem ecclesie subscribo.
Ego *Heinricus* plebanus S. S.
Ego *Alhardus* S. S.
Ego *Sifridus* S. S.
Ego *Chǒnradus* S. S.
Ego *Hartfridus* S. S.
Ego *Hermannus* S. S.
Ego *Heinricus* S. S.
Ego *Růdegerus* S. S.
Ego *Ortolfus* S. S.
Ego *Perhtoldus* S. S.
Ego *Tiemo* S. S.
Ego *Ortolfus* S. S.
Ego *Wennherus* S. S.
Ego *Otto* S. S.

Acta sunt hec in loco nostro *salzburg* anno ab incarnatione domini M°C°XC. VIII indictione I. anno pontificatus nostri XXX. I

Original auf Pergament mit Siegel, im Archive zu Reichersberg.

CCCXIX.

1198—1216. — ***Papst Innocenz III. bestätigt alle Güter und Freiheiten des Klosters Wilhering, und nimmt es in den besonderen Schutz des heiligen Stuhles auf.***

Innocentius episcopus seruus seruorum dei dilectis filiis *Cunrado abbati de Wileringen* eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem uitam professis in perpetuum. Religiosam uitam eligentibus apostolicum conuenit adesse presidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incursus aut eos a proposito reuocet aut robur, quod absit, sacre religionis infringat. Quapropter dilecti in domino filii uestris iustis postulationibus clementer annuimus et monasterium sancte dei genetricis et uirginis Marie, in quo diuino mancipati estis obsequio, sub beati petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti priuilegio communimus, In primis siquidem statuentes, ut ordo monasticus, qui secundum deum et beati Benedicti regulam atque institutionem Cysterciensium fratrum in eodem monasterio institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obseruetur. Preterea quascunque possessiones, quecunque bona idem monasterium in presentiarum iuste ac canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum uel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis prestante domino poterit adipisci, firma uobis uestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda uocabulis: Locum ipsum, in quo prefatum monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis suis, Grangiam in *Nuwenhoue*, Portum iuxta claustrum ex utraque parte *danubii*, Portum contra forum *otehsheim*, Transitum in *danubio* liberum ab illa exactione, que muta dicitur, a duce *lvpoldo* indultum; Siluam, que dicitur *Curenberc*, cuius termini sunt usque ad ueterem *wileringen;* Possessiones, quas habetis in *ederamesberge*, *Mulebach*, *Ketzingen, Harden*, *Nůfarne* et ceteris iuxta *trunam* in *růdolfingen*, *Peschingen,* in *Hiltegeringen;* Predia, que possidetis trans *danubium,* scilicet *Havenarn* (?), *Cogele* et reliqua circumquaque in eadem uicinia sita; Grangiam *yuenberge*, *Greblich*, dimidietatem silve *boemice* a fundatore *v̊lrico* collatam; Mediam partem campi, qui uulgo dicitur *lobenuelt,* ab eodem acceptam, Decimas a parrochia *grimarsteten* concambio exemptas nec non et sepulturam familie *Babenbergensis* ecclesie, ad quam fundus ipse pertinet, et sepulturam familie de *wassenberch*

ita dumtaxat, ut prius aliquod remedium parrochiano suo prouideant; Curiam in *cremese* cum uineis et decimis suis; Curtem in *cymeleup*, allodia in *salabulcha* possessiones in *pilstein* et *lepoldesdorf;* Curtem in *cydelarn;* Predia in uilla, que dicitur *Bach*, cum pratis, uineis, terris, nemoribus, vsuagiis et pascuis, in bosco et plano, in uiis et semitis et omnibus libertatibus et immunitatibus suis. Sane laborum uestrorum, quos propriis manibus aut sumptibus colitis tam de terris cultis quam incultis, sive de ortis et uirgultis et piscationibus uestris uel de nutrimentis animalium uestrorum nullus a uobis decimas exigere uel extorquere presumat. Liceat s . . . . . clericos uel laicos liberos et absolutos e seculo fugientes ad conuersionem recipere et eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper, ut nulli fratrum uestrorum post factam in monasterio uestro professionem fas sit sine abbatis sui licentia de eodem loco discedere. Discedentem uero absque communium literarum uestrarum cautione nullus audeat retinere. Quod si quis retinere forte presumpserit, licitum uobis sit, in ipsos monachos uel conuersos regularem sententiam promulgare, illud districtius inhibentes, ne terras seu quodlibet beneficium ecclesie uestre collatum liceat alicui personaliter dari seu alio modo alienari absque consensu totius capituli uel maioris aut sanioris partis ipsius. Si que uero donationes aut alienationes aliter, quam dictum est, facte fuerint, eas irritas esse censemus. Ad hec etiam prohibemus, ne aliquis monachus siue conuersus sub professione uestre domus astrictus sine consensu et licentia abbatis et maioris partis capituli uestri pro aliquo fideivbeat uel ab aliquo pecuniam mutuo accipiat ultra precium capituli uestri prudentia constitutum, nisi propter manifestam domus uestre utilitatem. Quod si quis forte presumpserit, non teneatur conuentus pro hiis aliquatenus respondere. Licitum preterea sit uobis in causis propriis siue civilem sive criminalem contineat questionem fratrum uestrorum testimoniis uti, ne pro defectu testium jus uestrum in aliquo ualeat deperire. Insuper auctoritate apostolica inhibemus, ne ullus episcopus uel quelibet alia persona ad sinodos uel conuentus forenses uos ire uel indicio seculari de uestra propria substantia uel possessionibus uestris subiacere compellat nec domos uestras *causa ordines celebrandi* (sic) causas tractandi uel aliquos conuentus publicos conuocandi uenire presumat nec regularem abbatis uestri electionem impediat aut de instituendo uel remouendo eo, qui pro tempore fuerit, contra statuta cysterciensis

ordinis se aliquatenus intromittat. Si uero episcopus, in cuius parrochia domus uestra fundata est, cum humitate (sic) ac deuotione, qua conuenit, requisitus substitutum abbatem benedicere et alia, que ad officium episcopale pertinent, uobis conferre renuerit, licitum sit eidem abbati, si tamen sacerdos fuerit, proprios nouicios benedicere et alia, que ad officium suum pertinent, exercere et uobis omnia ab alio episcopo percipere, que a uestro fuerint indebite denegata. Illud adicientes, ut in recipiendis professionibus, que a benedictis uel benedicendis abbatibus exhibentur, ea sint episcopi forma et expressione contenti, que ab origine ordinis noscitur instituta, ut scilicet abbates ipsi saluo ordine suo profiteri debeant et contra statuta ordinis sui nullam professionem facere conpellantur. Pro consecrationibus uero altarium uel ecclesiarum siue pro oleo sancto uel quolibet alio ecclesiastico sacramento nullus a uobis sub optentu consuetudinis uel alio modo quicquam audeat extorquere, sed hec omnia gratis uobis episcopus diocesanus inpendat. Alioquin liceat uobis quemcunque malueritis catholicum adire antistitem gratiam et conmunionem apostolice sedis habentem, qui nostra fretus auctoritate uobis, quod postulatur, inpendat. Quod si sedes diocesani episcopi forte uacauerit, interim omnia ecclesiastica sacramenta a uicinis episcopis accipere libere et absque contradictione possitis, sic tamen, ut ex hoc inposterum propriis episcopis nullum preiudicium generetur. Quia uero interdum propriorum episcoporum copiam non habetis, si quem episcopum romane sedis, ut diximus, gratiam et conmunionem habentem et de quo plenam noticiam habeatis, per uos transire contigerit, ab eo benedictiones uasorum et uestium, consecrationes altarium, ordinationes monachorum auctoritate apostolice sedis recipere ualeatis. Porro si episcopi uel alii ecclesiarum rectores in monasterium uestrum uel personas inibi constitutas suspensionis, exconmunicationis uel interdicti sententiam promulgauerint, siue etiam in mercennarios uestros pro eo, quod decimas non soluitis siue aliqua occasione eorum, que ab apostolica uobis benignitate indulta sunt, seu benefactores uestros pro eo, quod aliqua uobis beneficia uel obsequia ex caritate prestiterint uel ad laborandum adiuuerint, in illis diebus, in quibus uos laboratis, et alii feriantur eandem sententiam protulerint, ipsam tanquam contra sedis apostolice indulta prolatam duximus irritandam. Nec littere ulle firmitatem habeant, quas tacito nomine Cysterciensis ordinis et contra tenorem apostolicorum priuilegiorum constiterit impetrari. Preterea

cum conmune interdictum terre fuerit, liceat uobis nichilominus in uestro monasterio exclusis exconmunicatis et interdictis diuina officia celebrare. Paci quoque et tranquillitati uestre paterna inposterum sollicitudine prouidere uolentes auctoritate apostolica prohibemus, ut infra clausuras locorum seu grangiarum uestrarum nullus rapinam seu furtum facere, ignem apponere, sanquinem fundere, hominem temere capere uel interficere seu uiolentiam audeat exercere. Preterea omnes libertates et inmunitates a predecessoribus nostris Romanis pontificibus ordini uestro concessas, nec non et libertates et exemptiones secularium exactionum, a regibus et principibus uel aliis fidelibus racionabiliter uobis indultas auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti priuilegio conmunimus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatum monasterium temere perturbare aut eius possessiones auferre uel ablatas retinere, seu quibuslibet uexationibus fatigare, sed omnia integra conseruentur eorum, pro quorum gubernacione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura Salua sedis apostolice auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisue persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere uenire temptauerit, secundo tertioue conmonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore et sanquine dei et domini redemptoris nostri iesu christi aliena fiat atque in extremo examine districte subiaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus sit pax domini nostri iesu, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inueniant. Amen Amen Amen.



Ego Innocentius catholice ecclesie episcopus ss.

Monogramma.

Original auf Pergament, im Archive zu Wilhering. (Verdächtig ist der Umstand, dass nie eine Bulle an der Urkunde hing, wie auch nirgends ein Datum bemerkt wird.) — Stülz, Wilhering, 499.

CCCXX.

1200. — *Berthold, Abbt zu Garsten, überlässt der Gewandkammer des Conventes gewisse Zehente.*

In nomine Patris et filii et spiritus sancti. Nos *Berhtoldus* dei gratia *Gerstensis* abbas Omnibus presentem paginam inspecturis salutem eternam. Quia sepe solent facta memoriam posterorum relinquere, ideo de conmuni fratrum nostrorum assensv presentis scripture seriem nostrorum sigillorum caractere duximus roborandam. Sciant igitur vniuersi presentes et futurj, quod nos totam decimationem jn *nevstifte*, que ad ius abbatis nunquam pertinebat, camere vestiarie fratrum nostrorum pleno ivre conscripsimus huiusmodi pacto subterecluso, quod exinde cvilibet fratrum vnum pellicivm singulis annis proveniat, quatinus, sicut antea medietas congregationis pellicia recepit, sic amodo crescente gratia de simili receptione gavdeant vniversi. Debet insuper sacerdos, qui celebraturus fuerit ibidem, necessaria prebende sue accipere, quatinus ecclesia de *Rvbnich* tres modios siliginis et tres avene sibi provideat et ipsa de *Nivnstifte* de totidem responsura sit eidem. Nulli ergo successorum nostrorum liberum erit nostre constitutionis paginam infringere, si non solum dicte gratie sed etiam gratie in ivs mutate noluerit (sic) obpugnare.

Actum Anno M. CC jncarnationis ......

Original auf Pergament mit Siegel, im Archive zu Garsten.

CCCXXI.

1200. — *Otto, Abbt von Wilhering, beurkundet die Schenkung des Gutes Kürnberg von Seite Otto's von Grubech an das Kloster Wilhering zur Verbesserung der Pfründe.*

In nomine ✝ summe ✝ et ✝ indiuidue ✝ trinitatis ... *Otto* dictus abbas in *wilheringen* et omnis congregatio eiusdem loci notum facimus omnibus christianis tam presentibus quam futuris, quod quidam nobilis homo *otto de grubeh* predium quod *kůrenberich* dicitur, datis XV. marcis argenti examinati a nobis comparatum idipsum manu sua super altare sancte marie pro remedio anime sue delegauerit monachis et conuersis astantibus tali statuto, ut singulis annis duobus diebus consolationem inde percipiat conuentus in pane albo una cum piscibus recordationem sui et uxoris ipsius. Qui dies isti erunt feria

secunda festo sancte trinitatis prima, in conmorationem coniugis eius, et festum sancti nicolai transferendum in eam diem, qua ipse de hoc seculo excesserit. Si quis hanc institutionis nostre paginam infringens deleuerit, deleatur nomen eius de libro uite.

Acta sunt hec dominice incarnationis anno M. CC.

Original auf Pergament, dessen Siegel verloren gegangen, im Archive zu Wilhering. (Das Durchschossene konnte nicht mehr genau gelesen werden.) — Stülz, Geschichte von Wilhering, 491.

CCCXXII.

Circa 1200. 11. November. Kremsmünster. — *Manegold, Abbt von Kremsmünster, beurkundet die Schlichtung eines Erbtheilungs-Streites unter einigen seiner Ministerialen.*

In nomine Sancte et indiuidue Trinitatis. Ego *Manegoldus* dei gratia abbas in *Chremsemunster* uidens super hereditatis particione quosdam ministerialium nostrorum discordare *pernhardum* scilicet *de aheliten* et uxorem suam *hiltigarden* et filios ipsorum et filiam cum *hartwico de putebach*, licet eandem discordiam ante tempora nostra terminatam relatione cognouerimus et scripto, in presentia tamen quoque nostra in hunc modum eam terminare decreuimus. Tradidit predictus *Hartwicus* sorori sue uxori eiusdem *pernhardi* et proli eorum sex mancipia, quorum hec sunt nomina: *Fridericus, Mahthildis* et filia eius *Rihza* et filius *hainricus, hailica, maisa.* Huius autem determinationis talis erat conditio: Jam supradicta *hiltigardis* cum tota prole sua generalem fecit abrenuntiationem, ne uel ipsa uel aliquis posterorum eius eiusdem hereditatis aliquam haberet de cetero impeticionem in eundem *hartwicum* aut uxorem eius filiorum posterorumue ipsorum quempiam. Huius rei testes sunt: *Gundacher de styre, pruno de yphe, Otacher et Gotefridus de slierbah, Olricus de groͤneburc, Engilscalh de huzenbach, Roͤdolfus de ternberc, Hainricus de aiche, Hainricus de syppah, Richer de styre, Gundacher de staimbach, pilgrim de ense, Roperth de syppah, Merbot de lapide, Covnradus dens, Coͤnradus de aigen, Meinhalm de Wizchirchen, Conradus de asperc, Robertus et Wezel filii roberti, Sygrim de oͤde, Ernest de chrumpenhoͤbe* und ander genoͤge. facta sunt in festo beati Martini in Chremsemunster.

Original auf Pergament mit Siegel, im Archive zu Kremsmünster. — Urkundenbuch von Kremsmünster, pag. 63, Nro. 49.

CCCXXIII.

Circa 1200. — *Propst Engelbert und der Convent zu St. Florian tauschen mit Chärl und seinen Söhnen Besitzungen.*

Omnibus christi fidelibus presenti pagina innotescere cupimus, qualiter *Engilbertus* prepositus et uniuersitas fratrum litteratorum et illitteratorum in *domo sancti floriani* concambium fecerunt cum quodam *Chaerl* et filiis filiabusque suis, dantes eis predium, cui nomen *loch*, quod ab episcopo *diepoldo* emerunt, et lucum cum suis attinentiis, quem dominus *heinricus de lapide* eidem ecclesie contulit, et recipientes ab eis aliud predium in *ŏde* situm ex utraque parte cautione et conpromissione facta, si forte lis aut controuersia de utrolibet pretaxatorum prediorum quacunque occasione emergeret, utralibet pars predium a se in concambio datum a querelantivm inpeticione tueretur. Huius rei testes sunt *Vlrich et Rvdolf de chremsdorf, Otto chreiær, Rafolt, Otto de uurhobet, Dietrich hecche, Rvdgerus falshil, Gotschalch, Dietmar liber, Heinrich de hohinpŏmin, Herbort filius Alhardi, Vlrich, Sigmar, Rvbertus, Marquart, Meingoz, Hærtnit, Alber de oede, Henrich de puhil, Rætker de lilinhouin, Walchvn de pfafinhouin.*

Original auf Pergament, dessen Siegel verloren gegangen, im Archive zu St. Florian.

CCCXXIV.

Circa 1200. Passau. — *Wolfker, Bischof von Passau, entscheidet einen Streit zwischen dem Kloster St. Nikolaus und den Gebrüdern von Tegernbach wegen des Zehents und eines Hofes zu Tegernbach in der Pfarre Grieskirchen.*

In nomine sancte et individue trinitatis. *Wolfkerus* dei gratia patauiensis ecclesie episcopus vniversis christi fidelibus perpetuam in christo salutem. Notum fieri volumus omnibus presentis et futuri temporis filiis (sic), qualiter lis inter canonicos regulares *Sancti Nycolai* et inter dominum *Ortolfum* et fratres suos *Ottonem* et *Sibotonem de Tegerenbach* versabatur pro decimis agriculturę suę in barrochia *Griezkirchen* et quodam predio, quod *tegerenbach* vocatur, quod *Ortolfus* pater eorum pro remedio anime sue beato Nicolao et canonicis deo ibi seruientibus contulerat, nostro est decisa iudicio. Constitutis in presentia partibus causa a predictis canonicis est

proposita, super qua et super prenominatorum fratrum responsis quesitum est a nobis in sententia, quid de hiis ad conmodum utriusque partis iustum uideretur. Super quo requisiti a nobis dominus *Chvnradus* archidiaconus et *Thiemo de bwchenperg* ministerialis noster talem dederunt sententiam, vt testes audirentur et secundum eorum attestationes iuxta tenorem priuilegii, quod iam dicti canonici pro se allegabant, cause finem inponeremus. *Dietmarus* igitur de *crammerstain* iuratus dixit, eandem causam ita notam esse sibi, sicut tenor priuilegii habebat. *Wizmannus* etiam iuratus dixit, bene sibi constare de causa et ita esse, vt ex tenore priuilegii audierat. Auditis itaque eorum attestationibus requisiti a nobis dominus *Chalhohus* archidiaconus et *Heinricus de prez* ministerialis noster hanc sententiam dictauerunt, quod prenominati testes ita testificati essent, quod sepedicti canonici iuste per eos pretaxatam decimam et predium supra memoratum obtinuissent. Quam sententiam rite latam et vniversaliter a clericis et laicis approbatam potestatis nostre auctoritate confirmantes Sigilli nostri robur ei inpendimus et si qui eos in predicta decima et predio iam sepius nominato grauare aut eos iniuriari presumpserint, auctoritate beatorum apostolorum petri et pauli eorumque successorum et nostra anathematis uinculo eos innodamus. Acta sunt hec *pataue* in publico capitulo nostro sub testibus subnotatis. *Poppone abbate de Altha, Leonhardo preposito de Richersperc, Dietmaro preposito de Suben, Gerungo preposito de Osterhoven et canonicis cathetralibus Chvnrado archidiacono; Chalhogo archidiacono, Hainrico plebano de Wartperc, Haeinrico plebano de Gozpoldeshouen, Alberone de Trivsteren, Pilgrimo de sancto Egidio, Vlrico de Ammezdorp, Leone de Griezkirchen, Waltchuno de Rothenperc et fratre suo Alrammo de Vthendorpc, Wergando de Romthingen, Hainrico de Povmgarthen, Alkero et Hainrico fratre suo de Waltecke, Wernhardo de Ort, Thiemone de bwchenperc, Alberto puero, Hainrico de Prez, Hainrico de Loenstorf, Ekkehardo de vwrt, Alberone de Germunsperc, Dietmaro et fratre suo Haeinrico de crammerstain, Alberto, Sigbothone, Walthero, Rvizone, Wizmanno, Azelino, Pernoldo.*

Original auf Pergament mit Siegelresten, im k. bairischen Reichsarchive zu München. — Hund—Gewold (edit. Monac.), II. 569. — Mon. boic. IV. 314.

CCCXXV.

Circa 1200. — *Wolfker, Bischof von Passau, eximirt das Spital zu Garsten von der Mutterkirche zu Kirchdorf und Wartberg, verleiht selbem Zehente und entschädigt Letztere.*

In nomine Sancte et indiuidue Trinitatis *Wolfkerus* Dei gratia *Patauiensis* Episcopus omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam et futuris inperpetuum. Episcopalis nostre speculacionis debitum adtendentes loca diuino seruicio mancipata paterno diligimus afectu et ad eorum profectum pie promouendum non in merito intendimus. Nouellam itaque plantacionem hospitalis, quod in *garsten* in nomine domini et in honore sancte marie constructum est, intimo afectu diligentes peticioni quoque uenerabilium fratrum nostrorum prelatorum et omnium in eadem fraternitate consorcium habencium benigne annuentes adhibito communi consensu fratrum nostrorum de choro et ministerialium, cum uoluntate et coniuencia dilecti capellani nostri *Heinrici* plebani in *wartperch*, ad quam utpote matrem ecclesia in *garsten* primitus pertinebat, eidem hospitali in *garsten* sito omnem decimacionem, quam ecclesia predicta hactenus possedit, a fluuio *stier* vsque ad montem *pierdonem*, cultam et colendam legitima donatione contulimus et ecclesiam in *garsten*, in qua hospitale situm est, ab omni iure babtismalium ecclesiarum *chirhedorf* et *wartperhc* eximimus eamque hospitali possidenda in perpetuum tradidimus. Quia uero, sicut iustum est, ecclesias wartperch et chirchdorf indemnes esse uolumus, quibus uidelicet ecclesia in *garsten* hactenus subiecta fuerat, ipsas utrasque ecclesias ab omni iure cathedratico perpetualiter absoluimus statuentes, ut cum unanimi consensu *babenbergensis* episcopi et totius fraternitatis in *ens* conuentum facientis de prediis sepe dicti hospitalis propter legitimum concambium ecclesie in *chirhcdorf* et *wartperhc* tantum predii conferatur, unde XII solidi annuatim persoluantur, quod et factum est, citra *mulbahc* VI. solidos et ultra *mulbahc* LX. denarios et apud *steinwent* dimidium talentum. Quia uero predia eadem hospitali satis commode adiacent et ecclesiis predictis ualde remota, statuimus, ut, quando post hec hospitale aliqua predia extra montes quocunque modo acquisierit, sine contradictione predicta predia pro eis conmutandi facultatem hospitale habeat. Et huius rei testes: Ego *Heinricus decanus patauiensis* subscribo. Ego *Heinricus canonicus* S. S. Ego *mengotus canonicus patauiensis* S. S. Ego

Richerus canonicus S. S. Ego *arnoldus canonicus* S. S. Ego *Hermannus canonicus* S. S. Ego *Albero canonicus* S. S. *Gotfridus canonicus* ego S. S. Ego *Dietmarus canonicvs* S. S. Ego *Chunradus canonicus* S. S. Ego *Timo canonicus* S. S. Ego *Hartnidus patauiensis canonicus* S. S. Ego *Eberhardus patauiensis canonicus* S. S. Ego *Siboto canonicus* S. S. Ego *arnoldus canonicus* S. S.

Original auf einem langen, schmalen Pergamentstücke, woran eine Zwirnschnur ohne Siegel und ein rundes, weisses Siegel an einer roth-blau-weissen Schnur hängt, im k. k. H. H. u. St. Archive zu Wien.

CCCXXVI.

Circa 1200. — ***Wolfker, Bischof von Passau, schlichtet den Streit zwischen dem Kloster Waldhausen und Rudiger von Senftenberg wegen des Marktes Königswiesen.***

Wolfkerus dei gratia *patauiensis* episcopus cunctis christi fidelibus in perpetuum. Quotiens negocia recordatione digna res aut tempus obtulerit, opere precium uidetur, vt idonea scriptorum simul et testium assignatione roborentur. Hinc est, quod pro habundantis cautelę remedio memorię tam presentium quam futurorum notum fore uolumus, qualiter *Chremis* in communj totius cleri nostri Capitulo litem, que inter dilectum filium et fratrem nostrum dominum S. prepositum Sancti Johannis in *Walthusen* et *Rudigerum de Semphtenberch* pro foro in *Chunigiswisen* iam div uersatam cum amicorum utriusque partis consilio consulte deciderimus eo uidelicet tenore, vt prefatus *Rudigerus* eidem ecclesię in primo aditu post decisam litem decem talenta Winnensis (sic) monetę et annuatim duodecim solidos stabili iure persoluat. Quod si forsan, vt plerumque contingit, per negligentiam aut temeritatem annuum illud pactum statuto tempore hoc est in festo Sancti Mychæhelis soluere neglexerit, in primo anno duo talenta resarciat et si deinceps, nec ipse nec aliquis filiorum aut nepotum vel etiam totius posteritatis prefatam ecclesiam super eodem predio inquietare presumat (sic). Huius igitur coniuentię paginam inpressione sigilli nostri confirmamus et subscriptis testibus roboramvs. (Die Zeugen fehlen.)

Original auf Pergament mit Siegel, im Museal-Archive zu Linz. — Kurz, Beiträge IV. 444.

CCCXXVII.

Circa 1200. — *Otakar, Archidiacon der oberen Mark, beurkundet eine Schenkung Herrand's von Moskirchen zum Spital am Pührn.*

Ego *Otachorus archidiaconus superioris marchie* uniuersis christi fidelibus presentem paginam inspecturis cupio fieri manifestum, quod Dominus *Herrandus de moschirchen* contulit hospitali, sancte marie in *pirn* duos mansus aput sanctum laurentium in presentia mea ex consensu, ex uoluntate omnium amicorum suorum Testibus presentibus *Ditrico milite de monte, Erchingero milite, Hainrico milite de vleze, Hermanno et Richero fratribus de monte* et alijs quam pluribus. Et presens scriptum sigilli mei munimine feci roborare.

Original auf Pergament mit Siegel, im k. k. H. H. u. St. Archive zu Wien. — Mon. boic. XXVIII. II. 369. — Wiener Jahrbücher, Anzeigeblatt XXXIX. 26. — Hormayr, Taschenbuch 1846, 58.

CCCXXVIII.

Circa 1200. — *Gundaker von Steyer sendet für das Spital am Pührn dem Markgrafen von Andechs eine Hube zu Hanfeld auf.*

Nouerint tam singuli quam uniuersi, quod ego *Gundacharus de Stiria* hubam quandam in *Hanuelde* pro remedio anime mee ac parentum meorum domino *Marchrauio de Andehse* resignaui, ipse quoque Marchrauius eandem hubam domino *pabinbergensi* episcopo resignauit sub hac forma, ut dominus episcopus ipsam hubam hospitali sancte Marie in *pirin* contraderet perpetuo iure possidendam. Huius rei testes sunt *Hartnidus prepositus Aquilegensis, Albero de Pollenheim, Alramus aduocatus, Engilbertus iudex de anaso, Livtoldus de Pernowe, Otacharus de Stille, Engilgerus iudex, Heinricus wiruel, Chunradus de nithartinge, Chunradus de Widenholze, Werenhardus magister de Preittenowe, Aspinus iudex de nouo foro, Sifridus niger, Ditmarus filius pernuzelinne, Heinricus de hage, Otto abbas de Lambach.* Et ut ratum sit sigilli nostri inpressione presentem cedulam roboraui.

Original auf Pergament mit Siegel, im k. k. H. H. u. St. Archive zu Wien.

CCCXXIX.

Circa 1200. — *Herrand von Wildon schenkt dem Hospitale am Pührn verschiedene Besitzungen.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis *Herrandus de wildonigin* omnibus Christi fidelibus in posterum. Si uite istius cursum ueraciter atendimus (sic), nichil in eo firmum, nichil stabile inuenimus. Preterea potestatiua manu et omni hereditario iure trado et delego domine nostre sancte Marie ecclesieque eius supra *pierin* hv̊bam unam aput *ravnach* in septenario filii mei *hartnidi* pro remedio anime eius ob ueniamque peccatorum meorum atque omnium heredum meorum in cultis et non cultis, in aquisitis et aquirendis et aput *glokiniz* ius nostrum, quod dicitur perchreht, a uinea atque deinceps quicquid uinearum eidem ęcclesie ex donatione fidelium, inibi accesserit ius nostrum .... cum comitetur. Item aput *obirneiche enstal* tres hv̊bas cum manu domini nostri d ... ustrie et styrie et hoc aput *lv̊zin*. Presentibus *Perhtoldo de embirber, Rv̊digero marskalco, Hiltigrimo magistro coquine, Rapotone magistro hospitalis, Heinrico de hv̊rinbach, meinhardo presbitero de admunt, Hiltigrimo de wiarin, Rapotone de vndirnberch, Chunrado de lv̊zin* et alii quam plures.

Original auf Pergament mit Siegel, im k. k. H. H. u. St. Archive zu Wien.

CCCXXX.

Circa 1200. — *Heinrich Karlinc überlässt dem Hospitale am Pührn seine Eigen- und Lehen-Besitzungen in der Swant.*

Nouerit vniuersa posteritas tam presentium quam futurorum hominum hanc paginam audientium, quod *Heinricus* cognomine *Kaerlink* filius *Liutoldi de Gaersten* ab hospitalicij (sic) *Aemerlone* et domino *Liutoldo de Pernowe* precibus inductus et munerum receptione inclinatus omnem iusticiam quam habuit in bonis suis, uidelicet in loco, qui dicitur in der *Swant*, tam ius feodalę quam eciam ius proprietatis tam in acquisitis quam in acquirendis hospitali sancte Marie in *Pirn* libere contulit, ut nunquam amodo aliqua impetitione seu qualibet alia asserendi occasione super predictis bonis nos siue ecclesiam istam presumat uel ualeat impetere. Quod factum, ut in memoria habeatur, testimonio illorum, qui inter fuerunt, roboratur. *Dominus Otacher plebanus in Petenbach, Heinricus et Volmarus sacerdotes,*

Dominus Liutoldus de *Pernowe, Chunradus de Lambach, Heinricus officiarius, Chrevchaer et Snello et Zaerremantel de gaersten, Albertus uf dem ekke, Heinricus ponhalm, Pilgrimus carnifex, Heinricus uf der werr, Perhtoldus piwglaer* et alii quam plures.

Original auf Pergament, dessen Siegel verloren gegangen, im k. k. H. H. u. St. Archive zu Wien.

CCCXXXI.

Circa 1200. — ***Wolfker, Bischof von Passau, übergibt dem Kloster St. Florian tauschweise einige Güter.***

In nomine sancte et indiuidue trinitatis *Wolfkerus* diuina fauente gratia *patauiensis ecclesie episcopus.* His presentibus scriptis nostris successorum nostrorum noticie pandimus, quod chori et ministerialium nostrorum accedente consensu cum fratribus in *domo Sancti Floriani* cambientes tradidimus eis curtem in *sumerowe* cum omnibus adtinentiis suis cultis et incultis et duo predia iuxta *neunchirchen* sita accipientes ab eis aliam curtem iuxta fluuium, qui dicitur *erlah* sitam, et predium unum situm iuxta *marbach.* Verum ut talis nostra commutatio rata et inconuulsa in posterum permaneat, priuilegio et sigilli nostri inpressione eam corroborantes firmamus.

Ego *Heinricus decanus pat.* Ego *Meingodus* s. s. Ego *Heinricus* s. s. Ego *Arnoldus canonic.* s. s. Ego *Timo* s. s. Ego *Wernherus canon. pat.* s. s. Ego *Richerus canonicus Patav.* s. s. Ego *Hartnidus canon.* s. s. Ego *cunradus canonic.* s. s. Ego *Gotfridus canon. patau.* s. s. Ego *Albero canon.* s. s. Ego *arnoldus* s. s. Ego *Eberhardus can. patau.* s. s. Ego *Hermannus canon.* s. s. Ego *Dietmarus canon.* s. s. Ego *Siboto can.* s. s.

Original mit Siegel, im Archive zu St. Florian. — Stülz, Geschichte von St. Florian, 274.

CCCXXXII.

Aufschreibung über die Gründung des Klosters Wilhering und dessen frühere Schicksale.

Quicumque nosse desiderat, quo tempore fundatum sit cenobium, quod *Wilheringen* dicitur, uel a quibus personis possessionibus et rebus ampliatum, si paginam subscriptam inspexerit, ex eius inspectione plenaria ei cognitio illucebit. Primo igitur sciendum, quod duo fratres in *Wessenberg* exstiterunt, uidelicet *Ulricus* et *Colo*, uiri nobiles et

potentes, quorum Ulricus primogenitus cum uxore careret et liberis, omnem portionem patrimonii sui ad constructionem conuentualis ecclesie deo optulit. Primitus autem canonicos regulàres de *Sancto Floriano* ibi instituit, qui cum in religione pro uoto suo non proficerent, ammotis illis iterato ordini Cysterciensi, cuius eo tempore oppinio habebatur celebris, et *abbati Gerlao de Rvna* eandem ecclesiam edificandam donauit. Eodem autem tempore *Bauenbergensi ecclesiae* preerat *Eberhardus.* Erat uir bonus et timoratus et insuper fundatorum cognatus, cui Vlricus ob fuorem (fauorem) cognationis fundum ecclesie sue assignauit eo uidelicet tenore, ut indigentiam eius oculo pietatis respiceret et paupertati eius pro posse suo subueniret. At tamen nullus Bauenbergensis antistes in aliquo ei profuit aut aliquod amminiculum inpendit. Anno igitur ab incarnatione domini M°C° XLVI. Gerlaus abbas locum sibi assignatum recepit et *abbatem Gebehardum* cum conuentu illuc transmisit. Abbate uero Gebehardo Prelationi cedenti substitutus est *Otto de carintia*, quo in breui de medio facto iterum electus est Heinricus, qui ob nimie paupertatis instantiam in *Ebera* proficiscens eam inibi resignauit. His ita tractatis Vlricus primus fundator ierosolimam profectus est et in finibus illis uitam feliciter finiuit. Moriturus vero; ut fertur, medietatem fori in *Odempsheim* pro remedio anime sue dari precepit et unum de duobus portvbus eorum seruituti mancipari et insuper duo domata cum agris ad officium piscatorum pertinentibus conuentui confirmari. Hec sunt autem, que Gerlaus Monasterium fundaturus a fundatore recepit, videlicet locum ipsum, in quo situm est cenobium cum curia, que *nuenhouen* dicitur; cum silua adiacente *Cvrinberg*, cuius termini sunt usque ad ueterem Willieringen et ita per transuersum usque ad *Mulpach* diriguntur, cum uilla, que wlgo *Burcheim* dicitur iuxta pontem, qui nuncupatur *Erlamsbrucke* et *Ederamsperge* et insulam iuxta forum Otempsheim et ex alia parte danubii *iwenberg* et *Grebelich* et dimidietatem siluae Boemitice et campo, qui *lobenvelt* nuncupatur, cum pratis et pascuis et agris cultis et incultis, quod longum est inserere huic inscriptioni. Si quis autem quesierit, quis delegator omnium prediorum istorum exstiterit, scire debet, quod nobiles fuerint et omnia hec sue attinebant delegationi. Anno vero M°C°LXXXV° *Wilhelmus abbas in Rvena* existens perpendens, quod cenobium sub suo regimine deficeret in tantum, quod nisi duo monachi ibi essent, consilio habito cum senioribus suis abbati *Burkardo de Ebera*

reformandum et reparandum resignauit. Anno igitur ab incarnatione domini M°C°LXXXV° abbas Burchardus conuentum in Wilheringen direxit cum *abbate Heinrico*, qui uno tantum anno superuixit. Anno MCLXXXVI. Heinrico decedente *Hiltgerus* ibi ordinatus, qui septem annis vixit et cenobium bene et rationabiliter gubernauit. Huius temporibus *Albero de Cemelub* ierosolimam iturus per manum *ducis Lupoldi* omne patrimonium suum Wilheringen donauit, uidelicet *Cimulub*, vbi residentiam habebat, et *stammuzelstorf* tria allodia prope *Cvneringen* sita et salabulca V. talenta et dimidium soluentia et uineam in *Geilant*, ubi septem carrate aliquando sunt habite, et interea cum duce Lvpoldo ierosolimam est profectus et inde non reuersus. Eidem uero Alberoni est promissum, ut in anniuersario die obitus sui de bonis suis conuentui seruiatur. Preterea dux Lupoldus V. predia iuxta *Crumbonowe* sita (am Rande scl. *Tufenbach*) ecclesie Beate virginis, cum transmarinas partes adiret, donauit. Ad hoc vero *Sifridus comes de Morle* cum in *Pilsteinc* castro suo mansionem haberet, curiam suam iuxta Pilsteine delegauit. *Pilgrimus* etiam vineam in *Wiena* sancte Marie obtulit, quam monachi in cultilia (sic) redigerunt. Alteram vero uineam in *Wahowe* tradidit, que VI. solidos soluit. *Ottaker Marchio de Stiria* morbo elefantino infectus cum quadam die in ecclesia diuinis officiis interesset, abbas Hiltgerus pacem ei obtulit, cuius humilitate prouocatus curiam suam in *Cidelarn* ecclesie Beate virginis in Wilheringen transmisit. *Sopphia* etiam nobilis matrona *de Scowenberg* dedit ecclesie predium de silua sua exstirpatum, quod uulgo *sente Marien rute* nominatur. Finitis postmodum septem annis Hiltgerus abbas uitam finiuit. Quo decedente *Otto de Nist* ei est substitutus, qui VII. annis uictitans in *Ebera* est reuersus. Ipso vero adhuc abbate existente quidam ministerialis nomine *Werinhardus de Owe Hauenarn* iure feodali possidens de manu ducis austriae ipsum predium duci resignauit ea uidelicet conditione, ut sancte Marie in Wilheringen offerret. Dux autem de manibus eius illud excepit et sicut rogatus fuerat, cum omnibus pertinentiis suis possidendum cenobio donauit. In diebus etiam eius Dominus *Embrico* ministerialis ducis curiam in *Lupoldstorf* sancte Marie in Wilheringen dedit cum plurimis Sanctorum reliquiis, que reposite sunt sub lapide sui altaris consecrati. Sub eodem ottone facta est commutatio de quadam curia sub *Ederamsperge* posita inter *Alberonem de Gnuese* est (et) cenobium et date sunt ei due curie in *Percheim* in reconpensationem et

predium iuxta rotelheim situm, quod III. solidos soluit. Albero autem cum multos haberet denarios de eadem curia ipsa canbicio deducta est de manu ad manum, donec uentum est ad episcopum, ad quem proprietas spectabat, qui episcopus precibus abbatis et alberonis consensit et ipsum concanbium sua auctoritate confirmauit. Secundo autem anno abbatie sue monachi ceperunt ponere fundamentum et inceperunt edificare monasterium. Sub eo etiam factum est concanbium inter *Cunradum militem de Mulpach* de familia *Wessenbergensi*, Cunrado donante predium suum in *Mulpach* et aliud in *Cvrenberg* positum et aliud ex alia parte danubii scilicet *Durinstetin* recipiente. His patratis Otto cessit officio suo et Ebera est reuersus, cui *Godescalcus* abbas in Wilheringen est subrogatus. Idem Godescalcus cum duas carratas ad usuram in *Everdingen* cuidam mercatori domus solueret, ipse datis L. libris eas redemit. Postmodum vero predium in *teningen*, quod dimidium talentum soluit, a quodam mercatore possessum V. talentis redemit et in usus ecclesie reduxit. Ipse etiam curiam de Ederamsperge, cum fere esset destructa, a conuersis in uillam redegit. Peracto autem septennio ipse migrauit a seculo, Post cuius obitum ordinatus est in eodem loco *Eberhardus*. In diebus eius *Hartnidus de Ort* cum esset moriturus *Eppenberge*, quod esset suum predium, cum predio, quod dicitur *Wasserleide*, Wilheringen disposuit. Quidam autem dictus *Werinhardus*, qui illud predium de manu eius tenebat, datis sibi VI talentis et *Cunrado* fratri suo et filiis eius iterum VI. aliis libris liberum ecclesie dimisit. Eodem tempore *Walchunus filius fundatricis* sagitta percussus interiit, Pro cuius anime remedio *Elyzabeht fundatrix* curiam in *Lozsperg* solventem XVIII. solidos dedit eo tenore, ut anniversarius eius dies agatur et eo die conuentui seruiatur. In illis etiam diebus quidam ministerialis episcopi *Otto Logstein* (nuncupatur) XXX. marcas argenti Wilheringe contulit ea conuentione, ut bis in anno eius memoria habeatur, scilicet in festo Sancte trinitatis et in die sancti Nycolai conuentui seruiatur. Ad quod exequendum emptum est predium (am Rande: iuxta *Curinberg*) a quodam milite dicto *Colone* pro XX. libris, quod soluit talentum, cetera ad usus ecclesie disposita sunt, VIII. vero Marcas dedit, ut uinum ministretur monachis in die sancti Bernhardi. Iterum vero *Bernhardus de truna* uir nobilis curiam in *Pesckingen* monasterio donauit, ut in die anniuersarii sui iterum seruiatur congregationi. Ipse nichilominus Eberhardus fundatoribus de Wessenberg CXXX libras

super predia eorum mutuo concessit, scilicet super tres curias *teningen*, *peschingen*, *Cileg* et *Zansunstorph* et proximam curiam vltra pontem *Greimarsstetten* et *Rutmarshowe* et *Herage* et predium *stadeleri* et beneficium *retcamps* et omnia ea conditione eis acconmodauerat, quod post mortem eorum ea ecclesie se daturos spoponderant. Post septimi autem anni circulum in abbatem Ebera est assumptus et *Cunradus* in loco eius promotus. In tempore autem Cunradi cepit ecclesia tam in possessionibus quam in edificiis reparari. Ipse enim Cunradus timens deum et pignora fundatorum habere renuens conuenit cum eis, ut Zansunstorph, Rutmarsowe et Herage et beneficium stadeleri in proprietatem donarent et sic tali habito cum eis contractu cetera predia remisit, Ista uero, que nominauimus, in proprietatem ecclesie recepit. Postmodum uero *Heinricus de truna* ministerialis ducis suscitauit querimoniam aduersus abbatem Cunradum pro eodem predio rehabendo, dicens sibi conpetere ex ratione progenitorum suorum, et ipsam querelam in placito ducis austrie deposuit, ubi nullus, qui audiret de monasterio affuit. Quod cum fundatrici nuntiatum fuisset, contenpsit respondere affirmans cum nichil iuris in predio ipso habere. Interim uero cum lis ipsa protelaretur, mortua est fundatrix, mortuus est et Heinricus. Quo moriente surrexerunt filii eius *Otto* et *Hertnidus* iuuenili animositate et uenerunt in Welse duce ibi existente et abbati (sic) etiam ibi presente et assumptis sibi sophisticis sibi litigatoribus et multis falsis testibus probare uoluerunt, quod pater eorum in tantum processisset, ut ex mandato ducis per preconem super ipsum predium inductus fuisset. Dux uero adtendens abbatis simplicitatem et aduersariorum suorum multiplicitatem consuluit abbati, ut permitteret iudicium in arbitros conpromiti (sic). Post modicum vero iubente Deo Dux uiam uniuerse carnis est ingressus, quo migrante trunenses protinus predium inuaserunt. Abbas autem ad nullum habens refugium cum eis conponere laborauit et electo *Vlrico de Lohonstorph* (Lonstorf) mediatore conpositionis datis ei tribus talentis tandem per XL. librarum exhibitionem ex eius consultu a contentione eos remouit. Preterea est ibi aliud predium sub *Wachrein* positum ad *zansunstorph* pertinens, quod *Heinricus bonel* de manu fundatricis in feode (sic) possidens pro V talentis *Gerogo* (sic) *de Euelsperch* exposuerat; illa V. talenta *Heinrico* et *Ottoni* filiis eius Cunradus abbas restituit et predium ab eis absoluit. Deinde *Heinricus filius Heinrici Bonel* iterum colonum abbatis ibi cepit et omnia

mobilia eius ad estimationem X. talentorum diripuit, quem iterum Cunradus abbas per IV. talenta conpescuit. Sunt et alia duo predia ibidem, que duo fratres *Fridericus et Richerus de Percheim* indebite arripuerant, que et Cunradus abbas coram multis testibus in *Euelsperch* exhibitis sibi VI. talentis libera reddidit. Qvidam miles nichilominus cognomento *Lulle* predium unum pertinens ad zansunstorph habebat et illud pro XXII. solidis exposuerat, quo contra abbas datis duobus talentis militi absoluit et ipsum predium pro XXII. solidis, vbi expositum fuerat, liberauit. Item est aliud predium iuxta trunam, quod *Engelgeri* beneficium nominatur, et illud quidam miles de familia *Scowenbergensi Cunradus* uidelicet *de curia* post mortem suam Wilheringen donauit. Est et aliud ultra trunam, quod *Curcenuelt* nuncupatur, et illud *Lvtoldus wz de Scowenberg* pro remedio anime sue Wilheringe contulit. Curiam in *Rvdolfingen* quedam mulier nomine *Wilbirgis de familia Wessenbergensi* Wilheringen tradidit, que non erat sue proprietatis, sed a uiro suo *Cvnrado* in dotem acceperat, qui de eo filium genuit, qui etiam est occisus, post cuius mortem et filii occisionem quidam iuuenis de *Sancto Floriano* propinqvus uiri sui nomine *dihtmarus* pro curia ecclesiam infestauit, Quam Cunradus abbas datis ei VIII. libris ab eo liberauit. In eadem etiam villa quidam iuuenis nuncupatus *Heinricus Steinbrunne* dedit predium suum cum V. fratribus suis pro XVIII. talentis. *Cunradus* etiam *de portu* predium suum pro VI. libris, *Cunradus albus* suum pro duabus libris, *Gerwicus* factus conuersus suum gratis, tres sorores eius portionem suam pro VI. talentis, *Otto de Sconeringen* IIII. iugera pro IIII. libris. Qvidam rusticus dictus *Grimcing* suum predium pro XVIII. solidis. Qvidam *Hvgo* predium suum pro XI. libris et III. solidis et omnia adunata abbas Cunradus in unam curiam redegit. Horum etiam omnium prediorum delegator *Hageno* uir libere conditionis exstitit. In *terinbach* vero quidam uir nuncupatus *Guntherus Wadel* predium suum Wilheringen obtulit pro duobus talentis eo uidelicet tenore, ut prebenda sibi, quam diu uiueret, daretur, sed postmodum egressus IIII. talenta cum genero suo *Cunrado mutel* accepit et predium liberum reliquid (sic). In *Mulpach* quidam miles nomine *Cunradus* predium habuit, quod receptis VI. libris ecclesie donauit. Iterum frater suus *Werinhardus* aliud habuit, quod iterum pro VI. talentis ecclesie donauit. Iterum aliud quidam carpentarius nomine *Heinricus* predium suum, quod XL. denarios soluit, Wilheringen donauit factus ibi

familiaris. Iterum aliud a filia *Wolfperti* duobus talentis Cunradus abbas conparauit. Qvidam et *Hartmannus* nomine factus ibi familiaris predium dedit ecclesie, quod tres solidos soluit. Duo etiam fratres *Heinricus Spiscamp* et *Rvpertus* frater eius dederunt portionem predii sui et facti sunt ibi conuersi. Vxor etiam *Vlrici* pellificis dedit dimidietatem predii sui pro II. talentis. Vxor etiam *Heinrici* fratris eius dedit predium uiri sui pro II. talentis, quod XXX. denarios soluit. Alter inibi *Rvdolfus* nomine dampnum intulerat monasterio et pro reconpensatione donauit predium suum similiter et molendinum, quod modo est destructum. Molendinum uero utrumque, quod iuxta *Mulpach* est constructum, fundatores cenobio dederunt. In *inferiori Talheim* filii *Cunradi militis de Mulpach*, scilicet *Arnoldus*, *Gozbertus* et *Cunradus* duo predia habuerunt, que cum abbate Cunrado canbientes tria allodia ex alia parte danubii scilicet *Bornsstorf* cum pertinentiis suis iuxta *forum Sancti petri* receperunt, Insuper VII. talenta et ita tam ipsi cum sororibus suis coram multis se abdicauerunt. Huius predii delegator exstitit uir libere conditionis *Ernestus de Hitzingen*. In *superiori* autem *Talheim* quidam sutor nomine *Heinricus* predium suum domino *Marquardo de Hartheim* dederat, quod abbas Cunradus VI. talentis redemit. Ibidem etiam quidam *Waltherus de familia Bauenbergensi* predium in pignore pro XXII. solidis habuit, quos moriens Wilheringen disposuit, Predium autem ipsum *Heinricus de Opresperge*, cum moreretur, totaliter donauit. Aliud in eodem loco predium, cum uxor *rurmundi* sepeliretur, frater eius *Amez de Euerdingen* ecclesie donauit, quod LX. denarios soluit. Est et aliud predium in *Sconeringen*, quod VI. solidos soluit, de quo sciendum est, quod quidam vir nomine *Heinricus* cognominatus *Scherre*, qui predium suum Wilheringe obtulit, factus ibi familiaris. Monachi vero adiunctis aliis agris, qui a Ederamsperge nimium erant remoti, predium ibi esse constituerunt, quod hodie ibi pro VI. solidis colitur. Alterum uero predium, quod annuatim LX. denarios inpendit, quidam iuuenis nomine *Fridericus* donauit ecclesie factus ibi conuersus et postmodum egressus duo talenta pro predio accepit et resumpta uxore, quam repudiauerat, nescio quo recessit. Curiam vero in *Stettin Hernestus Stig* pro XXX libris *Alberoni gnevse* obligauerat, cuius proprietatem acceptis X. talentis et Equo ualente III. libras uendidit et ipsam uenditionem in manus *ducis Lvpoldi* in *Welse* dedit, cuius erat ministerialis, et ipse dux coram multis testibus ecclesie

resignauit. Huius rei testes sunt *Rapoto comes de Ortenberg*, *Otto de Rore*, *Hadamarus et Heinricus de Cunringen*, *Vrscalcus et Cunradus de lae* et multi alii. Ernestus uero omne patrimonium suum pro LX. libris exposuit, ut illud haberent, si quis de posteritate sua domum inquietaret. *Albero* autem *gneuse* altare sancti iacobi fecit fabricari dato calice et aliis pertinentiis suis et insuper summam illam XXX. librarum remisit ea conditione, ut anniuersarius dies eius agatur et ea die conuentui conpetenter seruiatur. Predium, quod *Percheim* dicitur, *Heinricus de Tobele* moriens Wilheringe donauit et insuper aliud, quod *Stoph* dicitur, uxore sua moriente, quod LX. denarios soluit. Porro curtile quoddam in *Raffoltinge*, quod soluit XXX. denarios, quidam de familia *Leutoldi de Wildonia* Wilheringe dedit domino suo consentiente et propria manu largiente. Curiam in *Waldarn Vlricus pater Alberonis de Polnheim* moriens ecclesie Sancte Marie in Wilheringen pro remedio anime sue disposuit. Alium predium, quod Winclen dicitur, dominus *Heinricus de truna* pro predio, quod *ernestus frater suus de Curinberg* tradiderat, conmutauit. Illud vero predium, quod *Porceheim* nominatur, XXX. soluit denarios, quidam miles, qui illud ad uitam suam habuerat, moriendo reddidit et sic ecclesia mortuis suis filiis, quod suum erat, recepit. (Am Rande: Acta sunt hec sub *abbate Heinrico* anno MCCXLIIII.) Curiam in *Pernowe Lvtoldus* post mortem suam Wilheringe oppulit (obtulit) ea uidelicet condicione, ut filio suo inter minores fratres constituto VII. libras soluerent et II. talenta pro animalibus ad culturam pertinentibus donarent. Alterum uero predium ibidem constitutum, quod soluit LX. denarios, *Thimo* pater eius moriturus ecclesie disposuit. De villa vero, que dicitur *Hilteringen*, omnibus patere debet, quod duo monachi de *Sueuia nobiles de Scillingsfirst* audientes famam religionis de Ebera se inibi reddiderunt et *Hiltigeringen*, que sue erat proprietatis, in Ebera obtulerunt ea conuentione, (ut) cenobium ordinis ibi fundaretur. *Adam* vero primus abbas in Ebera duos monachos explorare direxit, vtrum locus ad hoc opus esset ydoneus, qui reuertentes locum satis aptum in nemore, in aquis, in gramine et in lapide renunciauerunt existere, sed Wilheringe nuper constructum fore et duo cenobia ex sua uicinitate non posse proficere, quapropter abbas fratribus de Wilheringen pro LX. libris uendidit et iterum inspecta eorum paupertate XXX. remisit. Eo tempore uero castra *Scowenberg* et *Stoph* nondum constructa erant, nam et silua iuxta

Stoph et ipsum Stoph pertinet ad proprietatem ville, que Hiltgeringen nuncupatur. Portum danubii versus Wilheringen, quem *Adalbertus de Dunchensteine ab otackaro marchione* in beneficio habebat, idem adelbertus coram ipso marchione dimisit ipseque marchio claustro Wilheringen suo ivre tradidit. Hinc testes sunt *Wolfingus de Capphenberg, Gundakarus de Stire, Erkengerus de Landeshere, Adelbero de Dunkensteine et fratres eius Heinricus, Rvdegerus timere, Vdalgerus sagittarius marchionis.* Sub eorum testium presentium .... idem Gundakarus (Otakarus) marchio licentiam et libertatem dedit omnibus ministerialibus suis vltra *truna* (sic) habitantibus, quocumque beneficii uel elemosine genere causa dei et pro remedio anime sue uoluerint, loco Wilheringe prodesse. Ad hoc Cunradus abbas vineam in *Crems*, que wlgo *uezhelturinprunne* dicitur, pro C et XXX libris conparauit. Aliam a *Walchuno Wrch in Teilant* pro XLV talentis, iterum aliam ad Heinricum super fossam (sic) pro XVI. talentis, iterum aliam ab *Heinrico albo* pro XVI. talentis et iterum aliam pro V. in loco, qui dicitur *arwe*, et duo iugera pro IIII. talentis et curiam in *Cimelub* a quodam Alberone, qui agros quosdam possidebat et ipsius curie culturam ad se pertinere affirmabat, quatuordecim talentis absoluit et iterum curtile quoddam in Crems....

Aufschreibung auf Pergament sec. XIII. im Archive zu Wilhering. — Stülz, Gesch. v. Wilhering, 449.

CCCXXXIII.

1202. 27. Mai. Lateran. — *Papst Innocenz III. bestätigt, dass nur der Propst zu Ranshofen das Recht der Ausübung der Seelsorge über die zu seiner Kirche gehörigen Gläubigen habe.*

INnocencius episcopus seruus seruorum dei dilectis filiis preposito et fratribus *Ranshouensis* ecclesie salutem et apostolicam benedictionem. Justis petencium desideriis dignum est nos facilem prebere consensum et uota, que a racionis tramite non discordant, effectu prosequente complere. Ea propter dilecti in domino filii uestris iustis postulacionibus grato concurrentes assensu felicis recordationis *Celestini* pape predecessoris nostri uestigiis inherentes presencium auctoritate statuimus, ut is, qui in *Ranshouen.* ecclesia locum regiminis obtinet, curam plebis ad eandem ecclesiam pertinentis exerceat, ut uidelicet nullus in tota illa parrochia preter archiepiscopum et dyocesanum episcopum et eundem prepositum aliquit debeat ordinare.

Nulli ergo omnino hominum liceat hac (sic) nostre paginam constitucionis infringere uel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc adtemptare presumpserit, indignacionem dei omnipotentis et beatorum petri et pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum *laterani* VI. Kal. Junii pontificatus nostri anno quinto.

Aus einem Pergament-Codex sec. XIV. in der königl. bairischen Hofbibliothek zu München. — Auch in einem Copialbuche vom Jahre 1683 im Pfarrhofe zu Ranshofen.

CCCXXXIV.

1202. 28. Juli. — *Propst Engelbert und der Convent von St. Florian widmen das Gut in der Wiese oberhalb der Ipf und einige Zehente zur Vermehrung der Einkünfte der Custodie des Klosters.*

Cum religiosos ac spiritales uiros ad ampliationem diuini cultus peruigili sollicitudine conueniat intendere, decor autem diuini cultus in structura ecclesiastice fabrice atque in sacris uasis et uestibus ac reliquis utensilibus ecclesie plerumque consistat et hec omnia in nonnullis ecclesiis sub prouisione sacriste siue custodis ordinanda et seruanda disponantur, nos quos deus sub regulari professione communem uitam in *domo beati floriani* martiris sua gratuita misericordia preordinante ducere uoluit, dilecti fratris nostri *Alberonis* dicte ecclesie nostre custodis sagacitate atque industria deuicti concordi uoluntate et communicato consensu ad officinam custodis legitimo donationis titulo tradidimus predium sursum iuxta *yppha* in prato situm cum decimis eiusdem a prelibato tamen custode IIII[uor] talentis et tribus uasis uini indigentie nostre proinde oblatis. Dedimus preterea eidem officine decimas in *prantsteten* et iterum prediolum unum iuxta *danubium* pro quodam agro, quem curti nostre in *strummen* adiecimus. Vt autem hec nostra traditio rata et inconuulsa in posterum permaneat atque ut nulli successorum nostrorum factum nostrum in hoc casu rescindere liceat, per presentem paginam sigilli nostri inpressione munitam sepe taxatam donationem corroborantes uniuersorum christi fidelium noticie eam inculcamus ad habundantem cautele sufficientiam singuli nomina nostra subscribentes.

Ego *Egelbertus* prepositus ss.

Ego *Albero* custos subscribo.

Facta est autem hec donatio a uenerabili preposito *Engelberto* Anno ab

Ego *Meingotus* subscribo.

Ego *Chûnradus* subscribo.

Ego *Rapoto* subscribo.
Ego *Altmannus* subscribo.
Ego *Herbordus* subscribo.
Ego *Rŏdolfus* subscribo.

incarnatione domini MCC.II. indictione V. V Kalendas Augusti.

Ego *Yrnfridus* subscribo.
Ego *Hartwicus* subscribo.
Ego *Wolframmus* subscribo.
Ego *Dietmarus* subscribo.
Ego *Chůnradus* subscribo.
Ego *Chůnradus* subscribo.

Original auf Pergament mit Siegel, im Archive zu St. Florian.

CCCXXXV.

1202. 23. October. Ens. — *Herzog Leopold VII. von Österreich nimmt das Kloster St. Florian in seinen Schirm und erlässt ihm die Abgabe des sogenannten Marchfutters von seinen Besitzungen in der Riedmark.*

† In nomine sancte et indiuidue trinitatis *leopoldus dei gratia dux austrie ac stirie* omnibus christi fidelibus in perpetuum. Quoniam mundanis occupationibus nos in diuersa trahentibus minus ad ea, que ad animarum salutem spectant, possumus intendere, meritorium nobis esse credimus, si uiros religiosos diuinis laudibus iugiter insistentes in suis necessitatibus pietatis amore confoueamus ac de habundantia nostra illorum indigentiam liberaliter suppleamus. Antecessorum igitur nostrorum uestigiis inherentes ecclesiam, que *domus sancti floriani* dicitur, in nostram specialem gratiam recipientes fratribus ibidem deo seruientibus quasdam iusticias nostri iuris marchfvter dictas de prediis ipsorum in *Riedmarchia* habitis et habendis persoluendas de fauore et consensu ministerialium et fidelium nostrorum munifice remittimus in usus fratrum eorundem amodo in antea conuertendas, quatinus ipsi bonorum omnium largitori deo pro salute animarum nostrarum et parentum ac filiorum nostrorum et pro honoris nostri promotione preces suas deuote offerant nos diuine miserationi conmendantes, ut eorum orationibus adiuuemur, quibus nostra temporalia largimur. Vt autem hec deuotionis nostre donatio futuris temporibus rata et inconuulsa permaneat, hanc inde paginam

conscribi et sigilli nostri inpressione iussimus communiri. Huius rei testes sunt *Dietricus comes de viehtinsteine*, *V̊lricus comes de Chlamme*, *O̊dalricus de Perneke*, *Uvernhardus de shŏmberch*, *Cholo de Griezpach*, *Wichart dapifer*, *Hadimar de Chvnringen*, *Heinricus de Prunne*, *V̊lricus de Marbach*, *Heinricus de vttirstetin*, *Heinricus de Hage*, *Livtoldus dapifer de chŏmberch*, *Heinricus taesshil de waessinberch*.

Data in *aneso* Anno ab incarnatione domini M° CC° II° Indictione V. X Kalendas Nouembris.

Original auf Pergament, dessen Siegel verloren gegangen, im Archive zu St. Florian. — Kurz, Albrecht IV. II. 451.

CCCXXXVI.

1202. 23. October. Ens. — *Herzog Leopold VII. von Österreich erlaubt seinen Ministerialen, dem Kloster St. Florian ihre Lehengüter zu schenken.*

✝ In nomine sancte et indiuidue trinitatis *Liupoldus* dei gratia dux *austrie et stirie* omnibus christi fidelibus in perpetuum. Grande nobis apud deum meritum accumulare nos credimus, si ecclesiarum dei inopiam de nostra facultate supplere curabimus. Inde est, quod pro remedio anime nostre et parentum nostrorum et prosperitate nostra et heredum nostrorum ecclesiam sancti floriani in gratiam nostram specialem recepimus et fratribus ibidem deo militantibus preter alias donationes, quas ipsis indulsimus, hanc quoque gratiam fecimus, ut si qui ministerialium nostrorum de *Austria uel de stiria* uel aliorum nostrorum fidelium predia sua ipsis contulerint, donationem huiusmodi uolumus esse ratam. Ut autem successores nostri hanc indulgentiam nostram benigne recognoscant et ratam habeant, hanc inde paginam conscribi et sigilli nostri inpressione iussimus confirmari. Huius rei testes sunt: *Dietricus comes de Viehtinsteine*, *Vlricus comes de Chlamme*, *O̊dalricus de Perneke*, *Wernhardus de Schŏmberch*, *cholo de Griezpach*, *Wichart dapifer*, *Vlricus de Marbach*, *Hadimar de Chunringen*, *Heinricus de Vtirstetin*, *Heinricus de hage*.

Data in *Aneso* Anno ab incarnatione domini MCCII. indictione V. X. Kalendas Nouembris.

Original mit Siegelrest, im Archive zu St. Florian. — Stülz, Geschichte von St. Florian, pag. 275.

CCCXXXVII.

1202. 15. December. Neuburg. — *Herzog Leopold VII. bestätigt dem Kloster Wilhering das Recht der Mauthfreiheit und spricht es frei von Entrichtung des Marchfutters von dessen Höfen zu Cemleub, Sarabulcha und Teuffenbach.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. *Liupoldus* dei gratia dux *austrie* et *stirie* omnibus in christo fidelibus salutem in perpetuum. Nouerint uniuersi tam presentes quam futuri, quod pater noster beate memorie dux *Liupoldus* fraterque noster *Fridericus* pro animarum suarum remedio ecclesie in *Wilheringen* et fratribus donauerint, ut bona eiusdem ecclesie ubique in terra sua aput thelonearios suos liberum absque omni iuris persolutione haberent transitum. Nos etiam eiusdem salutis, quam ipsi in hoc et in aliis benefactis suis promereri sperauerunt, participes effici cupientes supradicte ecclesie hoc ipsum donamus et ipsam eadem beniuolentia et fauore, quam pater noster fraterque noster circa ipsam intendere proposuerant, fouere intendimus. Insuper eidem ecclesie in predio *Alberonis de Cemlivb et Sarabulcha,* quod idem *Albero* eidem ecclesie donauit, et in predio *Tiuffenbach,* quod pater noster sepedicte ecclesie inpendit, omne ius nostrum in annona, que in uulgari dicitur marchfůter, contulimus. Vt autem hec nostra donatio inposterum inuiolata permaneat, presentem paginam scribi sigillique nostri inpressione subscriptioneque testium, quorum nomina sunt hec, roborari fecimus. De ordine liberorum *Crafto de Amcinspach*, *Ůlricus de Perneche, Rapoto de Valchenberch*, *Walchunus de Griezbach.* De ordine ministerialium *Wichardus dapifer, Marquardus de Hinperch, Dietmarus marschalcus*, *Herrandus de Wildonia*, *Hartnidus de Orte*, *Dietmarus de lichtenstein, Wigandus de Chlamme* et alii quam plures.

Datum aput *Newenburch* per manus *Vlrici* notarii Anno incarnationis domini M. CC. II. Indictione IIII[ta] XVIII Kalendas Januarii.

Original auf Pergament, dessen Siegel verloren gegangen, im Archive zu Wilhering. — Stülz, Gesch. v. Wilhering. 492.

CCCXXXVIII.

1203. 21. Jänner. Hallburg. — *Eberhart II., Erzbischof von Salzburg, entscheidet den Streit zwischen dem Kloster Reichersberg und Heinrich von Lanzenkirchen wegen der Capelle zu Hohen-Wolkersdorf.*

† In nomine sancte et indiuidue trinitatis *eberhardus* dei gratia *Salzburgensis* archiepiscopus cunctis christi fidelibvs in perpetuum.

Notum esse uolumus tam presentibus quam futuris, quod quedam controuersia fuit inter fratres *Richerspergensis* cenobii et *Hainricum de lanzenchirchin* pro capella, que dicitur *wolfkersdorf*, in fundo predicti *Hainrici* sita, quam ipsi fratres affirmabant iure parrochiali plebesanę ecclesię suę, quę dicitur *bramberch*, attinere, econtra predictus H. asserebat eam ab omni iurisdictione esse exemptam et liberam. Quam litem consilio prelatorum utraque parte consentiente tali pacto terminauimus, ut ipsa capella ab omni iurisdictione plebanę ecclesię exempta et libera habeat baptismum et liberam sepulturam hominibus per totum predium suum ibidem constitutis. Si uero aliqui de predictis hominibus apud plebesanam ecclesiam desiderauerint sepeliri, nemo sit, qui obsistat. Reliqua omnia iura parrochialia simul cum decimis ad plebesanam ęcclesiam pertineant non obstantibus priuilegiis a predecessoribus nostris super generali iure plebesane ęcclesię impetratis. Vt autem hęc pagina nostrę conscriptionis stabilis et inconuulsa permaneat in perpetuum, eam sigilli nostri et *Richerspergensis* cenobii corroboramus impressione. Huius rei testes sunt *Wernhardus maioris ęcclesię in salzburch prepositus et Hartfridus eiusdem ęcclesię decanus, Symon Abbas sancti petri, Albertus Kyemensis prepositus, Chunradus Allensis prepositus, Tiemo subnensis prepositus, Siboto de surberch, Chunradus castellanus salzburgensis, Chunradus dapifer, Otto pincerna de Keuering.*

Acta sunt hęc publice in *salzburgensi* claustro anno Ab incarnatione domini M°CC°III°. Data littera XII. kalendas Februarii feria III. in *halburch.*

Original auf Pergament mit Siegel des Erzbischofs; von dem des Klosters Reichersberg aber keine Spur.

CCCXXXIX.

1203. 8. Februar. Laufen. — *Eberhart II., Erzbischof von Salzburg, erneuert dem Kloster Reichersberg den Gnadenbrief seines Vorfahrs Albert von 1192.*

† In nomine sancte et indiuidue trinitatis *eberhardus* dei gratia *salzburgensis* ęcclesię archiepiscopus et apostolicę sedis legatus dilectis in christo filiis *leonardo richerspergensi* preposito eiusque fratribus in perpetuum. † Qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus et metet. Nos quoque diuine benedictionis cupientes esse participes, qui beatis et religiosis uiris ęcclesię *Salzburgensis*

Archiepiscopis *Chunrado, Eberhardo, Alberto* licet jndigni successimus, eorum pia statuta non solum seruare sed etiam gratia dei fauente intendimus augmentare. Igitur quecunque ab illis ad consolationem deo militantium sub beati Augustini regula in claustro *Richerspergensi* pontificali auctoritate donata et priuilegiis sunt firmata, ut illis integra permaneant, statuimus et presenti pagina confirmamus. In quibus hec nominatim duximus exprimenda: Patellam in *halle,* Decem talenta in *tuval,* Decimas ad episcopale jus attinentes in ecclesiis *puten* et *Pramberch,* que videlicet *Prambergensis* ęcclesia, ut conmodius procuretur, in duas parrochias est diuisa, quarum altera *Edelz* est dicta. In quibus duabus uidelicet *Pramberch et Edelz* dilectus frater noster eiusdem loci prepositus *Leonardus,* qui modo illi preest ęcclesię et eius legitimi successores, qui pro tempore fuerint, de fratrum suorum conmuni consilio Plebanos idoneos de suis concanonicis secundum priuilegia sanctę memorie Archiepiscopi *Eberhardi* et *Alberti* plenam et liberam potestatem habeant ordinandi ita tamen, quod ad minus tres ibi *Richerspergensis* ęcclesię clerici preter conuersos resideant. Decernimus etiam, ut si, quod absit, persone in hoc assumpte ministerium uel in religionis disciplina conmissiue gregis prouidentia seu fidelitate erga claustrum et prepositum suum obseruanda minus ydoneę, quam oportet, fuerint et a preposito suo conmonite cito non resipuerint, liberum sit preposito pro consilio fratrum suorum ad nutum personas illas in claustrum reuocare atque in eorum locum magis ydoneos subrogare salua jn omnibus canonica nostra iusticia nostrorumque successorum. Preterea quia sicut ex priuilegiis ipsius claustri animaduertimus, ipse locus sic est fundatus et ab antecessoribus nostris archiepiscopis in ius et patrocinium *Salzburgensis* ęcclesię susceptus, et nullus eiusdem loci sit aduocatus, nisi ipsius metropolis *Salzburgensis* ecclesie principalis aduocatus, qui de beneficio principalis aduocatie sibi collato ipsum claustrum sine grauamine manuteneat et defendat, hoc instituimus, ut predicta libertas illi loco a fundatoribus destinata et priuilegiis apostolicis et imperialibus confirmata inconcussa permaneat et presentj pagina sigillo nostro conmunita sub banno interdicimus, ne a principali aduocato per ius beneficiale aliquis subaduocatus constituatur, dum in eodem loco rigor uiguerit discipline. Sane si eiusdem locj prepositus a principali aduocato sibi aliquem aduocatum destinari petierit, conmittatur illi absque iure beneficiali talis procuratio liceatque

preposito, si inutilis et grauis ille fuerit, eum ammouere et loco ipsius meliorem substituere. Vt autem hęc nostre confirmationis pia institutio nulla impietatis machinatione uioletur, sed in perpetuum firmissime conseruetur, hanc paginam tali sententia concludimus, ut, si quis contra eam temere agens tercio conmonitus non resipuerit, ira dei maneat super eum in interitum carnis, ut spiritus saluus fiat per penitentiam, sine qua si defunctus fuerit, cum dathan et abiron reum se cognoscat in tremendo examine iudicis cuncta cernentis.

Data *Leovfen* VI. Idus Februarii Anno ab incarnatione domini M° CC° III° jndictione VI^{ta} Anno pontificatus nostri III^{tio}

Ego *Eberhardus Salzburgensis* sedis archiepiscopus apostolice sedis legatus S. S.

Ego *Wernhardus* salzburgensis ecclesie prepositus S. S.

Ego *Hartfridus* eiusdem ecclesie decanus S. S.

Ego *Albertus Kyemensis* prepositus et *salzburgensis* canonicus S. S.

Ego *Chunradus* presbiter et canonicus S. S.

Ego *Wernhardus* presbiter et eiusdem ecclesię custos S. S.

Ego *Heinricus* presbiter et hospitalensis S. S.

Ego *Ortolfus* presbiter et canonicus S. S.

Ego *Heinricus* presbiter et camerarius S. S.

Ego *Perhtoldus* presbiter et canonicus S. S.

Ego *Walchmarus* diaconus et canonicus S. S.

Ego *Dietmarus* diaconus et canonicus S. S.

Ego *Wilhalmus* diaconus et canonicus S. S.

Ego *Gotscalcus* diaconus et canonicus S. S.

Ego *Otto* diaconus et canonicus S. S.

Ego *Chunradus* diaconus et canonicus S. S.

Ego *Oholdus* diaconus et canonicus S. S.

Ego *Sigihardus* subdiaconus et canonicus S. S.

Testes *Chunradus abbas de sancto victore, Chunradus prepositus de halle, Prepositus de garze, Magister Arnoldus de boemia, Vlscalcus de Lovfen, Magister marquardus plebanus de chessendorf.*

Original auf Pergament, dessen Siegel abgefallen, im Archive des Klosters Reichersberg.

CCCXL.

1203. 9. März. Neuburg. — *Leopold VII., Herzog von Österreich, bestätigt dem Kloster Reichersberg das Recht der Mauthfreiheit in Österreich.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. *Leupoldus dei gratia dux Austrię ac Styrię* uniuersis christi fidelibus salutem in perpetuum. Cum ea, que ad honorem dei et supernę cultum pietatis expediunt et conducere uidentur, promouere ac sublimare summopere teneamur, diuina nobis prouidente misericordia liberalitatis nostrę donationem ecclesie in *Richersperge* conferre pium decreuimus. Hinc est, quod uniuersitatem tam presentium quam futurorum latere nolumus, quod in honore sanctę Marie sanctique Michaelis pro remedio animarum uidelicet pie recordationis patris nostri ducis *Leupoldi* fratrisque ducis *Friderici* ac omnium parentum seu antecessorum nostrorum obtentu *Ortolfi* eiusdem loci tunc cellerarii omnium rerum mobilium per terras nostras sine omni uectigalium aut pedagiorum exactione libertatem transitus eidem ecclesię contulimus et indulsimus. Vt autem hec liberalitatis nostre donatio rata et inconuulsa in perpetuum perseueret, presentem paginam sigilli nostri inpressione testiumque subscriptione roborari iussimus, quorum nomina sunt hec: *Chrafto de Amcinspach, Walchunus de Wassenberch, Chunradus de Lapide, Wichardus dapifer et filii sui, Wigandus de Chlamme, Dietmarus de Liechtensteine, Otto de Leubin, Albero de Grimmenstein, Hainricus de Tumbenŏwe, Ortolfus de Acinprucche, Dietmarus marschalcus* et alii quam plures.

Datum *Newenburch* Anno Incarnationis domini M°. CC°. III°. Indictione VI. VII^a^ Idus Martii.

Original auf Pergament mit Siegel, im Archive des Kl. Reichersberg. — Mon. boic. IV. 425.

CCCXLI.

1203. 7. April. Neuburg. — *Leopold VII., Herzog von Österreich, verleiht dem Kloster St. Nikola bei Passau Mauthfreiheit.*

In nomine sanctę et indiuiduę trinitatis *livpoldus* dei gratia dux austrię ac stirię uniuersis christi fidelibus salutem in perpetuum. Excellentia sublimitatis desuper nobis collate, ut ea, que ad usum et prouectum ecclesiarum conducunt et expediunt, attentius promouere studeamus, deposcere uidetur. Huic enim consonat et applaudit, quod dicitur: ab eo plus exigitur, cui plus conmittitur.

Multitudinem ergo conmissorum nobis sincera mentis intentione diligenti consideratione perpendentes et digna reuoluentes percunctatione peccatorum nostrorum uulneribus cuiusdam medicaminis cauterium adhibere pium statuimus, pro remedio enim animarum uidelicet pię recordationis patris nostri ducis *Leupoldi* fratrisque nostri ducis *Friderici* nostreque salutis intuitu fratribus in domo *sancti Nycolai Patauie* deo inibi militantibus ob uenerationem reliquiarum ibidem reconditarum libertatem per terras nostras omnium rerum suarum mobilium transitus omni uectigalium exactione semota contulimus. Vt autem hec liberalitatis nostrę donatio rata et inconuulsa perseueret, presenti pagina sigillique nostri karactere ac testium annotatione, quorum subscripta sunt nomina, roborauimus: *Domnus Dietricus prepositus in Newenburch, Domnus Sigehardus prepositus in domo sancti Ypoliti, Domnus Wichardus prepositus in Ranshouen, Domnus Pertholdus prepositus in Vorawe, Domnus Wisinto prepositus in domo sancti Georgii, Domnus Sifridus plebanus in Holaerbrunnen;* De ordine liberorum *Vlricus de Perneche, Domnus Walchunus de Wassenberch,* De ordine ministerialium *Wichardus dapifer et filius eius Katoldus, Dietmarus de Chaernaerprunnen, Rudolfus de Potendorf, Haeinricus de Tumbenowe, Gotfridus camerarius, Aloldus dapifer.* Datum per manus *Danielis* notarii apud *Newenburch* Anno incarnationis domini MCCIII. Indictione VI. VII. Idus Aprilis.

Original auf Pergament mit Siegel, im königl. bairischen Reichsarchive zu München. — Mon. boic. Tom. IV. pag. 313.

CCCXLII.

1203. Mautern. — *Leopold VII., Herzog von Österreich, bestätigt dem Kloster St. Florian die Verzichtleistung Adelram's von Perge auf die Vogtei über die Besitzungen desselben.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis *Liupoldus Dei gratia Dux Austrie et Stirie.* Anteriorum nostrorum pia facta debita recordatione commendantes ad uniuersorum memoriam reducimus, qualiter *Adrammus* (sic) *de perge* aduocatus quondam *domus sancti Floriani* pro remedio anime sue et petitione *Ditmari prepositi* resignauit in manus *Reinberti episcopi pataviensis* iusticias aduocatie, scilicet placita, bannos et steuras et praecipue oblationes rusticorum et pernoctationes. Huius autem iuris resignationem prefatus episcopus

Reinbertus eidem ecclesie tradidit, firmauit et recognouit. Quoniam uero in diebus nostris super eisdem aduocatie iusticiis predicta ecclesia a quibusdam grauari videtur, nos, qui eiusdem ecclesie sumus aduocati et ipsius iura et priuilegia ei tenemur defendere, ad petitionem *Ottonis prepositi* et fratrum eiusdem loci easdem aduocatie iusticias pro remedio anime nostre eidem ecclesie concedimus et indulgemus. Annuentes igitur prefati episcopi reinberti super eadem concessione priuilegio et nostrum donantes statuimus, ut nulli uicariorum nostrorum in eadem aduocatia liceat aut bannos aut placita aut absolutiones uel aliquid supradictarum exactionum accipere, preter quod ei a preposito eiusdem loci pro labore suo fuerit indultum, si quando ad placita sua eum inuitauerit. Vt autem hec nostri priuilegii concessio rata et firma permaneat inposterum, sigilli nostri eam inpressione signamus et subscriptis testibus confirmamus: *Rapoto de valchenberch, Wichart de Zebignen, Hugo de molansdorf, Heinrich de brunne, Vlrich de pecca, Erchinger de landesere, Chalhoch de mulbach, Wichardus dapifer, Rudolf de potendorf, Albertus et frater eius Hugo de trutmarstorf, Wernhardus svn (forsitan strvn) et frater eius, Liutwinus de birboum, Ditricus stuhs, Adloldus dapifer, Livpoldus pincerna. Hadmar de chunringen, Otacherus prevhaun.* Acta sunt hec in *mutarn* per manus *danielis notarii* Anno incarnationis domini M.CCIII.

Original auf Pergament mit Siegel, im Archive des Kl. St. Florian. — Kurz, Albrecht IV. Bd. II. pag. 457.

CCCXLIII.

1204. 22. April. Neuburg. — *Leopold VII., Herzog von Österreich, verleiht dem Kloster Waldhausen die Mauthfreiheit.*

Ne presentis etatis negocia obliuionis consumat tinea uel malignancium, sicut fieri solet, corrumpat inuidia, litterarum et testium indigent indicio confirmari. Sciant ergo tam presentes quam posteri, quod ego *Liupoldus* dei gracia *dux tam austrie quam styrie* paupertatem et penuriam zenobii sancti iohannis in *Walthusen* uidens non modicam situmque loci ipsius durum satis et asperum considerans statui fratribus deo ibidem militantibus in remissionem peccatorum meorum aliquam subsidii conferre consolacionem. Nunc ergo remitto eis et omnibus ipsorum successoribus in remedium anime mee et omnium parentum meorum defunctorum Muttam rerum suarum et annone in *steine* hucusque nobis debitam et transitum ipsis et nauibus ipsorum

tam sursum quam deorsum per flumen danubii liberum et inmunem ab omni censu siue tributo imperpetuum (sic) concedo et presentem paginam sigilli mei munimine et inpressione roboraui. Acta sunt hec feliciter in cena domini aput *niwenburch* anno incarnacionis dominice Millesimo ducentesimo IIII. presentibus domino *Marco beritensi episcopo* et *Sigehardo archidiacono et ypolitensi preposito* et *Manegoldo chremismonasterii abbate* et *Wechelone Kotewicensi abbate* et *Heinrico abbate celle sancte Marie* et *Gotescalco preposito sancti Andree* et domino *Dietrico niewenburgensi preposito* et omnibus ducis capellanis. Affuerunt testes ydonei, quorum hec sunt nomina: *Tuto de heimenburch*, *Sifridus de holarbrunnen*, *Heinricus de mistelbach*, *Ulricus de Valchensteine*, *Ulricus de zwetel*, *Ulricus de draschirchen*, *Hartungus de Wideruelde*, *Chadelhohus de Muhlich*.

Original auf Pergament mit Siegelrest, im Museal-Archive zu Linz. — Kurz, Beiträge, IV. 445.

CCCXLIV.

1204. 29. Juli. Passau. — *Wolfker, Bischof von Passau, anerkennt das Patronatsrecht der Elisabeth von Wächsenberg über die Kirche Gramastetten.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. *Wolfgerus* dei gratia *patauiensis episcopus* in perpetuum. Ad noticiam tam futurorum quam presencium peruenire cupimus, quod, cum inter nos et nobilem matronam scilicet *dominam Elizabeth de Wassenberch* et pueros eius diu fuisset contencio pro iure patronatus et peticionis in *ecclesiam Grimhartesstetin* et nos tandem condicto super hoc ad iudicium die patavie conuenissemus et utraque pars suum ius allegaret, ipsa quoddam priuilegium protulit, per quod ipsa se et suos heredes pretaxatum ius habere probauit et per sentenciam rite latam et approbatam illud obtinuit. Cum autem illud priuilegium ex uetustate usque adeo esset hebetatum, quod ipsa suis heredibus in posterum suspicionis et contradictionis inde periculum suscitari posse formidauit, cauto freta consilio deuota prece de consensu chori nostri a nobis impetrauit ipsius priuilegii sub presenti nostro sigillo renouacionem, sicut hic continetur. (Nun folgt die Urkunde vom September 1110.) Hec autem sub presenti nostro sigillo renouacio facta est *patavie* anno incarnacionis dominice M. CC. IIII. Indict. septima, IIII. Kal. augusti. Huius rei testes sunt fratres et canonici nostri de choro: *Heinricus decanus*,

Arnoldus custos, Chalhohus de Valchensteine, Gotfridus, Vlricus scriba,,, Germanus noster Sigihardus archidiaconus.,, Wichardus prepositus in Ranshouen, Leonhardus prepositus de Richerberge, Dietmarus prepositus de suben, Albertus plebanus in trufter, Otto piber, Ulricus scobrius; Ex nobilibus *Walchŏnus de Chambe et Alrammus frater eius, Wernhardus de hagenowe.* Ex ministerialibus *Richerus pincerna de Wesin, Henricus dapifer de lonstorf, Manegoldus camerarius de aheim, Wernherus de valchensteine, Cunradus de buhele, Albertus puer de patauia, Thiemo de buchelberge, liutoldus de sauersteten, Walchunus de herdingen* et alii multi.

Original auf Pergament mit Siegel. — Mon. boic. XXVIII. II. 269. — Conf. Stülz, Wilhering, Seite 16, 3. Anmerkung. — Kurz, Beiträge, IV. 533.

CCCXLV.

1204. Wels. — *Leopold VII., Herzog von Österreich und Steiermark, bestätigt das von seinem Vorfahren, dem Markgrafen Otakar von Steyr, dem Kloster Garsten verliehene Privilegium vom Jahre 1163.*

Leupoldus dei gratia dux Austrie et Styrie Omnibus presentem paginam inspecturis *Chunrado* venerabili abbati de *Gersten* et suis fratribus salutem in domino. Vidimus diligenter privilegium antecessoris nostri illustris Marchionis *Odachari* et ad peticionem vestram ipsius tenorem dvximus uirtute presentivm sollempniter confirmandum, ne per antiqvitatis excidium infirmentur aliqvaliter ivra vestra. Tenor autem ipsius privilegij est per omnia in hec verba. *Otacharus dei gratia Marchio Styrensis* omnibus presentem paginam inspecturis. Auus meus *Otacharus* Marchio plantationem suam in *Gerstensi* Monasterio (etc. wie 1163). Nos igitur seriem dicti privilegii renovantes sollempniter confirmamus nolentes, ut nulli successorum nostrorum vel alicui alteri liceat eius tenorem infringere vel contra profectum ecclesie sine voluntate abbatis et fratrum predictorum vllo vmquam tempore inmutare. Ad cuius rei euidenciam presentem litteram nostri sigilli munimine consignatam dicto Monasterio liberaliter assignamus. Testes autem sunt hii: *Vlricus venerabilis pataviensis episcopus, Otto advocatus de Lengbach, Herrandus de Wildonia, Hertnidus de Oert, Ortolfus de Volchnstorf, Albero de polnhaim, Otto de Rore* et alii quam plures. Datum apud *Welsam* per manum *Leupoldi* notarii Anno domini M°. CC°. iiij°.

Original auf Pergament mit Siegel, im Archive zu Garsten. — Diplom. Garstense, 78 coll. — Kurz, Beiträge, II. 541.

CCCXLVI.

1204. — *Poppo, Bischof von Passau, beurkundet, dass sich Siboto und Ortolf von Tegernbach dem von dem früheren Bischofe Wolfker wegen des Zehentes zu Grieskirchen erlassenen Gerichtsspruche unterworfen haben.*

In nomine sancte et individue Trinitatis *Poppo Dei gracia Pataviensis Ecclesie electus* universis tam futuri quam presentis temporis filiis salutem perpetuam in eo, qui est salus omnium et protectio. Omnibus notum fieri volumus, quod ex quo ea (contentio?), que inter *Canonicos de sancto Nicolao* et inter *Ortolfum* et *Sybotonem* et *Ottonem de Tegernbach* versatur, in rem iudicatam transivit, in presencia videlicet antecessoris nostri Domini *Wolfkeri Pataviensis Ecclesie Episcopi* suo decisa iudicio definitiva sentencia Domini *Eberhardi sancte Salzburgensis Ecclesie Archiepiscopi* est reservata potestati, cuius sine peticionis nostre interventu obtinuerint dilacionem, postea vero cum nos ad regimen iam dicte Pataviensis Ecclesie ordinacione divina fuissemus assumptus, prefati Canonici, quatenus latam sentenciam executioni mandaremus, humiliter postulabant. Nos itaque ne in facto huiuscemodi nimium videremur esse precipites, preter alias, quas in amicicia predictorum Canonicorum potestatis nostre auctoritate dedimus inducias, XIV. dierum peremtorias eis constituimus. Die igitur prefixo Siboto unus prenominatorum fratrum ad nostram veniens presenciam parte adversa iusticiam sibi exhiberi postulante cum exceptione cepit dicere et fiducialiter promittere, partem decime, que se contingeret, velle dimittere, predium vero in *Tegernbach* sue solius cessisse porcioni nimiumque in hoc sibi deperire, si solus illud perdere debuisset, nam in particione patrimonii hereditario iure hoc se asserebat accepisse. Rogabat ergo breves inducias sibi concedi, ut de recompensacione sepedicti predii cum reliquis fratribus suis determinaret. Quas cum obtinere non posset, habito consilio tam viva voce quam ex tenore scripti, quod supramemoratus antecessor noster ad confirmacionem facti predictis Canonicis tradidit, de cause decisione verius est instructus et ne huiusmodi quereret tergiversaciones, de re iudicata non esse amplius litigandum. Tandem saniore usus consilio nullo sibi patrocinante dolo tam predio sepedicto quam decime renunciavit coram testibus subnotatis, videlicet *Heinrico Pataviensis Ecclesie Decano*, *Ortolfo Preposito de Artacker*, *Chunrado Archidiacono et Plebano sancti*

Pauli, Godfrido Canonico maioris Ecclesie, Henrico Cellerario, Eberhardo Plebano de Pfarrchirchen, Ulrico Capellano Curie nostre, Friderico Scolastico de sancto Nicolao, Heinrico fratre Wernhardi de Hagenawe, Richero de Wesen, Ottone de Aichenbach, Manegoldo de Achaim, Luitoldo de Sauerstede, Wernhero de Altenhoffen, Tiemone de Puechenperch, Alberone de Germundesperch, Ulrico filio Alkeri, Reinhardo de Neunburg. de familia sancti Nicolai *Dietmarus et Henricus frater suus, Albertus, Siboto* et alii quam plures interfuerunt. Ceterum nos ad instanciam peticionis predictorum Canonicorum rigorem iuris in eum, qui adhuc in sua perdurabat contumacia, Ortolfum videlicet exercentes latam sentenciam, donec ab iniuria eorum resipisceret, auctoritate supra memorati Domini Archiepiscopi et nostra executioni mandavimus presertim cum iam predictus Ortolfus audita sentencie huius executione, tamquam aliquid in sui excusacionem allegaturus adveniens partibus coram nobis constitutis audienciam habere non potuit, nisi prius absolucionis beneficium percepisset. Quod cum humiliter a nobis postulasset, sicut dictavit sentencia, eum absolvi precepimus prestita prius caucione, ut de illatis iniuriis predictis Canonicis satisfaceret, siquidem cum iam dictus Ortolfus nullo usto titulo possessionis se tueri potuisset, tam predium quam decimam, in quibus predictis Canonicis iniuriatus fuerat, abdicavit. Huius rei testes sunt *Heinricus Pataviensis Ecclesie Decanus, Henricus Archidyaconus, Chalhohus Archidyaconus, Godfridus Canonicus, Henricus Cellerarius, Dietmarus Prepositus de Suben, Alramus de Utendorff, Arnoldus de Wartenburg, Walchunus de Herdegen, Wilhalmus de Gilzbache, Conradus de Walgxinge* et alii, quorum nomina supra continentur. Acta sunt hec anno incarnationis Domini MCCIV. Episcopatus nostri anno primo.

Mon. boic. IV. 316.

CCCXLVII.

1205. 24. Mai. Nürnberg. — *König Philipp nimmt das Kloster Reichersberg in seinen besonderen Schutz und bestätigt ihm die von seinem Vater und Bruder, den Kaisern Friedrich I. und Heinrich VI., erworbenen Privilegien.*

In nomine sancte et individue Trinitatis *Philippus secundus* divina favente clemencia *Romanorum Rex* et semper Augustus. Si loca sancta honoramus et Deo serviencium quieti pro iure nostro

providemus, credimus per hoc et summe divinitatis graciam repropiciare et coronam Imperii lapidibus illis vere preciosis exornare, qui iugiter astant ac fulgent ante Deum et sub nostre proteccionis tuicione tranquilla ei pace tam pro nostra quam pro sua salute deserviunt. Unde notum esse volumus omnibus Imperii fidelibus tam posteris quam modernis, quod nos benigno assensu piis ac iustis postulacionibus fidelis nostri *Leonardi Richerspergensis Prepositi* annuentes ad postulacionem quoque dilecti Principis nostri *Eberhardi Salzburgensis Archiepiscopi* ipsum Richerspergense Cenobium Canonicorum regularium in comitatu Pertholdi Comitis de *Andehse* iuxta fluvium *Enum* situm in pago, quem transit fluvius Antesen, a quodam nobili viro *Wernhero* fundatum et Ecclesie Salzburgensi iure proprietatis collatum salva in omnibus Archiepiscopi Salzburgensis iurisdiccione sub regie Maiestatis nostre et omnium successorum nostrorum Imperatorum et Regum proteccionem recipimus statuentes et firmiter precipientes ad imitacionem progenitorum nostrorum *Friderici patris* et *Heinrici fratris* dive memorie Romanorum Imperatorum, ut secundum antiquam et primitivam loci illius libertatem ab ipso fundatore contraditam et privilegiis venerabilium *Archiepiscoporum Conradi et Eberhardi* roboratam nullus Advocatorum ipsius loci sive prediorum ad ipsum locum pertinencium presumat aut facultatem habeat illic Subadvocatus ordinare vel alicui sub titulo concessionis ea infeudare aut exacciones et gravamina indebita fratribus predicti loci seu ministratoribus aut eorum colonis imponere. Quodsi quandoque ex consensu Prepositi et fratrum principales Advocati aliquem sibi nomine Procuratoris substituerint, ille si postmodum Preposito et fratribus gravis et Ecclesie inutilis extiterit, in administracione advocacie nullatenus permaneat. Adicimus quoque et regie sublimitatis auctoritate ac lege in perpetuum valitura statuimus, ut bona predicto Cenobio iam collata sive adhuc prestante Domino conferenda nullus invadere aut inde quolibet modo alienare aut locum ipsum expoliare seu disvestire presumat, nisi coram legitimis Judicibus iuste et legitime iusticiam suam comprobaverit. Specialiter autem ipse locus Deo dicatus nostre regalis largicionis beneficio et emunitate gaudeat et nulla iudiciaria secularisve potestas licenciam ibi habeat placitandi, concionandi aut quelibet iura secularia exercendi, que fratrum inibi Deo militancium secundum regulam beati Augustini quietem interrumpere valeat aut disturbare. Si qua autem persona humilis vel alta, ecclesiastica sive secularis

contra hoc nostrum privilegium venire presumpserit et secundo terciove commonita excessum suum non emendaverit, banno nostro subiaceat et pro pena transgressionis quinquaginta libras auri examinati componat dimidium camere nostre reliquum passis iniuriam persolvendo. Huius rei testes sunt *Diethalmus Constantiensis Episcopus, Erkinbertus Babinbergensis, Otto Frisingensis Episcopi, Johannes Abbas Hersfeldensis, Hainricus Abbas Fuldensis, Lodewicus Dux Bawarie, Hermannus Lantgravius Thuringie, Diedricus Marchio Missnensis, Otto Dux Meranie, Heinricus Marchio Ystrie, Heinricus et Rapoto Comites de Ortenperch, Comes Fridericus de Zolre, Comes Conradus Plaige, Diepoldus Lantgravius de Lukinberch, Hugo Prepositus de Werchtesgadem, Albertus de Entse, Alramus de Utidorf, Wernhardus de Hagenaw et Heinricus frater eius, Chuno de Weruen, Erhardus de Tanne, Chunradus Burchgravius Salzburgensis, Heinricus Dapifer de Waspurch* (Walpurch), *Heinricus Marschalcus de Kallindin, Waltherus Pincerna de Schipfen* et alii quam plures.

Signum domni Philippi secundi Romanorum regis inuictissimi. (Monogramma.)

Ego *Chunradus Ratisponensis Episcopus et regalis aule Cancellarius* recognovi.

Acta anno Dominice Incarnationis MCCV. Indictione VIII. regnante Domno Philippo secundo Romanorum rege anno regni eius VIII. Data apud *Nuornberch* per manus *sifridi regalis aule Prothonotarii* VIIII. Kal. Junij.

Mon. boic. IV. pag. 426. — Conf. loc. cit. XXXI. I. 467.

CCCXLVIII.

1205. 2. Juli. — *Leopold VII., Herzog von Österreich, beurkundet und bestätigt die Übergabe des Gutes Tern an das Kloster Garsten durch Gozwin von Obersteten, dessen Schwester und Nichte.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis *Liupoldus dei gratia dux austrie et stirie* omnibus in *garsten* regulariter uiuentibus in perpetuum. Sacrosanctis monasteriis facte donationes merito scripture testimonio roborantur, ne qua uarietate successorum inde inposterum calumpnia suboriatur. Huius rei gratia presenti scripto commendamus, quod dominus *Gozvvinus de obersteten* et soror ipsius domina *alheidis* et neptis eorum domina *alheidis de ůlricheschirchen* predium

Tern, cuius ipsi iure hereditario hactenus et proprietatem libere tenuerant et quiete per manum *comitis friderici de pilsteine*, qui eiusdem predii fuit iuxta quod in uulgari dicitur *salman* in manus nostras tradiderunt eo pacto eaque conditione, ut nos ecclesie sancte marie in *gaersten* idem predium cum omni iure assignaremus siue delegaremus in usus fratrum ibidem deo militantium perpetuo conuertendum, quod nos fecimus, sicut nouit ille, qui nichil ignorat, in presentia domini *hademari* tunc eiusdem ecclesie abbatis et testium inferius scriptorum. Testes autem supradicte traditionis, quę facta est *Wienne* in domo domini *Dietrici* a supradictis in manus nostras, fuerunt *Meinhardus comes de gorze*, *Chunradus comes de hardekke*, *Theobaldus marchio de vohburch*, *GeRhardus*[1]) *filius comitis gebhardi de hirzperch*, *Otto aduocatus*, *Chunradus de asparn*, *Vvichardus dapifer et filii sui chadoldus et vvichardus*, *Hademarus de chunringen et filius suus hademarus*, *Otto de heidenrihsteine*, *Poppo de spangeberch*, *Chalhoch de ebental*, *Vlricus de vvolgerstorf*, *Marquardus de hinperge et filius suus jrnfridus*, *Liupoldus pincerna de molanstorf*, *Heinricus camerarius de tribansvvinchel*, *Helmvvicus de grieze* et alii multi. Testes uero nostre assignationis siue delegationis in *gersten* fuerunt *heinricus marchio de andehsen*, *hademarus junior*[2]) *de chunringe*, *Irnfridus filius marquardi de hinperge*, *Perhtoldus dapifer de emberperch*, *Vlricus strůn*[3]) *et frater eius Vvernhardus*, *Heinricus camerarius de tribansvvinchel*, *Duringus aduocatus*, *Otto de rore*, *Otaker priuhauen et frater suus Růdolfus et Alber pruhauen*[4]), *Otto sheche*, *Imbrich* et alii multi. Vt autem presens scriptum perpetuam obtineat firmitatem, nostri sigilli appensione muniuimus omnibus contradictoribus nostram gratiam denegando et maledictionem perpetuam promittendo. Hec autem acta sunt incarnationis domini anno M°CC.V. Indictione III. VI. Nonas Julii.

Original auf Pergament mit Siegel, im Archive zu Garsten. — Wendenthal, VII. 408. — Kurz, Beiträge, II. 542.

---

[1]) Bei GeRhardus ist der Strich, welcher aus b ein grosses R macht, von einer andern Tinte.

[2]) Das Wort: junior über der Zeile.

[3]) Das Wort: Strůn über der Zeile.

[4]) Das Wort: pruhauen über der Zeile.

CCCXLIX.

1206. 4. Hornung. Passau. — *Poppo, Bischof von Passau, bekräftigt die Übergabe von zwei Huben zu Edramsberg an das Kloster Wilhering, welche sein Vorgänger Wolfker schon bewilligt hatte.*

Anno ab incarnatione domini M.CC.VI. in nomine sancte et indiuidue trinitatis Ego *Poppo* dei gratia *patauiensis* episcopus uniuersis christi fidelibus salutem in perpetuum. Vt ad memoriam transfundamus filiorum, qui nascentur et exsurgent, facta in nostris temporibus, notum esse cupimus presentibus et futuris, qualiter predecessor noster dominus *Wolfkerus* tunc *patauiensis* episcopus, postea factus *Aquilegensis* patriarcha ad peticionem *Levpoldi* ducis *austrie*, qui principaliter inbeneficiatus erat duabus hubis locatis in *Ederamsperge* a iam dicto episcopo et ad peticionem *Hærtwici de lengenpach* aduocati *Ratisponensis* ecclesie, qui eas a duce prenominato in beneficio susceperat, et ad peticiones *Pillungi de Pernsteine*, qui eis a predicto *Hærtwico* inbeneficiatus erat, et ad peticionem cuiusdam militis *Alberonis gneusen*, qui eas a iam dicto *Pillungo* in beneficio susceperat, contulit cenobio sancte Marie in *Willeheringen* sub abbate *Ottone de Nieste* de uoluntate fratrum tunc temporis ibi degentium recipiens in potestatem sancti Stephani et predicti *Alberonis* duas curias uillicationis in *Percheimen* et unum predium in *Rotelheimen* soluens annuatim tres solidos. Ut autem contractus ille habitus in *Ebelsperch* perpetuam firmitatem haberet, adhibiti sunt testes et adnotati *Walchunus liber de Wessenberch et Cholo de Grizpach*, *Engelbertus prepositus de sancto Floriano*, *Heinricus de Lonsdorf, Rvdegerus de Biberowe et frater suus Sigehardus, Otto chreier*, *Vlricus Mageran*, *Raffolt*. Uerum quia negligentia pretermissum est, quod inpressione sigilli non fuit firmatum, quod legitime sub predecessore nostro fuerat factum, ne uetustate posset aboleri tempore nostro, peticione abbatis *Gotscalci de Willeheringen* scripto iussimus mandari nouo et inpressione sigilli nostri roborari. Idem quoque *Albero* pollicitus est, quod, si quis hanc donationem uellet irritare, ipse eam omnibus modis uellet cenobio confirmare. Huius rei testes sunt *Heinricus decanus de choro*, *Heinricus cellerarius*, *Arnoldus custos*, *Heinricus de Poungarten*, *Gotfridus de sancto Johanne* canonici. *Vlricus presbiter de Gnanendorf, Otto Biber*, *Vlricus scober capellani episcopi*. *Cholo de Grizpach*,

Walchunus de Wessenperch, *Chunradus de Heichenpach*, *Otto frater suus*, *Heinricus de sancto Vlrico*, *Siboto frater suus*, *Albertus de Fuchtenpach*, *Grimo de Wintperch*, *Hartmůt chelze*, *Wernhardus de Otensheimen*, *Arnoldus de Haselpach*, *Waltherus de Oprechtesperge*.

Datum *Patavie* II. Nonas Februarii anno pontificatus nostri secundo anno M.CC.VI. Indictione VIII.

Original auf Pergament mit Siegel, im Archive des Kl. Wilhering. — Stülz, Geschichte von Wilhering, pag. 493.

CCCL.

1206. 6. April. Wels. — *Heinrich, Bischof von Würzburg, und Conrad, Abt von Kremsmünster, theilen sich in die Nachkommen zweier, ihren Stiftern zustehenden unfreien Ministerialen.*

Heinricus dei miseratione Wirzburgensis ecclesie electus et *Chunradus* Chremismonasterii abbas humilis Vniuersis huius pagine inspectoribus orationes in christo salutis auctore. Sollicitudinis nostre circumspectio subditorum suorum intendens profectibus prouide ac prudenter tanto uberiorem circa presentium commoda gerit diligentiam, quanto ampliorem circa futurorum pacem prouidentiam adhibet et feruorem. Cognoscat igitur tam presens etas fidelium christi quam successura posteritas, qualiter domnj *Manegoldj* Patauiensis ecclesie venerabilis episcopi et aliorum bonorum uirorum consilio, que ecclesie dei pacem et concordiam crescere desiderant et augeri, quosdam filiorum et filiarum *Hartwigi de Butenbach* ministerialis Chremismonasterij et uxoris sue *Alheidis de Harde* attinentis sancte Wirzburgensi ecclesie distincto numero et nominibus expressis rata traditioni *Chremismonasterio* assignauimus videlicet *Sibotonem*, *Chunradum*, *Bernhardum*, *Liukardum*, *Hiltigardem*, *Alheidem*, *Kunigundem* cum tota progenie sibi successura; Reliquos uero numero tredecim Wirzburgensi ecclesie reseruauimus, cui etiam tam hereditario iure quam materna successione tenentur, pacto firmissimo statuentes tam nos quam abbas chremismonasterij, ut nulla persona ecclesiastica uel seculari deinceps contradicente tredecim remanentes ecclesie Wirzburgensi et ex his propagata posteritas succedant paternis bonis hereditario iure. Ad cuius rei certam in posterum euidentiam presentem cartam conscribi et sigillis nostris iussimus insigniri statuentes, ne aliqua omnino persona hanc confirmationem

infringere uel ausu temerario obuiare presumat; Quod si quis facere attemptauerit, indignationem dei omnipotentis se nouerit incursurum. Huius rei testes sunt: *Otto* maior prepositus Wirzburgensis, *Boppo* maior prepositus Babinbergensis, *Eberhardus* maioris ecclesie in Wirzburch canonicus, *Wernherus*, *Baldewinus*, *Heinricus Nouimonasterii* canonici, *Scoto* et *Rudolfus* capellani. *Rupertus comes de Castele, Nidungus, Ruggerus cremesere* et *Heinricus Marscalcus de Lure, Rupertus* dapifer, *Ludewicus* pincerna Herbipolensis. *Heinricus de Reperch* dapifer, *Heinricus de Hage* Pincerna et frater eius *Siboto, Theodericus Marscalcus* et *Theodericus* camerarius Lambacenses. *Alramus* aduocatus, *Rudolfus de Siricheim* et alii quam plures. Acta sunt hec anno uerbj incarnatj M°CC° Vj° Indictione xa presidente domno papa Innocentio jjj° Regnante domno Rege Philippo. Datum Wels octauo Idus Aprilis, Electionis domni Heinrici Wirzburgensis Electi anno Quinto, Institutionis domni Abbatis Anno Primo.

Original auf Pergament mit Siegel, im Archive zu Kremsmünster. — Urkundenbuch von Kremsmünster, pag. 63, Nro. 50.

CCCLI.

1206. 19. Juni. Passau. — *Manegold, Bischof von Passau, genehmigt einen Zehenttausch zwischen dem Kloster Wilhering und der Pfarre Gramastetten.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis ego *Manigoldus* dei gratia *patauiensis* episcopus omnibus christi fidelibus presentibus et futuris salutem in perpetuum. Quoniam fauente diuina clementia ad pontificalis dignitatis apicem prouecti et nomen offitiumque speculatoris in domo domini suscepimus, dignum est, ut non tantum proesse, sed etiam prodesse consilio et auxilio his, qui nostre speculationi subiecti sunt, sollicite studeamus. Et quidem, cum omnium saluti prospicere teneamur, (tamen) specialiter ad (illorum curam) oculum nostre benignitatis inclinare debemus, quorum religio eminentior, et uita spectabilior coram deo et hominibus esse dinoscitur. Hinc est, quod domni *Gotscalci* dilecti nobis abbatis in *Willheringin* eiusque (uenerabilium) iustis peticionibus pro quodam concambio inter eos et ecclesiam in *grimarstetin* contracto, exauditionem nostram prebuimus, et conmutationis ipsius tenorem sane et rationabiliter utriusque partis consensu stabilitum nec non et nostro fauore ac tocius chori patauiensis et domni *Heinrici* plebani eiusdem ecclesie consensu approbatum

scribi statuimus, scriptum omni posteritati transmitti, transmissum inuiolabili firmitate in perpetuum obseruari. Conmutationis igitur forma talis est. Domnus *Heinricus* de *Weassinberc* in *babinberg* maioris ecclesie canonicus et parrochie in *grimarstetin* plebanus ex consultu parrochialium suorum, qui eo tempore maioris auctoritatis et sanioris consilii esse uidebantur, quasdam decimas cenobio beate Marie in *Willheringin* per manus *Elyzabeth* de *Weassinberc* nobilis matrone et eiusdem monasterii patrone tradidit, decimam uidelicet in *Einberge*, in *shart* cum omnibus pertinentiis suis uidelicet in *(Chůberc)*, *Slafberc*, *Huphowe*, decimam in *Cugile* et *(Selminode)* cum omnibus attinentiis suis, Totam partem decime in *ibenberge*, *grebelic* et *hohinberge*, Totam uero decimam in *(Mittirslage)*, item decimas quinque allodiorum, quorum (unum *belneche*), alterum *(starce)* appellatur, tertium ex altera parte preterfluentis aque, quod est ei contiguum. Duo uero iuxta *danubium* sita sunt. (Nec non) et decimas omnium (noualium), que de (cetero propriis sumptibus) exstirpauerint. Fratres (uero predicti restituerunt ecclesie) in *Grimarstetin* quinque allodia in conmutationem, quorum primum situm est in *(durrigen)stetin*, secundum, quod dicitur ad uiam *Rvdolfi*, tertium *durrinberge*, quartum, (quod *startz*) nuncupatur, Quintum, quod eidem predio ex altera parte aque est proximum. Huius igitur conmutationis paginam, ne quis in futurum ualeat infirmare, sigilli nostri inpressione et (probabilium) testium adhibitione curauimus roborare. Huius rei testes sunt, *Otto frisingensis episcopus*, *Růpertus (holomuc)ensis episcopus*, *Heinricus patauiensis decanus*, *Chunradus obleiarius*, *Heinricus celerarius*, *Tiemo canonicus*, *(Heinricus Rihza)* (sic) *(Ottachir) canonici*, *Domnus Kolo de griezpach*, *Wernhardus de Schómberc*, *Comes Eberhardus de dornberc*, *(Gotschalc) de Hunsperc*, *Wernhardus de Haginowe*, *Alramus de (vttindorf)*, *Hadirmarus de Kunringe*, *Manigoldus de Schonnebuhil*, *Richerus de Wesin*, *Albertus puer*, *Wernhardus de Altinhouin*, *(Arnolt) de Wartinburc*, *Albero de Pollinheim*, *Luitoldus dapifer de schómberc*, *(Heinricus) de tobil*, *Chůnradus de (curia)*, *Sifrit*, *Sibrant de geltingin*, *Heinricus de trune*, *Otto bibir*, *Vlricus de gnanendorf*. Parrochiales in *grimarstetin*, *Heinricus de rotinuelse*, *Albero gneusse*, *(Sigihart pibir)*, *Vlricus de lintheim*, *Salman*, *Albertus frater suus*, *Heinricus de gicinstetin*, *Chunrat de Mul(bach*, *Gozzolt) et frater suus*, *Růdigervs uillicus*, *Helmwicus de Lintheim*,

(Dietprant, Otto officialis, Siboto pessinger, Hecil de) otinsheim, Herman. Acta sunt hec anno ab incarnatione domini MCCVI. Indictione VIIII. XIII. Kalendas Julii. Anno Episcopatus *Manigoldi* primo (Regnante piissimo Romanorum rege *Philippo).*

Data Patavie XIII. Kalendas Julii.

Original auf Pergament mit Siegel, im Archive des Kl. Wilhering. Die mit ( ) eingeschlossenen Worte, welche im Originale nicht mehr gelesen werden konnten, sind aus einem Copialbuche ergänzt. Ein Fragment dieser Urkunde ist abgedruckt bei Kurz, Beiträge, IV. 535; vollständig bei Stülz, Geschichte von Wilhering, 495.

CCCLII.

Circa 1206. — *Manegold, Bischof von Passau, entlässt die Mönche des Klosters Kremsmünster, dessen Abt er bisher war, des Gehorsams.*

Manegoldus Dei Gratia Pataviensis episcopus dilectis in Christo filiis R.(udolpho) priori in *Chremsmunster* et vniuersis fratribus ac ministerialibus paternae dilectionis plenitudinem. Sicut Christus vsque in finem dilexit suos, ita nos ipso teste vos amauimus et semper amare parati sumus. Quoniam autem propter episcopalem curam ad diuersa trahimur, fratres absoluimus et liberam facultatem nouum vobis eligendi abbatem indulgemus et ad concordiam in electione omnimodis inuitamus.

Pachmayr, Series abbatum Cremifan. pag. 103.

CCCLIII.

1207. 22. September. Neustadt. — *Gerichtsspruch, durch welchen dem Kloster Reichersberg der Zehent zu Püten zugesprochen wird.*

In nomine domini nostri iesu christi nos E. de *neunchirrhn* et O. de *uiscahe* et magister A. de *polano* plebani in cavsa, que inter *Richerspergensem* ecclesiam ex vna parte et O. de *Scratnstain* ex alia svper quibusdam decimis in *putinensi* parrochia positis a svmmo pontifice ivdices delegati partibus in nostra presentia constitutis *richerspergensis* ecclesie acceptis probationibus, quod ab archiepiscopis *Salzburgensibus* dicte decime sibi canonice collate fuerint, sic, ut instrumentvm ex inde factvm a *Chůnrado* venerabili *Salzburgensi* quondam archiepiscopo sub certo sigillo manifeste declarat, cvm pars adversa probare non possit in contrarivm, prefatas decimas avctoritate, qua fungimur, *Richerspergensi* ecclesie adiudicamus in perpetuvm

canonice possidendas. Actvm pvblice apud *nouam ciuitatem* in maiori ecclesia X. Kalendas Octobris anno verbi incarnati M. CC. VII. et ut in postervm nulla posset svboriri calumpnia, presenti sententie sigilla nostra dvximus apponenda.

Original auf Pergament, dessen Siegel abgefallen, im Archive des Klosters Reichersberg.

CCCLIV.

1207. Linz. — *Leopold VII., Herzog von Österreich und Steiermark, schenkt dem Kloster Gleink dreizehn Prädien im Ensthale in Steiermark, dann acht Joch Äcker und zwei Weingärten bei Gobelsburg in Österreich, und genehmigt auch die Schenkung, welche Udschalk von Trübenbach mit seinem gleichnamigen Hofe und sieben Prädien diesem Kloster gemacht hatte.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis patris et filii et spiritus sancti amen. *Liupoldus dei gratia dux Austrie et Styrie* vniuersis christi fidelibus tam presentibus quam futuris, ad quos presens pagina deuoluetur, demorte transire ad uitam. Omnia gesta hominum quantumuis utilia in morte mortalium morerentur, nisi ea perpetuaret et quasi uiuere faceret certa representatio litterarum. Proinde scire volumus uniuersos, ad quos presens scriptum deuenire contigerit, quod nos pro remedio tam anime nostre quam parentum nostrorum presentibus uniuersis ministerialibus Austrie et Styrie tradidimus et contulimus super altare Sancti Andree apostoli in *glv̂nich* donatione legitima predia tredecim In *Enstal* iuxta montem *Gumpenperge* apud *house* cum omnibus pertinentiis et utilitatibus eorundem, que vel ibi nunc sunt vel fieri poterunt infuturum Ea conditione interposita, ut de eisdem fratribus in *Glv̂nicensi* Monasterio domino famulantibus oleum vite usibus necessarium perpetuo ministretur. Jvs tamen Aduocatie in dictis possessionibus nobis ac posteris nostris taliter duximus retinendum, ut easdem possessiones absque respectu totius commodi temporalis defensare fideliter atque protegere teneamur. Preterea presenti scripto manifestamus, quod nos octo iugera apud *Gobanspůrch* Et duas vineas, que dicuntur Geren apud Austriam, vna Ger inferius apud *Zebingne*, altera apud *hasele* cum pheodo *glvnicensi* ecclesie libere contulimus ab eodem monasterio perpetuo possidendas. Illud etiam in presenti pagina profitemur et nosse similiter volumus vniuersos, quod *V̊dschalcus de Trůbenpach* ministerialis noster sue salutis intuitv Curiam suam sitam In *Trv̂benpach* cum septem prediis aliis,

que ab ecclesia *babenbergensi* iure hominii actenus ipse possederat, deo omnipotenti et beato Andree apostolo in *Glŏnich* eadem die in nostra et omnium ministerialium nostrorum presentia per manus nostras libere contulit a sepedicto monasterio perpetuo libere possidendam, hoc de nostro et cum nostro consensu adiciens, quod Curia memorata cum prediis adtinentibus nulla conmutatione seu venditione sine nostra vel posterorum nostrorum permissione atque licentia a monasterio *Glŏnicensi* alienari valeat ullo modo. Cui donationi atque traditioni presentes interfuerunt Assensores et Testes, quos presens pagina continet subnotatos: *Ipse dominus noster Manegoldus venerabilis patauiensis episcopus, Livpoldus comes de pleien, Wernhardus de Schoumberch, Rudolfus de Kindperch, Ulricus, Livtoldus de peka, Hertnidus de orth, Wlfingus de chaphenberch, Herrandus de wildonia, Herthnidus de Awensteine, Erchengerus de lanser, Vlricus De stubenberch, Otto de chremse, Weigandus de chlamme, Hermannus, Rapoto, Chunradus de puten, Ortolfus, Herthnidus de volchenstorf, Gundakerus de Steyr* Et *filii sui Gundakerus, Duringus, Otakerus Otto de greze, Otto de liuben, Chunradus De ramnesteine, Ditmarus de liechstensteine, Hermannus De chranechperch, Ditmarus dapifer, Otto, Ulricus, Otto, Hermannus, Gerhardus de chrumpach, Heinricus, Ernsto de Trůna, Pertholdus de stege, Pillungus de Pernsteine, Ludwicus de Slierbach, Eberhardus, Rudolfus fratres de Terenperge, Erchenpoldus de hagwalde, Heinricus Stirbenze, Ditricus de Zůcha, Hugo der gerber,* ministeriales ecclesie *babenbergensis* Et alii quam plures.

Datum apud *Linzam*, Anno dominice Incarnationis . M°. C°. C. V ij°, InDictione decima, Sub venerabili abbate *Stevenone*, Regnante domino nostro Jesu christo in eternum Amen, *Philippo Friderici* Filio Romanis inperante.

Original auf Pergament mit Siegel, im Archive zu Gleink. Die Jahreszahl ist undeutlich geschrieben. Kurz (Beiträge III. 326) hat „M. C. XC. II." gelesen, was mit dem Inhalte nicht übereinstimmt. M. C. ist deutlich, dann folgt X̊C. II. Es scheint, dass der Schreiber Anfangs im Schreiben irrte, und seinen Fehler durch das Zeichen V zu verbessern suchte, jedoch das Zeichen X auszustreichen vergass. Liest man demnach: M. CC. VII., so stimmt Inhalt und Indiction zusammen. Das Siegel gehört, nach sorgfältiger Vergleichung mit den bei Hergott, Hanthaler, Hueber u. a. abgebildeten und mit den an den Urkunden zu St. Florian hängenden, dem Herzoge Friedrich II. an. Wahrscheinlich hing dieser Fürst zum Zeichen seiner Bestätigung sein Siegel an des Vaters Diplom. Ein Archivar

von Gleink, gewahrend, dass der Aussteller der Urkunde und der Herzog des Siegels nicht übereinkommen und in der Besorgniss, dass jene dadurch möchte gefährdet werden, grub die Buchstaben des Namens Friedrich aus dem Siegel heraus.

CCCLV.

1207. Dornbach. — *Leopold VII., Herzog von Österreich und Steiermark, genehmigt die Ehe der Alheit, der Tochter seines Ministerials Ernst von Traun, welche den würzburgischen Dienstmann Dietrich von Pühel geehelicht hatte, gegen gleiche Theilung der Nachkommen derselben zwischen ihm und dem Bisthume Würzburg.*

Liupoldus dei gratia dux tam *Stirie* quam et *Austrie* cunctis Christi fidelibus in perpetuum. Ut hominum gesta, que digna fuerint memoria, tam posteris quam et presentibus veraciter jnnotescerent, provida patrum Sollertia contra novercalem rerum oblivionem Scriptorem (?scriptorum) testimonia prudentissime procuravit, Quod etiam futuris ex tunc etatum Successionibus exemplum humanis contractibus neccessarium commodissime reliquit. Hinc est, quod et nos presentium Simul et futurorum memorie notum esse cupimus, quod ministerialis Nostri *Ernesti de Trun* filiam *Alheit* dictam uxorem *Dietrici de Puhel Erbipolensi ecclesiae*, cujus ipse ministerialis est, per manum *Rodgeri de Proschingen* jure nostro delegavimus eo tamen pacto, ut filii seu filie memorati D. et (in?) predicte ecclesie Sortem Segregentur eo quoque tenore, ut tam filie quam filii ipsorum jus feodi hereditarium et equam Sortis distributionem utriusque Id est tam a nobis quam ab Erbipolensi ecclesia perhenniter habeant. Quod si alterum tantum, hoc est filium aut filiam generaverint, ipse vel ipsa cum Sobole sua ad praxtatum (pretaxatum) pari hereditari Sortis (pari hereditatis Sorte?) et feodi jure, ut premissum est, episcopatum pertinebit. Ut autem hec rata permaneant et inconvulsa, presenti pagina cum Subscriptis testibus et Sigillo nostro signata rite Confirmamus. Hujus rei sunt testes *Wernhardus de Scowenberch, Vlricus de Pekka, Adeloldus de Chiorve (Chiovve), Wichardus junior de Charlesperch, Gerhardus de Chrumpach, Otto de Perchtoldesdorf, Erbwinus de Grovnenbach, Otto de Misowe, Liupoldus Pincerna et Hugo frater Suus de Molanstorf, Diethmarus de Michelbach, Otto junior de Ror, Hainricus et Dietricus Saxones, Ernestus de Trun, Ulricus Wildinsmur, tres fratres Stuchsen de Trutmannesdorf, Fridericus de Wachrein, Hainericus de Lufftnberg.* Acta sunt hec

Anno domini M.CC.VII. *Dornbach* in Cenaculo Abbatis Sancti Petri de *Salzburch*. Hec autem pacta facta sunt et roborata, ut et Dominus *Erbipolensis episcopus Otto* jure Suo hoc est sigillo et Ministerialium Suorum testimonio in Perpectuum (sic) cerroburet (corroboret).

Hormayr, Taschenbuch für 1828, pag. 272.

CCCLVI.

1207. Passau. — *Manegold, Bischof von Passau, schenkt dem Kloster Suben ein Burgrecht und verleiht ihm die Mauthfreiheit zu Passau.*

In nomine sancte et individue Trinitatis *Manigoldus* Dei gratia *Pataviensis Episcopus* universis Christi fidelibus salutem in perpetuum. Universa negocia, que geruntur in tempore, ne sequantur naturam temporis, perennari debent voce testium et memoria litterarum. Ex iniuncto nobis Pontificatus officio preces humilium compellimur exaudire et eorum iustis peticionibus inclinari. Sciant ergo universi Christi fideles tam presentes quam futuri, Quoniam nos zelo charitatis moti erga dilectum filium nostrum *Prepositum in Suben* nomine *Dietmarum* et erga eiusdem loci congregationem sub regulari disciplina sibi subiectam in remissionem peccatorum nostrorum eis contulimus in *Patavia* ius civile, quod vulgo dicitur Burkhrecht; Insuper etiam navibus victualia sua vel quascunque res eorum portantibus sine vectigali, quod nos Mutam dicimus, liberum descensum concessimus et ascensum. Ut autem rata imposterum permanerent, presentem donationis cartulam Chori nostri fideli testimonio et sigilli nostri munivimus firmamento. Siquis itaque factum hoc infringere presumpserit, omnipotentis Dei et omnium Sanctorum indignationem se noverit incurrisse. Huic etiam dono, dum Incarnati Verbi anno millesimo ducentesimo septimo, Indictione decima, anno Pontificatus nostri primo in *Patavia* fieret, astiterunt Testes subnotati de Choro *Ulricus Custos*, *Ortolphus de Saslich*, *Conradus Oblatarius*, *Henricus Cellerarius*, *Gotfridus*, *Ulricus Notarius Episcopi*, de ministerialibus Episcopi *Dominus Leutoldus de Seversteten*, *Manigoldus de Rhenne et frater eius Henricus*, *Manigoldus de Schoenenbuechel*, *Ekhardus et frater eius Henrichus de Furte*, *Walchung de Herdingen*, *Henricus de Lonstorff*, *Albertus de Pabenstorff*, de civibus *Ulricus Prenzinger*, *Conradus Prurare*, *Henricus Ysmer*, *Ruprecht Sueber*, *Henricus Landwuest*, *Waltherus Mutœre*.

Mon. boic. IV. 528.

CCCLVII.

1208. 22. April. St. Pölten. — *Mangold, Bischof von Passau, schenkt dem Kloster Baumgartenberg einen Weinzehent auf dem Limberge.*

Innotescat omnibus christi fidelibus, quod ego *Manegoldus* dei gratia *patauiensis* ecclesie episcopus. cum consensu chori mei dedi fratribus in *poumgartenberge* quandam decimam uinearum in agro eo qui vocatur *Limperc*, quem ipsi fratres antea in propria agricultura habuerunt, absque omni iure decimationis, futurum ergo precaventes timorem volumus ac districte precipimus, ne aliquis parrochianus uel officialis noster infestet eos, sed agrum supradictum, quem cum decimis suis sub quieta possessione usque ad nos perduxerunt, ita cum omni tranquillitate de cetero eum possideant. Et ut ista nostra indulgentia rata atque inconvulsa teneatur, cartam hanc sigilli nostri impressione testiumque conscriptione muniri fecimus. Testes *Sigehardus archipresbiter et prepositus sancti ypoliti*, *Otto prepositus sancti Floriani*, *Ulricus pataviensis cellerarius*, *Heinricus de mistelbach plebanus et pataviensis canonicus*, *Hartmannus eiusdem ecclesie canonicus*, *Ulricus decanus de sancta agatha*, *Manegoldus de schonenbuhele*, *Heinricus de wizmannesdorf*, *Marquardus trapezita de sancto ypolito* et multi alii.

Datum apud *sanctum ypolitum* Anno ab incarnatione domini M°CC°VIIJ° Indictione XII^a Anno pontificatus nostri IIII° X. Kal. Mai.

Original auf Pergament mit Siegelrest, im k. k. geh. H. H. u. St. Archive zu Wien.

CCCLVIII.

1208. 15. October. Wien. — *Leopold VII., Herzog von Österreich und Steiermark, sichert dem Stifte St. Florian die Exemption seiner Unterthanen am Windberge von der weltlichen Gerichtsbarkeit zu.*

In nomine Sancte et Indiuidue Trinitatis *Liupoldus* dei gratia Dux *Austrie* et *Stirie*, quia piorum studiorum premium et remunerator est deus, grande nos speramus accumulare nobis meritum apud ipsum, si ad pacem ac defensionem Ecclesiarum dei affectione pia efficaciter intendamus et eorum pressuram iacturam nostram existimemus, Omnibus christi fidelibus presentis pagine testimonio declaramus, quod nos Ecclesiam, que *domus Sancti Floriani* uocatur, nobis specialiter dilectam uolentes plena pace ac libertate gaudere omnes iusticias et

obnoxietates, quibus a ripa *danubii* In dem Tal usque sursum ad fluuium, qui *wolta,* of dem *Wienneperge* tam in prediis quam in hominibus prius erat obnoxia seculari iurisditioni, que uulgo dicitur Lantchericht, super aram sancti Floriani per oblationem gladii delegauimus et ipsam Ecclesiam unacum aduocatia Prediorum, que dicuntur domine *Cecilie*, que ad nos iure pertinet speciali, ibidem pro eterna retributione exemimus et absoluimus. Decernimus ergo, ut ab hac die nostre constitutionis in antea nulli umquam conprouincialium judicum in bonis Ecclesie ibidem liceat alicuius placitationis formam habere neque terminum aut locum Judicialem, qui dinchstat seu banstat uulgariter nuncupatur, in prediis constituere memoratis nec ibi nec alibi homines Ecclesie siue Colonos siue proprios siue Censuales ad standum suo Judicio pro aliqua causa conpellere nec de negociationibus vel de uectionibus venalium suorum ratione thelonei, quod Maut vel Zol dicitur, ab eis aliquit exigere. Volumus enim, ut omnes cause, que in Prediis memoratis emerserint, que uel expurgatione uel pecuniaria indigent conpositione, ab omni secularis Judicis iurisditione tam integre sint exempte, ut de ipsis preposito et eius officiario liceat cognoscere et de cognitis diffinire. Quod si apparentia furti uel latrocinij uel alicuius criminis, quod mort dicitur, uel alicuius maleficii, quod mortem malefici exigit, in homine Ecclesie notorie fuerit deprehensum (sic) quia huius iudicii executionem ordo sacerdotalis sibi non uendicat, talis maleficus per officialem Prepositi uel per eum, quem pro petitione Prepositi illius Ecclesie constituimus aduocatum, tradatur conprouinciali judici condempnandus omni tamen possessione ipsius malefici tam mobili quam inmobili soli Ecclesie conseruata. Talium autem personarum inquisitionem Officialis prepositi tantum faciat, jnuentos uero a bonis Ecclesie amoueant infra mensem et in eis priuilegio suo renuncient et ex tunc de factis eorum non teneatur Ecclesia respondere. Similiter si persona aliqua extranea contra hominem Ecclesie coram preposito vel eius officiario pro aliqua causa querimoniam deposuerit, si homo Ecclesie ad exhibendam iusticiam rebellis fuerit conquerenti, actor causam ad eum, cui in defensionem Ecclesie uices nostras conmiserimus, deferat. Si uero et ille ad exhibendam iusticiam rebellis fuerit conquerenti, ex tunc prepositus de tam contumaci homine se postmodum non intromittat. Alias uero quascunque causas siue pecuniarias siue prediales siue in persona siue in dampna (sic) bannos videlicet pugnarum, expurgationes omnesque

obuenciones scilicet losunge, vberuanch, gaumlos, nocturnos dolos in personis et prediis suis Officiales Ecclesie judiciali ordine exequantur. Preterea statuimus, ut nullus iudicum conprouincialium hominem Ecclesie alicuius forte reum criminis seu maleficij uel suspectum in oppido forensi of dem *Winneberge*, quod dicitur ad sanctum Petrum, captiuare presumat, sed talem maleficum pena debita castigandum ab officiale (sic) prepositi postulabit et ille judici non negabit iusticiam postulanti. Et ne aliquis uel heredum uel successorum nostrorum huius constitutionis nostre priuilegium neque per inpheodationem neque per aliud quodcumque genus alienationis inposterum infringere debeat, presentem paginam autentici sigilli nostri inpressione insignimus cum subscriptione testium istorum. *Vlricus Comes de Chlamme, Otto Tv̊maduocatus, Vlricus de Valkenberch, Hadmarus de Chunringe, Albero et Hadmarus filii eius, Wichardus dapifer, Chadoldus et Wichardus filii eius, Vlricus Strivno, Rvdolfus de Potendorf, Adeloldus de Chiowe, Ditmarus de Liehtenstœine, Otto de Chrems, Hadmarus de Pómgarten, Hermannus de chranchperch, Vlricus esilo, Perhtolt de widerveld, Otto de Perhtoltstorf, Otto de pirbovm. Vlricus de Chernebrvnne, Vlricus de Marbach, Perhtolt de Emberberch, Hainricus de Prvnne, Liupolt pincerna, Albero de Grimstein, Dietmar de Chuleube, Herbort de Volkenstorf. Dietricus de Windeke, Deinrat capellarius, Opoldus et Hainricus camerarii.* Acta sunt in prato iuxta *Nœrden*, peracta in *domo sancti Floriani.* Data *Wienne* per manus *Vlrici* Notarii Anno incarnationis domini M. CC. VIII. Idus Octobris, Indictione III.ª anno vero Imperii Cesaris *Ottonis* primo.

Aus der Bestätigungs-Urkunde K. Otokars ddo. 1. Februar 1258. im Archive des Kl. St. Florian. — Kurz, Österreich unter Albrecht IV. II. 459.

CCCLIX.

1208. 19. October. Mauthausen. — *Abbt Rudiger und der Convent des Klosters Baumgartenberg unterwerfen sich dem Spruche eines Schiedsgerichtes in Betreff einer Zwietracht mit dem Kloster zu St. Florian wegen einiger Güter zu Hard.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Ego *Rûdgerus* abbas de *poumgartenberge* et nos eiusdem ecclesie fratres per huius pagine scriptum tam presentium quam futurorum memorie conmendamus, qualiter nos unanimi congregationis nostre assensu, ut finis imponeretur

controuersie, que uertebatur inter nos et ecclesiam nostram et inter dominum *Ottonem* prepositum de domo *sancti floriani* fratresque suos et ecclesiam ipsorum super quibusdam prediis in *harde*, in quibus ius habere uidebantur, in arbitros scilicet dominum *Wernherum de sancta cruce* et *Wecelonem in Kotewico* et *Hadmarum de gersten* abbates premissa stipulatione ducentarum librarum conpromisimus. In hos etiam predictos de domo *sancti floriani* prepositus cum suis fratribus compromiserat. Illi uero prudentum uirorum consilio tali arbitrio litem deciderunt, quod prepositus et fratres de domo *sancti floriani* abrenuntiauerunt tam instrumentis quam testibus et omni iuri, quod in predictis prediis petebant, et nos uersa uice ipsis et ecclesie ipsorum mansum unum in *Luncwiz* a *dietmaro* colono tunc possessum manu potestatiua et per manum aduocati, scilicet *Ulrici de marbach*, qui presens erat, tradidimus nec non aduocatiam cum omni iure suo per concambium unius curtiloci in *ahwinden*, unde pisces nobis soluebantur, et alterius curtiloci in *cirtnaren* exemptam, libera donatione et abrenuntiatione iam dicti *Ulrici* proprietarie ipsis contulimus. Addidimus etiam ipsis ecclesiam *sancti Wenezlai* (sic) in parrochia ipsorum *wartperc* sitam cum dote et omnibus suis attinentiis. Insuper prediolum quoddam in *ahwinden* situm, et mancipium scilicet hildburgim filiam heinrici rufi, uxorem Ůlscalci, qui de familia ipsorum fuit, ea potestate, qua predicta ipsis contulimus et in manus eorum nec non arbitrorum hiis omnibus abrenuntiauimus et ut hec ab aduocatis et fundatoribus utriusque ecclesie ratificarentur, utraque pars a suo aduocato ac fundatore fide data arbitris et sub cautione pretaxate pecunie promisit impetrare.

Vt autem hec rata et inconuulsa permaneant, sigilli nostri impressione roboramus. Insuper nos arbitri predicti, quod hec ita acta sint et quod imperpetuum irrefragabiliter debeant obseruari, sigillorum nostrorum adpositione protestamur.

Huius actionis testes sunt *Marquardus abbas de zwetel, Okerus abbas de lienenuelt, Steuin abbas de glvnic*, qui erant assessores arbitrorum. Insuper alii testes, *Ortolfus de uolkenstorf, Ulricus de marbach, Heinricus de mitterkirchen, Gotscalcus de erbingen, Gumpoldus, Marquardus de mitterberc, Růdolfus de rustorf, Otto de mitterkirchen, Dieprandus, Dietricus welhil, Heinricus de celle, Reibot mvesel, Kůnrat geuman, Kůnrat hirtel, Ulricus ualboc, Kalhoch de cirtnaren, Meingoz de riede.*

Ego *Rvdigerus* abbas subscribo, Ego *Chůnradus* prior subscribo. Ego *Sifridus* subscribo, Ego *Herwicus* subscribo, Ego *Vlscalcus* subscribo, Ego *Chvnradus* subscribo, Ego *Ditmarus* subscribo, Ego *Willhalmus* subscribo, Ego *Lvdwicus* subscribo, Ego *Albertus* subscribo, Ego *Wernhardus* subscribo, Ego *Kristanus* subscribo, Ego *Hermannus* subscribo, Ego *Chunradus* subscribo, Ego *Albertus* subscribo, Ego *Erchinbertus* subscribo, Ego *Reinhardus* subscribo, Ego *Heinricus* subscribo, Ego *Heinricus* subscribo, Ego *Ditmarus* subscribo, Ego *Rvdigerus* subscribo, Ego *Ditricus* subscribo, Ego *Leo* subscribo. Acta sunt hec *muthusen* Anno domini M° CC° VIII. Indictione XI. XIIII. Kalendas Novembris.

Original auf Pergament mit Siegel des Abbtes von Baumgartenberg, im Archive des Klosters St. Florian. — Kurz, Beiträge, III. 401.

CCCLX.

1209. 31. Jänner. Baumgartenberg. — *Leopold VII., Herzog von Österreich und Steiermark, bestätigt dem Kloster Baumgartenberg dessen namentlich aufgezählten Besitzungen und die dem Cistercienser-Orden zukömmliche Freiheit von jeder anderen als der landesfürstlichen, unentgeltlichen Vogtherrschaft.*

In nomine sancte trinitatis et indiuidue unitatis *Liupoldus* dei gratia dux austrie et stirie uniuersis christi fidelibus tam presentis etatis quam future generationis in perpetuum. Quoniam quidem non est potestas nisi a deo, expedit in potestatibus precipueque in sublimitate principali constitutis, deum semper habere propitium, in cujus manu sumus et nos et potestas nostra. Nimirum etsi multis magnisque detenti negociis, digne ipsi, ut oportet, seruire ac placere non possumus, possumus tamen ac debemus seruientibus ej et placere studentibus cooperari in bonum eosque tuendo, fouendo, manutenendo perpetuam deitatis propiciationem promereri. Quapropter inter alios dei famulos sub nostra ditione constitutos et nostra defensione tuendos fratres quoque in *boumgartenberge* domino deo seruientes numeramus ac conscribimus eorumque et in presens quieti et securitati in posterum presentis priuilegii munimine prouidemus ac prospicimus. Ut igitur tam ipsi quam cuncta ad eos pertinentia sub tutela nostra perpetua debeant pace gaudere, uniuersas eorum possessiones in hac pagina scriptas atque expressas ab omni uiolentorum inuasione fraudulentorum subreptione tutas omni tempore liberasque permanere

censemus. Et primo quidem locum, in quo abbatia ipsa sita est, cum uniuersis, que eidem abbacie ab ipsius fundatore *Ottone* scilicet de *machlant* nobili ac libere conditionis uiro sunt donata. Castrum uidelicet, quod *boumgartenberge* dicebatur, nemus eidem castro contiguum et cum nemore quicquid in eo sui iuris erat, sine omni exceptione memoratus. *Otto* delegauit. Delegauit etiam *modininsdorf* predium. predium *tunnic*, predium *gozzoltingen*, in quibus nunc ipsorum grangie sub eisdem nominibus site sunt, quorum prediorum omnium hij sunt termini: PRedium *modininsdorf* ad orientem quidem conterminum est agris cuiusdam matrone *Elysabeth* sororis quondam *beatricis* de *Klamme*, ad occidentem uero *lawarn* habet confinium et ad austrum ab utroque termino finitur in *danubio*. Predium uero *Tunnic* in latere uno iungitur agris uille, que dicitur *fridehalmesdorf*, in altero uille, que *Kolbingen* appellatur. Predium uero *gozzoltingn* ab una parte pertingit usque ad *amlungesbach*, ab altera ad terminos castri *Klamme*. Addidit quoque prefatus uir. ecclesias duas. unam sancti Jacobi in predicto castro sitam, alteram sancti Lamberti in *modininsdorf*. cum molendinis, terris, campis, pratis, pascuis, siluis, aquis aquarumque decursibus, piscationibus et omnino cum omnibus, que ibidem ipse possederat. PReterea in *teufenbach* VIII. mansos cum molendino et nemore adiacente, in *icendorf* duas maierias, in *putcingen* duos mansos, in *marquartesdorf* et in *wulkendorf* VIII. mansos cum curtilibus et aliis eorum attinenciis. in *cremis* uineam que appellatur *scherfespeunte*, et alteram, que dicitur superior uinea, terciam in monte, qui uocatur *laimgrůbe* et in *radendorf* quartam cum predio in *gneusendorf*, quod nunc est grangia eiusdem nominis pertinente ad illam quodam agro in *hartrates* cum aliis appendiciis. Hec omnia sepedictus *Otto* in usus fratrum in *boumgartenberge* deo et sancte MARIE delegauit, preter que fratres ipsi predium quoddam ab *Ulrico* quodam milite concambio exemptum absque omni querimonia per annos plus quam quinquaginta iam possident, in quo predio nunc est grangia ipsorum, que *Kůhof* appellatur. Huic contiguum habent quoddam predium partim cultum partim incultum, quod in uno latere terminum habet fluuium *nærden*, in altero uallem, que a *Kirchstege* ipsum disterminat, in tercio *lawarn*, in quarto modininsdorf. Huic proximam in *lawarn* mageriam unam, in *werde* duos mansos, quorum unum *beatrix* de *Klamme* contulit, alterum *Ulricus puer* filius *Ottonis comitis de uelburc*. In *harde* etiam predium possident, quod

Hermannus de bocchesrucke eis donauit, quod tamen fratres de domo *sancti Floriani* ad se pertinere contendebant, sed contentio illa per arbitros ita decisa est, ut in predio ipso nemo decetero quicquam uiris habere debeat nisi fratres de *boumgartenberge*. Ipsum uero predium a fluuio *nærden* usque ad agros uille *stærcingen* longitudinem trahit, latitudinem uero tendit a predio, quod *zagelowe* dicitur, usque ad predium quondam *Eberhardi de brotestrum*. In *danubio* autem quedam insula et in *Rûprehteshouen* prediolum unum in *nivheim* uero duo prediola ad predictum predium *harde* pertinent. Extra usum uero ipsi tamen contiguum in orientali parte predium habent, quod dicitur *pirken*, datum a *Rudgero filio Wichardi de Klamme*, in parte uero occidentali duos mansos, quos emerunt ab *Eberhardo de brotestrum*, triaque prediola, que contulit *Willebirgis* filia predicti *Eberhardi*, mansum quoque unum in *Wagrein* ac prediolum in *Werde* data a duobus fratribus *Heinrico* et *dietrico de nærden*, mansumque unum, quem contulit *Heinricus* iam *dicti Dietrici* filius et in *hæumad* unum mansum, datum ab *Einwico de Kuleibe*. Ceterum *Dietmarus de agste* delegauit eis in *Marbach* ecclesiam et duas maierias mansosque duos et in aliis diuersis locis maierias duas ac prediola XXVIII. Duo quoque prediola iuxta *rechperc* contulit eis *Sigelochus de fridhalmesdorf*, in *ellenbach gerungus* unum et alterum *Ulricus* de ipso loco, in *Erla* unum *beatrix de Klamme*, secundum *Eticho*, tercium *Wuldungus* cognomento *lithus*, iuxta *steininrvte* mansum unum contulit eis *Otto comes de Klamme*, alterum *Reinoldus* de *fridehalmesdorf*. in *Eichperc* prediolum unum *Ulricus* de *castro*, et *Modinsecke* decem prediola. *Herwicus* de loco ipso, iuxta *munchesbach* prediolum unum *Chunradus* de *steine*, in *fossa* prediolum unum *Mahthildis* de *Klamme*, iuxta *hohenberge* predium unum quedam *Ebrlindis*. iuxta *guningen* prediolum unum contulit eis *Hermannus de Krvcen*. PReterea apud *Rotensteine* siluam unam et quatuor predia emerunt, quintum eis dedit *Elysabeth* de *plasensteine*, sextum *Heinricus shiemær*, ex quibus sex prediis grangiam unam fecerunt. De nordica quoque silua in *Kunegeswisen* ad quinquaginta mansos habent ex donatione primi sui fundatoris supradicti scilicet *Ottonis* de *machlant* nobilis uiri. In *Krvcebach* etiam predium unum contulit eis *Ulricus* senior de *ibenberc*, in *teufenbach* prediolum unum *Ulricus* de *sæhsen*, iuxta *sæhsen* predium unum *Helenwicus*, iuxta *grine* predium unum *Gumpoldus*, in *wizzenbach* duo prediola

Gotfridus de *beien* iunior, tercium ibidem a duobus eiusdem *Gotfridi* fratribus emerunt, in *hersdorf* predium unum contulit *Salmannus de richenowe* , in *Sachsendorf* agrum unum *Helce*, in *icendorf* mansum unum *Diemůdis* soror *Rûdgeri* de ipsa villa, alterum emerunt a *Sifrido* de *tanne* et ab eodem duo prediola in *werde*, in *nocchelingen* sex mansos et curtile contulit eis ratisponensis burcrauius, *cremis* uero in monte, qui dicitur *winzurlberc*, unam uineam contulit eis *beatrix* de *Klamme*, et alteram in *radendorf Herbordus* de *Flacckeneke* delegauit et in *amlungesbach* mansum unum *Otto* comes de *uelburc*. Hec sunt predictorum fratrum de *boumgartenberge* uniuersa predia, que nunc habent, que cuncta eis nostra principali auctoritate confirmamus statuimusque, ut non solum ab aduersariorum uexatione quieta, sed ab omni etiam aduocatorum exactione perpetuo iure sint libera. Constat enim et in placito nostro *Mutarn* ex sententia perquisitum atque inuentum est, omnes cysterciensis ordinis monachos tale ius ex antiquo habere, ut nec ipsi nec ipsorum predia ulli aduocato quicquam soluere debeant. sed neque aduocatum eis habere liceat, nisi defensorem principem ipsum, qui caput est terre, in qua quique eorum degunt, et hunc solam dei retributionem pro ipsorum defensione debere exposcere. Proinde sepedictis fratribus ius ipsum sic conseruari ac constare decernimus, ut neque aduocati neque defensoris nomen super eos aut eorum possessiones habere quisquam debeat, nisi nos et in principatu nobis succedentes aut cui uices nostras ad tuendum eos iniunxerimus. Qui tamen si nomen aduocati habere, si ius aduocati exigere siue aliis modis eos grauare uoluerit, reicere eum et a nobis alium petere atque accipere iuste poterunt. Concedimus etiam eis, ut uinum atque alie res eorum apud omnes thelonearios nostros liberum habeant transitum ita, ut quicquid uehant, nemo ab eis uectigal aut quicquam nostri iuris exigere debeat. Ut igitur cuncta hec rata inconuulsaque perenni stabilitate consistant, presentem paginam sigilli nostri impressione conmuniri fecimus testibus annotatis, quorum hec sunt nomina: *Ulricus comes de Klamme*, *Liupoldus de molansdorf pincerna*, *Heinricus iunior de prunne dapifer*, *Heinricus de tribanswinkel*, *Chunradus mace*, *DietmaRus de Rœtelenberge*, *Chunradus de Wildecke*, *Heinricus prôshienke*, *Heinricus shicke*, *friderikus de shatowe*, *Ulricus de sæhsen*, *Gumpoldus de alhartesberge*, *Jubordus de castro*, *Lupordus de silua*, *RicheRus de insula* et alii plures. Datum in *Boumgartenberge*. Anno ab

incarnatione domini M° CC° VIIII. Indictione XII° II Kalendas Februarii Per manum *Ulrici* notarii.

Original auf Pergament, dessen Siegel verloren, im Museum zu Linz. — Kurz, Beiträge, III. 403.

CCCLXI.

1209. 2. Februar. Lateran. — *Papst Innocenz III. bestätiget sämmtliche Rechte und Besitzungen des Klosters Baumgartenberg.*

Innocentius episcopus seruus seruorum dei dilectis filiis *Rudgero Abbati monasterii de Boumgartenberge* eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem uitam professis in perpetuum. Religiosam uitam eligentibus apostolicum conuenit adesse presidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incursus aut eos a proposito reuocet aut robur, quod absit, sacre religionis infringat. Ea propter dilecti in domino filii uestris iustis postulationibus clementer annuimus et prefatum monasterium Sancte Marie de Boumgartenberge, in quo diuino estis mancipati obsequio, sub Beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti priuilegio communimus. Inprimis siquidem statuentes, ut ordo monasticus, qui secundum deum et beati Benedicti regulam atque institutionem Cisterciensium fratrum in eodem loco institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obseruetur. Preterea quascunque possessiones, quecunque bona idem monasterium impresentiarum iuste ac canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione Regum uel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis prestante domino poterit adipisci, firma uobis uestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda uocabulis: Locum ipsum, in quo prefatum monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis suis, Grangiam de *Modminstorf*, Grangiam de *Timnike*, Grangiam de *Kuhof*, Grangiam de *Gnaussendorf* cum terris, pratis, pascuis et aliis pertinentiis earumdem, Possessiones de *Harde*, Possessiones de *Marbach*, Possessiones de *Rotensteine*, possessiones de *Kunegeswisen*, Possessiones de *Marquartesdorf*, libertates quoque super placito et aliis a regibus et aliis principibus monasterio uestro concessas. Sane laborum uestrorum, quos propriis manibus aut sumptibus colitis, tam de terris cultis quam incultis seu de ortis et uirgultis et piscationibus uestris uel de nutrimentis animalium uestrorum nullus a uobis decimas exigere uel extorquere presumat. Liceat quoque uobis clericos

uel laicos liberos et absolutos e seculo fugientes ad conuersionem recipere et eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper, ut nulli fratrum uestrorum post factam in monasterio uestro professionem fas sit sine abbatis sui licentia de eodem loco discedere. Discedentem uero absque communium litterarum uestrarum cautione nullus audeat retinere. Quodsi quis forte retinere presumpserit, licitum sit uobis in ipsos monachos uel conuersos regularem sententiam promulgare, Illud districtius inhibentes, ne terras seu quodlibet beneficium ecclesie uestre collatum liceat alicui personaliter dare siue alio modo alienare absque consensu totius capituli uel maioris aut sanioris partis ipsius. Sique uero donationes uel alienationes aliter, quam dictum est, factae fuerint, eas irritas esse censemus. Ad hec etiam prohibemus, ne aliquis monachus siue conuersus sub professione uestre domus astrictus sine licentia et consensu abbatis et maioris partis uestri capituli pro aliquo fideiubeat uel ab aliquo pecuniam mutue accipiat ultra pretium capituli uestri prouidentia constitutum, nisi propter manifestam domus uestre utilitatem. Quod si facere presumpserit, non teneatur Conuentus pro hiis aliquatenus respondere. Licitum preterea sit uobis in causis propriis, siue ciuilem siue criminalem contineant questionem, testium uestrorum testimoniis uti, ne pro defectu testium ius uestrum in aliquo ualeat deperire. Insuper auctoritate apostolica prohibemus, ne ullus episcopus uel alia quelibet persona ad sinodos uel conuentus forenses uos ire uel iudicio seculari de propria substantia uel possessionibus uestris subiacere compellat nec ad domos uestras causa ordines celebrandi, causas tractandi uel conuentus aliquos publicos conuocandi uenire presumat nec regularem abbatis uestri electionem impediat aut de instituendo aut remouendo eo, qui pro tempore fuerit, contra statuta ordinis Cisterciensis se aliquatenus intromittat. Si uero episcopus, in cuius parrochia domus uestra fundata est, cum humilitate ac deuotione, qua conuenit, requisitus substitutum abbatem benedicere et alia, que ad officium episcopale pertinent, uobis conferre renuerit, licitum sit eidem abbati, si tamen sacerdos fuerit, proprios nouitios benedicere et alia, que ad officium suum pertinent, exercere et uobis omnia ab alio episcopo percipere, que a uestro fuerint indebite denegata, Illud adiicientes, ut in recipiendis professionibus, que a benedictis uel benedicendis abbatibus exhibentur, ea sint episcopi forma et expressione contenti, que ab origine ordinis noscitur instituta, ut scilicet abbates ipsi saluo

ordine suo profiteri debeant et contra statuta ordinis sui nullam professionem facere compellantur. Pro consecrationibus uero aliarum rerum (altarium) siue ecclesiarum siue pro oleo sancto uel quolibet alio ecclesiastico sacramento nullus a uobis sub obtentu consuetudinis uel alio quolibet modo quicquam audeat extorquere, sed hec omnia gratis uobis episcopus diocesanus impendat; Alioquin liceat uobis quemcumque malueritis catholicum adire antistitem gratiam et communionem apostolice sedis habentem, qui nostra fretus auctoritate uobis, quod postulatur, impendat. Quodsi sedes diocesani episcopi forte uacauerit, interim omnia ecclesiastica sacramenta a uicinis episcopis accipere libere et absque contradictione possitis, sic tamen, ut ex hoc imposterum propriis episcopis nullum preiudicium generetur. Quia uero interdum propriorum episcoporum copiam non habetis, siquem episcopum Romane sedis, ut diximus, communionem habentem et de quo plenam notitiam habeatis, per uos transire contigerit, ab eo benedictiones uasorum et uestium, consecrationes altarium, ordinationes monachorum auctoritate apostolice sedis recipere ualeatis. Porro si episcopi uel alii ecclesiarum rectores in monasterium uestrum uel personas inibi constitutas suspensionis, excommunicationis uel interdicti sententiam promulgauerint, siue etiam in mercennarios uestros pro eo, quod decimas non soluitis siue aliqua occasione eorum, que ab apostolica benignitate uobis indulta sunt, seu in benefactores uestros pro eo, quod aliqua uobis beneficia uel obsequia ex caritate prestiterint uel ad laborandum adiuuerint in illis diebus, in quibus uos laboratis et alii feriantur, eandem sententiam protulerint, ipsam tamquam contra sedis apostolice indulta prolatam duximus irritandam. Nec littere ulle firmitatem habeant, quas tacito nomine Cisterciensis ordinis et contra tenorem apostolicorum priuilegiorum constiterit impetrari. Preterea cum commune interdictum terre fuerit, liceat uobis nichilominus in uestro monasterio exclusis excommunicatis et interdictis diuina officia celebrare. Paci quoque et tranquillitati uestre paterna imposterum sollicitudine prouidere uolentes auctoritate apostolica inhibemus, ut infra clausuras locorum seu grangiarum uestrarum nullus rapinam seu furtum facere, ignem apponere, sanguinem fundere, hominem temere capere seu interficere seu uiolentiam audeat exercere. Preterea omnes libertates et immunitates a predecessoribus nostris Romanis Pontificibus ordini uestro concessas nec non et libertates et exemptiones secularium exactionum a Regibus et Principibus

uel aliis fidelibus rationabiliter uobis indultas auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti priuilegio communimus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatum monasterium temere perturbare aut eius possessiones auferre uel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet uexationibus fatigare sed omnia integra conseruentur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salua sedis apostolice auctoritate. Siqua igitur in futurum ecclesiastica secularisue persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere uenire temptauerit, secundo tertioue commonita nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore et sanguine dei et domini redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Quietis (cunctis) autem eidem loco sua iura seruantibus sit pax domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inueniant. Amen. Amen. Amen.

Ego Innocentius catholice ecclesie episcopus Subscribo.

(Sequuntur subscriptiones octodecim Cardinalium.)

Datum *Lateran* per manum *Johannis* Sancte Marie in Cosmidin (ita legi deberi videtur) Diaconi Card. Sancte Romane Ecclesie Cancellarii IIII. Nonis Februarii Indictione XIII. Incarnationis dominice M.CC.IX. Pontificatus uero domini Innocentii pape III. Anno Duodecimo.

Kurz, Beiträge, III. pag. 411.

CCCLXII.

1209. 22. April. St. Pölten. — *Manegold, Bischof von Passau, erlässt dem Kloster Baumgartenberg den Weinzehent von dessen Weingärten auf dem Limberge.*

Innotescat omnibus christi fidelibus, quod ego *Manegold* dei gracia *Patauiensis* ecclesie Episcopus cum consensu chori mei dedi fratribus jn *Poumgartenberge* quandam decimam Vinearum in agro eo, qui vocatur *lymperg*, quem ipsi fratres antea in propria agricultura habuerunt absque omni jure decimacionis. Futurum ergo precauentes timorem volumus ac districte precipimus, ne aliquis Parrochianus vel officialis noster infestet eos, sed agrum supra scriptum cum decimis suis, sicut sub quieta possessione usque ad nos perduxerunt,

jta cum omni tranquillitate de cetero eum possideant. Et ut ista nostra indulgencia rata atque inconuulsa teneatur, cartam hanc Sigilli nostri inpressione testiumque conscripcione munirj fecimus. Testes *Sigehardus Archipresbiter et Prepositus sancti Ypoliti, Otto Prepositus Sancti Floriani, Vlricus patauiensis cellerarius, Hainricus de Mistelbach plebanus et patauiensis Canonicus, Harttmannus eiusdem ecclesie Canonicus, Vlricus decanus de Sancta Agatha, Manegoldus de Schonenbuhele, Hainricus de wismannesdorf, Marquardus trapezita de Sancto Ypolito* et multi alij.

Datum apud *Sanctum Ypolitum* Anno ab jncarnacione domini M. CC. IX Indiccione duodecima, Anno pontificatus nostri quarto, decimo Kalendas May.

Aus einem Copialbuche des Klosters Baumgartenberg vom Jahre 1511.

CCCLXIII.

1209. 6. Juli. Grammastetten. — ***Manegold, Bischof von Passau, bestätigt einen Tausch zwischen dem Passauer Canoniker Tiemo und Rudeger Biber.***

Manigoldus dei gratia *Patauiensis ecclesie episcopus* cunctis Christi fidelibus salutem in eo, qui est salus et vita. Cum labilis est memoria hominum, ideo ea, que coram nobis fuerint contractu uel quoquam pactu de consensu partium terminata, scripturae conuenit Aminiculo perennari, ne per diurnitatem siue longinquitatem temporis ea, que bene ac rite secundum voluntatem contrahentium peracta siue diffinita sunt, in dubium valeant reuocari. Nouerit itaque presens etas ac posteritas successura, quod dilectus in Christo frater noster *Timo canonicus ecclesie Patauiensis* cum *ruedego milite*, qui uulgo *biber* cognominatur, et domina *benedicta vxore sua* conuenit, ut huebam, quam habebant in *pinphingen*, aliam huebam in *otherbach* et quartam partem huebe in *Ruite* sibi venderent pro certa pecunie quantitate, libris videlicet quadraginta, qua conuentione facta supradictus frater noster Timo, per procuratorem etiam dictus Ruedigerus cum vxore sua prenotata nostram presentiam adierunt, qui quemadmodum antea inter ipsos conuenerant, sic coram nobis postmodum venditio est solempniter celebrata et possessio supradictorum prediorum pura et libera ab omni aduocato ac iure aduocatie, quemadmodum penes ipsos fuerat, emptori est tradita ac assignata. Insuper sciendum est, quod inter contrahentes, scilicet emptorem et venditores tempore venditionis sic conuenit, vt, si ipse Ruedigerus biber uel vxor eius sepe

nominata aut heres uel heredes ex quocumque latere siue linea procedentes venditionem iam dictam infringere attemptauerint et forte iudicio uel alio quoquam casu per ipsos venditio dissoluta fuerit, predia sepedicta Thimo aut ille, ad quem ea transmiserit donando siue vendendo uel quocumque alio modo, pro ducentis libris monete patauiensis habeat obligata. Preterea sciendum est, quod sepedictus frater noster Thimo videlicet hubas supradictas in manus nostras tradidit siue tradi mandauit quodam iure speciali ac conswetudinario, quod Sale wlgariter appellatur. Testes autem huius facti sunt *chalhohus*, *otto canonici*, *Magister heinricus de wite*, *Magister christianus notarius*, *Marquardus de aspach*, *Reinbertus de asparn*, *bertoldus de almesuelde*, *Hainricus Tekkingere*, *Chunradus planchinberc*, *Johanes de grimarstetin*, *Hartnidus de scowenberc*, *Sighardus de sancto vito*, *Merboto frisacensis*, *Hainricus sweuus* clerici; layci *Golo de Chuechenpach et frater eius hainricus*, *Witigo de planchinberc*, *Albero gnesse cum duobus filiis suis alberto et Alberone*, *Arnoldus de Haselberch*, *Hainricus de esilberch*, *Rudigerus pincerna*, *Otto de Mvnichen*, *Pabo Chehelrine*, *Engilgerus dispensator*, *wernherus de winisperch*, *Rupertus stal*, *Chvnradus de houe*, *Chunradus Marschalcus de Schoneberch*, *Hainricus de tobel et gener suus fridericus*, *Hehelo de bochesrukke et filii sui Hainricus et dyetmarus*, *Hainricus de Rotenuelse cum filio suo levtoldo et wernhardo*, *pillungus de planchenwerch*, *Aurwicus de vischpach cum filio suo chvnrado*, *Hainricus de sancto vdalrico et frater eius Siboto*, *Dyetricus de sancto Johanne cum filio suo chvnrado* et alii quam plures. Acta sunt hec Anno domini M.CC. nono, II. Nonas Julii in villa, que wlgo *grimarstetin* appellatur, Anno pontificatus nostri IIII.

Mon. boic. XXIX. II. 280.

CCCLXIV.

1209. Landshut. — *Ludwig, Herzog von Baiern, bestätigt alle Schenkungen seiner Ministerialen an das Kloster St. Florian.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis ego *Lvdwicus* dei gratia *Dux Bawarie*. Sicut gloria, quam eternorum munerum largitor pro operibus meritoriis retribuit in patria, nullo fine clauditur, ita ea, que ob ipsam adipiscendam a christi fidelibus fiunt in uia, perpetuo robore stabiliri et uenture etatis conuenit memorie commendari, ne, quod

pro eterna mercede christiana agit deuocio in tempore, processus temporis ab hominum faciat elabi memoria. Hinc est, quod fide presentis instrumenti ad uniuersorum tam presencium quam futurorum transmittimus noticiam, quod nos ob diuine remuneracionis obtentum ad peticionem quoque domni et amici nostri *Wolfkeri sancte Aquilegensis ecclesie uenerabilis Patriarche* et *Ottonis prepositi ecclesie sancti floriani martiris* in nostris possessionibus id iuris conferimus, ut quicumque ministerialium nostrorum, qui in eadem degunt prouincia, pro remediis animarum suarum de possessionibus, quas sub nostra aut regali iurisdicione detinent, eidem ecclesie in testamento contulerit actenus aut in futurum collaturus sit, liceat preposito et fratribus suis eas nostre concessionis tytulo perpetuo iure possidere ita, ut ipsis proprietas nobis uero in eisdem bonis aduocatia remaneat nulli tamen infeodanda a nobis sed sine utilitate defendenda. Nam omnes utiles iusticias in eisdem aduocaciis ipsi ecclesie condonamus.

Ne igitur huiusmodi possessionibus tamquam ad regni proprietatem pertinentibus predicta ecclesia aliquam in posterum paciatur uexacionem, omnes regalium prediorum tradiciones ipsis faciendas approbamus et factas confirmamus hanc nostre concessionis paginam ipsis conferentes in perpetuum, que, ut sempiterno firma robore in euum inconcussa permaneat, sigilli nostri inpressione fecimus insigniri et subscriptis testibus communiri.

Wolfkerus Aquilegiensis Patriarcha, *Gebhardus Tergestinus episcopus*, *Heinricus archidyaconus Aquilegiensis*, *Vlricus uicedominus Ducis*, *Fridericus de Prukperch*, *Geroldus notarius*, *Heinricus de Mosn prepositus sancti Johannis*, clerici. *Comes Meinhardus de Gortza*, *Comes Vlricus de Eppan*. *Comes Livpoldus de Pogen* clericus, *Comes Chvnradus de Mosburch*, *Comes Sifridus de Livbnowe*, *Dietpoldus filius Langrauii de Levkenperge*. Preterea liberi: *Chunradus de Horbach*, *Chalhohus de chirchperch*, *Otto de ror*, *Perhtoldus de Sibolsdorf*, *Pilgrimus de Mosn*, *Alber de prukberch*, *Vlricus de Valkenberc*.

Data aput *Landeshuote*. Anno domini MCCVIIII. per manus *Geroldi notarii*.

Aus einem Codex des 13. Jahrhunderts, im Archive zu St. Florian. — Stülz, Geschichte von St. Florian, pag. 278.

CCCLXV.

1209. Landshut. — ***Ludwig, Herzog von Baiern, bestätigt dem Kloster St. Florian den Bezug von 150 Fudern Salz aus der Saline von Hall (Reichenhall), welche Adelram von Perge seiner Zeit demselben geschenkt hat.***

In nomine sancte et indiuidue trinitatis *Lvdwicus* dei gratia *dux bawarie*. Omnis donatio perpetua firmitudine roborabitur, si memorie hominum suffragantibus litteris demonstrata declarabitur. Hinc est, quod tam presentium quam futurorum etati in cognitionem deducimus, quod illustris aduocatus *Alrammus de Perge* contulit religiosis fratribus de *domo* sancti floriani martyris de salina, quam in *halle* hereditaria successione possidebat, centum quinquaginta karratas annua recursione soluendas, de quibus coquina memorati Alrammi aduocati annuatim salis emolumentum capiebat. Cum uero portio hereditatis deuoluta esset ad *lancrauium de Liuchenberge* dilectum fidelem nostrum *Diepoldum* postulatione uxoris sue et ab ipso lancrauio ad nos deuenisset, nos eandem portionem pignore obligauimus illustribus comitibus de plaien sic tamen, ne predictis fratribus de *domo sancti floriani* preiudicaret huiusmodi sepe facta mutatio immo ipsi nichilominus semper suo iure gauderent. Et ideo ne eis preiuditium in salina illa irrogetur, presentem paginam in perenne testimonium sub sigilli nostri munimine roboratam illis statuimus conferendam. Hvius protestationis testes sunt: *Aquilegensis patriarcha Wolfkerus, Gebehart tergestinus episcopus, V̊lricus uicedomnus. Comes Meinhardus de Goricia, Comes V̊lricus de Eppan, Comes Chůnradus de Mosburc. Comes Sifridus de liubenowe, Chůnradus de horbah, Chalhohus de chirchperch, Perhtoldus de Siboltsdorf, Albero de Pruckberc.*

Facta est hec Protestatio apud *Lantshůte*. Anno MCCVIIII.

Original auf Pergament, dessen Siegel verloren gegangen, im Archive des Klosters St. Florian. — Hormayr, Über die Monumenta boica, pag. 58. — Stülz, Gesch. v. St. Florian, pag. 277.

CCCLXVI.

1209. — ***Manegold, Bischof von Passau, bestätigt alle Rechte und Freiheiten des von Chalhoch von Valkenstein gestifteten Cistercienser-Klosters zu Schlägl.***

IN nomine Sancte et indiuidue trinitatis *Manegoldus* Dei gratia *pataviensis episcopus* in perpetuum. In arduo pontificalis dignitatis

culmine diuina fauente clementia constituti sollicite pensare debemus. qualiter a cunctis, qui sub nostro sunt regimine, per legitimos tramites omnium calumpniantium iniquitates propulsare ualeamus, ut, quemadmodum patres censemur nomine, ita in opere comprobemur. Nouerit itaque uniuersorum tam presentium quam futurorum caritas, quod strenuus uir *Chalhohus in valchensteine* monasterium sancte Marie sub regula ordinis cisterciensis in loco, qui dicitur *Slage*, pro remedio animarum sue et parentum ipsius fundauit fundum eiusdem monasterii beato Stephano in patauia libere contradendo. Nos igitur ad iustam postulationem domini *Theoderici uenerabilis abbatis dicte ecclesie*, cui in ordinatione sua manum imposuimus, idem monasterium sub nostra perpetua protectione suscipimus omnes libertates et inmunitates a romanis pontificibus ordini cisterciensi concessas nec non libertates, exemptiones secularium exactionum a regibus et principibus uel aliis fidelibus rationabiliter eisdem fratribus indultas nostra eis auctoritate confirmamus et presentis scripti priuilegio communimus. Statuimus itaque, ut, quascumque possessiones, quecumque bona idem monasterium in presentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum nostra seu aliorum pontificum concessione, regum uel principum largitione, fidelium oblatione seu aliis iustis modis deo propicio poterit adipisci, firma ei et illibata permaneant. Sane labore fratrum inibi degentium, quos propriis manibus aut sumptibus colunt, tam de terris cultis quam incultis, siue de ortis siue de nutrimentis animalium nullus decimas exigere uel extorquere presumat. Cuilibet etiam saluo iure plebani sui liceat auctoritate nostra suam in prefato monasterio disponere sepulturam. Decernimus ergo, ut nulli omnino liceat prefatum monasterium temere perturbare aut eius possessiones auferre uel ablatas retinere, minuere uel temerariis uexationibus fatigare, sed et omnia integra conseruentur eorum, pro quorum sustentacione et gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Siqua igitur in futurum ecclesiastica secularisue persona hanc nostre constitutionis paginam cognoscens contra eam temere uenire temptauerit, secundo tertioue commonita si non satisfactione congrua emendauerit, potestatis honorisque dignitate careat reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini nostri Jesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta seruantibus sit pax domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum

bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inueniant. Amen. Huius rei testes sunt: *Heinricus decanus, Haertnidus prepositus aquilegiensis, Chalhohus archidiaconus, Chunradvs maior plebanus, Gotfridus, Tiemo, Heinricus cell, vlricus Schobrius, Liutoldus de Sauirsteten, Otto et Chunradus de Haichenpach, Hadmarus de wesen, Heinricus de Morspach, Waltherus de Tanneberch, Ainwicus de vischpach, Heinricus de Cherphensteine, Hezil de Pochsruke, Richkerus de Ebergozesperge et frater eius.* Acta sunt hec anno ab incarnatione domini M. CC. VIIII. Indictione XII. Anno pontificatus nostri IIII. Regnante *Romanorum rege* semper augusto *Ottone* IIII.

Mon. boic. XXVIII. II. 131 ex cod. patav.

CCCLXVII.

1210. 4. Februar. Lateran. — *Auftrag des Papstes Innocenz III. an einige Kleriker der Regensburger Diöcese, den Streit zwischen dem Passauer Archidiacon und dem Kloster Ranshofen wegen der Gerichtsbarkeit über einige Pfarrer zu untersuchen und zu entscheiden.*

Innocentius Episcopus Seruus Seruorum Dej Dilectis filijs R. scholastico maioris Ecclesiæ, . . de Chyrbe et . . de Horbach plebanis Ratisbonensibus salutem et Apostolicam Benedictionem. Sua nobis Præpositus et Conuentus de Ranshouen conquestione monstrauit, quod C. Archidiaconus Patauiensis super Jurisdictione visitationis et procurationis quorundam plebanorum pertinentium ad eosdem contra antiquam et approbatam consuetudinem et rebus alijs grauiter iniurietur eisdem. Ideoque discretioni vestræ per Apostolica Scripta mandamus, quatenus partibus conuocatis et auditis hinc inde propositis, quod iustum fuerit, appellatione postposita decernatis facientes, quod decreueritis, per Censuram Ecclesiasticam firmiter obseruari. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia, odio uel timore subtraxerint, cogatis censura simili appellatione remota veritati testimonium perhibere. Quodsi non omnes his exequendis poteritis interesse, duo vestrum nihilominus exequantur. Datum Laterani II. Non. Febr. Pontificatus nostri Anno Duodecimo.

Aus einem Copialbuche auf Papier von 1683, im Pfarrhofe zu Ranshofen.

CCCLXVIII.

1210. 23. Juli. Passau. — *Manegold, Bischof von Passau, schlichtet einen Streit zwischen dem Abte Rudolf von Kremsmünster und Ortolf, dem Pfarrer zu Kematen, über Zehnten zu Achleiten.*

Manegoldus dei gracia Patauiensis episcopus uniuersis presentem paginam inspicientibus in uero salutari salutem. Nouerit uniuersorum tam presencium quam futurorum caritas, quod cum *Ortolfus* plebanus de *Chemnaten* obtinuisset ab ecclesia in *Chremsmvnster* quandam decimam in *Achliten* hoc pacto, ut post mortem suam omne feodum, quod a dicta ecclesia in feodo possidet, ipsi ecclesie libere uacaret et absolute; et cum postea in ipsa pactione nutasset, conuentus coram nobis super hoc a uenerabili fratre domino *Rudolfo* abbate in Chremsmvnster dictam sponsionem in presentia nostri et aliorum honestorum uirorum ratihabicione legittima solidauit; Insuper data fide promisit, ut si ecclesia in *Chremsmvnster* aliquod impedimentum a fratribus dicti Or. super ipsis feodis paciatur, studeat coram nobis et duce Austrie ipsum totis uiribus uacare. Huius rei testes sunt: *Abbas in Glvnich*, *Chvnradus* maior plebanus, *Heinricus de Petenbach* archydyaconus, *Hartmannus* prepositus *yndicensis*, *Magister Heinricus de witen*, *Pernhardus* et *Reinhardus* monachi. C. Acta sunt hec Patauie in castro nostro Ort anno ab incarnacione domini M°. CC°. X°. Indictione xjjj. x. Kal. Augusti, anno pontificatus nostri V.

Aus dem Cod. Frideric. im Archive des Kl. Kremsmünster. — Urkundenbuch von Kremsmünster, pag. 65, Nro. 52.

CCCLXIX.

1210. Wien. — *Leopold VII., Herzog von Österreich, verleihet dem Kloster Formbach die Zollfreiheit bei den Zollstätten an der Donau, insbesondere das Recht: „der Fürfarth“ bei Enns.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. *Livpoldus* dei gratia *dux austrie ac Styrie* omnibus, ad quos scripta presentia peruenerint, Salutis et dilectionis perpetuam integritatem. Vniuersitatis uestre nouerit experientia, quod nos pro remedio animarum parentum nostrorum et pro salute et incolomitate nostra et liberorum nostrorum *formbacensi cenobio* liberum et absolutum omnium rerum suarum super danubium ascensum absque omni teloneario iure concessimus. Transitum etiam, quod in uulgari dicitur uüruart, apud *anesvm* eidem

cenobio perpetualiter indulgemus. vt autem huius nostre traditionis avctoritas perenniter et inconuulsa permaneat, presentem paginam sigillo nostro communitam domino *Ortolfo ejusdem loci abbati* suisque successoribus perpetuo conseruandam porreximus. Huius actionis hii sunt testes: *Hadmarus de Kunringen, Wikhardus dapifer, Wighardus de Cebingen, Vlricus Strune, Heinricus de Tumbenovve, Heinricus dapifer de Prune, Livpoldus pincerna, Hugo de Rastenberc. Ortolfus de Winkele, Vlricus Esel, adelolt et frater eius Otto de Kiowe, Marchwardus de Himberc, Pilgrimus de Swarzenowe, Dietericus de Wiena, Gotfridus camerarius, Cunradus Sveuus* et alii quam plures. Data *in foro nostro Wiene* anno Millesimo CC.X.

Hormayr, Geschichte Wiens, Bd. I. Heft III. pag. 49.

CCCLXX.

Circa 1210. — *Übereinkunft zwischen dem Kloster Götweig und Baumgartenberg über die Weinzehente auf dem Limberg innerhalb der Pfarre Krems.*

Ego *Wezelinus* Abbas dei gracia Ecclesie *Kotwicensis* et totus conuentus Constare volumus omnibus nostre posteritatis hominibus, quod de conmuni consilio cum Abbate et confratribus de *pawngartenperg* conuenimus, quod pro decimis vini, quas de duodecim Jugeribus in monte *limperch* jnfra limites parrochie *chrems* annuatim persoluere deberent, pensionem vnius talenti annuatim jn festo Sancti Martini persoluant. Vt ergo tam nobis quam ipsis pactum huius rei ratum habeatur in Successionibus nostris pro memoriali Cartulam istam conscribsimus et Sigilli vtriusque partis inpressione pro certitudine Rei muniuimus.

Aus einem Copialbuche des Klosters Baumgartenberg vom Jahre 1511

CCCLXXI.

Circa 1210. — *Vergleich zwischen dem Propste Heinrich von St. Nikola und Ortolf von Grieskirchen wegen eines Zehents in dieser Pfarre.*

IN nomine sancte et indiuidue trinitatis. Notum sit omnibus presentis et futuri temporis filijs, qualiter lis, qui (sic) inter canonicos *s. Nycolai* et dominum *Ortolfum de Griezchirchen* fuit pro decima quadam terminata est. Predictus *Ortolfus* in barrochia *Griezchirchen* decimacionem sue agriculture a multis temporibus in sua tenuit

potestate nullum huius vsurpacionis ad prefatos canonicos habens respectum. Tandem cum dominus *Heinricus Salzburgensis* canonicus ad regimen monasterij *sancti Nycolai* constitutus fuit, iam dictus *Ortolfus* super tam iniusta possessione a prenominato preposito sepius est commonitus, cuius ammonicione conpunctus ad consensum boni consilii inclinatus (est) Pretaxatam itaque decimacionem idem *Ortolfus* in manum domini *Heinrici* prepositi resignauit, quam ipse ad tempus vite sue non iure beneficij sed iure amicicie a preposito accepit. Insuper tradidit sepedictus *Ortolfus* beato Nycolao et Canonicis eiusdem loci predium nomine *Tegerbach*, quod conparauit a *Manegoldo* X. talenta (sic), quod nullo iure nec uxori sue nec filijs attinebat, pro remedio anime sue ipsumque predium in beneficium a manu prepositi recepit ad tempus vite sue ea lege, ut singulis annis V. nummos ad altare sancti Nycolai deferat et ipso ex hac uita decedente et supra scripta decimacio et iam dictum predium in usum s. Nycolai et canonicorum ipsius loci redeat. Instabat etiam tunc tempus, quod dominus prepositus romam pro necessitate loci et in seruicio episcopi ire debuit, qui cum expensas itinerarias ex dominicalibus suis habere non posset, ex consilio tocius congregacionis a supra dicto *Ortolfo* mutuo accepit X talenta *Ratisponensis* monete et VI. *ensensis* monete hoc pacto, ut in natiuitate sancte Marie *ensarios* sibi reddat et in festo s. Martini *Ratisponenses*. Inseruit eciam idem miles huic conuencioni, ut si ipse infra prescriptum spacium ex hac uita decederet, idem debitum pro anima sua sic partiretur; V. talenta *ratisponensis* (monete) fratribus *s. Nycolai*, tria canonicis maioris ecclesie, duo pauperibus ad sanctum Egidium, *ensensium* duo talenta ad *Willehringen*, ad duo altaria in ecclesia *Griezchirchen* duo talenta, ut per hec utilitas illius ecclesie secundum consilium prepositi *s. Nycolai* et fratrum suorum disponatur, reliqua duo in potestate sint domini prepositi danda pro redempcione anime sue. Huius rei testes sunt *Otto ameiz, Erchenger de Uahtersheim, Hecelo de tegerbach Milites domini Ortolfi Engelbertus, Wasigrim, Chunrat de Awe, Porn de tolet, Irnfridus de cherbach, Dietmar et Gezman et frater eius Dietmarus de cherbach* et alii quam plures, *Walther, Syboto, Diemar, Erchenger, Chunrat pictor, Wizman et filij eius Perchtolt, Pernolt, Perchtolt.*

Aus einem Pergament-Codex sec. XIV. in der königl. Hofbibliothek zu München. — Mon. boic. IV. pag. 318.

CCCLXXII.

1211. 28. Jänner. Passau. — ***Manegold, Bischof von Passau, bestätigt den Vertrag, welchen der Propst Hartnit von Aquileja, Ulrich, Domherr von Passau, Ulrich von Natternbach und Wilhelm von Gallspach zwischen den Pfarrern zu Natternbach und Peuerbach vermittelt hatten.***

In nomine Sancte et indiuidue trinitatis. *Manegoldus* dei gratia *Patauiensis episcopus* salutem in perpetuum. Qvoniam memoria hominum labilis est nec turbe rerum sufficit, necesse est facta hominum autentica scripture beneficio communiri. Ea propter nouerit vniuersorum tam futurorum quam presentium caritas, quod, cum *ecclesia in Nordernpach* haberet quandam dotem infra terminos *parrochie Piwerbach* sitam in loco, qui dicitur *Edelinspach*, et e conuerso *ecclesia in Piwerbach* haberet quandam dotem infra terminos parrochie Nordernpach sitam in loco, qui dicitur *Trostlinspach*, inter ipsas ecclesias concambium est mediantibus arbitris *Hartnido Aquilegiensi preposito* et *Ulrico custode canonicis patauiensibus* et duobus militibus *volrico de Nordernpach* et *Willehalmo de Geilspach* sub hoc pacto rationabiliter celebratum, ut ecclesia in Nordernbach hanc sibi pro dote in perpetuum memoratum predium, quod prius ecclesie in Piwerbach dotaliter attinebat, superadditis sibi ab ecclesia in Piwerbach tribus libris propter dotium inequalitatem. Ecclesia autem in Piwerbach habeat iure proprietatis pro dote in perpetuum predictum predium infra terminos suos positum, quod prius ecclesie in Nordernbach dotaliter attinebat. Ut igitur hec permutatio, que utrique ecclesiarum utilis est, stabilis et inconuulsa permaneat, eam presenti pagina sigillo nostro appensa et subscriptis testibus perpetualiter communimus. Huius rei testes sunt *Gebehardus comes, Otto Biberlinus, Engelschalcus oblaicus canonici* patauienses, *Christanus notarius, Manegoldus de Aheim et Heinricus frater suus, Liutoldus de Sauerstetin, Otto de Haichenpach* ministeriales, *Heinricus frater custodis, Meinhardus, Heinricus, Ulricus* et alii quam plures. Acta sunt hec *Patauie in domo volrici custodis* Kalendas Februarii V. anno ab incarnatione domini M.CC.XI. Indictione XIIII. Anno Pontificatus nostri sexto, Regnante *Ottone* IIII. *Romanorum imperatore* et semper Augusto. Anno imperii sui II. Consentientibus *Normanno plebano in Nordernbach* et *walthero plebano in Piwerbach.*

Mon. boic. XXVIII. II. pag. 138. ex cod. patav.

CCCLXXIII.

1211. 12. November. Regensburg. — *Ausspruch der von Papst Innocenz III. Bevollmächtigten, dass dem Passauer-Erzpriester das Recht der Gerichtsbarkeit in der Pfarre Ranshofen nicht zustehe.*

In nomine dominj. Ego Henricus Abbas de Prûl et Ego Gerungus Præpositus de Osterhouen et Ego Rudpertus Ratisponensis Ecclesiæ scholasticus ex delegatione Sedis Apostolicæ de causa, quæ uertitur inter Præpositum de Ranshouen ex una parte et Chunradum Archidiaconum Pataniensem ex altera super Archidiaconali Jurisdictione in Parochia dictæ Præpositurae exercenda uel non, cognoscentes, sicut potuimus, ueritatem perscrutati sumus et quia dictus Archidiaconus peremptorie a Nobis citatus nec venit nec causæ suæ defensorem misit, Priuilegium Sedis Apostolicæ. quo dictus Præpositus Ecclesiam suam munitam esse dicebat, legentes inuenimus in eo contineri, quod nullus in Parochia sæpedictæ Præpositurae Jurisdictionem aliquam debeat exercere præter Archiepiscopum et Diocesanum Episcopum et eiusdem loci Præpositum, Vnde manifeste apparet, quod Archidiaconus sit exclusus. Quam ob rem auctoritate, qua fungimur, sententiantes Præpositum Ranshouiensem et totam eius Parochiam ab impetitione dicti Archidiaconi absoluimus et ab omni Archidiaconali Jurisdictione iuxta intentionem et concessionem factam a Coelestino Papa eam cum Capellis in Priuilegio denominatis exemptam esse iudicantes Statuimus, ne uel ipse uel aliquis Successorum suorum Archidiaconorum contra Tenorem illius Priuilegij aliquam in Territorio Ranshouiensis Præpositurae et eius Parochia cum Capellis in Priuilegio denominatis Archidiaconalem Jurisdictionem debeat exercere. Datum Ratisponæ in maiori Ecclesia Sancti Petrj. Anno Incarnationis Dominicæ M. CC. XI. Idus Nouembris.

Aus der Original-Urkunde ddo. Passau 10. Juni 1261, im Pfarrhofe zu Ranshofen.

CCCLXXIV.

1212. 11. Jänner. Passau. — *Manegold, Bischof von Passau, erklärt, dass der bischöflich passauische Archidiacon in den Pfarren des Stiftes Ranshofen keine Gerichtsbarkeit ausüben dürfe.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis *Manegoldus* dei gracia *patauiensis* episcopus imperpetuum. Quum memoria hominum labilis

est nec turbę rerum sufficit, necesse est, ut, quicquic (sic) celebratur uerborum suffragio, scripture beneficio inperpetuum muniatur. Proin nouerint uniuersi tam posteri quam presentes, quod nos causam, que uertebatur inter *wichardum* prepositum de *ranshouen* ex una parte et *Chůnradum* archidiaconum ex altera parte super archidiaconali iure in parrochia dicte prepositurę exercendo uel non, sicut potuimus, ueritatem perscrutati sumus. Priuilegium itaque sedis apostolicę, quo dictus prepositus ecclesiam suam munitam esse dicebat, legentes inuenimus in eo contineri, quod nullus in parrochia sepedicte prepositurę iurisditionem aliquam debeat exercere preter archiepiscopum et diocesanum episcopum et ipsius loci prepositum, vnde prepositus predictus sepedictam parrochiam ab archidiaconali iurisditione gaudebat exemptam, archidiacono contradicente, et quasdam cappellas uel ecclesias ad sui iurisditionem attrahere nitente. Ad finiendam itaque longam hanc controuersiam et ad firmandam Ranshouiensi ecclesię perpetuam libertatem ab omni archidiaconali iurisditione, nos de consilio et consensu chori statuimus, ut dicta parrochia in *ranshouen* cum ecclesiis siue capellis ad ipsam pertinentibus infra suos terminos constitutis libera sit ab omni iurisditione archidiaconali ita uidelicet, ut prepositus loci illius tantum ed episcopum diocesanum pro se et suis sacerdotibus in predictis ecclesiis siue capellis ministrantibus habeat respectum et in nullo archidiacono teneatur. Vt autem hec nostra constitutio circa dictam parrochiam stabilis et inconuulsa permaneat, eam presenti priuilegio et subscriptis testibus conmunimus. Huius rei testes sunt *Eberhardus maior prepositus, Heinricus decanus, Hartnidus aquileigensis prepositus, Otto prepositus de sancto floriano, Chunradus maior plebanus, Heinricus de petenbach archidiaconus, Ovlricus custos, Otto biber cellarius, Gebhardus comes, Eberhardus de jahensdorf canonicus, Chunradus scriba, Magister Christanus notarius, magister Albertus, Anshelmus, Heinricus de zwentendorf cappellanj, Manegoldus et Heinricus de aheim, Leutoldus de sauersteten, Amilbertus de eiglinge, Meinhardus de můrringe, Otto de jahensdorf, Růdgerus de sůntheim, Otto de můnecheim.* Acta sunt hec *pataue* in capitulo nostro anno dominice incarnationis M° CC° XII° indictione XV° idus ianuarij III° Anno pontificatus nostri VI°

Original auf Pergament, dessen Siegel abgefallen, im bischöflichen Consistorial-Archive zu Linz. — Mon. boic. III. 328.

CCCLXXV.

1212. 24. Jänner. Passau. — *Manegold, Bischof von Passau, bestimmt die Grenzen einer durch Gundakar von Steyr zu errichten beabsichtigten Pfarre und schenkt ihr den Zehent der Neugereute um Wildberg.*

C. In nomine sancte et indiuidue trinitatis. *Mangoldus* dei gratia *patauiensis* episcopus inperpetuum. Cum scripture beneficium unicum sit solatium ad perpetuanda facta mortalium, inde est, quod fide presentis scripti memorie conmittimus hominum tam presentium quam futurorum, quod cum nobilis uir *Gundaforus de Styria* culture exposuisset nemus situm circa *Wiltperch*, petebat a nobis cum instantia, ut decime Noualium, si que ibi excolerentur, et fundum ecclesie, si quam ibi construeret, quod intendit, ipsi in feodo conferremus; petiuit etiam, ut limites et metas, antequam conferremus ipsi in feodo, specificaremus. Limites uero et mete noualium nemoris, ad Castrum Wiltperch pertinentis nominatim hoc modo cognoscuntur et initiantur. Superiori enim loco *Teisching* nominato a trunco quercus fixo usque in *Chůntprvnne*, a *Chûntprunne* usque in paludem, qui *uiltzmos* dicitur, ab ipsa palude per medium *Greblich* vsque ad uiam, que *schefecke* dicitur; de ueteri uia *Schefecke* deorsum usque ad riuulum, qui *Roetel* dicitur; de ipso riuulo de cetero sursum usque in *Wilantestanne* finiuntur. Hec finite inter Castrum *Wassenberch* et Castrum *Wiltperch* specificant siti nemoris proprietatem. Secunda uero parte Castri *Wiltperch* antiqua uia, que *Saumweech* dicitur, uersus boemiam directa specificat proprietatem nemoris, quam dominus *Gundackarus de Styria* sibi suisque heredibus petit in feodum conferri. Nos igitur consideratis multis seruitiis, que idem G. unacum patre suo nostre frequenter ecclesie fideliter exhibuit, annuimus peticioni sue et ius fundi in ecclesia construenda ibidem cum duabus partibus decime et nemus prenominatum infra terminos specificatos sibi et suis heredibus contulimus in feodo, tercia parte decime ipsi ecclesie, dum constructa fuerit, assignanda. Vt autem hec donatio sibi et heredibus suis in perpetuum stabilis et inconuulsa permaneat, eam presenti pagina, sigillo nostro appensa et subscriptis testibus firmiter conmunimus. Huius rei testes sunt, *Harnidus* (sic) *aquilegensis prepositus, Chunradus maior plebanus, Gotefridus Archipresbiter, Vlricus custos, Heinricus de Petenbach, Hartmannus yndicensis prepositus*, Canonici *patavienses; Christannus* notarius, *Chunradus* scriba-capellani.

Heinricus de Lonstorf, Hademarus de Wesen, Otto de Heichenbach, Otto de Walde, Livtoldus de Sauersteten, Heinricus de sancto Ypolito, Rudegerus de Suntheim, Sifridus de Griffensteine, Chunradus de Isowe, Heinricus de Issenstorf, Chunradus de Hohenstouffe, Chunradus de Ramusteine et alii quam plures. Acta sunt hec *Patavie* in capella nostra Anno dominice incarnationis M°CC°XII° indictione XV.ª Anno pontificatus *Innocentii* III. pape XIIII[i], Regnante *Óttone* IIII° Romanorum imperatore et semper avgusto Anno imperii sui III° Pontificatus nostri anno VI. Kalendas Februarii VIIII° (sic).

Original auf Pergament mit Siegelrest, im Archive des Kl. Wilhering. — Stülz, Gesch. v. Wilhering, 498. — Mon. boic. XXIX. II. 71.

CCCLXXVI.

1212. 24. Jänner. Passau. — *Manegold, Bischof von Passau, verleiht die Zehente von den Neugereuten in der Herrschaft Wildberg dem Gundachar von Steyr für die von ihm zu erbauen beabsichtigte neue Kirche (zu Zwetl).*

C. In nomine sancte et indiuidue trinitatis. *Manegoldus* dei gratia *pataniensis* episcopus in perpetuum. Cum scripture beneficium unicum sit solatium ad perpetuanda facta mortalium, inde est, quod fide presentis scripti memorie conmittimus hominum tam presentium quam futurorum, quod cum nobilis uir *Gundaforus de Styria* culture exposuisset nemus, situm circa *Wiltperc*, petebat a nobis cum instantia, ut decima Noualium, si qua (?) ibi excolerentur (sic) et fundum ecclesie, si quam ibi construeret, quod intendit, ipsi in feodo conferremus.

Nos igitur consideratis multis seruitiis, que idem G. unacum patre suo nostre frequenter ecclesie fideliter exhibuit, annuimus petitioni sue et ius fundi in ecclesia construenda ibidem cum duabus partibus decime sibi et suis heredibus contulimus in feodo, tertia parte decime ipsi ecclesie, dum constructa fuerit, assignanda. Ut autem hec donatio sibi et heredibus suis in perpetuum stabilis et inconuulsa permaneat, eam presenti pagina sigillo nostro appensa et subscriptis testibus firmiter conmunimus. Huius rei testes sunt *Hartnidus Aquilegensis prepositus, Chunradus maior plebanus, Gotefridus archipresbiter, Vlricus custos, Heinricus de Pettenbach, Hartmannus yndicensis prepositus*, canonici patauienses, *Christanus notarius, Chunradus scriba*, capellani. *Heinricus de Lonstorf, Hademarus*

de Wesen, *Otto de Heichenbach*, *Otto de Walde*, *Livtoldus de Sauersteten*, *Heinricus de sancto Ypolito*, *Rvdgerus de Suntheim*, *Sifridus de Griffensteine*, *Chunradus de Issowe*, *Heinricus de Issenstorf*, *Chunradus de Hohenstouffe*, *Chunradus de Ramnsteine*, et alii quam plures. Acta sunt hec *Patavie* in capella nostra Anno dominice incarnationis M°CC°XII° indictione XV. Anno pontificatus Innocentii III. pape XIIII°. Regnante *Ottone* IIII° Romanorum imperatore et semper augusto, Anno imperii sui III. Pontificatus nostri anno VI. Kalendas Februarii VIIII.

Original auf Pergament, dessen Siegel verloren gegangen, im Archive des Kl. Wilhering. — Stülz, Geschichte von Wilhering, 497.

CCCLXXVII.

1212. 22. April. Ens. — *Leopold's VII., Herzogs von Österreich, Stadtrecht für die Stadt Ens.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. *Liupoldus* dei gracia dux *austrie* et *styrie*, uniuersis fidelibus tam presentibus quam futuris in domino salutem in perpetuum. Gloria principum latius uberiusque per pacem et quietem subditorum elucescit, quando fama clementie et diligentia protectionis eorum extenditur in posteros. Salutem quoque merentur a domino cum eos, quibus presunt bonis et honestis consuetudinibus et institutis ab enormitatibus, quibus non solum corpora sed et anime perduntur, cohibent et ad iusticie tramitem conuersationemque bonam et cuilibet proximoque suo utilem iuris seueritate perducunt. Hinc est, quod nos *ciuium nostrorum anasensium* deuotionem peticionemque affectuosam pia animaduertentes consideratione donauimus ipsis ac posteris eorum et *iuxta consilium* et ammonitionem *fidelium ac ministerialium nostrorum* perpetua statuimus donatione iura, per que clementer eorundem prouidimus paci ac tranquillitati. Statuimus ergo, quod si aliquis ciuium quemquam occidat, si habet ualens triginta talenta super terram de bonis inmobilibus infra fossatum et ambitum ciuitatis, non indigebit fideiussore aliquo pro se, sed uocabitur ad iudicium tribus uicibus, et si uocatus uenerit et confiteatur, se illum occidisse, uitam suam uix (sic) defendendo, probet hoc cum septem domesticis, qui credibiles homines esse dicantur, et si reus appareat, iudicetur de ipso, sicut iustum fuerit, si uero securus (sic) appareat, liber sit a potestate iudicii. Si uero legitimis ter uocatus induciis non uenerit, iudex eum proscriptum

pronuntiet et due partes bonorum suorum sint in potestate uxoris et liberorum, tercia pars in potestate iudicis. Si non habeat uxorem uel pueros, antequam in proscriptionem deueniat, disponat de illis duabus partibus, qualitercumque uelit. Si decesserit antequam in proscriptionem ueniat ita, quod de rebus suis nichil disponat, due partes bonorum suorum reseruentur annum et diem et si infra terminum illum aliquis ueniat, cui reddere debeat, de bonis illis sibi reddatur, dummodo hoc probare possit, quod ille, qui mortuus est, debitor suus extiterit. Quicquid autem ultra debitum remaneat, pro anima ipsius impendatur. Si autem non habet nec potest ostendere ualens triginta talenta talium bonorum, ut supra dictum est, et tamen fideiussorem pro se inuenire poterit, ille fideiussor fideiubeat pro eo et eum recipiat super uitam propriam. Sed si fideiussorem habere non poterit, iudex captiuum ducat eum, donec iudicet de ipso, sicut iustum fuerit. Quicquid autem sit de bonis homicide, si in opere et manufacto deprehensus fuerit, statim de ipso secundum iusticiam conuicto judicabitur. Si autem aliquis ciuium alicui amputauerit manum uel pedem uel oculum uel nasum uel aliquod tale membrum, judici pro pena det decem talenta, illi, qui dampnum recepit, totidem. Si vero is, qui dampnum fecit, denarios habere non poterit, iudicetur de ipso secundum legem, oculum pro oculo, manum pro manu et sic de ceteris membris, sin autem probet innocentiam suam secundum, quod pax est instituta. Si autem quis aliquem temerarie cecauerit, iudicio ducis reseruetur. Item quicumque alteri amputauerit digitum uel ita uulnerauerit, quod detrimentum membrorum patiatur, iudici det tria talenta, illi, qui dampnum pertulit, tria, si uero denarios habere non poterit, eodem modo puniatur uel expurget se secundum quod pax est instituta. Siquis autem aliquem uulnerauerit ita, quod uulneratus conualeat sine detrimento membrorum, iudici det duo talenta, uulnerato duo, si vero denarios habere non poterit, uerberetur et amittat crines et cutem coram iudicio non ibi, ubi fures uerberantur uel liberetur secundum quod pax est instituta. Si aliquis ciuium infra ambitum ciuitatis nocte se defendendo aliquem uel occiderit uel aliquo membrorum mutilauerit, probet hoc testimonio duorum uel plurium et sit liber a iudicio. Si autem talis casus in die occurrerit, expurget se testimonio septem credibilium uirorum. Si autem in campo euenerit, sufficiat sibi testimonium unius. Quicumque aliquem honestum uirum cedat fustibus, det iudici duo talenta, illi, qui dampnum recipit, duo

uel expurget se secundum quod pax est instituta. Si autem aliquis uerberet aliquem inhonestum, qui uerbis vel qualicumque indisciplina hoc erga ipsum meruerit, tantum iudici det unum talentum verberato vero nichil. Si aliquis alicui domestico uel honesto uiro percusserit alapam, iudici det unum talentum uerberato unum. Si autem seruienti uel alicui leuiori persone percusserit alapam, iudici det sexaginta denarios verberato sexaginta. Si autem is, qui alapam percussit, probabit, quod alter erga ipsum meruerit qualicumque indisciplina et idem, qui percussus fuerit, sit uir honestus, tantum iudici det unum talentum uerberato nichil. Si vero sit seruiens uel aliqua talis persona, iudici tantum det sexaginta denarios verberato nichil, si autem is, qui alapam recepit, sanquinolentus appareat et alter, qui eum percussit, testibus probare poterit, quod eum tantum manu percusserit, nichil inde nisi ut de simplici alapa judicabitur. Siquis vero seruum uel ancillam suam percusserit sine armis ita, quod sanquinolentus appareat, iudici propter hoc nullum dabit responsum. Statuimus etiam, quod quicumque uirginem uel mulierem honestam ui oppresserit uel rapuerit et illa testimonio duorum se proclamasse probauerit, ille iudicio ferri igniti se expurget, si autem ille se non expurgauerit, sententiam capitalem subibit. Si autem illa testimonio septem credibilium uirorum illum conuicerit, nulla sibi concedetur expurgatio sed predictam sententiam subibit. Si vero mulier aliqua communis conqueratur se ui oppressam, nemo respondebit iudici pro querimonia illius. Quicumque alteri dixerit fili meretricis, iudici dabit sexaginta denarios, de filio canicule tres solidos. Statuimus etiam, quod quicumque ciuium moriatur, si uxorem habet uel liberos, iudex nequaquam intromittat se de bonis uel de domo ipsius, sed si sint in potestate uxoris et liberorum. In arbitrio quoque sit uidue non nubere uel nubere, cuicumque uelit, quod dominus terre de hoc nichil facere habeat. Idem quoque statuimus de filia uel nepte cuiuslibet ciuium quod de uidua. Si vero is, qui moritur, non habet uxorem uel liberos, in ordinatione ipsius consistant bona sua. Quodsi decesserit absque testamento et ordinatione rerum suarum, bona sua sint proximi heredis sui, si idem heres locatus sit infra terminos ducis, si vero heres sit extraneus, bonorum suorum pars dimidia cedat in usum ducis reliqua sit heredis. Item statuimus, ut undecumque uenerit aduena, si moriens de rebus suis ordinauerit, rata maneat eius ordinatio, si vero moriens nichil ordinauerit, ciues custodiant bona defuncti annum

et diem, infra quod quidem spacium si aliquis uenerit, qui se heredem uel socium uel accreditorem legitime ostenderit, eidem absque contradictione assignentur bona defuncti, sin autem in potestate ducis sint bona illa, jn arbitrio quoque ducis sit, si aliquid pro anima illius uelit impendere, vbicumque autem aduena uelit sepeliri, liberum habeat arbitrium. Volumus etiam, ne aduena aliquod testimonium possit facere super ciuem neque ciuis super aduenam cum hiis, qui dicuntur Litchovffære, quin habeat alios honestos cum illis. Uolumus quoque, ut unicuique ciuium domus sua sit pro munitione et conmansionariis suis et cuilibet fugienti uel intranti domum. Quicumque ergo temeritatem illam siue inuasionem domus, que in uulgari heimsůche dicitur, exercuerit, cum domesticus inde querimoniam deponens eundem cum iuramento, quod in uulgari dicitur vorcit, ad hoc deducet, quod sibi respondere tenebitur, oportet, quod ipse suam probet innocentiam semet tercio ydoneorum uirorum (testimonio) uel iudicio aque vel ferri igniti ita, quod unum istorum sibi eligat et si ita se expurgabit, liber erit a iudicio; si vero se expurgare non poterit, iudici dabit quinque talenta domestico, cuius domum inuasit, quinque, si pecuniam non habuerit, manus ei amputabitur. Item statuimus, quod iudex non iudicet quemquam, nisi ille sit presens, qui deponat querimoniam super illum uel nisi iudex testibus probare possit talibus, qui non sint homines uel subditi sui, quod antea aliquis ei deposuerit querimoniam super illum. Preterea si aliquis faciat querimoniam de alio et ille, qui conqueritur postea uelit dissimulare occultam faciens conpositionem, que in uulgari dicitur halsǒne, iudex debet eum cogere, ut querimoniam suam prosequatur. Statuimus etiam, quod si aduena ciui uel ciuis extraneo aliquid uendat, et alter hoc pro bono recipiat, iudex nichil inde iudicet, quin alter eorum ei faciat querimoniam. Volumus etiam quod si aliquis intret ciuitatem, ut defendatur ab inimicis suis, si inimici sui eum uelint captiuare uel occidere in ciuitate Burgenses, qui ab inimicis eum liberauerint, non respondebunt iudici pro hoc facto, si etiam in defendendo illum inimicis propter inportunitatem ipsorum, ut in tali strepitu contingere solet, a burgensibus aliquod dampnum acciderit, burgenses luere non debent. Item si aliquis intret ciuitatem, ut ciuis officiatur, burgenses debent illum tueri ab omni uiolentia usque ad presentiam ducis. Statuimus, ut sex ydonei ciues iuramento confirment, quod disponant de mercatu et de uniuersis, que ad honorem et utilitatem ciuitatis pertinent, sicut melius

sciuerint, et quicquid idem in hoc agant et disponant, iudex non contradicat. Item si aliquis ciuium inculpetur, quod uel hospes suus uel amicus suus vel aliquis de familia sua de domo sua uel in domum suam aliquod maleficium perpetrauerit, si iuramento se in hoc inculpabilem ostenderit, liber sit, si non, iudici det tria talenta. Item burgensibus nostris donauimus, ut nullum eorum cogamus esse iudicem. Preterea statuimus et donauimus ipsis pro iure, ut quicumque ipsorum possit habere arma uel equum, habeat ita, quod dominus terre hoc ab ipsis non possit nec debeat petere, peticio namque dominorum pro mandato habetur. Ideo autem ab ipsis talia non sunt exigenda, ut ea ipsi ad usum et necessitatem terre et ciuitatis acquirere et reseruare conentur. Quidquid autem iudex pro qualicumque culpa in iudicio lucretur, uolumus, ut subiudici et preconibus semper de talento triginta denarii, de dimidio talento quindecim denarii et ita sicut prouenire potest. Vt autem hec nostra donatio tam a nobis quam a successoribus et posteris nostris in perpetuum rata et inuiolata permaneat, presentem paginam super hoc scribi sigillique nostri karactere roborari subscriptioneque testium, quorum nomina sunt hec, muniri iussimus. *Ulricus de Peka* et frater eius *Liutoldus*, *Herrandus de Wildonia*, *Vlricus de Stubenberch*, *Reimbertus de Mûrekke*, *Otto de Cremis*, *Otto*, *Gotfridus et cholo* fratres *de Truhsen*, *Duringus de Styra*, *Ortolfus de Volcholtesdorf*, *Otakarus de Græze et Alrammus* frater eius, *Dietmarus de lihtensteine*, *Pertoldus de Embirberch*, *Gerhardus de Chrumpach*, *Heinricus*, *Vlricus de Murberch*, *Hermannus de chranichperch*, *Rapoto de Buten* et alii quam plures. Datum in *villa* nostra *Anasi* per manus *V̊lrici* Notarii. X. kalendas Maij, Anno incarnationis dominice Millesimo CC.XII.° Indictione XV.ª Sub tercio *Innocentio* papa. Regnante *Ottone IIII.* Anno imperii sui III.

Original auf Pergament mit einem an weissen und gelben Seidenfäden hängenden Münzsiegel, im Stadtarchive zu Enns. — Hormayr, Taschenbuch für die vaterländ. Gesch. Jahrg. 1812, S. 44—53. — Gaupp, Deutsche Stadtrechte des Mittelalters (Breslau 1851 u. 52, im 2. Bde. S. 206—224), mit einer erläuternden Einleitung. — Meiller, Stadtrechte aus der Zeit der Babenberger, im Archive der kaiserl. Akademie, Bd. X. pag. 96.

Deutsche Übersetzung des voranstehenden Diploms.

In dem Namen der Heiligen vnd vngetailten dreiualtichait. *Leupolt* von gotts genaden Herczog zu *Osstereich* vnd zu *Steir* Allen getrewn gegenburttigen vnd chvnftigen in dem herren daz hail

ewichleich. Die êr der Fursten weiter vnd fruchtperlicher erscheine durch den vrid vnd rue der vndertänigen, wenn der lawt der gütichait vnd vleiss irr weschiermung wirt verrecht an ir nachchvnftigen, vnd daz hail wiert verdint von got, wenn sy den, den si vor sind, mit guten vnd erberrigen gwanhaiten vnd aufsaczung wetwingen vnd den vngeordenthaiten, mit den nicht Alain di leib sunder halt di sel verlorn werdent, vnd zu dem weg der grechtichait vnd guter mit Handlvng vnd nuczen strengchait des rechten yegleicher sein nagsten sol volfurn. Darvmb ist, daz wir vnsser Puriger der *Ensser* Andacht vnd auch Wegierleichew pet mit guter merchkvng merchkund sein. Haben wir in geben vnd irn nachchomen vnd nach Rat vnd mainung vnsser getrewn dienstherren mit ewiger gab haben wir in zu recht gesaczt di recht, mit den wir haben furgesehen gutleich derselben vrid vnd sůn. Darvmb zu recht haben wir in gesacht, Ob ainer der Puriger den andern zu tod slach, hat er, daz dreissichk phfunt wert ist auf dem erdreich von anligvndem vnerwegleichem gutt innerhalb des grabens vnd vmbgang der Stat, so wedarff er nicht eins parigen für sich, Svnder er werd gerufft dreistvnd zu dem rechten, vnd wenn er wirt gerufft vnd chvmpt vnd wechennt, daz er den erslagen hab zu weschiermen chawm sein leben, daz sol er weisen mit siben hawssgenossen, di da glawbleich lawt gesprochen sein. Ist aber, daz er schuldig erscheint, so sol gericht werdn von im als recht sei. Aber erscheint er sicher, so sol er frei sein von gewalt des rechten. Aber wirt er drei stvnd gevodert zu rechtleichen tâgen vnd chvmpt nicht zu dem rechten, so chvnt in der richtter in di åcht, vnd zwai tail seiner guter sein in dem gewalt seiner hawsfrawn vnd chinder. Der dritt tail im gewalt des Richtters. Ist aber, daz er nicht hab hausfrawn noch chinder, e daz er in di åcht chom, so schaff er von den zwain tailen, wie er well, aber stiribt er, e daz er in di åcht chvmpt, also daz er von sein gutern nichtz schaff, so schullen zwai tail seiner guter wehalden werden jar vnd tag vnd ob in der zeit ettwer chem, dem man ettwas gelten oder widergeben schull von denselben gutern, sol im wider geben werden, Ist daz er geweissen mag daz, daz der da tod ist, sein geltter gewesen ist. Aber was vber di schuld weleibt vber daz, sol man geben zu hail seiner sel. Ist aber, daz er nichtz hat, vnd mag nicht zaigen, daz da wert ist dreissichk phfvnd solicher guter, als oben gesprochen ist, vnd mag doch vinden fur sich ein purigl, derselb purigl fursprech fur in vnd nem in auf sein aigen

leben. Aber mag er nicht purigl gehaben, so sol in der richtter gevangen fürn als lang, vncz er richt von im als recht ist, was aber der guter des manslechtigen sein, ob er in dem werich der hant getat oder daz er mit der hant volpracht hat, wegriffen wiert, zu hant von im ertott, so werd gricht von im mit der gerechtichait. Slecht aber ein puriger dem andern ab Hant oder fues oder aug oder di Nasen oder ein solichs gelid, der geb dem Richtter zu Pen zehen phfvnt vnd dem, der den schaden enphangen hat, auch als vil. Ist aber, daz der den schaden getan hat, nicht als vil phenning gehaben mag, So sol von im gericht werden nach dem rechten, ein aug vmb ein aug, ein hant vmb ein hant, vnd also gleich von andern glidern. Ist aber, daz er webert sein vnschuldichait nach dem, als vor auffgesach (sic) ist der vrid, des geniess er. Ist aber daz ainer ainen vreueleich plentet, daz sol wehalten werden dem rehten des Herczogen. Aber welicher dem andern abslecht ain vinger oder in also wundet, daz er mynrung der glider leidt, der sol dem Richtter geben drew phfvnt, dem der schadn gelitn hat, auch drew. Mag er aber der phening nicht gehaben, in gleicher weiss sol er gepeinnigt werden Oder er entschuldig sich nach dem vnd der vrid aufgesaczt ist. Ist aber, daz ainer den andern wunt also, daz der wunt gesvnt wirt an mynrung der glider, der geb dem Richtter zwai phfvnt, dem wunden zwai. Aber mag er der phfening nicht gehaben, so sol er geslagen werden, daz er verlies hawt vnd har vor dem Rechten, nicht da, da man die dewpp slecht, oder er sol erlösst werden nach dem vnd der vrid ist auffgesaczt. Ob ein puriger innerhalb des vmbgangs der Stat des nachtz sich zu weschirmen ainen aintwedern erslecht oder im ein glid lempt, daz soll er weweisen mit zwair zeugnuss oder mer vnd sei vrei von dem rechten vnd richtter. Ist aber, daz der vall pei tag geschicht, So sol er sich entschuldigen mit zeugnuss siben gelawbiger mann; geschicht aber daz Auf dem veld, so ist im genug zeugnuss ains manns. Welicher ain erbern man slach mit chnůtlen, der geb dem Richtter zwai phfvnt, dem der den schaden gnomen hab, zwai phfvnt, Oder er entschuldig sich nach dem vnd der vrid aufgesaczt ist. Ist aber, daz ainer ain vnerberigen slecht, der daz mit wartn oder welicherlay vnczucht wider in verdienet hat, der geb dem Richtter ein phfvnt phening, dem geslagen aber nichtz. Ist aber, daz ainer ain Hawsgnôssen oder ein andern erbern man slach ain Mawlslag, der geb dem Richtter ain phfvnt, dem geslagen ain phfvnt. Ist

aber, daz ainer eim dienner oder einer leichttern person slach ain Mawlslag, dem richtter geb er sechczkch phening, dem geslagn sechczkch. Ist aber, daz der, der den slag hat geslagen, mag weweisen, daz einer wider in daz verdient hab, mit welicherlay vnczucht es sei, vnd der, der geslagen ist, sei ein erber man; alain dem richtter geb er ain phfvnt, dem geslagen nichtz. Ist aber, daz er sei ain dienvndew oder ein andrew gleichew person; dem richtter alain werd er geben sechczkch phening, dem geslagen nichtz. Ist aber daz, daz der Mawlslag emphfangen hat, plůttig erscheinet vnd enner (sic), der in geslagen hat, mit zewgen erweisen mag, daz er in alain mit der hant geslagen hab, der geb nicht anders dem richtter als von aim schlechten mawlslag; also werd gericht, wer aber sein chnecht oder sein diern slecht an waffen also, daz er pluetig erscheint, dem Richtter sol er darvmb chain antwurt nicht geben, wir haben auch zu recht gesaczt: wer ein jvnchkfrawn oder ein erberew vrawn zuchkt oder nötzert vnd diselb vraw oder jvnchkfraw mit zewgnuss zwair erbern mann sich weschrieren hab weweist, derselb wirt entschuldigen sich mit dem rechten des fewrein eisen. Ist aber, daz sich derselb nicht entschuldigt, daz hawbptleich vrtail er in sich trincht. Ist aber, daz diselb vraw mit zewgnuss siben gelawbiger mann denselben vberwindet, so wirt im chain entschuldigvng nicht verlichen, Svnder daz vorgesprochen vrtail er in sich trinchk. Ist aber, daz ein gmainew fraw chlag, sy sei mit gwalt nötgezert, niemant antwurt dem richtter vmb diselben chlag. Welicher dem andern spricht hvrrensun, dem Richtter geb er sechczkch phfening, Spricht er aber Hvnttinn svn, der geb dem richtter drei schilling. Auch haben wir zu recht gesaczt, welicher puriger sterib, hat er weib oder chinder, der richtter mit nichtew vnderbind sich seiner guter oder hawses, ob si sein in dem gewalt der hawsfrawn oder chinder also, daz si des Landes herr nicht notten sol noch piten zu dhainer heirat, dasselb recht seczen wir auch den witiben, heiraten oder nicht heiraten, daz auch der herr des landes mit nichtz zu tun hab, dasselb seczen wir auch alln purigern tochttern enichel, als vor, jst aber, der da stiribt, nicht hat hawsfrawn oder chinder, in seiner schichvng weleibem alle seinew guter; seinew guter schullen sein des nagsten seines eribem ob derselb erib gesessen sei vnder den pieten des herczogen. Aber ist er ein Ausser, seiner guter halber tail sol gevallen zu nucz des herczogen, der ander tail sei des eribem. Auch haben wir zu recht gesaczt,

von welicher stat oder lant ein Auslender chom, ob er stiribt, vnd von sein gutern schicht oder schaffet, dazselb gescheffl sol stet weleibem. Ist aber, daz er stirbt vnd nichtz schicht oder schafft, di puriger schullen wehueten die guter des gestaribem jar vnd tag; ob in der zeit yemant chom der eribem oder geselln oder sich geltter rechtleich erzaig, demselben an widersprechvng schullen ingeantwurt werden di guter des erstaribem; chvmpt aber nyemant in der zeit, die guter sein des herren vom Land, vnd ste auch in seiner hand, ob er durch des Sell willen icht tun well. Auch an welicher stat der auslender wegraben well werden, da hab er frein willen zu. Auch wellen wir, daz chain ausser ichtes zewgnuss mog getun auf ein puriger noch chain puriger auf ein aussern mit den, di da haissent leithawsser, nur allain si haben ander erber lawt pei in. Wir wellen auch, daz ein ygleichen puriger sein haws ein sicherhait vnd vreivng vnd sein mitwo̊nern vnd eim igleichen fliechvnden in dazselb haws sei; darvmb welicher die vreihait oder sicherhait des hawss erzaigt oder präch, daz in gmainer sprach haimsuchen gnant wirt, wenn der hawssgenoss darvmb chlag vnd denselben mit seim aid, der da haist vor aid, darczu twingt, daz er im an der anttwurt schuldig wirt, der mus vnd sol sein vnschuld weweisen mit im selb dritten erbeer weisen mannen oder mit dem gricht des wassers oder des fewrein eissens also, daz er im ains derdaigen (sic) erwell, vnd ob er also sich entschuldig, er sei vrei hinfur vor dem gricht. Aber mag er sich nicht entschuldigen: dem Richtter geit er fvmff phfvnt, dem puriger auch fvmff phfvnt. Vnd ob er nicht gelt hat, ein hant wirt im abgeslagen. Auch haben wir zu recht gesaczt, daz der richtter nicht richt hincz yemant, nvr der sei gegenburttig, darvmb er richten sol, vnd hincz dem er richten sol, vnd der, der da sag di chlag auf den andern Oder nur der richtter mag sein recht weisen mit solichen lawten, di nicht sein sein oder sein vrewnt oder vndertänig, daz vor im ettwer di chlag vber den gesagt hab. Auch ob ettwer chlag vber den andern, vnd der, der chlag, darnach wolt gleischssen (sic) vnd wolt ein haimleiche werichttung machen, di da dauchez (deutsch) haist Holsv̊nne; der richtter sol in twingen, daz er sein chlag volfur. Auch haben wir gesaczt, ob ein Ausserer eim puriger, oder ein půriger eim aůssern ettwas verchawfft, vnd der ander daz fur gut nympt ob es darnach zu chlag chvmpt: der richtter sol davon nichtz nemen; nvr ir ainer tu im darvmb chlag. Auch wellen wir, ob ettwer ge in di stat, daz

er weschiermt werd von sein veinten, ob in sein veint wolten vahen oder totten in der stat; die Puriger, di in da lösen von sein veinten, schullem dem richtter nichtz darvmb anttwurten vnd auch ob daz wer, daz si den wolten weschiermen vor sein veinten in ir nötdurfft, als in solichem gesträppl geschehen gwondleich ist, scheden geschäch, daz schullen di puriger nicht püssen dem gricht noch nyem. Auch ob ettwer ge in di Stat vnd puriger well werden, di Puriger schullen den weschirmen vor allem vräffel vncz zu der gegenburtichait des herczogen. Auch haben wir zu recht gesaczt, daz sechs weiss puriger mit irm aide westäten, daz si schichen von allerlay hendl der chauffmanschafft vnd von allen andern dingen, di zu der er vnd nucz der Stat gehorend, richten vnd schichken, als si allerpest wissen, vnd was diselben in allen dingen tun, richten, vnd schichken; Der richtter sol es nicht widerreden. Auch haben wir gesaczt, ob ein puriger weschuldigt wirt, daz aintweder er oder sein gast oder sein vrewnt oder ettwer von seim Hawssgesind aus seinem haws oder in sein haws ein vbltat volpracht hiet, ist, daz er sich mit seim Aid an dem vnschuldig erczaigt: er sol sein vrey vor dem gricht; ist aber des nicht, So geb er dem Richtter drew phfvnt. Auch haben wir geben vnssern purigern, daz wir ir chain notten schullen, daz er richtter sey. Darnach haben wir gesaczt, vnd in fur recht geben: welicher vnder in mug gehaben wappen, Härnäschs oder phfert, daz sol er haben also, daz der herr des Landes diselben mug noch schull piten von in zu chainer sach chrieg, wenn di pett der herren fur ein pott gehabt starchkleich wirt vnd darvmb soliche von in nicht sind zu piten, daz sy diselben zu nucz vnd nottdurfft des Lantz vnd der Stat gewynnen vnd wehalten schullen zu aribait. Auch wellen wir, was dem Richtter vmb welicherlay schuld es sei, an dem grechten gelt gevall oder gesprochen werd, daz dem Nachrichter vnd den scherigen von iedem phfvnt dreissichk phfening gefallen sol, von eim halbem phfvnt fvmffzehen phening vnd also furbas, als es wechomen vnd gevallen mag. Daz aber disew recht vnd vnsser gab von vns vnd allen vnssern nachchomen hinfür vest, westätt vnd vnzebrochen weleib ewichleich hinfur, haben wir lassen verschreiben mit dem zaichen vnssers, vnd mit dem zaichen vnssers Sigill gestercht werden vnd auch mit vntterschreibung der zeugen webärn, haben wir gepoten vnd gepieten vestichleich wehalten; der Namen der gezewgen sind die. Her *vlr von Peka* vnd sein Prueder *Leutolt*, *Herrant von*

wildony, *vlr von Stubenberch* etc. vnd ander vil Herren, ritter vnd chnecht, der namen alhie nicht verschriben sind. Geben in vnsserm dorff zu *Enns* von handen herrn *vlreichs* vnssers schreiber an dem zehenden der Ruefftag (sic) des Mayen, von dem jar der gotleichen vnd herleichen Půrde Taussent zwai hvndert jar vnd zwelifften, Dinstzal in der fvmffzehenden vnder dem Pabst *Innocencio* dem dritten, Reichs vnd die zeit *Otten* des vierden, des Jars seins Chaisertvms in dem drittn.

Aus einem Pergament-Codex im Stadtarchive zu Enns. Diese Übersetzung wurde von Hannsen von Münspach, einem Rathsbürger von Enns, im Jahre 1397 verfasst, demselben, der auf die Bitte seiner Collegen die Privilegien der Stadt Enns in obigem Codex zusammenschrieb. — Kurz, Ottokar u. Albrecht I. II. 251.

CCCLXXVIII.

1212. 21. Mai. Nürnberg. — *Kaiser Otto IV. nimmt das Kloster St. Florian in seinen besonderen Schutz und bestätigt die durch Herzog Leopold von Österreich eingeleitete Befreiung des Klosters St. Florian von der weltlichen Gerichtsbarkeit.*

C. In nomine sancte et indiuidue trinitatis. *Otto* quartus diuina fauente clemencia romanorum imperator et semper augustus. Imperialis dignitatis debitum prosequentes Ecclesias et pauperes christi pie fouere et a uiolatorum oppressione eripere pro diuina miseracione intendimus, ab ipso, per quem Reges regnant, deuoti studii nostri premium expectantes; ad instanciam igitur dilecti consanquinei nostri *Leopoldi Illustris Ducis austrie ac styrie* ecclesiam, que *domus sancti floriani* uocatur, pro spe eterne retributionis in specialem defensionem nostram recepimus omnia iura sua illi confirmantes et cuncta beneficia, que prefatus Dux et antecessores sui eidem Ecclesie contulerunt, auctoritate nostra corroborantes. Omnibus ergo christi fidelibus presentis pagine inspectione innotescere uolumus, quod prefata Ecclesia per prouidenciam iam dicti principis mediante *Ottone* eiusdem Ecclesie preposito a iurisdictione secularium iudicum taliter est exempta videlicet, quod *Ortolfus de uolchinsdorf* ministerialis Ducis *Austrie* iudex prouincie, in qua eadem Ecclesia sita est, omne ius, quod in prediis et in hominibus illius Ecclesie racione secularis iudicii habebat, tůmaduocato et ille Duci resignauit et Ecclesia eidem *Ortolfo* Trecentas quinquaginta libras publice monete auxilio Ducis freta persoluit, ut isdem *Ortolfus* predia sua in *lamperge* et

gruennowe sita ad estimacionem annue pensionis viginti librarum cum omni proprietatis iure Duci traderet, quibus iam dictus Dux tůmaduocatum et ille sepedictum *Ortolfum* in recompensacionem resignati iuris pheudali iure denuo inuestiret et hec omnia presente *Herbordo* fratre prefati *Ortolfi* cum auxilio Ducis et consensu tůmaduocati sub ydoneis testibus et debita sollempnitate adhibita sunt tractata. Nos itaque pro misericordia dei promerenda totam istius facti seriem ratam habentes sepedictam Ecclesiam sancti floriani cum hominibus et prediis suis cultis et incultis, quesitis et inquisitis, habitis et habendis, cum pratis et pascuis, cum uenacionibus et piscacionibus ab omni iure et obnoxietate secularis iudicii Imperiali auctoritate eximentes absoluimus et liberam esse statuimus. Decernimus igitur, ut ab hac die nostre constitucionis in antea nulli umquam secularium iudicum liceat alicuius placitacionis formam in prediis Ecclesie exercere nec homines ipsius Ecclesie siue Colonos siue proprios siue censuales ad standum suo iudicio conpellere nec de nauigacionibus nec de uectionibus uenalium suorum aliquid ab eis exigere; volumus enim, ut ipsa Ecclesie predia et omnes cause, que in ipsis emerserint, ab omni iurisdictione seculari tam integre sint exempta, ut de ipsis soli preposito et eius officialibus liceat cognoscere et de cognitis diffinire. Quod si aparencia furti uel latrocinii aut aliquid genus maleficii, quod mortem exigit malefici, in homine Ecclesie notorie fuerit deprehensum, quia huius iudicii execucionem ordo ecclesiasticus sibi non uendicat, omni possessione rei tam mobili quam inmobili Ecclesie adiudicata, sola et nuda nocentis persona per eum, qui in defensione Ecclesie uices Ducis *Austrie* sibi gerit conmissas, ad iudicium sanquinis tradatur omni tamen culpa, que pecuniarias admittit conposiciones, Ecclesie reseruata et concessa. Nocentium autem personarum inquisiciones officiales Ecclesie tantummodo faciant. Inuentos uero a bonis Ecclesie infra mensem amoueant et in eis priuilegio suo renuncient et de factis eorum deinceps respondere non teneatur Ecclesia. Confirmamus preterea sepius memorate Ecclesie sancti floriani omnia iura priuilegiorum sibi a pataviensis Ecclesie presulibus et a Ducibus *Austrie* super diuersis iusticiis collatorum, eximentes eam secundum continenciam priuilegiorum Ducis *Austrie* ab omni uectigalium et theloneorum solucione et reddicione marchialis annone, remittentes etiam ei uniuersaliter omnes iusticias aduocacie, scilicet placita, bannos, steuras, oblaciones, pernoctaciones, omnisque generis

obuenciones secundum formam priuilegiorum *Reinberti pataviensis* Episcopi et *Leopoldi Illustris Ducis Austrie* et *Styrie.* Sed quia utilitas Ecclesie exigit, ut Dux *Austrie* defensor et aduocatus sepedicte Ecclesie propter frequentes occupaciones suas alicui uices suas in defensione eiusdem Ecclesie conmittat, ne occasione talis conmissionis, que ad repellendas ab Ecclesia oppressiones ab ipso Duce pro tempore pie fit, contra ius huius priuilegii ipsi uicedefensores in illicitas transeant abusiones, uniuersorum noticie uolumus inculcari, quod ei soli fieri debet talis conmissio, quem prepositus Sibi ad hoc ydoneum a Duce postulauerit, qui nec nomine nec aliqua utilitate seu iure aduocati sibi usurpato tantum sub legacione Ducis eiusdem Ecclesie prepositum fideliter manuteneat, non se ingerendo nisi in illis nisi in illis (sic) tantum negociis, ad que prepositus eum expetiuerit, nullas sibi uendicans utilitates preter pecuniarias conposiciones, que pro lesione hominibus Ecclesie ab extraneis illata Ducibus *austrie* sic ut ueris aduocatis fuerint adiudicate, prius tamen Ecclesie et leso plena satisfactione exhibita. In hominibus autem et prediis seu colonis Ecclesie nichil Sibi iuris uendicet nomine huius conmissionis, nisi forte ad cohercionem rebellium personarum a preposito fuerit ascitus. Quia uero pretextu talium conmissionum huiusmodi uicedefensores frequenter auiditate temeraria in iura aduocatorum se solent ingerere, firmiter interponimus, ut, si quando a tali uicedefensore prepositus se senserit grauari, liceat ei ipsum recusare et alium a Duce expetere. Et ne diuturnitas temporis ulli talium possit in preiudicium Ecclesie suffragari, statuimus, ut expirante tempore administracionis prepositi, talis etiam expiret conmissio, donec successor eius ipsum denuo expetat, uel alium. Horum autem articulorum tam circa exemptionem sepedicte Ecclesie a foro secularis iudicii quam circa iura aduocatie tam cautam expressionem uniuersitas omnium hanc paginam inspiciencium nos nouerit ideo tam sollicite annotasse, ut omnis questio super iusticiis fori secularis tam hic expressis quam non expressis ab irruptione huius nostri priuilegii sit exclusa. Et ut nostra nouerit posteritas, neque per pheudacionem neque per aliud quodcunque genus alienacionis huius exceptionis priuilegium infringi infringi (sic) posse uel uiolari in perpetuum: Quod si in eius preiudicium aliquo precipiti consilio ab heredibus *Leopoldi Illustris Ducis Austrie et Styrie* inpheudacio de solo facto contigerit, irritam eam et omni robore uacuam censemus omnino non tenere. Ad cuius rei

euidenciam et nostre diffinicionis perpetuam stabilitatem presentem paginam autentici nostri inpressione insignimus robore perpetuo ualituram cum horum testium subscriptione: *Liupoldus Dux austrie et Styrie, Bernardus Dux Karintie, Diepoldus Marchio de Voheburc, Gebhardus comes de Tollensten, Otto tůmaduocatus, Vlricus de Peka et Leutoldus frater suus, Gundakar de stir, Godfridus de Trussen, Rodulphus de Stadek, Rainbertus de Můrecd, Fridericus de Pettowe, Leutoldus comes de Plaien, Otto de Crems, Otto de Graez, Duringus de Ratelperge et frater suus, Harnidus filius Herrandi de Wilidonen, Godfridus de Ewenstain, Herbordus de folkestorf, Henricus Marescalcus Imperii, Walterus Pincerna Imperii* et alii quam plures.


Signum domini *Ottonis* quarti Romanorum imperatoris inuictissimi. Acta sunt autem hec Anno Domini Millesimo Ducentesimo Tercio Decimo. Regnante domino *Ottone* Quarto Romanorum Imperatore glorioso, Anno Imperii eius tercio.

Datum apud *Norenberc* XII Kalendas Junii, Indictione quinta Decima.

(Monogramma.)

Das Siegel hängt an grünen Seidenfäden, wohl erhalten, übereinstimmend mit der Abbildung im Chron. Gottw. I. 402. Die Umschrift: ✝ DEI GRATIA OTTO ROMANORVM IMPP. (sic) ERATOR ET SEMPER AVGVSTVS.

Gestalt des Monogramms:



Abgedruckt bei Kurz, Albrecht IV. II. 470. — Coll. Stülz, Geschichte von St. Florian, 280.

CCCLXXIX. A.

1212. 8. August. Enns. — *Leopold, Herzog von Österreich und Steiermark, beurkundet die Befreiung des Klosters St. Florian von der weltlichen Gerichtsbarkeit.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis *Liepoldus dux austrie et stirie.* Quia piorum studiorum premivm et remunerator est devs,

grande nos speramus apvd ipsum nobis acumulare meritvm, si ad pacem et tranquilitatem ecclesiarum dei iugiter intendamus et eis defenssionis nostre auxilivm pia affectione ducti efficaciter inpertiamur. Omnibus ergo christi fidelibus presentis pagine testimonio declaramus, quod ecclesiam, que *domus sancti floriani* uocatur, a secularium ivdicvm exactione longis retro temporibus enormiter lesam et grauiter oppressam toto studii nostri conamine cum diligentia interposito ab omni secularivm iudicum potestate hoc modo liberauimus et absoluimus uidelicet, quod iam dicta ecclesia *ortolfo de uolchinstorf* ministeriali nostro ivdici prouincie, in qua eadem ecclesia sita est, trecentas quinquaginta libras publice monete nobis mediantibus persoluit et idem *ortolfus* omne ius, quod in prediis et hominibus eiusdem ecclesie ratione secularis ivrisditionis habebat, tv̂maduocato ratisponensi et ille nobis resignauit. Preterea iam dictus *ortolfus* presente *herbordo* fratre suo et consentiente predia sua in *grvinnowe* et *laeimperge* super *lethtin* ad estimationem annue pensionis XX. librarum cum omni ivre proprietatis ecclesie contulit. Nos autem prefata predia ab ecclesia pro concambio nostri ivris cum omni proprietate nobis collata tv̂maduocato pro reconpensatione resignati iuris feodali iure concessimus et ille *ortolfum de uolchinstorf* similiter eisdem prediis inuestiuit. Nos igitur sepedictam ecclesiam uolentes plena pace et libertate gaudere omnes iustitias et obnoxietates, quibus seculari iurisditioni prius erat obnoxia, super aram Sancti Floriani per oblationem gladii delegauimus et preterea omnes iustitias aduocatie, super quibus etiam ipsa ecclesia priuilegio nostro est munita, super eandem aram cum donatione scuti pro eterna retributione conferentes sepedictam ecclesiam sancti floriani cum hominibus et prediis suis cultis et incultis, quesitis et inquisitis, habitis et habendis, cum pratis et pascuis, cum uenationibus et piscationibus ab omni iure et obnoxietate secularis iuditii exemimus pariter et absoluimus. Decernimus igitur, ut ab hac die nostre constitucionis in antea nulli uncquam secularium iudicvm liceat alicuius placitacionis formam in prediis ecclesie exercere nec homines ipsius ecclesie siue colonos siue proprios seu censuales ad standum suo iudicio compellere nec de negotiationibus nec de uectionibus uenalium suorvm aliquid ab eis exigere. Uolumus enim, ut tam ipsa ecclesie predia quam omnes cavse, que in ipsis emerserint, ab omni iurisditione seculari tam integre sint exempta, ut de ipsis soli preposito et eius officialibus liceat cognoscere et de

cognitis diffinire. Quod si apparentia furti uel latrocinii aut aliquod genus maleficii, quod mortem exigit malefici, in homine ecclesie notorie fuerit deprehensvm (sic), quia huius iudicii executionem ordo ecclesiasticus sibi non uendicat, omni possessione rei tam mobili quam immobili ecclesie adiudicata sola et nuda nocentis persona per evm, qui in deffenssione (sic) ecclesie uices nostras sibi gerit commissas, ad iudicivm sanquinis tradatur omni tamen culpa, que peccuniarias admittit compositiones, ecclesie reseruata et concessa. Nocentium autem personarum inquisitiones officiales ecclesie tantvmmodo faciant, inuentos uero a bonis ecclesie infra mensem amoueant et in eis priuilegio suo renuncient et de factis eorum deinceps respondere non teneatur ecclesia. Sed quia utilitas ecclesie exigit, ut propter frequentes occupationes nostras alicui in defenssione eiusdem ecclesie uices nostras commitamus ne occasione talis commissionis, que ad repellendas ab ecclesia oppressiones a nobis pro tempore pie fit, contra ivs huius priuilegii ipsi uicedefensores in illicitas transeant abusiones, uniuersorum noticie uolumus inculcari, quod ei soli fieri debet talis commissio, quem prepositus sibi ad hoc ydonevm a nobis postulauerit, qui nec nomine nec aliqua utilitate sev iure aduocati sibi usurpato tantum sublegatione nostra eiusdem ecclesie prepositum fideliter manu teneat non se ingerendo nisi in illis tantum negotiis, ad que prepositus evm expetiuerit, nullas sibi uendicans utilitates preter peccuniarias compositiones, que pro lesione hominibus ecclesie ab extraneis illata nobis sicut ueris aduocatis uel nostris successoribus fuerint adiudicate, prius tamen ecclesie et leso plena satisfactione exhibita. In hominibus autem et prediis seu colonis ecclesie nichil sibi ivris uendicet nomine huius commissionis nisi forte ad coertionem rebellium personarum a preposito fuerit ascitus (sic). Quia uero pretextu talium commissionum huiusmodi uicedefenssores frequenter auiditate temeraria in ivra aduocatorum se solent ingerere, firmiter interponimus, ut, si quando a tali uicedefensore prepositus se senserit grauari, liceat ei ipsum recusare et alium a nobis uel nostris successoribus expetere. Et ne diurnitas temporis ulli talium possit in preiudicivm ecclesie suffragari, statuimus, ut exspirante tempore amministracionis prepositi talis etiam exspiret commissio, donec successor eius ipsum denuo expetat uel alium. Horum autem articulorum tam circa exemptionem sepedicte ecclesie a foro secularis iudicii quam circa iura aduocatie tam cautam expressionem uniuersitas omnivm

hanc paginam inspiciencium nos ideo nouerit tam sollicite annotasse, ut omnis questio super iusticiis fori secularis tam hic expressis quam non expressis ab irruptione huius nostri priuilegii sit exclusa, quod, ut nostra nouerit posteritas, neque per inpheudacionem neque per aliud quodcunque genus alienationis huius exemptionis priuilegium infringi posse uel uiolari in perpetuum. Quod si in eius preiudicium aliquo precipiti consilio ab heredibvs nostris inphevdatio de facto contigerit, irritam eam et omni robore uacuam censemus omnino non tenere. Sed siquis talis pheudi pretextu in dampna ecclesie manum miserit, dampnum reconpenset in quadruplum (sic) et quasi elemosine nostre uiolator in deum et in animam nostram revm se esse cognoscat. Ad horum autem omnivm euidenciam, que huius priuilegii tenor continet, et nostre diffinitionis stabilitatem perpetuam paginam presentem autentici sigilli nostri inpressione insignimus robore perpetuo ualituram cvm horvm testivm subscriptione: *Heinricvs comes de orthinberch*, *Vlricvs comes de perneke*, *Otto comes de chlamme*, *Cholo et Heinricus* frater eius *liberi de waehssinberc*, *Herrandus de wildonin*, *Hadmarus de chŏnringe* et filius eius *Hadmarus*, *Wichardus dapifer*, *Chadoldus et Wichardus* filii eius, *Ulricus strevno*, *Rudolfus de potindorf*, *Gundakarus* et frater eius *Duringus de stiera*, *Dietmar de lietenstein*, *Otto de chremise*, *Perhtoldus dapifer de emerberch*, *Alber de grimmsteine*, *Henricus de průne*, *Gotfridus de trvhssin*, *Liupoldus pincerna*, *Herbort de uolchinstorf*, *Henricus et Ernestus de trvna*, *Otto de rore*, *Otto de perhtolstorf*, *Otto de pirbŏm*. *Vlricus esilo*, *Vlricus de marbach*, *Vlricus de chaernabrvnne*, *Henricus de zebinge*, *Henricus de winisperch*, *Henricus de tvrsindorf*, *Perngerus de chapelle*, *Vlricus et Henricus de gvinnberc* (?), *Perhtolt de wiederuelt*, *Marquardus* et filius eius *Irnfridus de hintperch*, *Otakarus de slierbach*, *Livtolt de schŏenberg*, *Liutolt de hohinsthofe*, *Wolfker de altinhouin*, *Siboto de hage*, *Otto sheke*, *Dietmar de chersperch*, *Rudger castor*, *Willehalm de geilspach*, *Alber tuerstein*, *Imbrike de steinpach*, *Chunradus de ramsteine*, *Engildich de heichinbach*, *Wernhardus hucinger*, *Heinrich de hucinbach*.

Acta in ciuitate *anesi*, Data ibidem per manus *Vlrici notarii* Anno incarnationis domini MCCXIII, Anno uero *cesaris ottonis* III. VI. idus Augusti, Indictione XV.

Original auf Pergament mit Siegel, im Archive des Klosters St. Florian. — Stülz, Geschichte von St. Florian, pag. 281.

CCCLXXIX. B.

1212. 8. August. Enns. — *Leopold, Herzog von Österreich und Steiermark, beurkundet die Befreiung des Klosters St. Florian von der weltlichen Gerichtsbarkeit.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis *liupoldus* dei gratia dux *austrie* ac *stirie*. Quia piorum studiorum premium et remunerator est devs, grande nos speramus apud ipsum nobis accumulare meritum, si ad pacem ac defenssionem (sic) ecclesiarum dei affectione pia efficaciter intendamus et earum pressuram iacturam nostram existimemus. Vnde cum domus beati floriani preciosi martiris per intolerabiles secularium jvdicum exactiones et oppressiones pene uergeret ad interitum et quasi sub fornace ferrea et constricta nostram ingemiscens inploraret subuentionem, nos afflictionum eius interna conpassione miserti pro sua liberatione summa diligentia et totis uiribus studium nostrum interposuimus. Sed quia prefate ecclesie plena pacis securitas et liberationis effectus propter nimiam pestilentivm insolentiam aliter confirmari non poterat, nisi quibusdam predictorum judicum uasallis, qvi potestatis nostre grauiter offenderant equitatem, gratie nostre reformatis pro emolumento, quod sepedicti jvdices de prediis et hominibus ecclesie annuatim consequebantur, equa eis fieret reconpensatio, quod ipsi ad estimationem LX. librarum conputandum decertabant. Nos ergo pro bono pacis et utilitatem (sic) ecclesie rigorem seueritatis mansuetudine temperantes prefatis uasallis in gratiam nostram receptis multa deliberatione habita decreuimus de prediis ecclesie ad annuam pensionem XX. librarum sepedictis judicibus cum omni iure proprietatis conferri, quatinus predicta ecclesia jvrisditionis inconmodis amodo in perpetuum se gauderet liberam esse et exemptam. Igitur presentis pagine inspectione omnibus christi fidelibus declaramus, quod *ortolfus de uolchinstorf* ministerialis noster iudex prouincie, cum quo omnia ista tractata sunt, decretum nostrum super his libenter acceptauit et iurisditionem in prediis ecclesie prius habitam in manus *ottonis* tv̊maduocati *ratisponensis* sponte resignauit. Nos itaque iurisditionem a iam dicto tv̊maduocato in manus nostras resignatam suscipientes prememoratam *domum sancti floriani* diuine miserationis intuitv ab omni secularium iudicum potestate imperiali auctoritate et nostra liberauimus, absoluimus et exemimus et

reconpensationem predictam tvmaduocato et *ortolfo* secundum iuris equitatem modis omnibus stabiliuimus. Decernimus ergo, ut ab hac die nostre constitutionis in antea nulli nunquam (sic) conprouincialium iudicum in bonis ecclesie liceat alicuius placitacionis formam habere neque terminum aut locum iudicialem, qui dincstat appellatur, in prediis eius constituere nec ibi nec alibi homines ecclesie siue proprios siue censuales ad standum iudicio conpellere pro quacunque causa, nec de negotiacionibus uel uectionibus uenalium suorum nomine thelonei, quod mvhte uel ztol dicitur, in locis non legitimis ab eis aliquam pensionem exigere. Uolumus enim, ut tam ipsa ecclesie predia quam omnes cause, que in ipsis emerserint, a secularis iudicii obseruatione tam integre sint exempta, ut de ipsis soli preposito et eius officiario liceat cognoscere et de cognitis diffinire. Quodsi apparentia furti uel latrocinii uel criminis, quod morht dicitur, uel alicuius maleficii genus, quod mortem malefici exigit, in homine ecclesie deprehensum fuerit notorie, quia huivs iudicii executionem ordo sacerdotis sibi non uendicat, nostri sit officii uel eius tantum, quem ad hoc specialiter destinauerimus, penam sanguinis exequi omni tamen pena, que pecuniarias conpositiones admittit, soli ecclesie concessa et indulta. Talium autem personarum inquisitionem officiales ecclesie tantum faciant, inuentos uero a bonis ecclesie amoueant et in eis priuilegio suo renuncient et de factis eorvm deinceps respondere non teneatur ecclesia. Similiter de quacumque causa de hominibus ecclesie coram preposito uel eius officiariis ab extraneis orta fuerit querimonia, si homo ecclesie ad exhibendum iusticiam conquerenti rebellis fuerit et contumax, in persona contumacis prepositus priuilegio suo renuncians de uendicatione eius se non intromittat et deinceps a nobis nostrisque uicariis de persona illa fiat iudicium, quod iudiciarius ordo exigit, pace salua ecclesie. Alias uero quascunque causas siue pecuniarias siue prediales siue in personam siue in dampna, bannos uidelicet pugnarum, expurgationes omnesque obuentiones scilicet losunge, uberuanch, gavmlos, nocturnos dolos, in personis et prediis suis officiales ecclesie iudiciario ordine exequantur ita tamen, ut actor semper forum rei sequatur, id est, si homo extraneus de foro alieno de homine ecclesie conqueri habeat, a preposito tantum et officialibus suis iudicium exspectet, quod si consequi forte non potuerit, ad eum causam defferat, cui pro tempore in defenssionem ecclesie uices nostras conmisimus iuxta tenorem priuilegii, quod super ivre aduocatie ecclesie iam

pridem concessimus. Horum uero articulorum tam cautam expressionem omnivm hanc paginam inspicientium universitas ideo nos nouerit tam sollicite annotasse, ut omnis questio siue malitiosorum inivriosa cauillatio ab irruptione huius nostre constitutionis, qua ad omnimodam ecclesie libertatem et exemptionem intendimus prorsus sit exclusa et ut nostra nouerit posteritas neque per infeodationem neque per aliud quodcumque alienationis genus huius exemptionis priuilegium infringi posse uel uiolari in perpetuum. Ad cuius rei euidentiam et nostre diffinitionis stabilitatem perpetuam paginam presentem autentici sigilli nostri inpressione insignimus robore perpetuo ualituram cum horum testium subscriptione, ... *comes de chlame, Otto tůmaduocatus, Vlricus liber de ualchinberch, Hadmarus de churinge, Albero et Hadmarus filii eius, Wichardus dapifer, Chadoldus et Wichardus filii eius, Ulricus streuno, Rudolfus de potindorf, Adeloldus de chiove, Dietmarus de Lietensteine, Otto de chremis, Hadmarus de poungartin, Hermannus de chranihperch, Vlricus esilo, Perhtolt de wideruelt, Otto de perhtolstorf, Otto de pirbovm, Vlricus de chaernabrunne, Vlricus de marbach, Perhtolt dapifer de emerberch, Henricus de prunne, Livpolt pincerna, Alber de grimmsteine, Rupret stal, Dietmar de chvlevbe, Herbort de uolchinstorf, Dietrich de windeke, Deinrat cappellarius, Opoldus* et *henricus camerarii.*

Acta sunt hec in ciuitate *Anesi.* Data ibidem per manus *Vlrici* notarii Anno incarnationis MCCXIII. Indict. XV. VI. idus Augusti. Anno uero *Ottonis* cesaris III.

Original auf Pergament mit Siegel, im Archive des Klosters St. Florian. — Kurz, Albrecht IV. II. 465. — Stülz, Geschichte von St. Florian, pag. 281, Nro. 45, im Auszuge.

CCCLXXX.

Circa 1212. — *Ludwig, Herzog von Baiern, beurkundet, dass der Reichs-Ministerial Pubo von Lozenkirchen zur Sicherstellung für ein ihm von dem Kloster Ranshofen gegebenes Darlehen von Hundert Pfunden ein Gut zu Überacker ihm pfandweise übergeben habe.*

In nomine Sancte et individue Trinitatis *Lodwicus* Dei gratia *Bawarie Dux*, Notum facimus universis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris, qualiter quidam *fidelis noster ministerialis regni* predium, quod habuit in *Ubrachen*, cultum et incultum, quesitum et inquirendum simul cum hominibus adtinentibus ad idem predium in

manus nostras coram vasallis nostris et ministerialibus deposuit Ecclesie beati Pancratii Martiris in *Ranshoven* protegendum tam diu, donec ipse regni, qui dicitur *Pubo de Lozenchirichen*, ministerialis pecuniam L. librarum, quam ab eis recepit, in integrum eis restituat, fratribus nimirum ibidem tunc Deo servientibus. Erit autem moneta illius temporis inter quatuor meliore. Quod si solvere voluerit prefatum predium, sine dolo et de proprio faciet. Si vero vendere voluerit, potestatem non habebit, nisi primum prefate Ecclesie hoc offerat, ut fratres ei pecuniam, quam aliunde sibi offerre certificaret pro comparando predio, si velint, tribuant. Tempus autem debite solutionis erit in purificatione S. Marie. Quo peracto si ipse postmodum solvere voluerit, tamen fructus illius anni usui Ecclesie remanebit. Constat autem quod prefatus Babo idem predium eodem tenore in predicta Ecclesia super altare S. Pancratii Martiris tradidit coram positis *Matre sua Leukarde* et *uxore sua Gertrude* et simul unanimem consensum prebentibus, Ad hec accessit *Heinricus filius eius* ceterique filii sui.

Mon. boic. III. 330.

CCCLXXXI.

Circa 1212. — ***Propst Wichart und der Convent von Ranshofen versprechen bei der Übergabe des Gutes Überacker dem Pubo von Lozenkirchen eine Herrenpfründe.***

Notum sit omnibus Christi fidelibus, quod *Wichardus Prepositus* et totus Conventus in *Ranshoven* firmiter compromisimus in manus Domini *Pubonis de Lozenkirchen* et Domine *Gertrudis uxoris eius* et *Chunradi filii eorum*, ut quecunque Persona ex illis usque ad uxorem Chunradi *Helwich* a nobis postulaverit talem prebendam in cibo et potu apud nos habere debeat, qualis datur uni sacerdoti et hoc factum est ea die, qua ipsi tradiderunt Ecclesie potestativa manu tale predium, quale ipsi habebant in *Uberechen* cultum et incultum, quesitum et inquirendum cum hominibus ad idem predium pertinentibus. Testes sunt, qui cum eis aderant, *Wernhardus Presbiter et plebanus eorum*, *Fridericus miles et Prepositus de Aheim*, *Rudolfus de Prukla et Sororius ejus Hertwicus*, *Heinricus Lirator*, *Uscalcus de Ahaim*, *Chunradus*, *Uschalcus et Liebehardus de Lozenchirchen*. Factum est hoc in presentia officialium Domini Ducis, qui et advocatus noster, *Ulricus* (sic) *de Frenching iudicis et Dietrici de*

Unchausen Prepositi, qui et testes donacionis eorum ad nos et promissi nostri ad ipsos sunt. Aderant et de familia Ecclesie et Domini Ducis quam multi etc. Ad hæc insinuamus, quod hanc tradicionem prefati predii et Hominum fecerunt super altare S. Pancracii martiris pro remedio animarum suarum et omnium Parentum suorum receptis tamen a nobis nonaginta talentis ratisponensis monete et prefata prebenda.

Mon. boic. 331.

CCCLXXXII.

Circa 1212. — *Ludwig, Herzog von Baiern, befiehlt seinen Amtleuten zu Niederhall, unmittelbar nach Einhebung der herzoglichen Dienste von den dortigen Gütern dem Kloster Ranshofen den Zehent davon zu verabreichen.*

Ludwicus Dei gratia Dux Bawarie Pretoribus suis, qui sunt in *Halle inferiori*, gratiam suam et omne bonum. Mandamus vobis districte, ut statim, postquam servicium nostrum in officiis vestris receperitis, dilecto nostro Capellano *preposito in Ranshoven* et fratribus ibidem Deo servientibus Decimam, que provenit, ita persolvatis, sicut personas vestras salvas esse diligitis. Ipse eam a vobis postulabit et vos eam nullius interveniente respectu integraliter assignate. Quod si non feceritis, sub pena nobis inde respondebitis.

Mon. boic. III. 329.

CCCLXXXIII.

1213. 14. Februar. Regensburg. — *Kaiser Friedrich II. nimmt das Kloster St. Florian in seinen Schutz und bestätigt die Freiheit desselben von der Gerichtsbarkeit weltlicher Richter.*

In nomine sancte et individue trinitatis *fridericus* secundus diuina fauente clementia romanorum rex et semper augustus et rex *sicilie*. Regalis dignitatis debitum prosequentes, ecclesias uel pauperes christi pie fouere et a uiolatorum oppressione eripere pro diuina miseratione intendimus, ab ipso, per quem reges regnant, deuoti studii nostri premium exspectantes. Ad instantiam igitur dilecti consanguinei nostri *Leopoldi* illustris ducis *austrie ac Styrie* ecclesiam, que *Sancti floriani* uocatur, pro spe eterne retributionis in specialem defensionem nostram recepimus, omnia sua illi confirmantes et cuncta beneficia, que prefatus dux et antecessores sui ecclesie contulerunt auctoritate

nostra corroborantes. Omnibus ergo christi fidelibus presentis pagine inspectione innotescere uolumus, quod prefata ecclesia per prouidentiam iam dicti principis mediante *Ottone* quondam eiusdem ecclesie preposito a iurisdictione secularium iudicum taliter est exempta, videlicet, quod *Ortolfus de uolchinsdorf* ministerialis ducis *austrie* iudex prouincie, in qua eadem ecclesia sita est, omne ius, quod in prediis et in hominibus illius ecclesie ratione secularis iudicii habebat, tv̊maduocato et ille duci resignauit, et ecclesia eidem *Ortolfo* trecentas quinquaginta libras publice monete auxilio ducis freta persoluit, ut isdem *Ortolfus* predia sua in *Lamperge* et *grv̊nnowe* sita ad estimationem annue pensionis XX librarum cum omni proprietatis iure duci traderet, quibus iam dictus dux tv̊maduocatum et ille sepedictum *Ortolfum* in recompensationem resignati iuris pheodali iure denuo inuestiret et hec omnia presente *Herbordo* fratre prefati *Ortolfi* cum auxilio ducis et consensu tv̊maduocati sub ydoneis testibus et debita sollempnitate adhibita sunt tractata. Nos itaque pro misericordia dei promerenda totam istius facti seriem ratam habentes sepedictam ecclesiam sancti floriani cum hominibus et prediis suis, cultis et incultis, quesitis et inquisitis, habitis et habendis, cum pratis et pascuis, cum uenationibus et piscationibus, ab omni iure et obnoxietate secularis iudicii regali auctoritate eximentes absoluimus et liberam esse statuimus. Decernimus igitur, ut ab hac die nostre constitutionis in antea nulli umquam secularium iudicum liceat alicuius placitationis formam in prediis ecclesie exercere nec homines ipsius ecclesie siue colonos siue proprios seu censuales ad standum suo iudicio conpellere nec de nauigationibus nec de uectionibus uenalium suorum aliquid ab eis exigere, uolumus enim, ut ipsa ecclesie predia et omnes cause, que in ipsis emerserint, ab omni iurisdictione seculari tam integre sint exempta, ut de ipsis soli preposito et eius officialibus liceat cognoscere et de cognitis diffinire. Quod si apparentia furti uel latrocinii aut aliquod genus maleficii, quod mortem exigit malefici, in homine ecclesie fuerit deprehensum, quia huius iudicii executionem ordo ecclesiasticus sibi non uendicat, omni possessione rei tam mobili quam inmobili ecclesie adiudicata, sola et nuda nocentis persona per eum, qui in defensionem ecclesie uices ducis austrie sibi gerit conmissas, ad iudicium sanguinis tradatur, omni tamen culpa, que pecuniarias admittit conpositiones, ecclesie reseruata et concessa. Nocentium autem personarum inquisitiones officiales ecclesie tantummodo

faciant. Inuentos uero a bonis ecclesie infra mensem amoueant et in eis priuilegio suo renuncient et de factis eorum deinceps respondere non teneatur ecclesia. Confirmamus preterea sepius memorate ecclesie *sancti floriani* omnia iura priuilegiorum sibi a *Patauiensis* ecclesie presulibus et a ducibus *austrie* super diuersis iusticiis collatorum eximentes eam secundum continentiam priuilegiorum ducis *austrie* ab omni uectigalium et theloneorum solutione et redditione marchialis annone, remittentes etiam ei uniuersaliter omnes iusticias aduocatie, scilicet placita, bannos, stevras, oblationes, pernoctationes omnisque generis obuentiones secundum formam priuilegiorum *Reinberti Pataviensis* episcopi et *Leopoldi* illustris ducis *austrie* et *styrie*. Sed quia utilitas ecclesie exigit, ut dux *Austrie* defensor et aduocatus sepe dicte ecclesie propter frequentes occupationes suas alicui uices suas in defensionem eiusdem ecclesie conmittat, ne occasione talis conmissionis, que ad repellendas ab ecclesia oppressiones ab ipso duce pro tempore pie fit, contra ius huius priuilegii ipsi uicedefensores illicitas transeant abusiones (sic), uniuersorum noticie uolumus inculcari, quod ei soli fieri debet talis conmissio, quem prepositus sibi ad hoc ydoneum a duce postulauerit, qui nec nomine nec aliqua utilitate seu iure aduocati sibi usurpato tantum sub legatione ducis eiusdem ecclesie prepositum fideliter manu teneat non se ingerendo, nisi in illis tantum negociis, ad que prepositus eum expetiuerit nullas sibi uendicans utilitates preter pecuniarias conpositiones, que pro lesione hominibus ecclesie ab extraneis illata ducibus *austrie*, sicut ueris aduocatis, fuerint adiudicate, prius tamen ecclesie et leso plena satisfactione exhibita. In hominibus autem et prediis seu colonis ecclesie nichil sibi iuris uendicet nomine huius conmissionis, nisi forte ad cohercionem rebellium personarum a preposito fuerit ascitus. Quia uero pretextu talium conmissionum huiusmodi uicedefensores frequenter auiditate temeraria in iura aduocatorum se solent ingerere, firmiter interponimus, ut si quando a tali uicedefensore prepositus, se senserit grauari, liceat ei ipsum recusare et alium a duce expetere. Et ne diuturnitas temporis ulli talium possit in preiudicium ecclesie suffragari, statuimus, ut expirante tempore administrationis prepositi talis etiam expiret conmissio, donec successor eius ipsum denuo expetat uel alium. Horum autem articulorum tam circa exceptionem sepedicte ecclesie a foro secularis iudicii quam circa iura aduocatie tam cautam expressionem uniuersitas omnium hanc paginam inspitientium nos

nouerit ideo tam sollicite annotasse, ut omnis questio super iusticiis fori secularis tam hic expressis *) ab irruptione huius nostri priuilegii sit exclusa. Et ut nostra nouerit posteritas neque per pheodationem neque per aliud quodque (sic) genus alienationis huius exemptionis priuilegium infringi posse uel uiolari inperpetuum, Quodsi in eius preiuditium aliquo precipiti consilio ab heredibus *Leopoldi* illustris ducis *austrie* ac *styrie* inpheodatio de solo facto contigerit, irritam eam et omni robore uacuam censemus omnino non tenere. Ad cuius rei euidentiam et nostre diffinitionis perpetuam stabilitatem presentem paginam autentici nostri inpressione insignimus robore perpetuo ualituram cum horum testium subscriptione.

Leopoldus dux Austrie et Styrie, Bernhardus dux Karinthie, Diepoldus marchio de Vohburch, Gebhardus comes de Tolnstein, Otto tv̊maduocatus, Vlricus de Peka et Livtoldus frater suus, Gvndacher de Styr, Goddefridus de Trv̊hsen, Rudolfus de Stadeke, Reinbertus de Můrecke, Fridericus de Peto̊we, Livtoldus comes de Plaien, Otto de Chremse, Otto de Graez, Dv̊rinch de Ratelperge et frater suus, Hartnidus filius Herrandi de wildonia, Gotfridus de Eppenstein, Herbordus de folchinsdorf, Heinricus marschalcus imperii, Waltherus pincerna imperii et alii quam plures.

Signum domini *Friderici* romanorum regis et regis sycilie inuictissimi.

(Monogramma.)

Ego *Cv̊nradus Metensis episcopus* imperialis aule Cancellarius uice domini *Sifridi Moguntini* archiepiscopi et tocius Germanie archicancellarii recognoui. Acta sunt hec anno domini M° CC° XV° regnante domino *Friderico* Romanorum rege et rege *Sicilie* glorioso, anno regni Romani I° Regni uero *Sicilie* XIIII. Dat. *Ratispone* XVI° kalendas Martii, Indictione I^{ma}

Original auf Pergament mit Siegel, im Archive des Klosters St. Florian. — Stülz, Geschichte von St. Florian, 286.

CCCLXXXIV.

1213. 22. März. Augsburg. — *Kaiser Friedrich II. nimmt das Kloster Waldhausen in seinen Schutz.*

Fridericus dei gracia Romanorum Rex et semper Augustus et Rex *Sicilie.* Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris etiam

*) Es fehlt hier: „quam non expressis."

nasciturís in posterum, Quod nos Monasterium sancti Johannis Evangeliste in *Waldhawsen patauiensis* diocesis in specialem Regie Maiestatis protectionem accepimus jta, quod, siquis idem Monasterium indebite molestare presumpserit, curiam nostram se nouerit offendisse. Si quis autem contra presentem paginam aliquid attemptauerit, jamdictum Monasterium in personis uel possessionibus, jn rebus mobilibus uel immobilibus preter iusticiam inquietauerit, jndignacionis nostre periculum se non dubitet incurrisse. Data aput *Augustam* vndecimo kalendas Aprilis, Indictione prima, Anno Regni nostri Romani primo.

Kurz, Beiträge, IV. 446, aus dem Original. Hier aus dem Vidimus des Bischofs Christoph von Passau ddo. 5. September 1494 im Museum Franc. Carol. zu Linz.

CCCLXXXV.

1213. 23. April. Kremsmünster. — ***Manegold, Bischof von Passau, erlässt dem Kloster Kremsmünster die Zahlung des Bergrechtes von dem bei Mautern gelegenen Weinberge Pleichersperg.***

C. In nomine Sancte et indiuidue Trinitatis. *Manegoldus* dei gratia Patauiensis episcopus in perpetuum. Obliuionis unicum est solatium scripture beneficium, que nodos contencionis explicans calumpniis finem inponit et pandit per suos apices ueritatem. Proinde nouerit uniuersorum tam presentium quam futurorum Karitas, quod cum frater *Alramus* tunc temporis prepositus in *Chremismvnster* comparasset ipsi ecclesie pro xlvj libris uineam sitam in monte, qui dicitur *Plikersperge* iuxta *Mvtarn;* et cum ab eadem uinea nobis annue solueretur dimidia libra eo iure, quod dicitur *Perchrecht,* nos ad deuotam peticionem uenerabilis fratris *Rvdolfi* abbatis et conuentus in *Chremismvnster* contulimus ipsi ecclesię idem ius, ut eadem uinea libera debet esse ab eo iure, quod dicitur *Perchrecht*, et ab omni exactione inperpetuum. Vt autem dicti iuris nostra collatio stabilis et inconuulsa permaneat sepedicte ecclesię temporibus nostris et successorum nostrorum inperpetuum, eam presenti priuilegio et subscriptis testibus communimus Annectentes, quod si quis hanc nostre donationis paginam cassare attemptauerit, iram omnipotentis dei incurrat gladio anathematis, nisi resipuerit, feriendus. Huius rei testes sunt: *Chunradus* maior plebanus et pataviensis canonicus, *Chunradus* scriba, *Christanus* notarius, *Anshelmus* presbiter, *Einwicus* plebanus in *Tirffenbach*, *Heinricus* plebanus in *Zwentendorf* capellani.

Walchunus de herdingen, *Heinricus de Pochrukke*, *Rvdgerus de Suntheim*, *Willehalmus de Gisenperge*, *Walchunus de Livbenbach* et *Otto de Alben*, *Alrammus de Chrengelbach*, *Hermannus de huzzenbach*, milites. *Otto de Ekkoluingen*, *Vlricus simannus et Rvdgerus* frater eius, *Albero tvmbe*, *Siboto de Warengov*, *Pernoldus* amannus in *ypolito*, *Siboto* cellerarius in Mvtarn, *Ernestus de Asperch*, *Ernestus de Stein*, *hertwicus de Abteie*, *Hertwicus de Pvttenbach*, *Leo de Chůberch*, *Merboto de Oede*. De *Mvtarn herwicus* et *Siboto* frater eius. *Rvdgerus* iudex, *Fridericus* filius *Hertingi*, *Eber* iuuenis, *Heinricus* forestarius. Acta sunt hec apud Chremismvnster Anno ab incarnatione domini M°CC°X°jjj. Indictione j. Anno pontificatus nostri viij° Kalendas Maii vnij.

Original auf Pergament mit Siegel, im Archive des Klosters Kremsmünster. — Urkundenbuch von Kremsmünster, pag. 66, Nro. 53.

CCCLXXXVI. A.

1213. 16. Juni. Wien. — *Leopold, Herzog von Österreich, bestätigt wiederholt die Freiheit des Klosters St. Florian von der weltlichen Gerichtsbarkeit.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis *Liupoldus* dei gratia *dux austrie et stirie.* Quia piorum studiorum premium et remunerator est deus, grande nos speramus apud ipsum nobis accumulare meritum, si ad pacem et defensionem ecclesiarum dei affectione pia efficaciter intendamus et eorum (sic) pressuram iacturam nostram existimemus. Omnibus ergo christi fidelibus presentis pagine testimonio declaramus, quod ecclesiam, que *domus S. Floriani* uocatur, nobis specialiter dilectam a secularium iudicum exactione longis retro temporibus enormiter lesam et grauiter oppressam toto studii nostri conamine cum omni diligentia interposito ab omni secularium iudicum potestate hoc modo liberauimus et absoluimus videlicet, quod iam dicta ecclesia *Ortolfo de Volkenstorf* ministeriali nostro iudici prouincie illius, in qua eadem ecclesia sita est, trecentas quinquaginta libras publice monete nobis mediantibus persoluit et idem *Ortolfus* omne ius, quod in prediis et hominibus eiusdem ecclesie ratione secularis iurisditionis habebat, *Ottoni tv̊maduocato Ratisponensi* et ille nobis resignauit. Preterea iam dictus *Ortolfus* presente *Herbordo* fratre suo et consentiente predia sua in *Grvennawe* et *Laeimperge*

super *lethten* ad estimationem annue pensionis viginti librarum cum omni iure proprietatis ecclesie contulit. Nos autem prefata predia ab ecclesia pro concambio nostri iuris secularis videlicet iudicii cum omni proprietate nobis collata Tv̂maduocato pro reconpensatione resignati secularis iudicii pheodali iure concessimus et ille *Ortolfum de Volkenstorf* similiter eisdem prediis in reconpensatione secularis iudicii inpheodauit. Nos igitur sepedictam ecclesiam uolentes plena pace et libertate gaudere omnes iustitias et obnoxietates, quibus seculari iurisditioni prius erat obnoxia, super aram S. Floriani per oblationem gladii et omnes iustitias aduocatie, super quibus et iam ipsa ecclesia privilegio isto est munita, super eandem aram cum donatione scuti pro eterna retributione conferentes sepedictam ecclesiam S. Floriani cum omnibus ad eam pertinentibus videlicet hominibus et prediis, cultis et incultis, quesitis et inquisitis et habitis et habendis, cum pratis et pascuis, cum uenationibus et piscationibus ab omni iure et obnoxietate secularis iudicii exemimus et absoluimus. Decernimus ergo, ut ab hac die nostre constitutionis in antea nulli umquam comprouincialium iudicum in bonis ecclesie liceat alicuius placitationis formam habere neque terminum aut locum iudicialem, qui dinchstat appellatur, in prediis eius constituere nec ibi nec alibi homines ecclesie siue colonos siue proprios siue censuales astandum (sic) suo iuditio pro aliqua causa compellere nec de negotiationibus uel de uectionibus uenalium suorum ratione thelonei, quod Movtte uel Zol dicitur, ab eis aliquid exigere. Volumus enim, ut omnes cause, que in prediis ipsius ecclesie emerserint, que uel expurgatione uel pecuniaria conpositione indigent, ab omni secularis iudicis iurisditione tam integre sint exempte, ut de ipsis soli preposito et eius offitiariis liceat cognoscere et de cognitis diffinire. Quod si apparentia furti uel latrocinii uel alicuius criminis, quod Mort dicitur, uel alicuius malefitii genus, quod mortem malefici exigit, in homine ecclesie notorie deprehensum fuerit, quia huius iuditii executionem ordo sacerdotalis sibi non uendicat, talis maleficus per eum, quem pro peticione prepositi illius ecclesie aduocatum constituimus, iudici prouinciali dampnandum tradat omni tamen possessione ipsius malefici tam mobili quam immobili soli ecclesie conseruata. Talium autem personarum inquisitiones officiales ecclesie tamen faciant inuentos vero a bonis ecclesie infra mensem amoueant et in eis priuilegio suo renuntient et ex tunc de factis eorum ecclesia respondere non

teneatur. Similiter si persona aliqua extranea contra hominem ecclesie coram preposito vel eius offitiariis pro aliqua causa querimoniam deposuerit, si homo ecclesie ad exhibendam iustitiam conquerenti rebellis fuerit, actor causam ad eum, cui in defensionem ecclesie uices nostras commisimus, deferat. Si vero et illi ad exhibendam iustitiam conquerenti rebellis fuerit, ex tunc prepositus de tam contumaci homine priuilegio suo renuntiet et se postmodum de ipso non intromittat. Alias vero quascumque causas siue peccuniarias siue prediales siue in persona siue in dampna, bannos videlicet, pugnarum expurgationes omnesque obuentiones, scilicet Losvnge, Vbervanch, Gavmlos, nocturnos dolos in personis suis et prediis officiales ecclesie iuditiali ordine exequantur. Horum vero articulorum tam cautam expressionem omnium hanc paginam inspicientium uniuersitas ideo nos nouerit tam sollicite adnotasse, ut omnis questio siue malitiosorum iniuriosa cauillatio ab irruptione huius nostre constitutionis, qua ad omnimodam ecclesie libertatem et exemptionem intendimus, prorsus sit exclusa, Et ut omnes heredes seu successores nostri nouerint se neque per inpheodationem neque per aliud quodcumque genus alienationis huius exemptionis priuilegium infringere debere uel uiolare. Si autem in preiuditium huius exemptionis aliquid precipiti consilio vel heredes uel alii nostri successores seu per infeodationem seu per aliud quodcumque genus alienationis aliquid de facto fecerint, irritum esse uolumus et omnino non tenere. Ad huius igitur rei euidentiam et nostre diffinationis (sic) stabilitatem perpetuam, paginam presentem autentici sigilli nostri inpressione insignimus et perpetuo robore ualituram dominorum imperatorum *Ottonis et Friderici* sigillis confirmauimus cum istorum testium subscriptione: *Vlricus comes de Chlamme, Otto Tŏmaduocatus, Vlricus de Valkenberch, Hadmarus de Chvnringe, Albero et Hadmarus* filii eius, *Wichardus dapifer, Chadoldus et Wichardus* filii eius, *Vlricus Strivno, Rvdolfus de Potindorf, Adeloldus de Chiowe, Ditmarus de Lihtestaeine, Otto de Chrems, Hadmarus de Pŏmgarten, Hermanus de Chranchperch, Vlricus esilo, Perhtolt de Wiedervelt, Otto de Perhtoltstorf, Otto de Pirbŏm, Vlricus de Chaernebrvnne, Vlricus de Marbach, Perhtolt dapifer de Emberberch, Heinricus de Prvnne, Livpoldus pincerna, Alber de grimmestaecine, Rvpreht stul, Ditmarus de Chvlivbe, Herbort de Volkenstorf, Ditricus de Windeke, Deinrat capellarius, Apoldus et Heinricus camerarii* et alii quam plures.

Acta sunt hec in prato iuxta *Naerdaen*, Peracta in *Dornbach*, Data *Wienne* per manus *Vlrici notarii.* XVI. kalendas Julii, Indictione I. Anno incarnationis domini MCCIIII. (sic) Regnante domino *Friderico Romanorum Rege et Rege Sicilie glorioso*, Anno Regni eius II. Regni vero *sicilie* XV.

Original auf Pergament mit Siegel, im Archive des Klosters St. Florian. — Stülz, Geschichte von St. Florian, pag. 287. — Die Chronologie ist hier sehr verwirrt, da der Schreiber statt 1214, was er schreiben wollte, 1204 geschrieben. Es muss gelesen werden 1213, wohin die Indiction und die Regierungsjahre K. Friedrich's II. weisen.

CCCLXXXVI. B.

Alte Übersetzung der vorstehenden Urkunde Nro. CCCLXXXVI. A.

IN dem namen der göttlichen vnd der vngeschaiden Driualtichait *Leupolt* Hertzog ze Österreich vnd ze Steyr sprichet also: Wand got ist ein lön vnd ein gellter aller güten dingen, Do von haben wir güt zuversicht, daz uns vör got grözzen lön pringe vnd mere, ob wir mit gůtem willen veruenchlichen betrachten den Gotshäwsern vrid vnd scherm. Dovon tün wir bechant allen christen lewten Mit v̈rchünd diser Schrifft, Daz wir das Gotshaws, das *sand florians haws* ist genant, das wir ausgenömenlichen lieb haben, das enneher langew zeit von werltlicher Richter gewalt ze vnrecht ist beswe̊rt, vnd manigvalltichlichen geseriget, von allen vnsern sinnen, vnd mit allem vleizze haben zerloset vnd gefreyet von aller werltlicher Richter gewalt Also, daz dicz selbe Gotshow̃s *Örtolfen von Volchenstörf*, der vnser Dinstman ist vnd derselben gegend Lantrichter, do ditzselbe Gotshow̃s inne leit, hat gegeben Vierdhalb Hundert phůnt gaebiger phenning ze vnsrer gegenwürte vnd daz derselbe *Örtolf* alles das recht, das er het an lewten oder an aygen oder an swigetanen güt desselben Gotshow̃ses von dem rechte werltlichs gerichts aufgab *Otten* dem Tůmvogtt von Regensbůrch Vnd der Tůmvogtt gab vns dasselbe auf, Darzu derselbe *Örtolf*, da sein prüder *Herwört* was ze gegenwürte, vnd auch mit gütem willen gab demselben Gotshaw̃s mit allem aygenlichem rechte seines aygens ze *Gruenenaw̃*, vnd ze *Leimperge* auf dem Letten, Das jerlich rechter güllt auf zwaintzik phunt güllt ist geachtet, Ditz selbe aygen mit allem dem Rechte vnd iz im was gegeben, gab vns dasselbe Gotshaw̃s ze widerwechsel vnd ze erstattunge des gerichts In allem disem recht vnd der erstattunge, vnd wir ez hetten enphangen

von dem gotshaw̃s, Lihen wir dasselbe güt dem Tůmuogtt vnd er demselben *Örtolfen* alsam ze widerwechsel, vnd ze erstattunge des aufgegeben Lantgerichts dem offt genanten Gotshaw̃s Hie von wellen wir, daz daz Gotshaw̃s von staetem vrid vnd von ganczer vreyhait sich vrew̃ vnd alles das Recht vnd allew̃ di schulldigung, der iz e was schulldig vnd gepunden werltlichem gericht, geb wir mit eins Swertes opfer auf sand florians allter Vnd alles das Recht der Vogtaye v̈ber alles des Gotshaw̃s güte in dem gerichte, das widerwechsel ist, Das auch mit diser selben Hantvesste ist bestaetigt, geben wir auf denselben allter Mit eines schilldes gåb vmb den ewigen lön Vnd ze erledigen vnd vrein dits gotshaw̃s an allem dem, das im zügehört, swie ez ist genant, lew̃t, aygen, gebawen oder vngebawen, versůcht oder vnuersücht, das ez hew̃t hat oder ymmer furbas gewinnet, Ez sey wise, waide, Jaid, vischpån, wiltpån vnd alles das v̈beral, das das lantgerichte vör der zeit diser hantvesste het oder möchte getziehen oder möchte gepringen in schulldigunge, das vreyen wir allesampt, Dar zu so staetig wir, das von disem tage vnsers aufsats, von erst, daz ymmer fürbas dhainem Lantrichter sey vrlaublich dhaines taydings weise zehaben indert auf des gotshow̃s güte Noch dhain zeit noch dhain stat beschaiden durch gericht noch dhain dingstat haben oder stiften, Noch auf des gotshaw̃s güt noch anderswo dhainen menschen des Gotshaw̃s mügen getwingen, daz iz ze Recht vor im stė, Ez sein paw̃lew̃t oder aygenlew̃t oder czinslew̃t vmb dhainer slacht såche noch das dhain werltlicher Richter auf des gotshow̃s güte, noch an dhainer ståt von des gotshaw̃s lew̃ten, swi si sind genånt, von chauffe noch von füre dhainen weise dhainew Maůtt noch dhainen zol sol nemen noch aischen. Wir wellen auch, daz allew̃ di sache, di an des Gotshow̃s gut erwachsen vnd sich v̈ben, di ze beredung oder ze püsse stende werden, daz di vor alles Lantgerichts gewålt oder vo̊llge, so gentzlich sein gevreyet vnd ausgenömen, daz alain desselben gotshaws Bro̊bst vnd sein amptlew̃t vmb alle di selben sache sullen ir aisch haben vnd swas si erayschent, das süllen si mit Recht volfüren. Geschicht das also, daz ein mensch, das dem Gotshow̃s zugehöret, chüntlich wirt griffen an der Hanthafft der dief oder des todslags oder mördes oder nötnunft oder an swigetaner schullde, di des schulldigen menschen töd mäg eruollen, wand sich geistlicher lewt örden sölhes gerichtes volfuerung nicht vnderwindet, so sol der vo̊gt, den wir nach des Bro̊bstes pet in haben gegeben, denselben

schuldigen menschen dem Lant-Richter antwürten ze verderben Also, daz alles desselben menschen gůt, ez sey varundgůt oder wi iz haizze dem Gotshaws alain werde behallten Jdoch also, daz schulldiger lewt aische süllen haben alain des gotshaws amptlewt, vnd wo oder wenn si di vinden, so süllen si di selben schaiden von in vnd tůn ab des gotshaws gůt innerhalb eines Maeneits, vnd süllen sich an denselben vertzeichen irr hantvesste Rechtes, vnd ist das Gotshaws fürbas nicht gepunden, yemant ze antwürten vmb diselben lewt, swas si tůn, Alsam geschicht, ob ein mensch das des Gotshaws nicht ist, chlait hintz ainem, das dem gotshaws zugehört, vor dem Brobst oder vor seinen amptlewten vnd daz der bechlait vor dem Brobst Rechts waigert, so sol der chlager sein chlag für legen dem, den im der brobst an vnsrer stat ze schermer hat genömen, vnd ist derselbe bechlait, demselben schermer Rechtes wider, alsam an der stat sol sich der Brobst eins so smaechlichs vraeuels menschen ausnemen vnd seiner hantvesst Rechtes an im vertzeichen vnd sol fürbas sich vmb in nicht annemen, Darzů ander sachen, swie si sein genant, si sein vmb aigens gerichtt, oder vmb varund gůt, di si gegen leib getziechen oder gegen dem gůt oder auf schaden, Ez sey pan, oder aechte, oder vechte, beredung vnd alle geschicht, als lösung, vberuanch, Gavmlös, Etze, Nachtschaden an lewten vnd an aygen, Das alles sullen des gotshaws lewt amptlewte mit gericht volfüren, Nů süllen allew die, di disen prief ansehent, oder vernemment, daz wizzen für war, daz wir aller diser sache, vnd der Rechte sunderlichen vnser schaidung so verdechtichlichen mit so gewizzer ausmerchung der schrifft haben gemainchlichen gestaetigt, daz do mit allew ansprach, vnd allew vbler lewte vnrechtew anvertunge werd widertriben, di wellen bechrenchen disen vnsern aufsatz, Mit dem wir vns vleizzen vnd werben allen weise, daz ditz Gotshows mit staetem vride vnd mit ymmer wernder vreyung beleib Vnd daz alle vnser Erben oder ander vnser nachchömen das wizzen, daz si weder mit hin lehen noch mit dhainer frömden weise dise vnser vreiung hantuesste nicht mügen zebrechen noch gechrenchen, Geschicht ez aber von dhainem vnrechtem rat, daz von vnsern Erben oder von andern vnsern nachchömen mit bechrenchung diser vreihait vnrecht geschicht, das wellen wir, daz iz dhainen weise dhain chrafft nicht haben müg Nach diser sache sichtichlicher offenunge, so chrefftig wir disen prief mit vnsers warhafften Insigel zugab an disen selben prief cze staetigunge vnsers endhafften aufsats Vnd daz ditz

alles mit ymmer wernder staet sey veruangen, So sterkch wir iz mit Chaiser *Otten* Insigel, vnd mit Chaiser *fridreichs* Insigel alsam mit den zeugen, di hie stent geschriben, Graf *vlrich von Chlamme*, *Ott der Tumvogt*, *Vlreich von valchenberch*, *Hadmar von Chünring*, *Alber vnd Hadmar sein sün*, *Vlreich Strüne*, *Rudolf von Potendorf*, *Weichart der Truchsaetz*, *Chadolt vnd Weichart sein sün*, *Adolt von Chienawe*, *Dietmar von Liechtenstain*, *Ott von Chrems*, *Hadmar von Pavmgarten*, *Herman von Chranchperch*, *Vlreich der Esel*, *Perchtolt von Wideruelt*, *Otte von Perchtoltstorf*, *Ott von Pirbowm*, *Vlreich von Chernabrunne*, *vlreich von Marbach*, *Perchtolt von Emmerberch*, *Heinrich von prunne*, *Leupolt der Schenkch*, *Alber von Greymstain*, *Ruprecht de Stal*, *Dietmar von Chülivbe*, *Herwört von Volchenstörf*, *Dietreich von windekk*, *Deinrat von Kappellen*, *Oppolt vnd Heinreich di Kamrer* vnd anderr piderber lewt vil. Das ist geschehen auf der wies bei *nêrn* vnd volpracht ze *Dornpach*, Geben ze *wyenn* mit der hannt *Vlreichs* des ŏffen schreiber am xvj tag kalendas Julij, da man zalt von Christs gepurd M. Jar. CC Jar, jm virden, Regnante domino *ffriderico* Romanorum rege et rege *Sycilie* glorioso, anno regni eius secundo, Regni vero *Sycilie* XV^{mo}.

Alte Copie auf Pergament mit blauer Initiale, im Archive des Klosters St. Florian.

CCCLXXXVII.

1213. 16. Juni. Wien. — *Leopold, Herzog von Österreich, bestätigt wiederholt die Freiheit des Klosters St. Florian von der weltlichen Gerichtsbarkeit.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis *Liupoldus* dei gratia *dux austrie ac styrie*. Ad aggregandum nobis eterne retributionis meritum apud eum, qui piorum studiorum remunerator est et premium, paci maxime et tranquillitati ecclesiarum circumspectiori nos conuenit sollicitudine inuigilare. Vnde cum *sancti floriani domvs* per intolerabiles secularium iudicum exactiones enormes diu passa calamitatum miserias nostram sepius imploraret subuentionem, nos afflictionum eius interna compassione miserti totas studii nostri uires pro sua interposuimus liberatione. Sed quia plena pacis securitas et liberationis effectus prefate ecclesie obtineri non poterat, nisi iudici prouincie illius, in qua iam dicta sita est ecclesia, pro emolumento, quod sibi in prediis et hominibus eiusdem ecclesie annuatim accedere asserebat, aliqua competens fieret reconpensatio, *Otto* eiusdem ecclesie

prepositus cum uniuersitate fratrum suorum bona nobiscum et cum aliis iuris prvdentibus deliberatione habita, ut ecclesiam suam cum omnibus ad eam pertinentibus tam prediis quam hominibus a iurisditione secularis iuditii eximeret, *Ortolfo* ministeriali nostro iudici prouincie illius trecentas quinquaginta libras publice monete persoluit. Et quia res mobiles transitorie sunt et transeunt, ne contractus iste lapsu temporis in obliuionem transeat, presentis pagine testimonio omnibus christi fidelibus declaramus, quod iam dictus *Ortolfus de volchensdorf* presente Herbordo fratre suo et consentiente predia sua in *Grůnnowe* et *Laeimperge* super *lethten* ad estimationem annue pensionis XX librarum cum iure proprietatis pro CCCtis quinquaginta libris sibi datis prefate ecclesie contulit et sic tandem idem *Ortolfus* omne ius, quod in prediis et hominibus eiusdem ecclesie ratione secularis iuditii habuit, *Ottoni tůmaduocato Ratisponensi* et tůmaduocatus nobis resignauit. Prefata itaque ecclesia predia, que sibi, ut supradiximus, *Ortolfus de Volchensdorf* dedit, nobis in concambium nostri iuris secularis iuditii cum omni proprietate contulit, quibus et nos tůmaduocatum infeudauimus et ille *Ortolfum de Volchensdorf* in reconpensationem secularis iuditii eisdem prediis infeudauit. Decernimus igitur, ut ab hac die nostre constitutionis in antea nulli unquam comprouincialium iudicum liceat alicuius placitationis formam in bonis ecclesie habere neque terminum aut locum iuditialem, qui dincstat appellatur, in prediis ecclesie constituere nec ibi nec alibi homines ecclesie siue collonos (sic) siue proprios seu censuales ad standum iudicio pro quacunque causa compellere nec de negotiationibus nec de uectionibus uenalium suorum ab eis aliquam pensionem exigere. Volumus enim, ut tam ipsa ecclesie predia quam omnes cause que in ipsis emerserint, ab ipsa prouinciali iurisditione tam integre sint exempta, ut de ipsis preposito soli eiusque officiario liceat cognoscere et de cognitis difinire. Quod si apparentia furti uel latrocinii uel criminis, quod mort dicitur, uel aliquid genus maleficii, quod mortem exigit malefici, in homine ecclesie deprehensum fuerit notorie, quia huius iudicii executionem ordo ecclesiasticus sibi non uendicat, omni possessione rei tam mobili quam immobili ecclesie adiudicata persona sola et nuda per eum, qui in defensionem ecclesie uices nostras sibi gerit commissas ad iudicium sanquinis tradatur Omni tamen culpa, que pecuniarias conpositiones admittit ecclesie concessa et indulta. Si uero pro redemptione hominis illius

conquerentibus satisfieri et de indempnitate prouincie pro eo fide iuberi contigerit, homines ecclesie, si qui pro eo fideiubendo ad penam pecuniariam se obligare uoluerint, in manus prepositi se obligent ceteri uero in manus iudicis. Talium autem personarum inquisitiones officiales ecclesie tantum faciant inuentos uero a bonis ecclesie infra mensem amoueant et in eis priuilegio suo renuncient et de factis eorum deinceps respondere non teneatur ecclesia. Alias uero quascunque causas siue peccuniarias siue prediales siue in personas siue in dampna, pannos (sic), pugnarum expurgationes, omnes obuentiones scilicet losunge, vbervanch, govmlos, nocturnos dolos, hasban in prediis et personis suis officiales ecclesie exequantur ita, ut actor semper forum rei sequatur, id est si homo extraneus de homine ecclesie conqueri habeat, a preposito suisque officialibus iudicium expetat. Ceterum anteriorum nostrorum pia facta debita recordatione commendantes ad uniuersorum memoriam reducimus, qualiter *adlrammus de perge aduocatus quondam domus sancti floriani* pro remedio anime sue resignauit in manus *Reinberti episcopi patauiensis*, a quo aduocatiam in pheudum tenebat omnes iustitias aduocatie scilicet placita, bannos et steuras et oblationes et pernoctationes omnisque generis obuentiones. Huius autem iuris resignationem prefatus episcopus ad petitionem dicti aduocati eidem ecclesie super altare sancti floriani tradidit et confirmauit, quoniam autem in diebus nostris super eisdem aduocatie iusticiis predicta ecclesia a quibusdam grauari uideretur, nos, qui eiusdem ecclesie sumus aduocati et ipsius iura et priuilegia ei tenemur defendere, ad peticionem dicti *ottonis prepositi* easdem aduocatie iusticias eidem ecclesie recognoscimus et confirmamus annuentes prefati episcopi priuilegio et nostrum donantes cum rati habitione perpetua. Set (sic) quia ecclesie utilitas exigit, ut propter occupationum nostrarum frequentias alicui uices nostras in deffensionem ecclesie committamus, ne occasione talis commissionis, que pro redimendis ipsius ecclesie obpressionibus a nobis pro tempore pie fit, contra ius huius priuilegii ipsi uicedeffensores in illicitas transeant abusiones, noticie omnium uolumus inculcari, quod ei soli fieri debet talis commissio, quem prepositus sibi ad hoc ydoneum a curia nostra nostrorumque successorum postulauerit, qui nec nomine nec aliqua utilitate uel iure aduocati sibi usurpato tantum sub nostre nostrorumque successorum legationis officio ecclesie prepositum fideliter manuteneat non se ingerendo nisi illis tantum negociis, ad

que prepositus eum expetiuerit, nullas sibi uendicans utilitates preter peccuniarias compositiones, que pro lesione ecclesie ab extraneis hominibus illata nobis nostrisque successoribus tamquam ueris aduocatis fuerint adiudicate plena tamen prius ecclesie et leso satisfactione exhibita. In hominibus autem et colonis et prediis ecclesie nichil sibi iuris uendicet nomine commissionis nisi forte ad coertionem rebellium personarum a preposito fuerit ascitus. Quia uero pretextu talium commissionvm huiusmodi uicedeffensores frequenter auiditate temeraria in iura aduocatorum se solent ingerere, firmiter interponimus, ut, si quando a tali uicedefensore prepositus se senserit grauari, liceat ei coram nobis nostrisque successoribus ipsum recusare et alium expetere. Et ne diurnitas temporis ulli talium possit in preiudicium ecclesie suffragari, statuimus, ut expirante tempore amministrationis prepositi talis etiam expiret commissio, donec successor eius a nobis nostrisque successoribus denuo uel ipsum expetat uel alium. Quod et si aliqua forte fuerit occasione neglectum, non tamen ulla unquam contra istud nostre concessionis priuilegium curret quantumcunque longeui temporis prescriptio. Preterea cum pie memorie proauvs noster Livpoldus marchio priuilegii sui concessione omnia predia predicte ecclesie in suo regimine sita ad petitionem *ysenberti prepositi* absoluerit a redditione marchialis annone et omni sui iuris exhibitione, Nos eiusdem super eadem concessione ratum priuilegium ipsam ecclesiam absolutam denunciamus tam a predicto iure quam ab omni solutione uectigalium, que ipsi uel officiales eorum in passagiis nostris uel quibuscunque locis nostri ducatus, que mvotstet dicuntur, actenus persoluere consueuerant statuentes, ut nulla unquam in transuehendo uino uel annona suo nomine thelonei ab eis exigatur pensio sicut specialis priuilegii nostri super eadem concessione tenor continet. Horum autem articulorum tam circa exemptionem ecclesie a foro prouinciali quam circa iura aduocatie et tam cautam expressionem omnivm hanc paginam inspicientium uniuersitas nos ideo nouerit tam sollicite annotasse, ut omnis questio super iusticiis fori secularis tam hic expressis quam non expressis ab irruptione huius nostri priuilegii sit exclusa et ut nostra nouerit posteritas neque per inpheudationem neque per aliud quodcunque genus alienationis huius exemptionis priuilegium infringi posse uel uiolari in perpetuum. Quod si in eius preiudicium aliquo precipiti consilio ab heredibus nostris inpheuodatio de facto contigerit, irritam eam et omni robore uacuam censemus omnino non tenere. Sed

si quis talis pheudi pretextu in dampna ecclesie manum miserit, dampnum reconpenset in quadruplum et quasi elemosine nostre uiolator in deum et in animam nostram reum se esse cognoscat. Ad huius igitur rei euidentiam et nostre diffinitionis stabilitatem perpetuam paginam presentem autentici sigilli nostri inpressione insignimus et perpetuo robore ualituram dominorum imperatorum *Ottónis et Heinrici* (sic) sigillis confirmauimus cum istorum subscriptione testium: *Ulricus comes de Chlamme, Otto tv̂maduocatus, Vlricus de Valkenberch, Hadmarus de Chvneringe, Albero et Hadmarus* filii eius, *Wichardus dapifer, Chadoldus et Wichardus* filii eius, *Vlricus Strivno, Rvdolfus de Potendorf, Adeloldus de Chiowe, Ditmarus de Liehtenstaein, Otto de Chrems, Hadmarus de Pômgarten, Hermannus de Chranchperch, Vlricus esilo, Perhtolt de Widervelt, Otto de Perhtoltstorf, Otto de Pirbôm, Vlricus de Chaernaebrvnne, Vlricus de Marbach, Perhtholt dapifer de emerberch, Heinricus de prvnne, Livpoldus pincerna, Alber de grimmestaeine, Rvpreht stal, Ditmarus de chvlevbe, Herbort de Volkenstorf, Ditricus de Windeke, Deinrat capellarius, Opoldus et Heinricus camerarii.*

Acta sunt hec in prato iuxta *Naerden*, Peracta in *dornpach*, Data *Wienne* per manus *Vlrici Notarii* XVI. kalendas ivlii, Indictione I. Anno incarnationis domini MCCXV. Regnante domino *Friderico Romanorum imperatore* (sic) *et rege Sicilie glorioso*, Anno imperii eius II. Regni vero *Sicilie* XV.

Original auf Pergament mit Siegel, im Archive des Klosters St. Florian. — Stülz, Geschichte von St. Florian, pag. 292. — Die chronologischen Noten sind hier durchaus unrichtig. Dass diese Urkunde an demselben Tage mit der unter Nro. CCCLXXXVI. A. ausgefertigt worden sei, zeigt sich aus der Gleichheit der Zeugen und dem Monatstage, der Indiction, dem Regierungsjahre K. Friedrich's II. und dem Orte der Ausfertigung.

CCCLXXXVIII.

1213. 21. December. Steyr. — *Leopold, Herzog von Österreich und Steiermark, bestätigt das Eigenthumsrecht des Klosters Garsten auf zwei Lehen in Gaflenz, in welche der Herzog mit Bewilligung des Klosters seine Förster zur Waldaufsicht gelegt hatte.*

Nos *LEVPOLDVS* dei gratia Dux *Austrie* ac *Styrie* Notum fieri cupimus presentibus et futuris, quod cum dilectus nobis *Hademarus* venerabilis *Gerstensis* Abbas esset nobiscum ad sepulchrum domini profecturus, ab ipso petiuimus, vt hanc benivolentiam nobis faceret

specialem, quod in duobus prediis Rusticalibus in sua provincia *Gaulenz* donec ad nostrum reditum a sepulchro domini locaremus nostre silue forestarios pro custodia facienda, cum eo tempore circa nostrum forestum nullam Rvsticalem culturam ad hoc habilem cultam sev incultam penitus haberemus, sed statim, cum dante domino ad propria rediremus redditis eidem Ecclesie prediis antedictis nostre silue duceremus aliter providendum. Quod cum dictus Abbas nobis fieri permisisset, ne in posterum aliqua calumpnia ipsi Monasterio valeat suborirj, presentem paginam nostris sigillis firmatam *Gerstensi* Cenobio duximus assignandam. Nullus etiam de nostris forestariis vel aliquibus silue nostre Magistris debet in predicta provincia *Gaulenz*, siluis, Montibus, pascuis, venationibus, piscationibus auctoritatem nostro vel suo nomine aliquam exercere, sed cum omnia ibidem sita donec in flumen *Anasij* ex omnj latere ad proprietatem Monasterij pertineant pleno jure, ipse Abbas et sui homines quietem et pacem continuam optineant A nostris dispensatoribus inconuulsam. Et si nobis forsitan in itinere morte preventis premissa non fuerint adimpleta, quicumque nostrorum heredum vel successorum nostrorum declarationem prefatam negglexerit (sic) aut infringi permiserit a quocumque, revm se delictorum nostrorum in vltimo judicio esse sciat. Huic facto interfuerunt Testes subnotatj, quorum nomina sunt hec: *Erchenbertus de Hagenarve*, *Otto de Lengenpach*, *Herrandus de wildonia*, *Dietricus de Hohenstorphe*, *Ernestus de Trėna*, *Hademarus de Chėnring*, *Perngerus de Capella*, *Gvndacher de Styria*, *Rvdolfus et Otacher dictj Prevhavenj*, *Otto Schecho*, *fridericus de Scatâwe*, *Hilpoldus Officialis de Styria* et alii quam plures. Datum et Actum *in vrbe StyRa* Anno domini M° CC° tercio decimo in festo Thome Apostoli.

Original (?) auf Pergament mit Siegel, im Archive zu Garsten. — Kurz, Beiträge, II. 544.

CCCLXXXIX.

1215. 26. März. Wels. — *Leopold, Herzog von Österreich und Steiermark, bestätigt die Schenkung von Viechtwang an das Kloster Kremsmünster durch seine Vorfahren und übernimmt wieder die Vogtei darüber.*

In nomine Sancte et indiuidue Trinitatis Amen. *Liupoldus* dei gratia *dux Austrie et Stirie* vniuersis Christi fidelibus in perpetuum. Ne res gesta temporum fluxu obliuionis dispendia pati debeat uel

detrimentum per presentium continentiam notitie modernorum et futurorum duximus transmittendum, quod pater noster diue memorie *Liupoldus* illustris dux Austrie et Stirie quoddam predium suum nomine *Viehtenwanch* contulit ecclesie in *Chremsmvnster* cum totali iure aduocatie, quod *foitrehte* dicitur. Sed quia in eodem predio ecclesia specialem poscebat tutorem, datus est ei circa idem aduocatus *Gundakarus de Stira* non feodali aduocatia sed petitionaria, quod vvlgo dicitur *Betfoitacie*, que aduocatia mortuo *Gundakaro* manauit in filium eius *Duringum* non iure sed abusiua consuetudine; Qui cum eandem quasi feodalem pro aliqua summa pecunie pro pignore obligasset, contigit nos uenire Chremsmvnster proxima dei post Annunciationem beate virginis, ubi ab Abbate et fratribus orta est nobis de eadem obligatione querimonia et sic processum est in caussa, quod sepe dictus *Duringus* recognouit et confessus est aduocatiam illam esse petitionariam et non feodalem. Vnde ut eiusdem causse et facte series in posterum non possit infirmari, paginam nostri sigilli mvnimine roborauimus cum testium appositione tam clericorum quam laicorum. Capellani ducis: Magister *Arnoldus de sancta Petronella*, Magister *Henricus* pataujensis Canonicus et plebanus in *probstorf*, *Heinricus de Puchpach*. Laici: *Dipoldus Marchio de fohburch*, *Albertus de Halse*, *Rapoto de Ahvsen*, *Marquardus de Himperch*, *Hademarus* iuuenis *de Chunring*, *Heinricus de Prunne*, *Vlricus de Bůtenberch*, *Chunradus de Wildeke*, *Liupoldus* pincerna, *Wikardus* dapifer; *Alramus de Chrengelbach* et alii quam plures. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M° CC° XV° sub Innocentio papa et Rege Romanorum Friderico. Data in foro nostro Welse vjj° kal. Aprilis per manum Magistri Heinrici plebani de probstorf tunc Notarii.

Original auf Pergament mit Siegel, im Archive des Klosters Kremsmünster. — Urkundenbuch von Kremsmünster, pag. 67, Nro. 54.

CCCXC.

1215. 5. April. Augsburg. — ***Kaiser Friedrich II. bestätigt einen Vergleich zwischen Bischof Manegold von Passau und Herzog Leopold von Österreich rücksichtlich einiger zwischen beiden streitiger Puncte, worunter auch Ansprüche auf die Brücke (? Brückenmauth) zu Ebelsberg.***

(Chrismon.) In Nomine Sancte et Indiuidue Trinitatis. amen. *Fridericus secundus* diuina fauente clementia Romanorum Rex et semper Augustus et Rex Sycilie. Quia res geste diffidentie periculum

et obliuionis dispendia pati frequenter consueuerunt, placuit per presentium continentia notitie modernorum et futurorum transmittere, quod, cum quedam controuersia uerteretur inter dilectum fidelem et consanguineum nostrum *Manegoldum* venerabilem *Patauiensis ecclesie Episcopum* et inter dilectum fidelem et consanguineum nostrum *Luipoldvm ducem Austrie et Stirie* super iure patronatus *Wiennensis ecclesie* et super Aduocacia *fori in sancto Ypolito* et super generali terre iudicio, quod *Lantgerihte* nominatur, quod idem dux in quibusdam bonis iam dicte pataviensis ecclesie suo iuri uendicabat, et in quibusdam bonis eiusdem ecclesie fodrum, quod vvlgo dicitur *Marchetfuoter*, ad se asserebat pertinere, nos iam dictis principibus *in Ciuitate Augusta* in presentia regie sublimitatis constitutis amicabilem inter eos concordiam fecimus et compositionem ita, quod ad petitionem nostram sepedictus dux cessit liti et in manus nostras renunciauit omni iuri, quod habuit uel quod habere uidebatur in predicto patronatu Wiennensis ecclesie et in Aduocatia sancti Ypoliti, specialiter etiam renunciauit fodro et Lantgerihte, quod habuit in quodam predio pataviensis ecclesie, quod dicitur *Swabdorf*, et in omnibus illius attinentiis et quicquid in hiis uel in aliis bone memorie pater suus de iure suo pataviensi ecclesie contulerat, ipse quoque pro se et pro vniversis suis successoribus eidem recognouit; renunciauit etiam liti, quam habuit pro *ponte in Ebelsperch*. Nos autem eandem Aduocatiam in sancto Ypolito et Lantgerihte et Marchetfvter, sicut predictum est, et siqua sunt alia iura, que in causis predictis ad nostram pertinent donationem, de consensu et bona uoluntate ducis concessimus predicto Episcopo et ecclesie sue iure perpetuo possidenda. Vt autem hec nostre benignitatis gratia siue donatio memorato Episcopo rata maneat et inconvvlsa perpetuo perseueret, hanc paginam regio Karactere et sigilli nostri firmitudine fecimus insigniri. Hii sunt testes, qui huic celsitudinis et clementie nostre facto interfuerunt: *Eberhardus Salzburgensis Archiepiscopus*, *Otto frisingensis Episcopus*, *Chunradus Ratisponensis Episcopus*, *Sifridus Augustensis Episcopus*, *Chunradus prepositus frisacensis*, *Ruodegerus pataviensis Canonicus prepositus in Cella*, *Vlricus pataviensis Canonicus et plebanus in fischa*, *Heinricus pataviensis Canonicus et plebanus in probstorf*, *Lodwicus dux Bawarie et palatinus Reni*, *Dipoldus Marchio de fohburch*, *Albertus comes de Eberstein*, *Hartmanus Comes de Wirtenberch*, *Heinricus de Niffen*,

Werenherus de Bonlant dapifer, Waltherus pincerna et alii quam plures.

Signum domini friderici secundi Romanorum Regis invictissimi et Regis Sycilie. (Monogramma.)

Acta sunt hec anno dominice incarnationis M? CC? XV? Indictione III. regnante domino Friderico secundo Romanorum Rege glorioso et Rege Sycilie Anno regni eius tertio.

Datum apud *Augustam* Nonis Aprilis.

Original auf Pergament mit Siegel, im königl. bairischen Reichsarchive zu München. — Hund—Gewold I. (Edit. Monac.) 380. — Tolner, Hist. Palat. Cod. dipl. 66. — Lünig, Reichsarchiv, XVII. 780. — Hansiz, Germ. Sacr. I. 359. — Hormayr, Archiv, 1828, 142. — Mon. boic. XXX. I. 26.

CCCXCI.

1215. Griene. — *Marquard, Propst von Waldhausen, und Hartmann, Propst von Ardaker, beurkunden die Beilegung eines zwischen beiden Klöstern bestandenen Streites in Betreff der Pfarre Neustadt durch gewählte Schiedsrichter.*

IN NOMINE SANCTE Et indiuidue trinitatis. *Marquardus Walthusensis* Prepositus et *Hartmannus Ardacensis* Prepositus cum uniuersitate subiectorum Omnibus, qui fide et nomine christiano censentur, salutem in uero salutari. Cum oborte lites non ea facilitate sopiantur, qua solent emergere, que suos etiam auctores raro fore sinunt indempnes, maiori cura semper ad conpositionis festinandum est remedium. Quocirca consideratione habita de modo controuersie inter duas ecclesias nostras, *walthusensem* videlicet et *Ardacensem* super parrochia *Niwenstat*, cum multe hinc inde incassum fierent expense ac graues inminerent labores, ad hunc finem tandem uenire decreuimus, ut consentientes in arbitros quinque uiros idoneos eligeremus, *Perengerum* decanum, *Ebergerum* custodem de choro *Ardacensi*, *Gotschalcum* camerarium, *Herrandum* cellerarium de *walthusensi* collegio nec non uenerande discretionis uirum *ůlricum* decanum de *sancta Agatha*, quibus decidende litis arbitrium conmitteremus. Vt autem factum, quod uniuersitatem tangebat, ab uniuersitate approbaretur, datis et acceptis uicissim litteris de rato ab utroque conuentu amplius nos obligauimus, scilicet cautione fidei et pena centum librarum *Wiennensis* monete ita, ut quicquid prefati arbitri de sepe mota controuersia ordinarent, firmum et inconuulsum stabili iure maneret.

Illi ergo uti conpromissum in eos fuerat de causa cognituri conuenerunt et uisis utriusque partis instrumentis et cause meritum intuentes non de motu proprio, ut estimare possumus, immo animo diuino instructi consilio litem perpetuo fine claudere (?) curarunt, statuentes in primo, ut facta renunciatione de instrumentis utriusque partis super his habitis et habendis *Walthusen* ob diuturnam possessionem, licet fide ac titulo dubitato decetero sicut prius in prætaxata parrochia cum solita et annua pensione *Niwenstat* habeat. Verum quia sepedicta ecclesia *Niwenstat* in terminis *Ardacensium* uidebatur existere, censuerunt, ut prepositus et canonici in *Ardacher* eligant unum dechoro suo pro quocunque petere uoluerint, qui in canonica (sic) faciat residentiam, quem *walthusiensis* prepositus absque contradictione representabit domino *Pataviensi* episcopo in eadem parrochia inuestiendum, qui pensionem debitam et annuam videlicet XX[ti] Modios siliginis et totidem avene antique et consuete metrete claustri cum omni iure pristino sub pena collati sibi beneficii ante festum S. Martini *Walthusiensi* ecclesie persoluat et in diebus Rogationum cum plebe eiusdem ecclesie *walthusen* ueniat, cereum, sicut consuetum est, secum deferendo. Itemque annexum est, ut si forte dissensio inter prepositum de *Ardacher* et eius conuentum de petenda persona facta fuerit nec infra mensem concordauerint, in arbitrio sit *Walthusiensis* prepositi conferendi iam dictam ecclesiam cuicunque voluerit de choro *Ardacensi*, residentiam in canonica facienti iterumque ius petendi ad prepositum et conuentum de *Ardacher*, sicut pretaxatum est redeat, nisi similis casus interuenerit. Preterea statutum est, ut clericus institutus, si statuto tempore post trinam ammonitionem pensionem debitam non soluerit aut si forte ad maiorem promotus fuerit ecclesiam seu quacunque rationabili causa prebenda illum priuari contigerit, consequenter memorata careat ecclesia et alteri residenti canonico predicto modo conferatur. Arbitratum est etiam ut decedente canonico plebano sepedicte ecclesie nec prepositus *dewalthusen* nec prepositus de Ardacher manus ad reliquias mittere presumat decedentis, sed successori illese conseruentur, qui de eisdem reliquiis taxatam pensionem *walthusensi* ecclesie, si nondum fuerit exhibita, teneatur persoluere. Porro ne procedente tempore quispiam successorum nostrorum presentis arbitrii contractum audeat infringere et inmutare, sic inhibemus uiolati pacti reum solutione centum librarum *wiennensis* monete decernentes condempnandum. Et ut hoc factum nostrum ex

omni parte auctorabile robur habeat utriusque conuentus *walthusensis* et *Ardacensis*, impressione sigilli confirmamus. Acta sunt hec anno ab incarnatione domini M°cc°XV° aput *Grine* in domo iudicis in presentia testium, quorum nomina sunt hec: *Reinhardus* et magister *heinricus canonici Ardacenses. Rugerus plebanus in Chreucen, hermannus presbiter* in *Niwenstat*, *heinricus de mitterchirchen, vlricus de Ibenperge, v̊lricus iunior de Imzingen, fridericus de Chlengrube, hermannus, Gerhardus, Rugerus, Marquardus chazze*, burgenses in *Grine. heinricus de Chreuzpach, Richgerus de O̊zenstein. Dietricus indote.* De familia *ardacensi. vlricus* officiarius, *heinricus* preco, *Otto de Awa, Otto aput riuum, Albertus de chalmunzpach, Chunrat hæftlinc.* Preterea utrique parti placuit presentem paginam dominorum nostrorum videlicet *Pataviensis* et *frisingensis* episcopi sigillo ad maiorem firmitatem forciendam debere ROBORaRI.

Original auf Pergament, mit vier Siegeln, im Museal-Archive zu Linz.

CCCXCII.

1215—1221. — *Ulrich, Bischof von Passau, beurkundet eine von Seite des Klosters Wilhering mit Heinrich von Tratena eingegangene Übereinkunft wegen eines Hofes zu Wrgldorf.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Ego *V̊lricus* sancte *patauiensis* ecclesie episcopus. Cum generatio preterit et generatio aduenit et ex tali rerum uicissitudine omnia pretereunt more fluentis aque, icirco (sic) necesse est scripto mandari, quicquid ad posteritatis inspectionem debet transmitti, ut fideliter et tenaciter conseruet pagina, quod elabi poterat a fugaci hominum memoria. Ea propter tam presentibus quam futuris patere desideramus, qualiter dominus *ortolfus de teigrenbach* uiam uniuerse carnis migraturus predium suum in *wrgeldorf* situm pro remedio anime sue beate Marie in *willeringen* obtulit, sed hanc eius oblationem et donationem *Heinricus de tretena* hereditaria successione sibi attinere affirmans cassam esse uoluit et plurimis placitationibus aduersus abbatem suscitatis reuocare et retractare omnimodis attemptauit. Tandem uero super uexatione, quam cenobio intulerat, penitentia ductus ad ipsum locum accessit et omne ius proprietatis ad se spectantis super altare sancte genitricis Marie coram multis testibus delegauit. Quo contra abbas de consensu et consilio fratrum suorum acceptis a prefato *Heinrico* duobus

talentis ipsum predium ei et uxori sue et uni liberorum suorum *ottoni* uidelicet colendum conmisit, eo dumtaxat tenore, ut, quoad uiuerent, ex ratione culture annuatim in natiuitate sancte marie dimidium talentum soluerent, et hunc annualem censum, si ante festum beati Michahelis exhibere dissimulando negligerent, cum banno uno, id est lx nummorum satisfactione dissimulationem reconpensarent; et post illarum trium personarum decessum cum animalibus et cetero apparatu ad cultum curie pertinenti sine ulla contradictione in usus et proprietatem ecclesie libere deuenirent. Wt igitur Hec omnia ab utraque parte rationabiliter contracta et idoneis test.bus insignita stabili firmitate inuiolata permaneant, pactionis huius formam precepimus conscribi et sigilli nostri inpressione Muniri, ne a quoquam posterorum malignitatis ausu presumatur infringi. Huius uero rei testes sunt: *Heinricus decanus de nuenburc*, *Leo plebanus de grezkirchen.* Laici autem libere condicionis *Heinricus de Wessenberc*, *albero*, Ministeriales, *Gundaker de stire*, *Otto* et *siboto de teigrenbac*, *ortolfus filius ortolfi de teigrenbac*, *alramus aduocatus*, *vlricus bircan*, *verhardus de sincingen*, *Rvbertus de concingen*, *Heinricus cecus c°nradus de Holzluten*, *Otto et otaker de stille*, *Nendingus*, *albertus euerdingen*, *c°nradus lapicida et vlricus filius eius*, *teodericus*, *vecelo*, *Otaker*, *et bertoldus*, *godefridus*, *c°nradus fratres*, *diepoldus*.

Original auf Pergament mit Siegel, im Archive des Klosters Wilhering. — Stülz, Geschichte von Wilhering, 504.

CCCXCIII.

1216. Vor dem 16. Juli. — *Papst Innocenz III. bestätigt alle Güter und Freiheiten des Klosters Wilhering und nimmt es in den Schutz des heiligen Stuhles auf.*

Innocentius episcopus seruus seruorum dei dilectis filiis *Cuonrado abbati de Wileringen* eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem uitam professis in perpetuum. Religiosam uitam eligentibus apostolicam conuenit adesse presidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incursus aut eos a proposito reuocet aut robur, quod absit, sacre religionis infringat. Quapropter dilecti in domino filii uestris iustis postulationibus clementer annuimus et monasterium sancte dei genitricis et uirginis Marie, in quo diuino mancipati estis obsequio, sub beati petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti priuilegio communimus. In primis siquidem statuentes, ut ordo

monasticus, qui secundum deum et beati Benedicti regulam atque institutionem Cysterciensium fratrum in eodem monasterio institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obseruetur. Preterea quascunque possessiones, quecunque bona idem monasterium in presentiarum iuste ac canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum uel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis prestante domino poterit adipisci, firma uobis uestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda uocabulis: Locum ipsum, in quo prefatum monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis suis, Grangiam in *Nuwenhoue,* Portum iuxta claustrum ex utraque parte danubii, Portum contra forum *otensheim,* Transitum in danubio liberum ab illa exactione, que muta dicitur, a *duce lvpoldo* indultum, Siluam, que dicitur *Curenberc,* cuius termini sunt usque ad *ueterem Wileringen,* Possessiones, quas habetis in *ederamsberge, Mulebach, Ketzingen, Harden, Nuofarne* et ceteras iuxta *trunam,* in *ruodolfingen, Peschingen,* in *Hiltegeringen,* Predia, que possidetis trans danubium, scilicet *Havenarn* (?), *Cogele* et reliqua circumquaque in eadem uicinia sita; Grangiam *yuenberge, Greblich,* dimidietatem *silue boemice* a fundatore volrico collatam, Mediam partem campi, qui uulgo dicitur *lobenuelt,* ab eodem acceptam, Decimas a parrochia *grimarsteten* concambio exemptas nec non et sepulturam familie *Babenbergensis* ecclesie, ad quam fundus ipse pertinet, et sepulturum familie de *wassenberch,* ita dumtaxat, ut prius aliquod remedium parrochiano suo prouideant; Curiam *cremese* cum uineis et decimis suis, Curtem in *cymeleup,* allodia in *salabulcha,* possessiones in *pilstein* et *lvpoldesdorf,* Curtem in *cydelarn,* Predia in uilla, que dicitur *Bach* cum pratis, uineis, terris, nemoribus, vsuagiis et pascuis, in bosco et plano, in uiis et semitis et omnibus libertatibus et immunitatibus suis. Sane laborum uestrorum, quos propriis manibus aut sumptibus colitis tam de terris cultis quam incultis sive de ortis et uirgultis et piscationibus uestris uel de nutrimentis animalium uestrorum nullus a uobis decimas exigere uel extorquere presumat. Liceat s . . . . . . clericos uel laicos liberos et absolutos e seculo fugientes ad conuersionem recipere et eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper, ut nulli fratrum uestrorum post factam in monasterio uestro professionem fas sit sine abbatis sui licentia de eodem loco discedere. Discedentem uero absque communium literarum uestrarum cautione nullus audeat retinere.

Quod si quis retinere forte presumpserit, licitum uobis sit in ipsos monachos uel conuersos regularem sententiam promulgare, Illud districtius inhibentes, ne terras seu quodlibet beneficium ecclesie uestre collatum liceat alicui personaliter dari seu alio modo alienari absque consensu totius capituli uel maioris aut sanioris partis ipsius. Si que uero donationes aut alienationes aliter, quam dictum est, facte fuerint, eas irritas esse censemus. Ad hec etiam prohibemus, ne aliquis monachus siue conuersus sub professione uestre domus astrictus sine consensu et licentia abbatis et maioris partis capituli uestri pro aliquo fideivbeat uel ab aliquo pecuniam mutuo accipiat ultra precium capituli uestri prudentia constitutum, nisi propter manifestam domus uestre utilitatem. Quod si quis forte presumpserit, non teneatur conuentus pro hiis aliquatenus respondere. Licitum preterea sit uobis in causis propriis sive ciuilem sive criminalem contineat questionem, fratrum uestrorum testimoniis uti, ne pro defectu testium ius uestrum in aliquo ualeat deperire. Insuper auctoritate apostolica inhibemus, ne ullus episcopus uel quelibet alia persona ad sinodos uel conuentus forenses uos ire uel iudicio seculari de uestra propria substantia uel possessionibus uestris subiacere conpellat, nec domos uestras causa ordines celebrandi, causas tractandi uel aliquos conuentus publicandi uenire presumat nec regularem abbatis uestri electionem inpediat aut de instituendo uel remouendo eo, qui pro tempore fuerit, contra statuta cysterciensis Ordinis se aliquatinus intromittat. Si uero episcopus, in cuius parrochia domus uestra fundata est, cum humilitate ac deuotione, qua conuenit, requisitus substitutum abbatem benedicere et alia, que ad officium episcopale pertinent, uobis conferre renuerit, licitum sit eidem abbati, si tamen sacerdos fuerit, proprios nouicios benedicere et alia, que ad officium suum pertinent, exercere et uobis omnia ab alio episcopo percipere, que a uestro fuerint indebite denegata, Illud adicientes, ut in recipiendis professionibus, que a benedictis uel benedicendis abbatibus exhibentur, ea sint episcopi forma et expressione contenti, que ab origine ordinis noscitur instituta, ut scilicet abbates ipsi saluo ordine suo profiteri debeant et contra statuta ordinis sui nullam professionem facere conpellantur. Pro consecrationibus uero altarium uel ecclesiarum siue pro oleo sancto uel quolibet alio ecclesiastico sacramento nullus a uobis sub optentu consuetudinis uel alio modo quicquam audeat extorquere sed hec omnia gratis uobis episcopus diocesanus inpendat. Alioquin liceat uobis

quemcunque malueritis, catholicum adire antistitem gratiam et communionem apostolice sedis habentem, qui nostra fretus auctoritate uobis, quod postulatur, inpendat. Quodsi sedes diocesani episcopi forte uacauerit, interim omnia ecclesiastica sacramenta a uicinis episcopis accipere libere absque contradictione possitis, sic tamen, ut ex hoc in posterum propriis episcopis nullum preiudicium generetur. Quia uero interdum propriorum episcoporum copiam non habetis, si quem episcopum romane sedis, ut diximus, gratiam et communionem habentem et de quo plenam noticiam habeatis, per uos transire contigerit, ab eo benedictiones uasorum et uestium, consecrationes altarium, ordinationes monachorum auctoritate apostolice sedis recipere ualeatis. Porro si episcopi uel alii ecclesiarum rectores in monasterium uestrum uel personas inibi constitutas suspensionis, exconmunicationis uel interdicti sententiam promulgauerint siue etiam in mercennarios uestros pro eo, quod decimas non soluitis, siue aliqua occasione eorum, que ab apostolica uobis benignitate indulta sunt, seu benefactores uestros pro eo, qnod aliqua uobis beneficia uel obsequia ex caritate prestiterint uel ad laborandum adiuuerint in illis diebus, in quibus uos laboratis et alii feriantur, eandem sententiam protulerint, ipsam tanquam contra sedis apostolice indulta prolatam duximus irritandam Nec littere ulle firmitatem habeant, quas tacito nomine Cysterciensis ordinis et contra tenorem apostolicorum priuilegiorum constiterit impetrari. Preterea cum conmune interdictum terre fuerit, liceat uobis nichilominus in uestro monasterio exclusis exconmunicatis et interdictis diuina officia celebrare. Paci quoque et tranquillitati uestre paterna in posterum sollicitudine prouidere uolentes auctoritate apostolica prohibemus, ut infra clausuras locorum seu grangiarum uestrarum nullus rapinam seu furtum facere, ignem apponere, sanguinem fundere, hominem temere capere uel interficere seu uiolentiam audeat exercere. Preterea omnes libertates et inmunitates a predecessoribus nostris Romanis pontificibus ordini uestro concessas nec non et libertates et exemptiones secularium exactionum a regibus et principibus uel aliis fidelibus racionabiliter uobis indultas auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti priuilegio conmunimus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatum monasterium temere perturbare aut eius possessiones auferre uel ablatas retinere seu quibuslibet uexationibus fatigare, sed omnia integra conseruentur eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione

concessa sunt, usibus omnimodis profutura Salua sedis apostolice auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisue persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere uenire temptauerit, secundo tertioue conmonita nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore et sanguine dei et domini redemptoris nostri iesu christi aliena fiat atque in extremo examine districte subiaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus sit pax domini nostri iesu, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inueniant. Amen. Amen. Amen.



Ego Innocentius catholice ecclesie episcopus ss.

Monogramma.

Original (?) auf Pergament, im Archive des Klosters Wilhering. — Die Urkunde ist auf italienischem Pergament geschrieben in einer schönen fetten Mönchsschrift. Das Monogramm ist das gewöhnliche (Bene ualete) mit dem mittleren Verbindungsstriche. Der Eingang ist eine verlängerte Cursivschrift. Verdächtig ist der Umstand, dass nie eine Bulle an der Urkunde, wie auch nirgends ein Datum bemerkt wird. — Stülz, Geschichte von Wilhering, 499.

CCCXCIV.

1216. 27. August. Würzburg. — *Otto, Bischof von Würzburg, verpfändet seinem Capitel für jene 1300 Mark Silber, welche er vom Herzoge Leopold von Österreich für die bischöflichen Besitzungen zu Lambach erhalten hatte, andere noch unverpfändete Güter des Bisthums Würzburg.*

In Nomine Domini amen. Ego *Otto* divina miseratione *herbipolensis episcopus.* Omnes redditus episcopales, qui adhuc non sunt obligati, subnotatos videlicet In *Heidingesvelt* Ad precaria XXX libras, Census officii XVI. libras, vini XXV. carratas; *Randersake* de precaria XX libras, vini vini X. carratas; *Ahusen* denariorum XX. libras, vini de precaria XXI. Carratas, de proprietate XX. Carratas, Siliginis VIII. maltra; *Ossenvort* de censibus XIII. uncias, vini V. carratas;

Frikkenhusen de precaria XXX. libras, de censibus vij. libras iiij. uncias vini XXX. carratas; In advocatia *Stephe* XX. libras, tritici C. et XIIII. maltra; In *Hüttenheim* Censuum libram unam; In *Windesheim* denariorum XII. libras, Tritici CC. et II. maltra, Porci XXVII., precaria XXX. libras; In *Berneheim* et in *Gessele* precaria XXX. libras; In *Heilichbrunnen* de mansis XIII. marcas, de piscationibus V. libras hallensium, de villicatione XX. marcas, de precaria denariorum XXX. marcas, vini XXX. carratas, de proprietate vini XV. carratas, tritici, Spette, Siliginis, avene CL. maltra; *Homburch* de censu iiij. libras et dimidiam, frumenti C. maltra, vini XX. carratas; *Karleburch* de teloneo LX. libras denariorum, de Censibus X. libras, frumenti C. maltra, de precaria vini V. carratas, de proprietate vini XXX. carratas; Apud *Seligenstat* de censibus xiiij libras; Apud *Eisleibe* avene L. maltra, tritici XL. maltra, Siliginis LX. maltra, de octo mansis, quorum tres inculti sunt, quinque solvunt V. porcos, tritici V. maltra, Siliginis XV. maltra; *Geltersheim* per totum frumenti CC. L. maltra, porcos X. denariorum VIII. libras; Apud *Ebern, Salzburch, Vachedorph, Mebiuhestat, Rochperch* per totum denariorum CC. libras, frumenti CCC. L. VI. libras et alios, siqui sunt, pro mille et trecentis marcis argenti de *predio Lambach a duce austrie* habitis et pro ampliori summa, quam ab ipso forte recepturus sum, obligo confratribus meis majoris ecclesie et ipsis administrationem eorundem reddituum committo Exceptis obventionibus et lucris incertis, quae praeter ceteros redditus contingit aliquando provenire, et exceptis hijs, que michi ad expensas ab ipsis fuerint deputata, donec per ipsos tota predicte pecunie summa in integrum sit recepta et eosdem redditus pro posse meo tamquam in manibus meis eos haberem, protegam fideliter et defendam. Insuper nec illos nec alios redditus episcopales a festo S. Martini proximo ad tres annos vendam vel obligabo nec aliquo titulo alienabo nec concedam exceptis beneficiis ecclesiasticis, que michi libera reservo, et nisi forte aliqui ad Status mei mutationem vel diminutionem intenderint. Preterea nullam alienationem, que vulgo Dinge dicitur, circa barones terre vel alios faciam vel admittam, Exceptis ministerialibus ecclesie nostre, circa quos etiam capituli utor consilio vel eorum, qui michi ab ipso fuerint deputati; hec autem omnia, que predicta sunt, juro me bona fide, sine malo ingenio et dolo pro possibilitate mea fideliter servaturum, nisi forte hec vel aliqua istorum de consensu capituli vel

maioris partis fuerint immutata. Promitto preterea bona fide, quod ad consilium fratrum vel eorum, qui ad hoc specialiter deputati fuerint, expensas et familiam temperabo. Datum *Wirceburch* VI. Kalend. Septembris, Indictione iiij. episcopatus mei anno X. Pontificatus Domini Honorii pape anno primo.

Hormayr, Archiv für 1827, pag. 706, aus dem Originale.

CCCXCV.

1217. 21. Jänner. Nürnberg. — *Kaiser Friedrich II. restituirt dem Bisthume Passau ein ursprünglich passauisches, dann aber durch Tausch an das Reich gekommenes Fahnenlehen.*

(Chrismon.) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. *Fridericus Secundus* diuina fauente clementia *Romanorum rex* et semper augustus et rex Sycilie. Uotis fidelium nostrorum, presertim que ad manifestos Ecclesiarum usus cedere videntur, de consueta regiae serenitatis munificentia pium semper fauorem uolentes impendere presentis Scripti certitudine ad notitiam presentis eui atque ad memoriam futurae posteritatis uolumus uenire, quod ad instantiam et obnixas preces dilecti principis fidelis nostri *Volrici Pattauiensis episcopi,* quem in obsequiis Imperii et nostris iam dudum non tantummodo inuenimus deuotum, verum etiam in suae fidelitatis feruore credimus, immo non dubitamus constantem inantea permansurum, ad recognitionem laudabilium meritorum suorum quoddam feudum, quod de concambio antiquitus inter Imperium et Cathedralem Ecclesiam Pattauiensem de Regali tunc Caenobio sanctimonialium Intemeratae virginis dei genitricis MARIae facto tunc cessit Imperio, quod feudum vexilli, vulgo Uanlehen appellatum illustris quondam O. *dux Bawarie* ab Imperio dinoscitur assecutus, hoc idem feodum Dilectus consanguineus et fidelis noster *Lodwicus illustris Palatinus comes Reni et dux Bawarie* ad preces nostras in manus regie celsitudinis uoluntarie resignauit nosque illud in continenti prelibato *Vl. pattauiensi Episcopo* et suae ecclesiae liberaliter dignati fuimus conferre et confirmare. Ipse autem Episcopus sollicite procurans ecclesiae sue utilitatem, ipsum feodum statim titulo legalis successionis contulit praenominato duci bawarie ab ipso Episcopo suisque successoribus, non ab Imperio ratione feodi de cetero recipiendum et possidendum. Ut itaque hec apud posteros inconuulsa permaneant et perpeti (perpetim) firmitudine obseruentur, hoc priuilegium ob dilectionis euidentiam memorato

Episcopo suaeque Ecclesiae indulsimus Sigillo aureo maiestatis nostrae roboratum. Huius etiam testes sunt *Sifridus sanctae Moguntine sedis Archiepiscopus*, *Ekkebertus babenbergensis*, *Sifridus Augustensis*, *Hainricus Basiliensis Episcopi*, *Liupoldus dux Austrie et Styrie*, *Bernhardus dux Karinthiae*, *Otto dux Meranie*, *Hainricus nobilis de niffen*, *Anselmus de Justingen Marescalcus imperii*, *Waltherus de Sipf (Scipf) pincerna*, *Dieto Camerarius*, *Philippus de bonlandia*, *Hademarus de Wesint*, *Hainricus de Lonsdorf*, *Waltherus de Tannenberch*, *Otto de morsbach* et alii quam plures. Signum Domini nostri Friderici Inuictissimi Romanorum Regis et (Monogramma) Semper Augusti et Gloriosi Regis Syciliae. Ego *Chuonradus Metensis et Spirensis episcopus Imperialis aule Cancellarius* vice domini Sifridi Moguntinae sedis Archiepiscopi; totius Germanie Archicancellarii recognoui. Acta sunt hec Anno domini Millesimo ducentesimo XVII. Regnante domino FREDERICO secundo diuina fauente clementia Romanorum Rege et semper Augusto et glorioso Rege Sycilie, Anno Romani Regni ipsius Quinto, Sicilie uero XVIII°. Datum *in sollempni Curia Apud Nuoremberch* Anno pretaxato XII. Kalend. Febr. Quintae Indictionis.

Original auf Pergament mit Siegel, im königl. bairischen Reichsarchive zu München. — Hund—Gewold, I. 381. (Edit. Monac.) — Tolner, Hist. Palat. Cod. dipl. 64. — Mon. boic. XXX. I. 54.

CCCXCVI.

1217. 24. Jänner. Nürnberg. — *Kaiser Friedrich II. verleihet dem Bisthume Passau die Grafschaft im Ilzgau.*

(Chrismon.) In nomine sanctae et individuae trinitatis. *Fridericus secundus* diuina fauente clementia *Romanorum Rex* Semper Augustus et Rex Sycilie. Uotis fidelium nostrorum, presertim quae ad manifestos Ecclesiarum usus cedere uidentur, de consueta regie serenitatis munificentia pium semper fauorem uolentes impendere presentis Scripti certitudine ad notitiam presentis eui atque ad memoriam future posteritatis uenire uolumus, quod ad instantiam et obnixas preces dilecti principis fidelis nostri *Volrici Pattauiensis Episcopi*, quem in obsequiis Imperii et nostris iam dudum non tantummodo inuenimus deuotum, verum etiam in sue fidelitatis feruore credimus immo non dubitamus constantem in antea permansurum, ad recognitionem laudabilium meritorum suorum *Comitatum prediorum ecclesie*

Pattauiensis sitorum per loça *Ylsgowe* nuncupata, quem *Comitatum* dilectus fidelis et consanguineus noster *Lodwicus palatinus comes Reni et Dux bawarie* ex concessione diuorum progenitorum nostrorum Romanorum Regum et Imperatorum iure hereditario tunc temporis quiete tenuit et possedit, de pleno assensu et mera uoluntate eiusdem ducis ab ipso duce in manus eminentie nostre resignatum Statim presente et petente eodem Duce contulimus memorato *Episcopo Ulrico et sue Ecclesiae* ab ipso suisque successoribus Patauiensis Ecclesie Episcopis titulo legalis feudi perpetuo possidendum. Ad cuius rei euidentiam, robur atque perpetuam memoriam presens Scriptum sepedicto episcopo et Ecclesie pattauiensi indulsimus aurea bulla regiae maiestatis nostrae communitum, Statuentes atque sub interminatione gratie nostre districte precipientes, ne ulla umquam persona humilis vel alta, Secularis siue Ecclesiastica hanc nostre concessionis et confirmationis gratiam infringere vel ei aliqno temmerario ausu presumat obuiare. Huius rei testes sunt: *Sifridus sanctae Moguntine sedis Archiepiscopus, Ekkebertus babenbergensis episcopus,Sifridus Augustensis episcopus, Hainricus basiliensis episcopus, Liupoldus Dux austrie et Styrie, Bernhardus dux Karinthiae, Otto dux Meraniae, Comes adolfus de Sowenburch* (Schowenburch), *Hainricus nobilis de Niffen, Anselmus de Justingen marescalcus Imperii, Waltherus de Sipf* (Scipf) *pincerna et Chuonradus frater eius, Dieto camerarius, Philippus de bonlandia, Hademarus de wisint, Hainricus de lonsdorf, Waltherus de Tannenberch, Otto de morsbach* et alii quam plures. Signum Domini Friderici inuictissimi Romanorum Regis (Monogramma) et semper Augusti et Gloriosi Regis Sycilie. Ego *Chuonradus Metensis et Spirensis episcopus Imperialis aulae Cancellarius* vice domini Sifridi Moguntini archiepiscopi totius Germaniae Archicancellarii Recognoui. Acta sunt autem hec anno domini Millesimo CC°XVII° Regnante domino Friderico secundo diuina fauente clementia Romanorum Rege et semper Augusto et rege Sicilie inuictissimo, anno Romani Regni eius Quinto, Sicilie uero XVIII° feliciter.

Datum *in sollempni curia apud Nuremberch celebrata* anno pretaxato VIII° Kal. Febr. Indictione V^ta^

Original auf Pergament mit Siegel, im konigl. bairischen Reichsarchive zu München. — Mon. boic. XXX. I. 56.

CCCXCVII.

1217. 5. Februar, Steier, und 15. Mai. Admont. — ***Leopold, Herzog von Österreich und Steiermark, befreit das Kloster Kremsmünster von der Gerichtsbarkeit weltlicher Richter.***

In nomine sanctæ et Individuæ Trinitatis. Ego *Liupoldus* Dei gratia *dux Austriæ et Styriæ Rudolfo venerabili Abbati Chremsmunstrensi* ejusque successoribus in perpetuum. Inter alia, quæ a nobis in transactionibus geruntur, legitimis ea præcipue litterarum indicijs liganda seu stabilienda ac posterorum memoriæ commendanda duximus, in quibus Ecclesiarum pacem ac servorum Christi quietem decernendo studium pietatis impenderimus. Præsentibus igitur atque futuris Christi fidelibus hujus paginæ testimonio declaramus, quod nos Ecclesiam Chremsmonasteriensem a seculari judicum exactione longis a retro temporibus enormiter læsam toto studij nostri conamine interposito ab ipsorom judicum sæcularium potestate hoc modo liberavimus et absolvimus, Videlicet quod jam dicta Ecclesia *Ortolfo de Volchenstorf* ministeriali nostro judici provinciæ, in qua eadem Ecclesia sita est, quadringentas libras publicæ monetæ nobis mediantibus persolvit et idem Ortolfus omne jus, quod in prædijs et in hominibus ejusdem Ecclesiæ ratione jurisdictionis sæcularis habebat, *Ottoni tum Advocato Ratisponensi* et ille nobis uterque manu ad manum resignavit. Sane quia contractus iste ad proventum Ecclesiæ inter nos et ipsum Abbatem in Dominica, qua cantatur Esto mihi, in *castro nostro Styræ* est celebratus præsentibus Prælatis nostræ ditionis et in præsentia *Diepoldi Marchionis de Vochburch*, Baronum quoque seu Ministerialium nostrorum, nos prænominatam Ecclesiam ab omni sæcularis jurisdictionis vinculo pronunciamus prorsus absolutam. Volentes igitur eandem Ecclesiam plena pace et libertate gaudere omnes justitias et noxietates, quibus sæculari jurisdictioni prius erat obnoxia, glorioso Christi Martyri Agapito pro æterna remuneratione per oblationem gladij delegando contulimus. Unde decernimus, ut ab hac die nostræ constitutionis in antea nulli unquam sæcularium judicum liceat alicujus placitationis formam in prædiis Ecclesiæ exercere nec homines ipsius Coenobij sive colonos in prædijs Ecclesiæ sive ministeriales sive proprios sive censuales ad standum suo judicio compellere nec de negotiationibus neque de vectionibus venalium suorum aliquid ab eis exigere. Volumus enim, ut tam ipsius Ecclesiæ

prædia quam omnes causæ, quæ in ipsis emerserint, ab omni jurisdictione sæculari tam integre sint exempta, ut de ipsis soli Abbati et ejus Officialibus liceat cognoscere et de cognitis diffinire. Vt autem hujusmodi prærogativa Ecclesiæ Chremsmunstrensi a nobis ob remedium animæ nostræ ac parentum nostrorum eidem loco indulta tutior perseveret et inviolabiliter conservetur, placuit nobis juxta petitionem Abbatis, ut ab ipso persona, quam sibi viderit congruam vel idoneam, a nobis postuletur, quæ voluntate et instructione Abbatis vel officialium suorum justitiam eis exigat et contra omnes injurias et violentias auctoritate a nobis accepta fideliter eos defendat. Et ne diuturnitas temporum ulli talium possit in præjudicium Ecclesiæ suffragari, liceat Abbati eamdem personam singulis annis vel ante anni terminum, si voluerit, mutare. Illis autem, quibus nos secundum prædicti petitionem Abbatis præmissorum executionem mandaverimus, hanc formam servare debent, ut in prædijs et bonis Ecclesiæ fures non capiant sed sicubi fures notorie devicti fuerint, vel deprehensi, præcones Abbatis illos absque omni læsione Ecclesiæ tantum, sicut cingulo clauduntur, ipsis assignent. Præterea si quispiam in exhibenda Ecclesiæ justitia rebellis extiterit, talis a prædicto exsecutore coerceatur, secundum quod Abbas et ejus officiales sibi indixerint faciendum et si per se vel per suos vel etiam per homines Ecclesiæ id facere non potuerit, auxiliarios sibi de nostris, quibus ipse causam indicaverit, assumendos esse mandamus. Noverit ergo nostra posteritas neque per infeodationem neque per aliud quodcunque genus alienationis hujus exemptionis privilegium infringi posse vel aliquatenus violari. Quodsi in ejus præjudicium aliquo præcipiti consilio, quod absit, ab heredibus nostris infeodatio de facto contigerit, irritam eam et omni robore vacuam censemus omnino non tenere; Sed siquis talis feodi prætextu in damna Ecclesiæ manum miserit, damnum recompenset in quadruplum et quasi eleemosynæ nostræ violator in Deum et in animam nostram reum se esse cognoscat. Ad horum autem omnium evidentiam, quæ hujus privilegij nostri tenor continet, et nostræ diffinitionis stabilitatem perpetuam paginam præsentem autentici sigilli nostri impressione insignimus robore perenni valituram cum subscriptione, qui primæ transactioni apud styram interfuerunt: *Gotfridus Abbas Admontensis, Chunradus Abbas Garstensis, Ditmarus Abbas Sittanstetensis, Dytpoldus Marchio de Vohburch, Otto advocatus de Lengebach, Otto de Ror, Gundaker de Styr, Otaker Priuhauen, Imbrico de*

Steinbach. Deinde vocato Abbate ad *novam civitatem in publico placito nostro* hoc ipsum factum nostrum declarantes, plures ei testes adhibuimus. Qui sunt *Liutoldus Comes de Hardek, Vlricus Comes de Chlam, Herandus de Wildonia* et testes alij quam plurimi in privilegio annotati. Datum apud *Admunt* Idus Maij anno Incarnationis Domini MCCXVII. Indictione V. Pontificatus vero Domini Honorij Papæ anno primo, Feliciter Amen.

Original auf Pergament mit Siegel, im Archive des Klosters Kremsmünster. — Rettenpacher, Annal. Cremifan. pag. 173. — Urkundenbuch von Kremsmünster, pag. 68, Nro. 55.

CCCXCVIII.

1217. 14. Juni. Passau. — *Kaiser Friedrich II. bestätigt die Freiheit des Klosters Kremsmünster von der Gerichtsbarkeit weltlicher Richter.*

IN nomine Sanctæ et Individuæ Trinitatis. *Fridericus* Dei gratia *Romanorum Rex* semper Augustus et Rex Siciliæ universis Christi fidelibus tam præsentibus quam futuris in perpetuum. Quod studio piorum geritur, pium est et condecens, ut id tenore stabili roboretur. Hinc est, quod nos considerantes devotionem dilecti consanguinei nostri *Liupoldi Ducis Austriæ et Styriæ,* quam in *Coenobio Chremsmonasteriensi* ostendit, ipsam in Domino commendamus. Præfatus enim Dux omnia prædia et homines memorati Coenobij a secularis potestatis judicio exemit omnimodis usque adeo, quod *Ortolfus de Volchenstorf,* qui fuit judex provinciæ in prædijs ejusdem Monasterij resignaret judicium illud in manus *Ottonis Ratisponensis Ecclesie advocati,* a quo tenebat in feodo, idemque advocatus resignaret illud manibus jam dicti Ducis itemque Dux glorioso Christi Martyri Agapito præfatæ Ecclesiæ patrono auctoritate nostra assignaret. Adjecit etiam, ut nec ipsemet nec aliquis successor suorum idem judicium possit in posterum alicui infeodare et si infeodatio aliqua, quod absit, de facto contigerit, censemus omnimodis irritandam. Præterea memoratus Dux judicem dicto Coenobio constituet, quemcunque Abbas cum fratribus sæpe dicti Coenobij postulaverit, tali forma, ut liceat ipsis quolibet anno mutare judicem vel etiam ante anni terminum, si sic ipsis visum fuerit expedire. Hæc et alia, quæ in privilegio continentur, quod ante dictus Dux Ecclesiæ Chremsmonasteriensi exhibuit, rata habentes et approbantes auctoritate regia confirmamus. Et ut factum hujusmodi irritari nequeat, sed semper maneat inconvulsum,

præsentem paginam sigilli nostri impressione fecimus insigniri testium nominibus, qui interfuerant, subnotatis: *Otto Frisingensis Episcopus, Ulricus Pataviensis Episcopus, Ludwicus Dux Wawariæ Palatinus Rheni, Diepoldus Comes de Hohenburch, Rapoto Palatinus Wawariæ, Heinricus Comes de Ortenburch, Egeno Comes de Urach, Chunradus Hallegravius de Wazzerburch, Ulricus Comes de Chlam, Heinricus nobilis de Aiffen, Chunradus nobilis de Altaih, Otto Ratisponensis Ecclesiæ Advocatus, Heinricus et Wernhardus fratres de Schowenberch, Otto Decanus Pataviensis, Chalhohus Pataviensis Canonicus, Walchunus Pataviensis Canonicus, Chunradus Pataviensis Canonicus majoris Ecclesiæ Plebanus, Heinricus de Petempach Archipresbyter, Hartimannus Ardacensis Præpositus, Marquardus de Hintperch, Rudolphus de Potendorf, Heinricus de Zewingen, Hadmarus de Chunring, Chalhohus de Gnannendorf, Liupoldus de Molantsdorf, Heinricus de Triwanswinchel, Otto de Puchpach, Heinricus de Puten, Hadmarus de Wesen, Liutoldus de Saverstetten, Heinricus de Lonstorf* et alij quam plures. Datum *Pataviæ* XVIII. Kal. Julij anno Dominicæ Incarnationis MCCXVII. Indictione V. Anno regni nostri quinto.

Original auf Pergament mit Siegel, im Archive des Klosters Kremsmünster. — Rettenpacher, Annal. Cremifan. pag. 176. — Urkundenbuch von Kremsmünster, pag. 74, Nro. 57.

CCCXCIX.

1217. 2. Juli. Wien. — *Ulrich, Bischof von Passau, beurkundet den mit Heinrich von Wassenberg (Wachsenberg) abgeschlossenen Vertrag in Betreff der durch den Tod Karl's von Wessenberg erledigten passauischen Lehen.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. *Vlricus dei gratia Patauiensis episcopus* Omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis perpetuam in Christo salutem. Vniuersitatis uestre memorie commendamus, quod, cum domino *Cholone nobili uiro de Wessenberch* uiam uniuerse carnis ingresso feodum, quod ipse suique progenitores a nostra habebant ecclesia, uacare cepisset, *heinricus* frater ipsius Cholonis hoc tamen feodum, quod pater ipsius possedit ab ecclesia, sibi inpetrauit sub hac lege concedi, quod ipse prediorum suorum centum hubas et insuper *castrum Griezpach* cum omnibus suis pertinentiis et familie sue XLVI. utriusque sexus militaris

condicionis homines super Altare beati prothomartiris Stephani infra festum beati Jacobi proxime uenturum cum pleno iure et libertate omni sublato contradictionis scrupulo se traditurum hac conditione promisit, ut, si ipse hec omnia pretaxato termino non compleret, castrum Griezbach et *forum in Velden* utrumque cum omnibus suis pertinentiis uel proprietatis loco pignoris nobis crederet possidendum. Nos autem peticioni ipsius heinrici beniuole postmodum accedentes diem tradicionis huiusmodi usque ad festum Martini subsecuturum proxime uolumus prolongare, ita tamen sub forma pacti premissi, quod si ipse eo die uel infra plene non soluerit tradicionem eandem, ueluti est promissum, Castrum Griezbach et forum Velden utrumque uidelicet cum suis pertinentiis secundum adtestacionem testium, qui priori intererant contractui, statim uel proprietatis loco uel loco pignoris pro traditione tali cessante occasione omnimoda nobis cedat. Sed et hoc duximus adnectendum, quod tradendorum ecclesie nostre hominum iam sex tradidit iure plenario possidendos. Castrum queque Griezpach cum suis pertinentiis similiter tradidit et traditum in feodo a manu nostra recepit. Reliquos uero homines cum centum hubis illis, si eas, sicut prediximus, ecclesie nostre donauerit, ipse in feodo a manu nostra reciperet sibi et filiis suis tantum, si quos habuerit, ad dies uite sue tenendos, quibus de medio sublatis nullus postea successorum siue heredum suorum tam in hiis omnibus quam in feodo patris sui, quod ipsi contulimus, quicquam iuris uendicare debebit sed omnia tunc insimul ad ecclesiam reuoluentur. Ne autem hunc contractum propter fragilitatem humane memorie aliqua calumpnia seu aliquis inopinatus euentus possit infringere uel turbare, ipsum biformi pagine nostro sigillo signare, subscriptis testium nominibus iussimus adnotari, quorum ad firmiorem cautelam ipse hinricus vnam, nos uero alteram duximus conseruandam. Hii sunt *Magister haeinricus scriba austrie*, *Marquardus de hintperch*, *Rudolfus de Potendorf*, *Livtoldus de Sauerstetin*, *Otto de Morspach*, *Sigehardus pibro*, *Marquardus de velwen*, *Gotfridus camerarius*, *Erlolfus ciuis Wiennensis*, *Albero Gneuso* et alii plures. Actum *Wienne* VI. Nonas Julii anno domini M. CC. XVII. Indictione V. Pontificatus nostri anno secundo.

Mon. boic. XXVIII. II. pag. 295, ex libr. cop. patav.

CCCC.

1217. Wels. — *Hartneid von Ort entsagt allen Ansprüchen auf die Gerichtsbarkeit über die Unterthanen des Klosters Garsten und Kirchdorf.*

Ego *Hartnidus de Ort Marschalcus Styrie* Notifico vniuersis hanc litteram inspecturis, quod, cum venerabilis Abbas *Gerstensis* Ecclesie nomine *Reimbertus* coram domino meo illustre (sic) *Duce Austrie* et *styrie Livpoldo* proposuisset contra me querimoniam super eo, quod officiales mei et iudices circa *Chirichtorf* in illo iudicio, quod a me semper in illis partibus habere noscebatur, homines *Gerstensis* Ecclesie, qui vix vndecim nummero (sic) habebantur, et iudiciis et locis statutis volebant sepius ad sua tribunalia coartare et nisi coram eisdem meis iudicibus iuri starent, ad emendationes sicut alios illius provintie indigenas acriter conpellebant, ego non ualens dicte *Gerstensis* Ecclesie uel abbatis prefati pressuras in meam animam sustinere, precepi meis iudicibus et officialibus *Hilpoldo* et omnibus aliis sibi succedentibus, quod de cetero nunquam cogitent perturbare predicti Monasterii Colonos et homines occasione premissa, ut ipsa Ecclesia deinceps tali gaudeat libertate. Huius rei Testes sunt dominus *Vdelschalcus de Chlaus, dominus Otacherus de Slirbach, dominus Gvndacherus de styr, dominus Otto de Rór, dominus Rvdolfus de Lauterpach, Wilhalmus de persenbach, Hertwicus, Heinricus, Perchtoldus, Eberhardus de Wessencke* mei fideles et alii quam plures. In cuius rei testimonium presentes litteras abbati de *Gersten Reimberto* et suis successoribus tradidi ad cautelam. Datum et Actum in *Welsa* anno domini M°CC°XVII° in christo feliciter AMEN.

Original auf Pergament mit Siegelrest, im Archive zu Garsten.

CCCCI.

1218. 5. Jänner. Lateran. — *Papst Honorius III. bestätigt dem Kloster St. Florian den Besitz der Pfarrkirchen St. Michael in der Wachau, Ried, Feldkirchen und Vöcklabruck.*

Honorius episcopus seruus seruorum dei Dilectis filiis Preposito et Conuentui *sancti floriani* salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur, quod iustum est et honestum, tam uigor equitatis quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Eapropter dilecti in domino filii uestris

iustis postulationibus grato concurrentes assensu sancti Michaelis de *Wachow*, de *Riede*, de *Veltkirch* et de *Vekelahbruc* ecclesias, sicut eas iuste ac pacifice possidetis et in autenticis Episcoporum *Patauiensium* dicitur contineri, uobis et per uos Monasterio uestro auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio conmunimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere uel ej ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum *Laterani* Nonis Januarij, Pontificatus nostri anno Secundo.

Original auf Pergament mit Bulle, im Archive des Klosters St. Florian.

CCCCII.

1218. 20. Juni. — ***Abbt Conrad von Langheim verzichtet auf alle Ansprüche auf das von Kalhoch von Falkenstein zu Schlägel gestiftete Kloster.***

Nos *Chundericus* totusque Conuentus monasterii in *Langhaim* Uniuersis uolumus fore notum tam præsentibus quam futuris, quod in loco, qui *Slage* nuncupatur, honorabilis vir Dominus *Kalchochus de Vulckenstain* ad honorem Dei et B. Virginis *coenobium ordinis nostri* construxerat et fundarat, in quo fratres nostri ordinis *ex nostro monasterio primo* instituit et locauit et eundem locum cum omnibus ad dictum locum spectantibus nobis et ecclesiæ nostræ commiserat et donarat perpetue possidendum. Et cum in saepedicto coenobio fratres ecclesiæ nostræ aliquot annis cum magnis defectibus permanerent, quadam uice penuria et defectu uestitum continue aggrauati, locum relinquentes desolatum nocturno tempore pariter inde ad nostrum monasterium redierunt. Prædictus uero *Kalchochus* fundator præfatum locum nobis renunciantibus monasterio et abbati *Milocensi* (sic) et ordini Præmonstratensi tradidit et assignauit de nostra spontanea voluntate. Eapropter ad petitionem fundatoris prætactum locum seu coenobium in *Slage* cum omnibus ad eundem spectantibus tradimus monasterio et Abbati in Milewsk, siculi nostro ordini et nostræ ecclesiæ traditus fuerat et commissus, renunciantes omnibus priuilegiis nostris habitis et habendis et cuilibet iuri nostro tam Canonico quam ciuili. In cuius rei testimonium præsentes litteras dedimus sæpedicto loco monasterio in *Milewsk* (sic) conuentui et fratribus sigilli

nostri munimine consignatas. Datum anno domini M. CC. XVIII. XII. Kal. Julii.

Aus einem Copialbuche vom Jahre 1497, im Archive des Klosters Schlägel. — Milewsk ist Mühlhausen im Taborer Kreise des Königreichs Böhmen.

CCCCIII.

1218. 2. Juli. Landshag. — ***Ulrich, Bischof von Passau, incorporirt der Abtei Kremsmünster die Pfarre Buchkirchen.***

† C. In nomine sancte et indiuidue trinitatis. *Ůdalricus* dei gratia patauiensis ecclesie episcopus. Exemplaris forma ab antecessoribus nostris uiris deo deuotis nobis premonstratur ecclesias dei, in quantum possumus honorare, pauperes christi ecclesiasticis impendiis sustentare atque per eorum suffragia nobis diuine misericordie uiscera dilatare. Inde est, quod nos auctoritate dei patris misericorditer inducti et precibus uenerabilis fratris nostri abbatis *Růdolfi* fratrumque suorum in *Chremise* monasterio ex consilio chori archipresbiterorum et decanorum nostrorum benigne concessimus, ut ecclesiam suam *Pěchchirichin* totaliter iuri et dispositioni eius contraderemus ita uidelicet, ut eadem ecclesia per ipsum et successores eius in omnibus diuinis instituatur, nec de cetero opus habeat, ut de altaris inuestitura uel coram nobis uel successoribus nostris ulla de cetero requisitio habeatur. Ne autem hec concessio nostra ab aliquo successorum nostrorum infringatur aut cassari ullatenus adtemptetur, presentis pagine priuilegium sigillo nostro roboramus et districto anathematis uinculo omnes preuaricatores et contemptores huius traditionis nostre innodamus, dilectores uero et conseruatores huius actionis omnipotentis dei gratie et protectioni committimus. Testes huius actionis: *Otto* Maioris ecclesie decanus, *Hartnidus* prepositus et canonicus, *Heinricus* canonicus, *heinricus* archipresbiter et canonicus, *Marquardus* capellanus, *Chunradus de heiliginstat, Chunradus* notarius, *Růpertus* plebanus de *talheimin*, *Chunradus* plebanus de *Půchirichin, Heinricus de scowenberch, Heinricus de winisperch,* et frater eius *Wernherus, Rudgerus biber* et *Sighardus* frater eius, *Arnoldus biber, Gundacher chraier* et *Otto de ebilsperch, Heinricus de Trůna, Vlricus de dahsperch, Otacher de stein, Liutoldus dapifer de scowenberch, Otto de Galspach, Chunradus spisaer.*

Datum apud Lantshabe vj nonas Julii Anno Incarnationis domin M°CC°xvjjj. Indictione vj^{ta} Pontificatus uero domini Honorii pape Anno jj° Feliciter Amen.

Original auf Pergament mit Siegelrest, im Archive des Klosters Kremsmünster. — Urkundenbuch von Kremsmünster, pag. 75, Nro. 58.

CCCCIV.

1218. 9. Juli. — *Erneuerter Stiftbrief des Klosters Schlägel durch Kalhoch von Falkenstein.*

Ego *Kalchochus de Valckenstain* ministerialis Ecclesiæ *Pataviensis* ad notitiam tam præsentium quam futurorum cupio peruenire, ad quos præsens peruenerit scriptum, quod in bonis meis in loco, qui dicitur *Slage*, Coenobium exile ad honorem Dei et Beatæ Virginis Mariæ fundaui de Domini *Wolkeri Episcopi Patauiensis* voluntate beneuola et consensu, quod ordini *Griseorum* dederam, et ipsum locum et coenobium abbati et ecclesiæ in *Langhaim* commiseram in perpetuum ad regendum. Cumque domini fratres ecclesiæ de *Langhaim* in *Slage* annis septem cum dimidio permansissent, quodam tempore ipsum locum solitarium relinquentes, in *Langhaim* ad monasterium suum, unde uenerant, noctis in silentio redierunt, secum assumptis libris, calicibus et ornatu, de quo fui nimium conturbatus, quod ipsi coenobium per me ipsis traditum comtempsissent. Tamen ego trinos nuncios cum litteris ipsis direxi supplicans, ut redirent, diligentissime et inuitans. Qui deliberatione præhabita de communi consilio mihi remandauerunt, quod unus Abbas et unus monachus ibi præ fame et frigore essent mortui et quod locum non amplius curarent et quod ipse fundator locum et fundationem suam in *Slage* assignaret et daret, cuicumque vellet, de eorum grata et mera ac spontanea voluntate. Tunc ego quid facerem ignoravi. Tandem de consilio sapientum ac etiam amicorum fundaui coenobium in alio loco et idem coenobium cum omnibus attinentiis commisi et assignaui libere et solute abbati et conuentui in *Milewsk* ad tenendum perpetue et regendum secundum B. Augustini et Præmonstratensium regulam et statuta, et in ipso coenobio fratres cum præposito ex præfato coenobio actuali vita et residentia collocaui. Et ne alicui in posterum super his dubium oriatur, in huius rei testimonium et cautelam dedi præsentes litteras sæpedicto præposito ac fratribus mei sigilli munimine roboratas. Huius rei testes sunt *Chundericus filius meus*, *Otto de Wesen cum*

fratre suo Henrico, Sigifridus de Morspach, Wernherus de Haichenpach, Rudegerus miles Wesnerii, Engelbertus miles de Liechtenek, Rupertus, Leopoldus, Gerungerus, Petrus, Fridericus clientes mei. Datum anno Domini millesimo ducentesimo decimo octauo VII Idus Julii.

Aus einem Copialbuche vom Jahre 1597, im Archive des Klosters Schlägel. — Pritz, Geschichte des Landes ob der Enns, I. 375.

CCCCV.

1218. 22. October. Nürnberg. — *Kaiser Friedrich II. bestätigt die Verpfändung des Schlosses Viechtenstein durch den Grafen Conrad von Wasserburg an das Bisthum Passau.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. *Fridericus* diuina fauente clementia *Romanorum Rex* semper Augustus et Rex Sicilie. Salutiferum in domino nobis esse credentes, si manum regie maiestatis nostre ad confirmationem illorum extendimus, que promotionem ecclesiarum euidentius operari noscuntur, uniuersorum memorie presentem paginam intuentium commendamus, quod *Chunradus nobilis comes de wazzerburch* sancte crucis signo signatus *castrum suum vihtensteine* proprietatj sue adtinens cum omnibus pertinentiis, ministerialibus uidelicet et aliis hominibus, uillis, agris, pascuis, nemoribus, terris cultis et incultis atque aliis rebus omnibus ad idem castrum pertinentibus pro anime sue salute *Patauiensi ecclesie* talj lege donauit, ut, si ipse sine herede decesserit, idem castrum cum predictis suis pertinentiis ipsi cedat ecclesie possidendum perpetualiter cum omnj eo iure, quo ipse comes illud dinoscitur possedisse. Preterea uenerabilis ipsius *Patauiensis ecclesie episcopus Vlricus* noster princeps familiaris et dilectus idem castrum cum prefatis suis pertinentiis in possessionem ac ditionem suam pleno iure ab eodem comite titulo pignoris iam recepit ipsi comitj mille marcas mutuans, cum quibus expleat uotum crucis, Et utique ipsi comitj a crucis expeditione reuerso non licet idem castrum redimere nisi simpliciter de propriis suis rebus, Sed etsi fuerit sic redemptum, non debet alienorum sed suj solius usibus subseruire, ne per occupationem seu uiolentiam alienorum ecclesia memorata donatione possit hujusmodj defraudari. Nec pretermittendum duximus, quod ipsi comitj, cum peregrinationis uotum compleuerit, idem episcopus debet in feodo concedere redditum annualium ad XXX talenta, quorum ipse comes XX. ad manus annuatim percipiat, reliqua decem sint infeodata, cuius etiam feodj

situs ipsi, ante quam iter peregrinationis incipiat, ab episcopo ostendetur. Insuper feodum condecens et honestum, quantocjus uacauerit, ipse episcopus comitj conferet sepedicto. Ne autem hujus donationis tractatum ulla possit calumpnia in posterum perturbare, dupliej pagine nostro sigillo signate ipsum cum testium nominibus, qui ej interfuerunt, annotari fecimus, quarum alteram episcopo, alteram uero comitj curauimus firmioris cautele gratia exhibere. Hij sunt testes: *Theodericus Treuerensis archiepiscopus, Eberhardus Salzburgensis Archiepiscopus, Chunradus Metensis et Spirensis episcopus Imperialis aule cancellarius, Otto Erbipolensis episcopus, Otto frisingensis episcopus, Ludewicus Palatinus Rehni et dux Bawarie, Theobaldus dux Lothoringie, Rapoto Palatinus Bawarie, Heinricus comes de Ortenberch, Burchardus comes de Mannesvelde, Hermannus comes de hartesburch* et alij quam plures. Datum apud *Nurenberch* xi. Kalend. Nouembris Anno dominj M° cc.xviii° Indictione vii.

Original auf Pergament mit Siegel, im königl. bairischen Reichsarchive zu München. — Mon. boic. XXX. I. pag. 74.

CCCCVI.

1218—1228. — *Der Propst zu Reichersberg gibt dem Hermann Rughalm als Ersatz für den Schaden, welchen das Mühlwasser in Chadelingen angerichtet, einen Ackergrund.*

H. dei gratia *Richerspergensis* ecclesie prepositus cunctis has literas perspecturis salutem in perpetuum. Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris, quod *hermannus* cognomento *Rughalm* nos *Richerspergenses* inpetebat, se a nobis dampnum sustinere, quod aque meatus molendini nostri in *ůruanch* in *chadeligne* occuparet partem predii sui ibidem positi. Que lis in arbitros commissa tali modo est decisa, ut nos *richerspergenses* de curia nostra in *chadelign* iam dicto *hermanno* daremus agri culti XII. cubitos, quod uulgo holzellen uocatur, que mensura a uiris prudentibus trutinata conputata est ad sex agros et quatuor partes, quod uulgariter dicitur drumer, et ita diffinitum est, ut ipse hermannus pro dampno suo talem reconpensationem haberet, ut in uno tantummodo campo sibi demonstrato . . . . *) Nobis vero *Richerspergensibus* aque meatus, pro quo

*) Entweder ist hier ein Wort ausgelassen, oder das „ut" ist überflüssig.

lis agebatur, cum omni iure molendini in quieta et uera possessione permaneret. Si autem inundatione aquarum, ut sepe fieri solet, idem meatus irrumpatur, molendinarius de consilio uicinorum tali cautione reparare studeat, ne aliqua inde auersio oriatur. ut hec compositio in futurum stabilis permaneat, sigillum nostrum appendimus atque testes, qui interfuerunt, subscribimus: *Heinricus miles de castro scōmberch, Hertwicus de hetcingn, Otto de sconnpuhl, Wernhardus iudex prioris anni illius facti, Irnuridus tunc temporis iudex, Bernhardus lurzarius, Gerungnus Oez, Sifridus familiares ecclesie de asca, Marquardus tunc uillicus in chadelign, Heinricus molendinarius, Meinhardus de uihpach, Manigoldus censualis noster et filius suus, Chûnradus hospes, Heinricus seruus cellerarii* et alii quam plures.

Aus einem gleichzeitigen Copialbuche, im Archive des Klosters Reichersberg.

CCCCVII.

1219. 18. März. Lateran. — *Papst Honorius III. nimmt das Kloster Reichersberg, dem er seine Rechte und Freiheiten bestätigt, in seinen besonderen Schutz.*

Honorius episcopus seruus seruorum dei Dilectis filiis *Henrico* Preposito et fratribus *Richerspergensibus* ordinis sancti Augustini Pataujensis diocesis Salutem et apostolicam benedictionem. Sacro sancta Romana ecclesia deuotos et humiles filios ex assuete pietatis officio propensius diligere consueuit et ne prauorum hominum molestis agitentur, eos tamquam pia mater sue protectionis munimine confouere. Ea propter dilecti in domino filij uestris iustis precibus inclinatj personas uestras et ecclesiam, in qua diuino estis obsequio mancipati, cum omnibus bonis tam ecclesiasticis quam mundanis, que impresentiarum rationabiliter possidetis aut in futurum iustis modis prestante domino poteritjs adhipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus. Specialiter autem decimas *Putinensis* ecclesie et de *Pramberch* et *Elez* ecclesias cum ecclesijs et Capellis ad eas pertinentibus, quas pie recordacionis *Salzeburgensis* Archiepiscopus de Capituli sui assensu, ad quem pertinebant, eidem ecclesie uestre prouida deliberatione concessit, constituens, ut in predictis ecclesiis *Pramberch* et *Elez* beatj Augustinj regula obseruetur et ad eas per presentationem *Richerspergensis* Prepositi et institutionem *Salzburgensis* archiepiscopi ministri de uestro collegio assumantur, cuius constitutionem super his successores ipsius *Cunradus* uidelicet

Albertus et *Eurardus* Salzburgenses archiepiscopi suis priuilegiis confirmarunt. Ecclesiam quoque de *Munustur* a bone memorie *Pataviensi* Episcopo, quam etiam a felicis recordationis *Adriano* papa predecessore nostro ecclesie uestre asseritis confirmatam cum decimis et alijs pertinentijs suis et decimas a pie recordationis . . . . . *Frisingensi* Episcopo de Capitulorum suorum asensu (sic) eidem ecclesie uestre collatas, Predia insuper in *Eoluin* et *Graben* a quondam . . . . Comite *Allensi* et in *Vihpah* a quodam *Hartwico* cum alijs predijs in *Gurtin*, in *Mulberch*, in *Honren*, in *Potenchowen* et in *Wanepach*, in *Hagening*, *Wrmering*, *Anthriesgurch* et in *Bawaria*, *Austria* et *Marchia* nec non cum decimis, redditibus, mansis, libertatibus atque immunitatibus ab ecclesie *Salzeburgensis* Archiepiscopis ecclesie uestre concessis, sicut ea omnia eadem ecclesia iuste ac pacifice possidet et in supradictorum archiepiscoporum litteris continetur, uobis et per uos ipsi ecclesie uestre auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre protectionis et confirmationis infringere uel ej ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dej et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum *Laterani* XV. Kalend. Aprilis, Pontificatus nostri anno Tertio.

Original auf Pergament, die Bulle abgefallen, im Archive des Klosters Reichersberg. — Mon. boic. IV. 428.

CCCCVIII.

1219. 8. Juni. Garsten. — *Alrammus von Chlinpach beurkundet den von ihm mit dem Kloster Garsten abgeschlossenen Vertrag in Betreff eines Lehens in Cherpach.*

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Ego *Alrammus de chlinpach* in scriptis protestor futurorum et presentium memorie conmendando, quod *Rembertus* abbas et uniuersitas conuentus sancte Marie in *Garsten* michi liberisque meis tantum et non nepotibus predium in *cherbach* sub annuo censu unius videlicet talentj concesserunt quo ad meam uitam meorumque filiorum tantum possidendum. Solutioni uero census tempus pro mea uoluntate fuit ab ipsis prefixum festum uidelicet natiuitatis dominj et beate virginis purificatio ea condicione, quod, nisi ego uel filii mei intra duo illa festa predictum censum sine difficultate solueremus, ab omni eiusdem predii cecidissemus

detentione, nulla mihi uel ipsis super eodem uel aliqua ipsius re amodo conpetente actione uel peticione. Inciperem autem censum antedictum soluere post primos tres annos uenturos a festo natiuitatis domini proximo uenturo conputandos. Acta sunt hec in domo *Garstensium* anno incarnationis domini M°CC°XVIIII° VI. Idus Junii. Huius rei testes sunt Magister *ditricus plebanus* (sic) *de walchirchen, Vlricus de grůnburch, Gernot miles, levtoldus de růlsheim, Otakarus de stein, Ernst de Asperch, Otto de levbenpach, Růdel sagittarius de lengbach, Růdolfufus* (sic) *de ternperch, Heinricus de chornsperch, Sibot gloglar, Otakarus prevhaven, ditricus sluzlar, Růdolfus abbas de chremsmunster, Gerunch de camera, Ůlricus preco, Herwich, lambertus.* Vt autem in nullo concessio ipsorum possit uacillare (sic) presens scriptum meo sigillo munitum ipsis sponte tradidi ab ipsis scriptum ipsorum sigillo munitum e conuerso recipiendo.

Original auf Pergament mit Siegelrest, im Archive zu Garsten. — Archiv für Kunde österreichischer Geschichtsquellen für 1851, I. 313.

CCCCIX.

1220. 3. Februar. Passau. — *Ulrich, Bischof von Passau, überlässt dem Kloster St. Nikolaus bei Passau tauschweise die Pfarre Widemspach (Wimspach) gegen jenen jährlichen Zins, welchen das Kloster bisher von der Insel Golderwerd bezogen.*

✝. In nomine sancte et indiuidue trinitatis *ődalricus* gratia dei *patauiensis* episcopus cunctis successoribus suis et omnibus in posterum fidelibus in perpetuum. Ex iniuncto nobis licet immeritis presulatus officio non solum ecclesiis ad nos qualitercumque spectantibus tenemur preesse immo magis prodesse, maxime autem his, que ratione fundationis a nostris uisceribus exierunt, cum non sufficiat nos a grauaminibus earumdem cessare, nisi etiam manvm auxiliatricem tempore necessitatis ipsis porrigere satagamus. Inherentes igitur laudabilibus coram deo et hominibus predecessorum nostrorum uestigiis ecclesiam pii confessoris S. Nycolay in suburbio nostre ciuitatis a predecessore nostro pie recordationis venerabili episcopo *Almanno* (sic) honorabiliter constructam debita dilectione amplectimur, ipsius promotioni et tranquillę conseruationi quantum possumus intendendo. Vnde nouerint vniuersi christi fideles tam moderni temporis quam futuri, quod nos ad instantiam familiaris nobis in christo fratris et capellani *Vlrici* aput *S. Nycolavm* venerabilis prepositi et capituli de chori

nostri bona uoluntate consensvque vnanimi et concordi nostrorum ministerialium consilio in concambium talenti aureorum denariorum et XII solidorum uel Pataviensis monetę VI librarum quas idem dominus *Altmannus* de dominicalibus nostris in *Golderwerde* ad cameram ipsorum pro uestitv annuatim soluendas fratribus sub conmuni et regulari uita domino deo ibidem seruientibus ordinauit, contulimus parrochialem ecclesiam in *Widemspach* cum terminis suis, dote ac decimis aliisque sibi attinentibus tam cultis quam colendis, tam quesitis quam querendis ac pleno iure, quod ad nos in eadem ecclesia plenarie dinoscitur pertinere, a predictis fratribus quieto et perpetuo tytulo possidenda saluis sibi nichilominus decimis, quas in predicta insula uidelicet *Golderwerde* possident ratione ecclesię suę *Allinchovin*. Audientes siquidem indebitam predicte atque statutę summe diminutionem dilectis in christo fratribus antedictis canonicis regularibus per officiales nostros nobis licet inuitis frequenter illatam nostrum super hoc ualde metuimus periculum et id tum pro nostra tum antecessorum sev etiam successorum nostrorum salute inposterum precauere cupientes quicquid de prouentibus prememoratę ecclesię poterit prouenire amplius, quam in prescripto concambio receperimus, pro remedio animę nostrę necnon et successorum nostrorum omnium salute cedat in conmunes usus dilectorum nobis in christo fratrum regularium canonicorum, Vt memores talis consolationis ob reuerentiam omnipotentis dei et piissimi confessoris S. Nycolai omniumque sanctorum per nostram beniuolentiam sibi collatæ nos in suis orationibus habeant apud deum frequentius et deuotius conmendatos. Vt autem talis permutatio canonice facta rata semper et inconuulsa inposterum permanere debeat, hanc paginam in testimonium huius facti conscribi et sigilli nostri caractere eam fecimus conmuniri. Testes vero, qui huic facto intererant et de quorum consilio et consensv effectum est mancipatum, hii sunt De choro cathedrales domini *Otto* decanus, *Chalohus de Valchenstein*, *Hartnidus* prepositus, *Chvnradus* tv̊mpharrarius, *Walchvnus de Stein*, *Heinricus* scolasticus in *Winne*, *Heinricus de Mistelbach*, *Heinricus de Bettinbach* arcidiaconus, Magister *Heinricus de Witen* archydiaconus, *Ebirhardus de Jahinstorf* cellerarius, *Rvdolphus Tven*, *Willehalmus* cantor, *Engilpoldus*, *Chvnradus* Tven custos, *Chunradus de S. Valentino*. *Albertus*, *Ebirhardus de Wehtenbach*, Et alii, De capellanis curię Magister *Marquardus de Tvlina* archydiaconus, *Chvnradus* notarius curię, Magister *Einwicus*, Magister

Alkerus, *Syboto* capellanus et sacerdos, De ministerialibus *Hademarus Pincerna de Wesen*, *Heinricus de Aheim* camerarius, *Otto de Heichinpach* marschalcus, *Waltherus de Tanneberch* dapifer, *Otto de morspach*, *Livtoldus de Saurstetin*, *Otto de Jahinstorf*, *Albero de Germundesperge*, *Ekkardus de Vurth* et *Heinricus* frater eius.

Acta sunt hec *Patauię* Anno Incarnationis dominice M°CC°XX° Indictione VIII. Tercio Nonas Februarii, Apostolice sedis papa *Honorio* tercio, Papatus autem anno IIII° Regnante rege *Friderico* II. Nostri autem pontificatus anno V°

Data *Patavie* per manum notarii nostri *Chunradi* Anno pontificatus nostri quinto feliciter Amen.

Original auf Pergament mit Siegelrest, im königl. bairischen Reichsarchive zu München. — Hund—Gewold, III. 159.

CCCCX.

1220. 6. Februar. Passau. — ***Ulrich, Bischof von Passau, bestätigt alle Besitzungen und Rechte des Klosters St. Nikolaus bei Passau.***

In nomine sancte et indiuidue trinitatis *ŏdalricus* gratia dei *patauiensis* episcopus huius nominis secundus cunctis successoribus suis et omnibus imposterum christi fidelibus in perpetuum amen. Pontificalis prouidentia et pastoralis sollicitudo compellit nos religiosis et deo sacratis locis non solum in presenti fauere sed etiam in futurum eorum quieti et securitati, ne improborum peruersitate ledi aut perturbari valeant, quantum diuina conceditur clementia, prouidere, quatenus nobis et cunctis fidelibus ex orationibus inibi deo seruientium tanto copiosior fructus accrescat, quanto eis ad uacandum deo nullius perturbationis inprobitas obsistere audeat uel presumat. Quapropter monasterium a sanctissimo predecessore nostro huius sancte sedis episcopo *Altmanno* in honore beati Andree apostoli et S. Pantaleymonis martiris et precipue beati Nycolai confessoris adiuuante et cooperante felicis memorię *Agnete* imperatrice in portv *eni* fluminis fundatum et apostolicorum nostrorum *Alexandri* et *Gregorii* paparum et *Heinrici* regis huius nominis quarti et filii sui imperatoris *Heinrici* quinti nec non et *Vlrici* atque *Reinberti* aliorumque *Pataviensis* ecclesie venerabilium pontificum priuilegiis et sigillis roboratum, ut inconuulsum ac illibatum omni futuro tempore permaneat, deo patri sanctisque eius flectere genua precibus et suspiriis non cessamus.

Cuius rei gratia dilectus in christo frater apud *S. Nycolaum* venerabilis prepositus *Vlricus* ecclesie sue priuilegia ab antedictis patribus, dominis atque principibus auctorabiliter instituta legenda nobis obtulit eaque nostra auctoritate contra nouas ecclesiarum calumpnias renouari conmuni fratrum suorum petitione suppliciter postulauit. Nos igitur illius et sui capituli iustis peticionibus debitum consensum adhibentes, quecunque nostri antecessores et piissima imperatrix *Agnes* ceterique fideles predicto cenobio pia deuotione contulerunt vel adhuc conferenda sunt, nos quoque collata et nunquam auferenda esse censsemus (sic) et quicquid predecessores nostri apostolico et sue auctoritatis banno confirmauerunt, nos idem ipsum apostolico nostroque banno confirmantes ab illorum sententia nullatenus dissentimus. Hec igitur sunt bona, que *Agnes* imperatrix pro remedio animę suę predicto cenobio donauit. Nona videlicet pars omnium, que ad *Bersinbiuge* et *Ibesburch* ad manus suas reddebantur. Que vero sequuntur, per manum aduocati sui *Reginberti* prefatus episcopus *Altmannvs* iam dicto cenobio tradidit scilicet presignatum portum *Eni* fluminis cum omni vtilitate sua, ecclesiam S. Marie magdalene dimidio mansu dotatam, in suburbio vero ciuitatis XI domata et quicquid ruris est a *danubio* usque ad *envm* preter duo iugera ultra montem *Winchobil* sita et duas curtes stabularias *Semphulingen* et *Niwinhouin* cum omnibus pertinentiis suis. Tradidit etiam eidem cenobio decimas de hortis, de pomeriis, de uineis, de agris, que de illo domate coluntur ad hospitale pauperum ibidem constitutum. Ad *Tantobil* dimidium mansum, Ad *Holzheim* quatuor hv̊bas, *Heginbach* hubam unam, *Probesrevth* hubam vasa tornata soluentem. In ripa, que dicitur *Pevthra*, dimidiam hubam, *Pahmvl* hubam, *Savmingen* hubam, *Hasinprvl* hvbam, ad *Windeberch* unam Hofsacham, ad *Steinvelde* hubam, ad *Sv̊nnebach* hubam, ad *Pimzheim* unam hofsacham. In loco, qui dicitur *Alburch*, duas partes decimationis eiusdem ecclesię et tres curtes stabularias. In *Gehei* curtem unam, *Auekkingen* tres hubas soluentes ferrum, *Hergoluingen* hubam, *Avfhovsen* molendinum, *Rongerstorf* curtem unam et dimidiam hubam cum una decima, *Euchindorf* capellam cum omni utilitate et pleno iure et curtem stabulariam et dimidiam hubam cum pratis et siluis illuc pertinentibus, *Bezirichstorf* curtim unam cum omnibus eius appendiciis, *Enzinwise* uillam cum genezeo et molendino, siluis, pratis, piscationibus et omni vtilitate sua, In *Rivthe* VII. hubas, *Dorna* curtim unam et hubam et siluam

cum pratis et piscationibus et unam decimam, *Cholinbrūnne* hubam, *Wachinwise* duas curtes stabularias et hubam unam et dimidiam et unam decimam cum pratis et siluis illuc pertinentibus et piscationem, *Einhartstorf* molendinum et dimidiam hubam cum pratis et siluis et areis et piscationibus, *Gerchwise* tres hubas et tres carradas cereuisię de bonis episcopi in eadem uilla dandas, *Altheim* curtim unam cum omnibus appendiciis, *Awenchirchen* capellam cum omni utilitate et pleno iure et curtim unam cum omnibus eius apendiciis et quicquid utilitatis iidem fratres supradicti cenobii sibi potuerint ordinare tam in agris quam in siluis, oblationibus et areis in eadem uilla constitutis et unam decimationem, *Eitinbach* ecclesiam cum omni utilitate et iure parrochiali et unam decimam in omnibus terminis eiusdem ecclesię tam cultis quam colendis, *Aha* hubam cum silua adiacente, *Vilshouin* dimidiam hubam, *Chupharen* tres hubas, *Hvkkinchouin* hubam, *Havchspach* hubam, *Percheim* duas hubas, *Leimchar* duas hubas, Ad *walde* hubam soluentem picem, In parrochia *Hvtaren* unam decimationem, In parrochia *Chelperch* unam decimam, In parrochia *Irsheim* unam decimam, In ecclesia, que dicitur *Heimingen*, duas partes decimationis, Duas quoque partes decimationis noualium silue̜, que dicitur *Hohenhart*, tam cultorum quam colendorum in quatuor ecclesiis illis, quarum termini in eandem siluam ex inferiore parte porriguntur, quarum nomina sunt hec: *Ebirswanch*, *Schiltaren*, *Aspach*, *Vekkilstorf*. Tradidit etiam illis ecclesiam *Grizchirchen* cum omni vtilitate et pleno iure et unam decimam in omnibus terminis eiusdem ecclesię tam cultis quam colendis. Dedit etiam fratribus predicti cenobii ecclesiam in *Allinchouin* cum omni vtilitate et pleno iure et unam decimam, decimas quoque noualium in omnibus terminis eiusdem ecclesie et unam hofsacham. Ad *Evstin* curtim unam, *Strazze* quatuor hubas, *Harde* hubam unam cum silua adiacente, *Winchlaren* dimidiam hubam, *Stude* dimidiam hubam, *Emilingen* dimidiam hubam, Ad *Tv̊nheim* dimidiam hubam, *Hartheim* curiam et dimidiam hubam, In *Riuthe* hubam, *Bvsinge* curiam et dimidiam hubam cum omnibus illuc pertinentibus, *Leuwentingen* (sic) hubam et dimidiam, In *Prvle* dimidiam hubam in usum apum et *Chaltinbach*, Ad *Rvprehtshovin* unam decimam. In oriente (i. e. austria) in rure circa *Ruste* et *Izindorf* decimam unam in omnibus terminis eiusdem ruris tam cultis quam colendis, In rure, quod dicitur *Bivchriche*, duas partes decimationis in quatuor ecclesiis *Niwinchirchen* scilicet et *Rorinbach*,

Molte et *Riedenburch,* decimas quoque noualium in omnibus terminis earumdem ecclesiarum. In ecclesia *Stregin* duas decimas, In parrochia *Hohinwart* unam partem decimationis in omnibus terminis eiusdem ecclesię tam cultis quam colendis. Tradidit etiam eis tres sagenas *Sebach* unam, *Matsę* vnam, *Patavie* unam, que protenditur a pede montis, in quo sita est ciuitas, usque *Walkerslegen,* adiciens quicquid utilitatis predicti fratres sibi in eodem litore potuerint ordinare. Preterea contulit eis *Sebach* tres uineas, *Ascha* duas, *Wachawe* quatuor, *Huntsheim* quatuor, *Mutaren* duas et unam hofsacham, In *Halle* unam sartaginem cum suo iure, In *Lohe* curiam unam, In *Sebach* decimam unam, In *Lintheim* curiam unam, Ad Luminaria ecclesie tradidit capellam S. Marie in ciuitate *Laureacensi* cum omni iure et utilitate, que prememoratis fratribus tam in oblationibus quam censualibus et areis infra cimiterium sitis et in quibusdam hortis poterit prouenire. Pro uestitu autem eorundem fratrum ordinauit XXIIII. libras, de nauibus *Patavie* X, de *Golderwerde* VI. de *Euirdingen* quatuor, de censv *Matse* tres, de Aufhausen unam. Fratres quoque prefati monasterii liberos ab omni aduocatorum seruitio esse uolens comitem *Heinricum de Vormbach* aduocatum illis in partibus *Bawarie* et *Livpoldum* piissimum marchionem in partibus *Austrie* aduocatum eis ordinauit hoc quasi pro iure semper obseruandum statuendo et auctoritate dei omnipotentis sub pena eternę dampnationis inhibendo, ut nec ipsi nec aliqui heredum suorum nec alter quispiam eis quacunque sorte succedentium aduocatorum aliquem sibi nisi fratribus sepe dicti cenobii petentibus subaduocatum presumat ordinare hoc adiuncto, ut, si aliquis improbus aduocatus postmodum hoc infringere temptauerit, is vinculo anathematis se sciat innodatum et eterne ulcionis uindicta, nisi resipuerit, perpetualiter puniendum. Pro seruitio vero, quod plerunque occasione aduocatię ab ecclesiasticis personis exigitur, X. uineas in *Rivtaren* sitas cum omnibus eorum (sic) appendiciis comiti *Heinrico de Vormbach* et in loco, qui dicitur *Mvkkerawe*, tres hubas et LXX mancipia *Livpoldo* marchioni *Austrie* in beneficium concessit ea conditione, ut nec ipsi nec aliquis succedentium sibi aduocatorum aliquod ab ipsis ratione aduocatie seruitium presumat expetere. Quicquid vero reddituum circa *Grizchirchen* et *Allenchouin* sepe dictis fratribus contulit, sibi et successoribus suis uice aduocati patrocinandum reseruauit auctoritate dei patris omnipotentis firmiter inhibens, ut nullus successorum suorum aliquem subaduocatum nisi pro

petitione eorundem fratrum ibidem sibi presumat aliquando substituere. In omnibus quoque ecclesiis, quas eisdem fratribus contulit, quicquid iuris et seruitii episcopus in eis habere uidebatur, totum ipsis et plenarie contulit. Mortuo quoque prelato ipsorum liberam eis electionem indulsit et hec faciens omnia conmuni consilio et consensu canonicorum chori *Pataviensis* et ministerialium suorum rationabiliter confirmauit. Deffuncto (sic) igitur pie recordationis *Altmanno* episcopo successor ipsius in episcopatu *Vlricus* episcopus fundationem supradicti cenobii et donationem bonorum episcopatui illuc factam approbans et confirmans ecclesiam in *Alburch* cum omni vtilitate et iure, quod *Pataviensis* ecclesię episcopus ratione fundi in ea habuerit, ius uidelicet patronatus fratribus eiusdem monasterii contulit. *Reginbertus* etiam *Pataviensis* ecclesię episcopus, dum se fratres sepe dicti cenobii in portv *eni* fluminis ablato dampnificasse recognouisset, pro reconpensatione dampni eis illati ecclesiam in *Harchyrchen* cum omni utilitate et pleno iure et unam decimam in omnibus terminis eiusdem ecclesię tam cultis quam colendis ipsis contradidit. Idem eis etiam ecclesiam in *Swarza*, que alio nomine *Mvnichrivth* dicitur, dedit cum una decimatione in omnibus terminis eiusdem ecclesie tam cultis quam colendis. Horum igitur uestigia imitantes alii quam plures, dum religionem sanctam et seruitium dei in eodem monasterio sancte et religiose florere uiderent, spiritu sancto edocti redditus suos illuc contulerunt. Inter quos *Hezil* quidam homo nobilis tradidit illuc stabulariam curtim in *Peringen* et dimidiam hubam cum pratis et awis (sic) illuc pertinentibus et duas hubas in *Richerstorf* cum pratis et siluis illuc pertinentibus. *Alrammus* quidam unam hubam ad *Walchsingen*, Quidam sacerdos nomine *Raffoldus* uillam in *Sunnebach* cum silua adiacente et uillam in *Burchhartingen* cum omnibus suis mancipiis et silua adiacente eidem cenobio tradidit. Comes *Gebhardus Schalcheim* cum omnibus suis pertinentiis dedit, *Gebhardus* quidam cognomento *longus* molendinum in *Pochingen* et dimidiam hubam, Sacerdos quidam nomine *Meingotus* uillam in *Sunemœningen* cum omnibus eius apendiciis, *Alrammus* quidam de *Ascha* duo predia in *Wrgildorf*, Quidam *Meinhardus* nomine predia, que in *Pollinheim* et *Smidingen* habuit, *Gerhohus* quidam predium ad *Chrebezpach*, Quidam sacerdos nomine *Ekkericus* curiam in *Hartheim* et dimidiam hubam, *Adilheidis* quedam nobilis uillam in *Beneuentenrivth* et *Grub* cum omnibus illuc pertinentibus, preterea alia tria predia ibidem sita contulit. *Hartmannus*

quidam homo nobilis quatuor predia et molendinum iuxta *Prienbach* et in *Bulziberch* hubam dedit. *Engilbertus de Blanchinberch* curiam in *Hærkerstorf* et hubam *Reginhalminge* et dimidiam hubam in *Winchil*, *Engilbertus* quidam *de Strubin* ministerialis episcopatus curtim unam in *Ascha* et curiam in *Wasin* cum siluis et pratis et molendino et cum aliis XXIII. prediis empticiis et uineam in *Ascha* dedit. *Gumpoldus de Porinheim* quatuor beneficia, tres uineas cum areis in *friendorf* dedit et montem, super quem culte sunt uineę. *Gebhardus* quidam nobilis in *Abstorf* curiam unam et dimidiam hubam cum pratis et siluis et piscationibus et mancipiis suis, *Livkardis* aduocatrix *Ratisponensis* quatuor predia in *Grintdorf*, *Wernhardus de Horpach* et frater suus *Chunradus* curiam unam in *Engilmarsperge*, *Potto de Mæssingen* curiam unam in *Sprinzinberge*. Preterea alii quam plures christi fideles pio istorum exemplo inducti predia sua et alia pro remedio animarum suarum prefato cenobio contulerunt. Nos vero diuina misericordia ad Pontificalem *Patauiensis* ecclesie sedem uocati licet indigni, dum fratres supradicti cenobii in quibusdam prediis suis in *Golderwerde* tam a nostris quam antecessorum nostrorum officialibus ex continua eorum querimonia intellexissemus diu esse pregrauatos saluti nostre et successorum nostrorum nec non indempnitati fratrum consulentes ecclesiam in *Widemspach* eis pleno iure contulimus cum dote et decimis in omnibus terminis eiusdem ecclesię tam cultis quam colendis predictis redditibus in *Golderwerde* ad nostra dominicalia reuocatis. Hec inquam omnia et quecunque alia bona idem monasterium uel nunc liberalitate predictarum personarum iure possidet vel postmodum iuste et canonice deo fauente poterit adipisci, nostrę auctoritatis tuitione et sigilli inpressione firmamus et corroboramus eo scilicet tenore et conditione, ut ad conmunem usum fratrum ibidem in canonica et regulari uita deo famulantium proficiant et conmuniter regulariterque conuersantes nullus seu in presentiarum sev in futurum de bonis ecclesię proprio uel priuato usui quicquid presumat usurpare, sed iuxta apostolicę institutionis normam, prout cuique opus erit, a prelato distribuatur. Vt igitur hec omnia firma et illibata in domino permaneant, iudicio dei patris omnipotentis et filii et spiritus sancti et auctoritate beati Petri apostoli eiusque successoris *Honorii* pape huius nominis tercii et fidutia et consolatione beati Andree apostoli et S. Pantaeleymonis martiris et precipue pii confessoris S. Nycolai amore et reuerendę memorię *Altmanni*, *Ůdalrici*,

Reginberti aliorumque predecessorum nostrorum *Pataviensis* ecclesie venerabilium pontificum interdicimus firmiter et prohibemus, ut nullus successorum nostrorum sev aliquis secularis vel ecclesiastica persona de nominatis prefate ecclesię prediis uel iure quicquam tam in temporalibus quam in spiritualibus inuadere aut diminuere uel usui fratrum apostolica inibi uestigia seruantium subtrahere audeat uel presumat. Si quis autem, quod deus auertat, ausu nefario hec transgressus fuerit, si tercio conmonitus congrva satisfactione non emendauerit, anathematis laqueo se irretitum et cum iuda pessimo mercatore partem habiturum indubitanter agnoscat. Conseruantibus autem pax et misericordia a domino deo et in presenti et in futuro seculo conseruetur. Amen. Acta sunt hec *Patavię* Anno Incarnationis dominice MCCXX. Indictione VIII. Octauo Ydus Februarii, apostolicę sedis papa *Honorio* tercio, Papatus vero sui anno IV. regnante rege *Friderico* II°. Nostri autem pontificatus Anno V. Data *Patavie* per manum notarii nostri *Chunradi*, Anno pontificatus nostri quinto.

Acta sunt hec *Patavie* Anno Incarnationis dominice M°CC°XX.VII. Indictione XV. Duodecima Kalendas Novembris, Apostolice sedis papa *Gregorio* VIIII. Papatus vero sui anno primo, Regnante Imperatore *Friderico* II°. Nostri autem Pontificatus anno VI. Datum *Patavie* per manum notarii nostri *Friderici* feliciter Amen.

Original auf Pergament, dessen Siegel abgefallen, im königl. bairischen Reichsarchive zu München. — Hund—Gewold, II. 555, edit Monac.— Mon. boic. Tom. IV. pag. 325.

CCCCXI.

1220. 11. Februar. Passau. — ***Ulrich, Bischof von Passau, beurkundet den mit dem Edlen Heinrich von Wässenberch abgeschlossenen Vertrag in Betreff des Marktes Velden und der Veste Griesbach.***

Ulricus dei Gratia *Patauiensis episcopus* Omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in domino. Ad uniuersitatis nostre noticiam cupimus peruenire, quoniam negotium faciende tradicionis super altare beati Stephani a *Heinrico nobili uiro de Wessenberch* tam in hubis quam in hominibus, sicut antiquum pleniter continet instrumentum, de nostro ac ipsius Heinrici consensu saluoque utriusque nostri iure habitis multis ac uariis hinc inde tractatibus sic non tandem dinoscitur diffinitum, ut, si ipse Heinricus in proxima dominica, qua Letare ierusalem cantatur, tradicionem eandem cum sollempnitate debita ac libertate adinplere distulerit, *castrum*

Griezpach et *forum velden* utrvmque cum suis pertinentiis sine omni contradictionis obstaculo uel proprietatis titulo uel loco pignoris, sicut in ipso antiquo reperitur instrumento, nostre cedat ecclesie possidendum. Et ne super hoc ulla possit amodo suboriri calumpnia, biformem paginam sigilli nostri inpressione signatam conscribi iussimus, quarum ad firmiorem cautelam ipse Heinricus unam, nos uero alteram duximus conseruandam. Huius rei testes sunt *Otto decanus, Chalhohus, Hertnidus prepositus, magister Heinricus, Rudolfus* canonici. *Heinricus de Aheim, Waltherus de Tanneberch, Otto de morspach, Heinricus et Wernherus de Winsperch, Albero de Germundesperge, Heinricus de heizenfurte, Otacharus de Lithenberch, Chunradus Zachhalm, Chunradus de Perndorf, Dietmarus de Ahalmsdorf, Wernherus de Chunenberge* et alii plures. actum *Patauie* III. Idus Februarii anno dominice incarnacionis M.CC.XX. Indictione VIII. Pontificatus nostri anno IIII.

Mon. boic. XXVIII. II. 296, ex libr. cop. patav.

CCCCXII.

1220. 9. April. Viterbo. — *Papst Honorius III. bestätigt dem Kloster St. Nicolaus bei Passau seine sämmtlichen Besitzungen, Rechte und Freiheiten.*

Honorius Episcopus servus servorum Dei dilectis filiis *Ulrico Preposito Ecclesie S. Nicolai Pataviensis* eiusque Fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. Religiosam vitam eligentibus Apostolicum convenit adesse presidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incursus aut eos a proposito revocet aut robur, quod absit, sacre religionis infringat. Eapropter dilecti in Domino filii vestris iustis postulacionibus clementer annuimus et prefatam Ecclesiam sancti Nicolai Pataviensis, in qua divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti Privilegio communimus Imprimis siquidem statuentes, ut Ordo Canonicus, qui secundum Domini et beati Augustini regulam in eadem Ecclesia institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Preterea quascunque possessiones, quecunque bona eadem Ecclesia inpresentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis prestante Domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata

permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: locum ipsum, in quo prefata Ecclesia sita est, cum omnibus pertinenciis, Ecclesiam de *Alburg*, de *Aitenbach*, de *Hartchirchen*, de *Griezchirchen*, de *Alnchoven*, de *Munichreut* et de *Widenspach* Ecclesias cum omnibus pertinenciis suis, Capellam S. Marie in *Insula S. Jacobi in Burgo Pataviensi*, de *Aunchirchen*, de *Euchendorf* et *S. Marie in Anaso*, Capellas cum pertinenciis suis. Decimas, quas habetis in *Aitenbach*, in *Hartchirchen*, in *Grieschirchen*, in *Munichreut*, in *Widemspach*, in *Aunchirchen*, in *Dornach*, in *Selebach*, in *Wachenweis*, in *Hutarn*, in *Chelichberch*, in *Irsheim*, in *Haiming*, in *Alburg*, in *Alnchoven*, in *Eberswanch*, in *Schiltarn*, in *Aspach*, in *Vehilstorf*, in *Rust*, in *Isendorf*, in *Hochenwarth* et in *Buchrich*. Preterea in suburbio civitatis *Patavie* undecim domata, fundum, quem habetis inter *Danubium* et *Oenum*, II. curtes *Senftling* et *Neunhoven*, dimidium mansum ad *Tantobel*, quatuor mansos *Holzheim*, unum mansum *Hegenbach*, in *Probstreut*, in *Bachmüll*, in *Sauming*, in *Hasenbuell* mansos et dimidium mansum in *Putra*, unam curtem in *Windberch*, quatuor curtes in *Alburch* et in *Gehin*, *Englmarsperch*, in *Sprinznberg*, in *Pering*, in *Euchendorf*, in *Bezrechsdorf*, in *Dornach*, in *Abstorf*, in *Altheim*, in *Aunchirchen*, in *Loch*, in *Eberstorf*, in *Pinzheim*, in *Schalcheim*, in *Ruspach*, in *Chrieschirchen*, in *Monte*, in *Tegernspach*, in *Wasen*, in *Aschach*, in *Neumarkt*, in *Alnchoven*, in *Eusten*, in *Hartheim*, in *Busing*, in *Lintheim*, in *Mauttarn*, in *Raeut*, in *Rust*, in *Isendorf*, in *Hochenwarth*, in *Burgenwis*, in *Stregen* et in *Neunburch* curtes et curias, in quibus decime colliguntur. Tres mansos in *Avecking*, in *Dornbach*, in *Schenenburg*, in *Ahaim*, in *Hukenchoven*, in *Hauspach*, in *Walde*, in *Harth*, in *Leumpting*, in *Raeut*, in *Chaldenpach*, in *Walgsing*, in *Buzenberg* et in *Reginhalming*, mansos septem in *Reuth*, tres mansos in *Gerchweis* et tres charatas cerevisie, tres mansos in *Chufarn*, in *Berchaim*, in *Leunchart* et in *Reicherstorf* VII. mansos, Quatuor mansos in *Strazz*, dimidium mansum in *Eichendorf*, in *Dornach*, in *Ainhartstorf*, in *Vilzhoven*, in *Winchlarn*, in *Stüde*, in *Eunling*, in *Tunheim*, in *Hartheim*, in *Busing*, in *Lumptingen*, in *Brühl*, in *Bering*, in *Boching*, in *Winchel* et in *Abstorf*, dimidios mansos, villam in *Enzenweis*, in *Wachenweis*, in *Sunnbach*, in *Burcharting*, in *Neunling* et in *Munchreut* villa. Predia de *Vilsa*, in *Rotha*, in *Prienbach*, in *Schalchheim*, in *Grieschirchen*, in *Eschetunowe*, in *Alnchoven*, in

Griendorf, in *Freindorf*, in *Rust* et in *Euching* predia, molendinum in *Enzenweis*, in *Ainhartsdorf*, in *Boching*, in *Absdorf*, in *Prienpach*, in *Chaldenbach*, et *Pataviens*. molendina. Reditus salis in *Hale*, vineas in *Grieschirchen*, in *Aschach*, in *Ibelsburch*, in *Wachawe*, in *Hunzheim*, in *Freindorf*, in *Chrems* et in *Mauttarn* vineas cum areis, domibus, pratis, pascuis, piscationibus, nemoribus et omnibus aliis utilitatibus suis. Liceat quoque vobis, Clericos vel Laicos liberos et absolutos a Seculo fugientes ad conversionem recipere et eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper, ut nulli Fratrum vestrorum post factam in Ecclesia vestra professionem fas sit absque Prepositi sui licentia nisi arctioris religionis obtentu de eodem loco discedere, discedentem vero absque communium literarum vestrarum cautione nullus audeat retinere, Illud districtius inhibentes, ne terras seu quodlibet beneficium Ecclesie vestre collatum liceat alicui personaliter dari sive alio modo alienari absque consensu totius Capituli vel maioris aut sanioris partis ipsius. Si que donationes aut alienationes aliter, quam dictum est, facte fuerint, eas irritas censemus. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum devotioni et extreme voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat salva tamen iustitia illarum Ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Obeunte vero te nunc eiusdem loci Preposito vel tuorum quolibet successorum nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia preponatur, nisi quem fratres communi consensu vel fratrum pars consilii sanioris secundum Dei et sancti Augustini regulam providerint eligendum. Paci quoque et tranquillitati vestre paterna imposterum sollicitudine providere volentes auctoritate Apostolica prohibemus, ut infra clausuras locorum seu Ecclesiarum vestrarum nullus rapinam seu furtum facere, ignem apponere, sanguinem fundere, hominem temere capere vel interficere seu violentiam exercere audeat. Decernimus igitur, ut nulli omnino hominum liceat prefatam Ecclesiam temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, Salva sedis apostolice auctoritate et diocesani episcopi canonica iustitia. Siqua igitur in futurum ecclesiastica sæcularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita

nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districte subiaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen.

Datum *Viterbii* per manum *Wilhelmi S. Romane Ecclesie Vicecancellarii* V. Idus Aprilis, Indictione VIII. Incarnationis Dominice Anno MCCXX. Pontificatus vero Domini Honorii Pape tertii anno quarto.

Mon. boic. IV. 321.

CCCCXIII.

1220. 15. April. Viterbo. — ***Papst Honorius III. bestätigt dem Kloster St. Nicolaus bei Passau das Statut des Bischofs Altmann von Passau, dass die Vögte desselben ohne Einwilligung des Propstes und Capitels keine Untervögte aufstellen dürfen.***

Honorius episcopus seruus seruorum dei Dilectis filijs *Ulrico* preposito et Capitulo ecclesie *sancti Nycolai Patauie* ordinis sancti Augustini Salutem et apostolicam benedictionem. Significasti nobis fili Preposite in nostra presencia constitutus, quod bone memorie *Altmannus* Patauiensis episcopus ecclesie uestre fundator clare memorie. L. Marchioni de *Austria* et H. Comiti de *vornpach* aduocaciam concessit eiusdem ecclesie certis eis redditibus deputatis statuens, ut nec ipsi nec heredes eorum alijs possent officium subaduocacionis concedere Preposito et Capitulo ipsius ecclesie inconsultis. Vnde nobis humiliter supplicastis, ut statutum huiusmodi apostolico dignaremur munimine roborare. Nos ergo uestris precibus inclinati, quod super hoc prouide ac utiliter statutum est, auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo hominum omnino liceat hanc paginam nostre confirmacionis infringere uel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum *viterbij* XVII. kalendas Maij Pontificatus nostri Anno Quarto.

Aus einem Pergament-Codex sec. XIV. der königl. bairischen Hofbibliothek zu München.

CCCCXIV.

1220. 24. April. Eferding. — *Ulrich, Bischof von Passau, verzichtet für ewige Zeiten auf die Steuererhebung von einem dem Kloster Kremsmünster gehörigen Hofe zu Mautern.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. *Vlricus* dei gracia Pataulensis episcopus omnibus christi fidelibus presentem paginam inspecturis in perpetuum. Quoniam suscepti regiminis cura nos admonet, ut ad ecclesiarum singularum et maxime speciali iure ac deuocione nobis adtinentium ampliandos profectus sollicitiori studio uigilemus. Hinc est, quod deuocionem atque seruicia, que a monasterio *Chremsmvnster*, quod et speciali iure (?) nobis adtinet, uultu propicio adtendentes steuram nobis debitam de area sita *Martarn* ad iam dictum monasterium pertinente perpetualiter monasterio ipsi donamus renunciantes in ipsa stevra omnimodis nostro iuri. Ne autem hec nostra donacio uel a nobis uel ab aliquo successorum nostrorum infringi possit ullatenus uel turbari, per presentis priuilegij paginam nostri impressione sigilli signatam ipsam confirmamus omnimodis statuentes ac per excommunicacionis penam districtius inhibentes, ne qua ecclesiastica secularisue persona ipsi nostre donacioni ausu temerario presumat aliquatenus contraire. Huius rei testes sunt: Magister *Heinricus* patauiensis canonicus, *Otto Ratisponensis aduocatus, Alramus de Halse, Hadmarus de Wesen, Heinricus de Lonstorf, Otto Marschalcus de Aichenbach, Waltherus de Tanneberch, Otto de Johanstorf, Otto de Morsbach, Otto de Tegernbach, Perchtoldus de Hartheim, Rvgerus de Chlingelbach.* C. Datum Euerding per manum notarii nostri Chvnradi vjjj. Kalendas Maij Anno domini M°CC°XX° Indictione vjjj pontificatus nostri anno quarto.

Aus dem Cod. Frider. im Archive des Klosters Kremsmünster. — Urkundenbuch von Kremsmünster, pag. 76, Nro. 59.

CCCCXV.

1220. 29. April. — *Eberhart II., Erzbischof von Salzburg, beurkundet, dass er dem Wernhart von Hagenau und dem Hadmar von Wesen von den Gütern des Klosters Reichersberg nie etwas gegeben, noch ihnen die Vogtei verliehen habe.*

Ego *Eberhardus* dei gratia *salzpurgensis* ecclesie archiepiscopus apostolice sedis legatus vniuersis christi fidelibus salutem in

domino. Ne figmentis hominum aut inimici suggestione, quod in rerum natura non est, falsis attemptetur probationibus, omnibus tam presentibus quam futuris innotescat, quod domino *Wernhardo de hagenōe* uel heredibus suis quibuscunque nichil unquam de bonis monasterii *richerspergensis* siue iure proprietario siue in feudum concessimus et ius aduocatie super res et personas eiusdem monasterii, quod specialiter ad nos spectat, nec ipse predictus dominus *Wernhardus* nec aliquis heredum suorum de manu nostra umquam accepit. Idem etiam per omnia protestamur de domino *Hadmaro de Wesen* scilicet, quod aduocatiam uel feudum super bonis uel personis eiusdem monasterii de manu nostra nunquam recepit, ob cautelam futurorum protestationem nostram presenti sigillo firmantes. Acta sunt hec anno incarnationis domini M. CC. XX. jndictione VII exeunte aprili III^a kalendas Maii.

Original auf Pergament mit Siegelrest, im Archive des Klosters Reichersberg. — Mon. boic. IV. 429.

CCCCXVI.

1220. 22. Mai. Viterbo. — ***Papst Honorius III. nimmt das Kloster St. Florian in den päpstlichen Schutz, namentlich aber die Kirchen Waldkirchen, St. Michael in der Wachau und Vöklabruk.***

Honorius episcopus seruus seruorum dei Dilectis filiis . . . Preposito et Capitulo Ecclesie s a n c t i f l o r i a n i salutem et apostolicam benedictionem. Sacrosancta Romana ecclesia deuotos et humiles filios ex assuete pietatis officio propensius diligere consueuit et ne prauorum hominum molestiis agitentur, eos tamquam pia mater sue protectionis munimine confouere. Eapropter dilecti in domino filii uestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu personas et ecclesiam uestram cum omnibus bonis, que impresentiarum possidetis aut in futurum iustis modis prestante domino poteritis adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus. Specialiter autem de *Waltchirchen*, de *Wachau* et de *Veklabruche* possessiones cum pertinentijs suis ac alia bona ecclesie uestre pia fidelium liberalitate collata, sicut ea omnia iuste ac pacifice possidetis, uobis et ecclesie prefate per uos auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre protectionis et confirmationis infringere uel ej ausu temerario contraire.

Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dej et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum, Datum *Viterbii* XI Kalendas Junij, Pontificatus nostri anno Quarto.

Original auf Pergament mit Bulle, im Archive des Klosters St. Florian.

CCCCXVII.

1220. 29. Mai. Viterbo. — ***Papst Honorius III. bestätigt die Privilegien des Klosters Garsten.***

Honorius episcopus seruus seruorum dej Dilectis filijs Abbatj et Conuentui *Garstensi* Salutem et apostolicam benedictionem. Justis petentium desiderijs dignum est nos facilem prebere consensum et uota, que a rationis tramite non discordant, effectu prosequente complere. Eapropter dilectj in domino filij uestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu ecclesiam in *Garsten* cum capellis suis uobis a venerabile (sic) fratre nostro . . *Patauiensi* Episcopo de Capitulj suj assensu pia et prouida liberalitate collatam, sicut eam iuste ac pacifice possidetis, uobis et per uos Monasterio uestro auctoritate apostolica confirmamus et presentis scriptj patrocinio comunimus. Nullj ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere uel ej ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dej et beatorum Petrj et Paulj apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum *viterbij* iiij. Kalendas Junij. Pontificatus nostrj Anno Quarto.

Original auf Pergament mit Bulle, im Archive zu Garsten.

CCCCXVIII.

1220. 12. Juli. Schloss Steyr. — ***Leopold, Herzog von Österreich und Steiermark, genehmigt und bestätigt die von seinem Vater, Herzog Leopold, gemachte Schenkung der Kirche zu Dietach an das Kloster Gleink.***

✝ Innomine sancte et indiuidue trinitatis amen. *Livpoldus* dei gratia Dux *Austrie* et *Stirie* vniuersis christi fidelibus in perpetuum.

Laudabilis est scripture thesaurus et merito ab omnibus diligendus, nam per ipsum cuiuslibet facti sanctitur (sic) stabilitas eiusque subsidio perseuerat integritas inconuulsa. Hinc est, quod notum esse uolumus omnibus, ad quos presens scriptum peruenerit, quia constitutus in nostra presentia *Pilgerimus* venerabilis Abbas *Glvnicensis*

per generalem sententiam optinuit coram nobis, ut priuilegia a nostris antecessoribus *Glvnicensi* cenobio collata, que per incendium uel per negligentiam seu quocunque alio modo sunt deperdita, nos renouare teneamur eidem. Quo iure patenter optento prefatus Abbas sufficienti testimonio conprobauit, quia pater noster *L.* felicis memorie ecclesiam *Tvedich* pro remedio anime sue cum omnibus ad ipsam de iure pertinentibus contulerit cenobio memorato ipsamque donationem suo confirmauerit instrumento. Nos itaque id, quod a patre nostro rationabiliter factum est, ratum habentes traditionem dicte ecclesie cum omnibus appendiciis supradicto cenobio confirmamus. Et ut deinceps quieta possessione in eadem ecclesia sepedictus abbas gaudeat suique successores, presentem cartam sigilli nostri munimine fecimus insigniri testibus subnotatis. Testes, *Herrandus de wildonia, Duringus de Styra, Heinricus de Trvna, Otto de rore, Albero de Pollenheim, Vlricus marschalcus de valchensteine, Albero pincerna de Grimmensteine, Perhtoldvs dapifer de Emberberch, Vlricus de Grvnenburch et frater suus Heinricus, Heinricus de Chrvmpach, Fridericus de Lancenberge, Richerus de Luffenberch, Marquardus magister cellarij, Otakarus privhaven, Rudolfus privhaven, Otto scheke, Albero privhaven, Gernodus de Ascha, Duringus de Schachen, Eberhardus de Terenberch, Alrammvs de Chrengelbach, Gervngus de Weiztra* et alii quam plures.

Acta sunt hec in *castro Styre.* IIII° Idus Julij, Anno dominice incarnationis M° CC° XX° Indictione VIII^a Per manvs *Livpoldi Notarij.*

Original auf Pergament, dessen Siegel verloren, im Archive zu Gleink. — Kurz, Beiträge, III. 327. — Mon. boic. XXIX. II. 49.

CCCCXIX.

1220. 30. Juli. Passau. — *Ulrich, Bischof von Passau, bestätigt dem Kloster St. Florian die Freiheiten, welche ihm die früheren Bischöfe von Passau ertheilt haben, insbesondere den Besitz der Pfarre St. Michael.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. *Vlricus patauiensis episcopus* omnibus in perpetuum. Pastoralis offitii debitum fideliter exequimur, si cum erogatione spiritalis alimonie necessitatibus religiosorum uirorum ac pauperum christi paterna sollicitudine prouidentes indigentiam eorum temporalium subsidiis releuare studeamus. Inherentes igitur uestigiis antecessorum nostrorum patauiensium episcoporum,

videlicet *Ovdalrici, Raeinberti, Chvonradi, Dyepoldi,* qui *domum Sancti Floriani* utpote suam dilectam filiam in spiritualibus pariter et temporalibus studiose promouerunt ac suis eam priuilegiis communiuerunt, iustis fratrum eiusdem ecclesie inclinati precibus de consensu fratrum nostrorum confirmamus antedicte domui Sancti Floriani omnes donationes ab antecessoribus nostris Episcopis eidem legitime factas tam in collationibus priuilegiorum quam aliis iustis traditionibus. Nominatim autem eidem domui confirmamus *ecclesiam Sancti Mychaelis in Wachowe,* quam sancte memorie *Chvonradus episcopus* predecessor noster eidem domui cum omni genere contulit utilitatis, et sicut ex ipsius patet priuilegio, ex integro tradidit, decernentes eandem ad prefatam domum pleno iure pertinere tam eiusdem nostri predecessoris traditione quam ex nostra nunc confirmatione ita quidem, quod preposito, qui pro tempore fuerit in sepedicta domo Sancti floriani, per unum de fratribus suis dicte ecclesie liceat prouidere et eundem, quando placuerit, amouere, utiliore, cum sibi uisum fuerit, substituendo. Et ut hec nostra confirmatio rata et inconuulsa in perpetuum permaneat, hanc inde paginam conscribi et sigilli nostri inpressione iussimus communiri. Quicunque igitur tam (sic pro cam) temerario ausu infringere temptauerit, omnipotentis dei indignationem se nouerit incursurum et eterne maledictioni addictum cum Dathan et Abyron, quos terra uiuos absorbuit, portionem habiturum.

Ego *Rvdegerus Chymensis Episcopus* S.S. Ego *Otto decanus* S.S. Ego *Hartnidus prepositus* S.S. Ego *Chalhohus* S.S. Ego *Hainricus quondam decanus* S.S. Ego *Sifridus orphanus* S.S. Ego *Heinricus de Petenbach* archydiaconus S.S. Ego *Heinricus de Witen* archidyaconus S.S. Ego *Chunradus Tvmplebanus* S.S. Ego *Gebhardus comes* S.S. Ego *Chunradus custos* S.S. Ego *Chunradus de S. Valentino* S.S. Ego *Chrafto* S.S. Ego *Willehalmus cantor* S.S. Ego *Engilpoldus* S.S. Ego *Albertus* S.S. Ego *Eberhardus de Johansdorf* SS. Ego *Eberhardus de Fvhtenbach* SS.

Data *Patauie* in Capitulo III. Kalend. Augusti Anno pontificatus nostri VI.

Original auf Pergament mit Siegel, im Archive des Klosters St. Florian. — Stülz, Geschichte von St. Florian, pag. 299.

CCCCXX.

1220. 23. September. Regensburg. — *Ludwig, Pfalzgraf am Rhein und Herzog in Baiern, ertheilt seinen Ministerialen und Vasallen die Freiheit, ihre Güter und Lehenstücke dem Kloster Gleink rechtlich zu vermachen oder zu schenken.*

C. In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen †. *Lvdiwicus dei gratia Palatinus comes Reni* et dux *Bavwarie* omnibvs christi fidelibus jmperpetuum. Claret liquido sacre scripture testimonio, quia, cui plus conmittitvr, ab eo plus exigitur, et jtem Exiguo conceditur misericordia, potentes autem tormenta potenter patientur. Hinc nos terrore tanti pauefacti iudicij intra nos medullitus ingemiscimvs et aliquod remedium gratie nobis in anima fieri credimus, si promotionibus ac utilitatibus ecclesiarum dei diligentem operam fideliter jmpendimus.... Vnde notum esse uolumus cunctis, ad quos scriptum hujus pagine peruenerit, quod nos respectu eternorum atque interuentu S. Andree apostoli specialis patroni nostri nec non pro remedio animarum videlicet memorabilis domini patris nostri *Ottonis* atque dilecte matris nostre *Agnetis*, sed et ob dilectionem ac precem domini nostri venerabilis *Ekeberti babenbergensis episcopi*, ad quem pertinet ius fundi *Gliĕnicensis ecclesie*, erga quem nos preacutos injmicjcie aculeos antea habuimus, sed ejvs fauori sopito odio tum satisfecimus consilio et consensu optimatum ac ministerialium nostrorvm, predicto *gliĕnicensi Monasterio* donvm pietatis contulimvs, quod ex inopia constructum in honore S. Andree apostoli situm esse dinoscitur in *inferioribus Noricorum partibus austrie* conterminis. Denique omnibus ministerialibus nostris sev aliis beneficia a nobis in feodo habentibus vel ibi vel quocunque habitantibus licentiam et liberam potestatem dedimus iam dicte ecclesie fratribusque ibidem deo seruientibus potestatiue conferre possessiones, predia, beneficia et Mancipia sua sev quelibet dona tam in siluis quam in agris cum omnibvs usibus fructuariis, quesitis scilicet ac inquirendis. Illud etiam concessimus, ut omnes nostri tam Ministeriales quam alij beneficia a nobis in feodo habentes potestatem habeant Mancipandi, precariandj, cambiendi cum predictis fratribus vel quoquo modo libere tribuendi possessiones et beneficia sua, quatinus eis et nobis fiat in celis eternorum retributio. Preterea, si quas possessiones ditionj et regno *Bavwarie* pertinentes aut ab antecessoribvs nostris aut a quoppiam eidem ecclesie donatas

inuenimus, auctoritate nostra manutradendo consensu optimatvm ei confirmauimus. Siquidem patenter constat, propensivs licitum atque esse bene merjtorivm cenobia *babenbergensj ecclesie* ex iurefundi adtinentja de rebus regni ditari, quia ipsa probatur regno deuote famulari. Vt autem istud nostre donationis factum robur firmitatis semper obtineat nec ab aliquo successorum nostrorum ualeat inritari, presentem paginam fecimus conscribj et sigillo nostro ipsam uoluimus roborari testibus subnotatis: Ipse dominus noster *episcopus Ekebertus*, Dilectus filjus noster *Otto, Heinricus de lapide, V̊lricus filjus eius, Heinricus de randeke, Menhardus comes de roteneke, Chalhoch comes de Kyrberch, Hoholdus de wolntsa, Altmmannus de abensperch, Wernherus* (vel *Wernhart*) *de labere, Poppo de geltofing, v̊lricus filjus ejus, Otto, Heinricus, V̊lricus, Fridericus de hôenheimen, V̊lricus marsalcus de srovenhvsen, Livtoldus pincerna de awe, Perhtoldus pincerna de ôede, Ekebertvs dapifer de ekemvl, Perhtoldus de stumpf, Chv̊nradvs de Peîerbrunne, Heinricus dapifer de celle, Chv̊nradus marsalcus de altdorf, V̊lricus der cohpf, Arnoldus de chamere, Perhtoldus filjus ejus de parteneke, V̊ricus camerarius de tv̊fchirchen, Hermannus marsalcus de Lôesnapf, Heinricus magister coquine de pernblah, Heinricus de starcoltshoven, Siboto, Perhtoldus fratres de ôede, Eberhardus de pache, Perhtoldus marsalcus, Perhtoldus, Eberhardus* fratres de *ilmærdorf, Walchun, Hartrat, Rudolf, Heinricus Tiéme*, isti *de Vohburch* Et alii multj. Data *Ratispone* IX. kalendas octobris, Quo etiam die cum domino nostro *Ekeberto* episcopo ab *V̊ngaria* reuertente in fedus amicjtie conuenimus, anno ducatus nostri XXX.^{mo}ııij.^{o}. . . Acta sunt hec anno dominice incarnationis M.^{o} CC.^{o} XX. Indictione VIIII.^{a} Romanis imperante *Friderico* ıj.^{o} In *alamannja* principante filio ejus *Hainrico*, Regnante domino nostro iesv christo in eternum feliciter. amen.

Original auf Pergament mit Siegel, im Archive zu Gleink. — Kurz, Beiträge, III. 328. — Hormayr, Werke, III. 442.

CCCCXXI.

Circa 1220. — *Ortolf von Grez schenkt dem Spital am Pihrn Besitzungen in Kirchbach und ein Bergrecht daselbst.*

Clarescat omnibus tam presentibus quam futuris, quod ego *Ortolfus de grez hospitali sancte Marie in pirne* contuli reditus in

chirchpach, qui dicitur *pêrchrecht* annuatim XII. denariorum et ibidem ij. urnam uinj de iure montium pro remedio anime mee et posterorum meorum ac pro omnibus meis antecessoribus et ne inuidorum malicia deleat perpetrata, sigillo meo ac testibus subnominatis corroborauj videlicet dominus *Emzo sacerdos ac magister hospitalis* et *Marchquardus scriba natione Winnensis* et dominus *Cundacharus de Gleiscowe* et dominus *Geroldus castellanus in grez*, *Ortolfus piber* et *Hainricus prêschinch* cum duobus fratribus suis et ceteri quam plures.

Original auf Pergament mit Siegel, im k. k. geheimen Haus-, Hof- und Staatsarchive zu Wien.

CCCCXXII.

Circa 1220. — *Urtheilsspruch der vom päpstlichen Stuhle bestellten Richter in einem Streite zwischen dem Abbte zu Garsten und dem Pfarrer zu Wartberg wegen des Zehents zu Ramsau.*

H. dei gratia *archidiaconus in Gruscharn* et *S. prior in Admund* Judices a sede apostolica delegati Litteris apostolicis receptis super querimonia uenerabilis in christo fratris nostri *Garstensis abbatis* ipsius aduersarium dominum *hainricum archidiaconum plebanum in wartperch* cum coniudice nostro domino *abbate admuntensi* citauimus peremptorie. Cumque ad diem uenissemus domino abbate uni ex nobis uicem suam delegante predicto *Garstensi abbati* super peticionibus ipsius benignam prebuimus audienciam nuncio domini archidiaconi mandantes, quatenus si mandatum et litteras ratihaberet pro ipso, coram nobis responderet eidem. Qui cum diutius deliberaret, tandem se non esse procuratorem respondit constanter asseuerans, quod dominus eius archidiaconus graui detentus infirmitate nec posset ullatenus uenire. Cui pars aduersa resistens allegabat, quod si per se forsitan non poterat uenire, poterat tamen misisse procuratorem, sicut simplicem miserat nuntium ideoque cum fuerit peremptorie citatus, non ut per se tantum sed ut aut per se aut per idoneum responsalem se presentaret, contumax debuit non inmerito iudicari. His et aliis intellectis et plenius discussis dominum abbatem in rerum petitarum possessionem misimus rei seruande causa, in quam prius missus fuerat et iterato uiolenter eiectus. Verum quia non sufficit in possessionem quemquam mittere, nisi et missus tueatur, per exconmunicationis sententiam eundem defendimus in eadem possessione

auctoritate, qua fungimur, cuilibet prohibentes, ne audeat eum ullatenus in eadem possessione perturbare. Finem uero litibus cupientes imponere partibus diem peremptorium jn octaua apostolorum petri et pauli in *Lůze* prefiximus gratum et acceptum habentes, si medio tempore partes in amicabilem poterunt compositionem conuenire, alioquin nos in ipso negotio, quantum de iure poterimus, ex tunc procedemus.

Original auf Pergament, dessen beide Siegel abgefallen, im Archive zu Garsten.

CCCCXXIII.

Circa 1220. — *Heinrich von Petenbach, Archidiakon, Domherr zu Passau und Pfarrer zu Wartberg, bekennt, dass er seinen Streit mit dem Kloster Garsten wegen eines Zehents zu Ramsau dem Ausspruche von Schiedsrichtern unterzogen habe.*

Dominis et Amicis dilectis *G. abbati, F. priori de Admvnde, H. archidyacono de Grůscharn* judicibus ab apostolica sede delegatis *H. de petenbach* dei gratia *archidiaconus et canonicus patauiensis chori et plebanus in Wartperch* deuotum obsequium. Reuerentie uestre presentium testimonio declaramus, quod nos justitiam diligentes et iuris equitati omnimodis intendentes causam, que uertebatur inter nos et *Abbatem ac monasterium de Gærsten* super quibusdam decimis in *Ramesŏwe* arbitris conmisimus terminandam uidelicet *abbati de Crhemesmvnster* et *preposito de domo sancti floriani*, qui pecuniaria pena nos ad standum arbitrio obligantes rationibus utriusque partis auditis et diligenti deliberatione prehabita ex sentencia pronunciauerunt, quod nos *abbatem et monasterium in Gærsten* in prefatis decimis ius habere recognosceremus et confiteremur et eas ab ipso reciperemus nomine monasterii tenendas et hoc arbitrium confitemur nos recepisse et promisisse, quod stemus eidem.

Original auf Pergament mit rückwärts aufgedrücktem Siegel, im Archive zu Garsten.

CCCCXXIV.

1220. Herzogenhall. — *Schiedspruch der Prälaten von Kremsmünster und St. Florian zwischen Garsten und dem Pfarrer von Wartberg in Betreff des Zehents zu Ramsau.*

In nomine patris et filij et spiritus sancti *Růdolfus* dei gratia in *Cremsmvnster abbas* et *Altmannus* in *domo sancti Floriani prepositvs*

Inter dilectos in christo fratres *Reinbertum Gerstensem abbatem* ex una parte et *heinricum archidiaconum plebanum in Wartperch* ex altera parte super quibusdam decimis et super quibusdam hominibus in *Ramsawe* non solum coram ordinario uerum etiam coram *abbate Admuntense* (sic) et eius coniudicibus a sede apostolica delegatis questione suborta lis fine debito non poterat terminari. Ideoque partes tandem premissa deliberatione in nos conpromiserunt sub pena decem librarum promittentes, quicquid nos inter ipsos arbitraremur, se ratum habituros. Nos uero preuia ratione uolentes decidere litem diu prorogatam de cause meritis plenius cognouimus. Et cum tandem tam ex confessione partium quam ex assertione hominum coram nobis constitutorum fuissemus facti certiores, quod decime et homines, de quibus questio inter partes uertebatur, ad *ecclesiam* spectarent *Garstensem*, quum plebanus memoratus nomine *Garstensis ecclesie* homines et decimas tenuerat memoratas et is possideat, cuius nomine possidetur, arbitrando decreuimus, quod *heinricus plebanus in Wartperch* recognosceret homines et decimas se nomine *Garstensis ecclesie* possidere, quoad ipse uiueret tantummodo, *ecclesie in Wartperch* perpetuum super eisdem silentium inponentes. Ipso uero defuncto homines et decime *Garstensi* absque omni contradictione cederent *ecclesie*. Acta sunt hec Anno M° CC° XX°

Testes huius rei fuerunt *Rvdolfvs abbas de Cremsmvnster, Altmannus prepositus sancti floriani, Engilbertus vicarius de wartperc, Wernherus vicarius de Chirchdorf, Pernhardus Parrochianus de halle, Heinricus gener ottonis de albn, Marquardus de Adelwanc, vlricus ammannus, Otto Pavsto* et alij quam plures. Hec Acta sunt jn uilla, que *Herzogenhalle* nuncupatur.

Original auf Pergament mit Siegel-Fragmenten, im Archive zu Garsten.

CCCCXXV.

1220. St. Florian. — *Ulrich, Bischof von Passau, bestätigt den Schiedspruch der Prälaten von Kremsmünster und St. Florian in Betreff des Zehents zu Ramsau, kraft dessen sie diesen dem Kloster Garsten zusprechen.*

Vlricus dei gratia *pataviensis Episcopus* dilectis in christo fratribus *Reinberto abbati et capitulo Garstensi* et *heinrico Archidiacono plebano in wartperch* omnibusque ipsis canonice substituendis

in perpetuum. Ne lites, que racionabiliter deciduntur, denuo a posteris suscitentur, scripto commendantur. Huius rei gratia uobis uestrisque successoribus cura prouidentes pastorali presenti pagine commendamus, quod nos ad uestram et iudicum delegatorum a sede romana peticionem arbitrium confirmamus, quod inter uos *R. abbas de Cremsmûnster* et *A. prepositus sancti floriani* rationabiliter protulerunt, decernendo illud inviolabiliter obseruari. Fuit autem tenor arbitrij, prout ex confessione partium et assertione arbitrorum cognouimus, quod *heinricus plebanus in wartberch* decimas et homines jn *Ramesowe*, super quibus lis fuerat suscitata, recognosceret se nomine *Garstensis ecclesie* possidere et possideret, quoad ipse uiueret, tantummodo ex abbatis bona permissione, quoniam sicut fuerat declaratum ipsis arbitris, ipse prius nomine *Garstensis ecclesie* tenuerat decimas et homines eosdem in terminis *Garstensis ecclesie* constitutos. Ipso uero defuncto decime et homines loci eiusdem *Garstensis ecclesie* forent tam quoad proprietatem quam ad possessionem nullius obstante contradictione. Sciant itaque cuncti jn *wartberch* substituendi, se nullum ius jn decimis et hominibus predictis habere ideoque, ut *ecclesiam Garstensem* super eis amplius non molestent, firmiter inhibemus. Data Anno jncarnationis Dominice M°CC°XX. *domo Sanctj Floriani.*

Original auf Pergament, dessen Siegel abgefallen, im Archive zu Garsten.

CCCCXXVI.

Circa 1220. — *Die Äbbte von Kremsmünster, Seitenstätten und Gleink nebst dem Capitel von St. Florian bezeugen dem Bischofe von Passau und dem Capitel den Verlauf des Processes zwischen dem Kloster Garsten und dem Pfarrer von Wartberg wegen des Zehentes zu Ramsau.*

Dominis in christo reuerendis et semper diligendis *G.* dei gratia *uenerabili episcopo et Capitulo patauiensi R. in Chremsmvnster, D. in Situnssteten* et *P. in Glônich abbates* et *Capitulum in domo sancti Floriani* cum debita reuerentia orationes et obsequium. Instrumenta *ecclesie Garstensis* inspeximus cum sigillis arbitrorum et bone memorie domini *Vlrici pataviensis episcopi* sub ea continentia, quam (sic) sigillis nostris munitam cernere potestis.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. *Rvdolfus* dei gratia in *Cremsmvnster* etc. *)

*) Folgt der obige Schiedspruch Nro. CCCCXXIV.

Domino suo dilecto V̊l. dei gratia *patauiensi episcopo G. abbas, F. prior in admvnd, H. archidiaconus De Grusharn* iudices ab apostolica sede delegati deuotum cum orationibus obsequium. Ab apostolica sede in mandatis accepimus, ut causam, que uertebatur inter *abbatem de Garsten* ex una parte et *Archidiaconum plebanum de Wartperc* ex altera, super quibusdam decimis in *Ramsowe* debito fine terminaremus. Cumque ita partes citassemus, tam archidiaconus quam abbas per suas litteras nobis significauit (sic), quod medio tempore ad pacificam conpositionem conuenientes in arbitros conpromiserunt sub pena decem librarum promittentes, quicquid illi inter ipsos arbitrarentur, se ratum habituros. Ipsi uero preuia ratione uolentes decidere litem div prorogatam de cause meritis plenius agnouerunt. Et cum tandem tam ex confessione partivm quam ex assertione hominvm coram eis constitutorum fuissent certiores, quod decime et homines, de quibus questio inter partes vertebatur, ad *ecclesiam* spectarent *Garstensem*, quum plebanus memoratus nomine *Garstensis ecclesie* homines et decimas tenuerat memoratas et is possideat, cuius nomine possidetur, arbitrando decreuerunt, quod *heinricus plebanus in wartperc* recognosceret homines et decimas se nomine *Garstensis ecclesie* possidere, quoad ipse uiueret tantummodo, *ecclesie in wartperc* perpetuum super eisdem silentivm imponentes, ipso quoque defuncto homines et decime *Garstensi* absque omni contradictione cederent *ecclesię*. Porro, ut predicta controuersia in posterum sopita permaneat, excellentia uestra dignetur predictum arbitrium auctoritate pontificali confirmare.

Reuerendis dominis *G.* dei gratia *admvntensi abbati, H. arcipresbitero in Grusharn, A. priori in admvnt, H. canonicus patauiensis* deuotvm cum orationibus obsequium. Cum ivdices delegatj a sede apostolica ad litem decidendam, quam cum domino R. abbati (sic) uenerabilj in *Garsten* diu iniuste contraxi (sic)*) significare uobis duxi, liti totaliter me renuntiasse ob reuerentie uestre causam coram testibus in litteris dominj *abbatis* de *Garsten* annotatis sciens me nullam iuris uel litis habere facultatem.

Vlricus dei gratia *episcopus* — wie Nro. CCCCXXV.

Original auf Pergament, mit den Siegeln der Äbbte von Seitenstätten, Kremsmünster und des Capitels zu St. Florian, im Archive zu Garsten.

---

*) Hier ist etwas ausgelassen.

CCCCXXVII.

Circa 1220. — *Wezelin, Abbt von Götweig und sein Convent treffen mit dem Kloster Baumgartenberg die Übereinkunft, dass dieses für den Weinzehent auf 12 Joch im Limperg in der Kremser Pfarre jährlich am St. Martinstage ein Pfund Pfenninge zahlen solle.*

Ego *Wezelinus abbas* dei gratia *ecclesie kotwicensis* et totus conuentus constare uolumus omnibus nostre posteritatis hominibus, quod de communi consilio cum abbate et confratribus de *Paumgartenberge* conuenimus, quod pro decimis uini, quas de duodecim iugeribus in monte *Limperch* infra limites *parrochie chremis* annuatim persoluere deberent, pensionem unius talenti annuatim in festo sancti MARTINI persoluant. Ut ergo tam nobis quam ipsis pactum huius rei ratum habeatur, in successionibus nostris pro memoriali cartulam istam conscripsimus et sigilli utriusque partis inpressione pro certitudine rei munimus.

Original auf Pergament, von dessen drei Siegeln eines weggerissen ist, im k. k. geheimen Haus-, Hof- und Staatsarchive zu Wien.

CCCCXXVIII.

Circa 1220. — *Otto, Abbt zu Lambach, bestellt seinen Conventualen Otto als Bevollmächtigten in der Verhandlung über die Capelle in der Paura mit dem Convente zu St. Nicolaus bei Passau.*

Reuerendissimis in Christo Patribus ac Dominis Charissimis Capitulo Venerabili *Patauiensi Otho* diuina clementia *Abbas et Conuentus* humiles *Lambacensis Ecclesiæ* reuerentiam debitam et deuotam in causa *Capellæ in Pauraue*, que inter nos ex vna parte et Conuentum *S. Nicolai* in *Patauia* ex altera vertitur, licet iam super principali negotio per misericordiam expeditum et super emergentibus et incidentibus quæstionibus nec non damnis et expensis, in quibus cum ipsis volumus iudicio experiri, Dilectum in Christo Fratrem nostrum *Othonem Cellerarium Ecclesiae* nostræ et Monachum coram Vestra Paternitate nostrum constituimus procuratorem ad impetrandum, petendum, proponendum et etiam litigandum, iurandi etiam in animas nostras, si necesse fuerit, et de cætero cauere promittentes nos ratum et firmum habere, quidquid idem procurator noster coram Vobis fecerit in præmissis. In huius rei testimonium præsentem paginam nostri Sigilli munimine duximus roborandam.

Aus einem Copialbuche im Archive des Klosters Lambach.

CCCCXXIX.

Circa 1220. — ***Udalrich von Grünbach verleiht dem Kloster Lambach ein Gut zu Grünbach, mit der Bedingung, dass es seine Hausfrau Adelheid, so lange sie lebt, innehaben möge.***

Vniuersitati fidelium pandere curauimus, qualiter *Ŏdalricus de grůnpach* uir nobilis cum uxore sua *Adelheida* tradiderint *lambacensi monasterio predium,* quod habuerunt ad *grůnpach* cum omnibus ad idem pertinentibus ea conditione, quoadusque ipsa uiueret, eo libere uteretur, ipsa autem defuncta in proprietatem monasterii cederet. Huius rei testes sunt *Hadmar de husrukke*, *Ekkehart de strŏzingen* et *filius eius Gerloch*, *Porn de uolspach*, et *filius eius Manegolt, Pabo de willihalmsperge* et *Engilscalcus, Adelrammus de sikkental, Etich de geilspach*, *Durinc de steinpach*, *Timo de offenhusen, Heinricus de æiterpach*, *Dietricus de půhele*, *Wermŏt* et *Hawart* filius eius, *Pernger de chappellen et frater eius, Purchart de inne, Gotefrit, Wermŏt, Hærtwicus, Perngerus prepositus, Wizil, Hærtwicus planche.*

Aus einem Copialbuche im Archive des Klosters Lambach.

CCCCXXX.

Circa 1220. — ***Ulrich, Bischof von Passau, beurkundet eine Übereinkunft des Klosters Wilhering mit Heinrich von Tretena wegen eines Hofes zu Wegeldorf.***

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Ego *Volricus sancte patauiensis ecclesie episcopus.* Cum generatio preterit et generatio aduenit et ex tali rerum uicissitudine omnia pretereunt more fluentis aque, icirco (sic) necesse est scripto mandari, quicquid ad posteritatis inspectionem debet transmitti, ut fideliter et tenaciter conseruet pagina, quod elabi poterat a fugaci hominum memoria. Ea propter tam presentibus quam futuris patere desideramus, qualiter dominus *ortolfus de teigrenbach* uiam uniuerse carnis migraturus predium suum in *wrgeldorf* situm pro remedio anime sue beate Marie in *Willeringen* obtulit, set hanc eius oblationem et donationem *Heinricus de tretena* hereditaria successione sibi attinere affirmans cassam esse uoluit et plurimis placitationibus aduersus abbatem suscitatis reuocare et retractare omnimodis attemptauit. Tandem uero super uexatione, quam cenobio intulerat, penitentia ductus ad ipsum locum accessit et

omne ius proprietatis ad se spectantis super altare sancte dei genitricis Marie coram multis testibus delegauit. Quo contra abbas de consensu et consilio fratrum suorum acceptis a prefato Heinrico duobus talentis ipsum predium ei et uxori sue et uni liberorum suorum *ottoni* uidelicet colendum conmisit eo dumtaxat tenore, ut, quoad uiuerent, ex ratione culture annuatim in natiuitate sancte Marie dimidium talentum soluerent et hunc annualem censum si ante festum beati Michaelis exhibere dissimulando negligerent, cum banno uno, id est LX. nummorum satisfactione dissimulationem reconpensarent, et post illarum trium personarum decessum cum animalibus et cetero apparatu ad cultum curie pertinenti sine ulla contradictione in usus et proprietatem ecclesie libere deueniret. Wt igitur Hec omnia ab utraque parte rationabiliter contracta et idoneis testibus insignita stabili firmitate inuiolata permaneant, pactionis huius formam precepimus conscribi et sigilli nostri inpressione Muniri, ne a quoquam posterorum malignitatis ausu presumatur infringi. Huius uero rei testes sunt *Henricus decanus de nuenburc*, *Leo plebanus de grezkirchen*, Laici autem libere condicionis *Heinricus de Wessenberc, albero;* Ministeriales *Gundaker de stire*, *Otto et siboto de teigrenbac, ortolfus filius ortolfi de teigrenbac, alramus aduocatus, vlricus bircan, werhardus de sincingen*, *Rvbertus de concingen*, *Heinricus cecus, cvonradus de Holzluten, otto et otaker de stille, Nendingus, Albertus euerdingen, cvonradus lapicida et vlricus filius eius, teodericus, vecelo, Otaker et bertoldus, godefridus, cvonradus fratres, diepoldus.*

Original auf Pergament, dessen Siegel abgefallen, im Archive des Klosters Wilhering. — Stülz, Geschichte von Wilhering, pag. 504.

CCCCXXXI.

1221. 2. April. Lateran. — *Papst Honorius III. genehmigt die Übergabe des Klosters Schlägel an den Prämonstratenser-Orden.*

Honorius Episcopus seruus seruorum dei dilectis filiis *G. Rectori* et fratribus *Sancte Marie in Slag* Premonstratensis ordinis Salutem et apostolicam benedictionem. Solet annuere sedes apostolica piis votis et honestis petencium precibus fauorem beniuolum inpertiri. Sane sicut ex parte vestra fuit expositum coram nobis, cum venerabilis in Christo frater noster *Patauiensis episcopus Ecclesiam sancte*

Marie in Slag de voluntate patroni eiusdem Ecclesie Capituli sui accedente consensu vobis pie ac prouide duxerit conferendam in ea secundum Premonstratensis ordinis instituta domino seruituris, Nos vestris precibus inclinati, quod per eundem Episcopum super hec prouide actum est, authoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio conmunimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmacionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem Omnipotentis dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se nouerit incursurum. Datum *Lateranj* IIII. Nonis Aprilis Pontificatus nostri Anno quinto.

Aus einem Vidimus des Bischofs Wernhard von Passau ddo. 25. Februar 1300, im Archive des Klosters Schlegel. — Confer. Mon. boic. XXVIII. II. 142. — Gewold, III. 37.

CCCCXXXII.

1221. 11. Mai. Burg Wessenberch. — *Nachträglicher Vertrag zwischen dem Kloster St. Florian und Dietmar von Alhalmdorf wegen eines Gutes in Pösenbach, welches dieser bereits bei seinem Zuge ins heilige Land an jenes gegeben hatte.*

In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Ego *Altmannvs prepositus* cum uniuersitate capituli *S. floriani* vniuersis christi fidelibus salutem in eo, sine quo nichil salubriter possidetur. Notum facimus tam presentibus quam futuris, quod *Ditmarus miles de Alhalmdorf* in terre sancte subsidium profecturus, cum non haberet liberos, iure proprio uendidit et tradidit *ecclesie S. floriani* pro libris XIII *predium* suum *in Pösenbach* situm iuxta curiam decimalem. Qui etiam reuersus a terra sancta, postquam nati fuissent sibi filii IIII^or^ *Wernhardvs, Marqvardus, Ditmarus, Heinricus* et ad etatem legitimam peruenissent, licet ex superhabundanti tamen ad sufficientem cautelam procurauit, quod et filii ratam habuerint eandem uenditionem et renuntiauerint omni iuri, quod posset facere pro eis in predio supradicto et ipsi pariter cum patre promiserint sub sacramento, quod coheredes suos, quos habuerint tunc seu etiam habituri essent, ad idem faciendum inducerent cum effectu Adicientes ad ampliorem cautelam, quod siue pater per se siue filiorum suorum aliquis contra emptionem dictam aliquando uenire adtemptaret, ab *ecclesia S. floriani* redimeret pro libris XXX predium supradictum. Nos etiam prepositus uidelicet et capitulum concessimus eidem *Ditmaro predium in Chogil*

sub annua pensione denariorum LX. quoad uixerit, ita ut transferendi ad heredes seu etiam aliquo modo alienandi nullam habeat potestatem, sed post mortem ipsius ad dominivm et usum ecclesie reuertatur. Ne autem res in dubium reuocari possit, in rei geste memoriam hoc scriptum sigilli nostri appositione firmauimus, testibus, in quorum hec omnia facta sunt presentia, subnotatis. Testes *Chunradus de perndorf, Wernherus de Chuninperge, Chunradus dapifer, Helmwicvs de Mûsporze, Marqvardus gener wernheri. De chogil, Richerus decimator, Heinricus preco, Meingodus* quondam *camerarius, Fridericus camerarius, Ortolfus vol, Walchunus de hovesteten, Otto seruiens prepositi, Chunradus seruiens plebani de S. Maria, Chunradus geyer.* Acta sunt Anno incarnationis domini M° CC° XXI° V. Idus Maii. Ante *castrum Wessenberch.*

Original auf Pergament mit Siegel, im Archive des Klosters St. Florian.

CCCCXXXIII.

1221. — *Heinrich der ältere, Heinrich der jüngere und Wernhart von Schaunberg bekräftigen dem Abbte zu Niederaltach die Rechte seines Klosters an der Maut zu Aschach.*

Wir *Heinrich der elter* undt *Heinrich der Jüngere* undt *Wernhart uon Schallenberch* (sic) tun chunt allen den, die disen Brief vernement, dass wir den Herrn den Abbt uon *Nideraltach* geloben, erkhennen undt behalten aller der alten recht, di er hat an unser Mautt datze *Aschach* und obhalt seiner vas an unser Mautt kament hintze Aschach mit neuen Podinen, da ist er uns nichts von schuldig in wan des uorbenanten alten rechts. das diser rad statt undt unbekhrenkht beleib, des geben wir ime disen Brief mit unsern Insigln. das ist geschehen, do uon Christes geburdt seindt gewesen dausent Jahr, zweyhundert Jahr undt aindzundt zwainzig Jahr.

Mon. boic. XV. pag. 4.

CCCCXXXIV.

1222. 13. März. Worms. — *König Heinrich VII. erklärt die Brüder Alramm und Albert von Hals und viele Andere in die Acht wegen Beeinträchtigungen des Bisthums Passau.*

Heinricus dei gratia *Romanorum rex* semper Augustus omnibus fidelibus suis presentem paginam inspecturis gratiam suam et omne

bonum. Ad uniuersitatis vestre notitiam presentis certitudine scripti cupimus peruenire, quod, cum ex instancia dilecti et familiaris principis nostri *G. electi Patauiensis* taliter in conspectu nostro fuisset data sententia, ut singulas causas tum aliis omnibus ecclesie sue factis in hoc ipse debeat inchoare articulo, in quo predecessorem suum illa constiterat dimisisse. Idem coram nobis querimonia deposuit de castris et malefactoribus quibusdam, quorum nomina subnotari fecimus, quod per eos circiter VI. M. Marcarum dampnificata sua esset ecclesia et petiuit, quatenus secundum indulgentiam cruce signatis a romana sede concessam ipsi iustitiam exhibere curaremus. Et hec omnia cum probabilibus legitimis testibus coram nobis, malefactores eosdem pariter et castra non obstante eo, quod in babaria terra non exstitimus, presertim tum crucesignatorum priuilegium hanc legem excludat, proscriptionis regie sententia iure coacti condempnauimus uniuersitatem vestram monentes atque firmiter mandando precipientes, quatenus illos similiter et castra ut nostros ac Imperii proscriptos persecutione vestra non cessetis omnimodis inpugnare. Hec sunt nomina eorum: *Alramus et frater eius Albertus de Hals, Albertus de Ode, Fridericus de Grub, Otto de Asenhaim, Engelboldus de Tragenrevte, Engelschalcus de Saechsingen, Heinricus de Prunste, Rapoto et filius eius de Heyzingen, Irnfridus de Gortsne, Duringus sagittarius, Nythardus* (et) *Marchardus de Tagenbach, Marchardus schell, Eberhardus de Aesenheim, Fridericus frater eius, Heinricus de Asnhaim, Ortwinus de Ylzstade, Hainricus murator, Rudegerus pademe, Chunradus de Aentznchirichen et Tymo frater eius, Leo de Rogolfing, Marthelo de sweiber, Albero de Phaffsteten, Egelbertus de Hierzpach, Engelbertus de Sweitzenpach, Albero de Fronsteten, Heinricus de Hohenwart et frater eius Chunradus, Hainricus de Chirichperg et item Hainricus et Ruegerus frater eius Hainricus de Fraunreyt, Albero de Muterna, Hainricus de Schonstain, Fridericus Lucho, Chunradus de Ebergozesperig, Engelbertus de Raechenwinzperg, Item Albertus de Ewergaesenzperg, Ortolfus de Tandorf et frater eius Heinricus, Wanungus sagittarius, Chunradus de Tufstat, Heinricus Fuzab, Heinricus de Tobel, Lienhardus, Heinricus, Alramus, Heinricus, Walchunus sagittarii de Vttendorf, Heinricus de Cherfenstain et frater suus Chalhohus, Lienungus et Walchunus de Ruzdorf, Pilgrimus de Ostenholtz, Wolframus de Ochsenpach, Hartmannus* (et) *Dietherus de Viechtenstain, Ortolfus*

de Rutingen et frater eius Vlricus, Albero de Grantperg, Rugerus de Nyndlingen, Hermannus Ponsider. Hec sunt Castra: *hals, Schonstain, Rotenwerch, Newnhawsen, Fiechtenstain, Marspach, Johenstain.* Acta sunt hec apud *Wuermatiam* III. ydus Martii, Indictione X. presentibus *Syfrido Moguntiensi Archiepiscopo, Ottone herbipolensi episcopo, Chunrado Cancellario Motinensi* (Metensi) *et Spirensi episcopo, Heinrico Wurmacensi episcopo, Ludwico Comite de Wirtenwerch, Wernhero de pondlande* et aliis pluribus.

Mon. boic. XXXI. I. 510.

CCCCXXXV.

1222. 17. Juni. Enns. — *Das Kloster Gleink verkauft dem Kloster St. Nicolaus bei Passau seinen Keller sammt Zugehör am Kirchhofe der heil. Maria zu Enns.*

IN nomine sancte et indiuidue trinitatis Amen. *Pilgrimus* dei gracia *abbas in Glůniche* Notum facimus cunctis Christi fidelibus, quod nos communi et beniuolo consensu omnium fratrum nostrorum *lapideum cellarium* nostrum cum ipsa area et cum altero domate horrei nobis inutilia in Cimiterio *ecclesie s. Marie Anesi* vendidimus *ecclesie sancti Nycolai Patauie* in manu domini *vlrici* eiusdem *ecclesie tunc prepositi* pro XV. solidis tali condicione, ut eidem ecclesie in ius perpetue proprietatis, sicut et nos possedimus, permaneat firmiorque amicicia inter nos et eos deinceps persistat. Quod ut omni euo ratum et inconuulsum permaneat, fecimus hanc paginam inde conscribi et sigillo nostro communiri et nomina burgensium, qui interfuerant, adnotari. Testes dominus *Otakarus Decanus, Guntherus filius eius, Hermanus tobhach, Herman wöluel, Leubman, Heinricus Rusticus, Dietricus sůchsherf, Heinricus de Lantzenperg, Eberhardus carpentarius, Chůno ecclesiasticus.* Et hij de familia *s. Nicolai Heinricus miles, Walther, Eberhart zwinse, Heinricus slehte, Ludwicus monachus* et alij. Actum est dominice Incarnacionis Anno M° CC° XXij. XV. kalendas Julij in *cymiterio ad sanctam Mariam.*

Aus einem Pergament-Codex sec. XIV. der königlichen Bibliothek zu München.

CCCCXXXVI.

1222. 5. Juli. Passau. — *Gebhart, Bischof von Passau, beurkundet einen Vergleich zwischen dem Kloster St. Nicolaus und dem Dechant zu Enns bezüglich auf die bei der Kirche der heil. Maria (Maria Anger) bei Enns eingehenden Opfer.*

IN nomine sancte et indiuidue trinitatis *Gebhardus* dei gracia *Patauiensis episcopus* dilectis in Christo fratribus *Ulrico preposito* eiusque successoribus canonice substituendis et *Capitulo sancti Nycolai* et *Otacharo Decano**) eiusque successoribus canonice substituendis imperpetuum. Ne lites ex litibus oriantur aut ea, que fuerint preuia racione salubriter decisa, valeant a posteris propter obliuionem in iudicium denuo reuocari, ea, que inter homines geruntur, merito scriptis autenticis commendantur. Huius rei gracia uobis uestrisque successoribus in futurum prouidere cupientes decisionem controuersie, que super obuencionibus *ecclesie sancte Marie aput Anasum* site inter uos est habita, presenti pagine commendamus. Siquidem cum prefixus fuisset partibus dies peremptorius ab *abbate de Alderspach* et eius coniudicibus, quibus cognicio cause a Romano fuerat pontifice demandata, per viros discretos et honestos pro bono pacis actum fuit, quod partes in arbitros compromiserunt sub pena XXX. librarum, quibus in die ad arbitrandum prestituto pariter conuenientibus examinacione prehibita diligenti in presencia prepositi et prefati *Decani anasensis* sunt arbitrati, quod quecumque res mobiles seu se mouentes sev immobiles, quocumque nomine censeantur, hoc est siue denarij siue cerei siue casei siue animalia siue predia siue domus siue quelibet res alie in missa in Pentecosten uel in Natiuitate sancti Johannis baptiste uel in Assumpcione beate virginis uel alio quocumque tempore, quo populus aliarum plebium illuc pro deuocione conuenerit, offerentur, decano siue ipsius successori, *Custodi sancti Nycolai* siue ipsius uicario, si vicarium ipsum contingeret habere, in duas partes equa proporcione bona fide diuiderentur, quarum vna decano siue ipsius successori reliqua *custodi sancti Nycolai* siue ipsius nuncio absque omni cederet diminucione, Denarij uero ante missam, prout cuique ipsorum a populo in manus offerentur, accipiencium absque vlla diuisione permanerent. Quod cum ad ipsius capituli

---

*) Am Rande steht von späterer Hand: „anasensi“.

sancti Nycolai noticiam peruenisset, Capitulum se nimis enormiter lesum per tale arbitrium racione ultimi articuli asseuerabat Ideoque propter ipsius contradictionem arbitrium in publicam formam non fuit redactum nec consensu chori Patauiensis roboratum, cuius erat tum ex forma compromissi tum propter absenciam Dyocesiani (sic) Episcopi tunc in ultra marinis partibus commorantis Auctoritatem et robur sue ratihabicionis impertire. Demum uero partibus in inuicem concordantibus arbitrio stare decreuerunt Vltimo articulo immutato ita uidelicet, ut quecumque res mobiles seu se mouentes seu eciam inmobiles, quocumque nomine censerentur, siue ante missam siue in missa siue post missam siue circa vesperam in supra notatis sollempnitatibus seu temporibus offeruntur, Decano predicto siue ipsius uicario, *Custodi sancti nycolai* siue ipsius vicario, si et ipsum vicarium contingat habere, omnes bona fide in duas partes equa proporcione diuidantur et singule singulis, prout premissum est, bona fide absque diminucione tribuantur. Porro priuilegium sancte memorie *Altmanni Episcopi Patauiensis*, quod supra dictam ecclesiam ad luminaria *ecclesie sancti Nycolai* ab ipso traditam manifeste declarat cum omni utilitate tam in oblacionibus quam in areis et censualibus super iure proprietatis ipsius ecclesie tantum in suo robore integrum et saluum permaneat, in omni utilitate tam oblacionum quam aliarum obuencionum prorsus innouato quantum, ut premissum est, secundum huius pagine tenorem omnis utilitas in diuisionem uenit bona fide. Ad ultimum uero coram nobis conparentibus Preposito et capitulo per se et *decano anasensi* per suum nuncium munitum litteris rati habicionis et mandati nobis humiliter et instanter supplicauerunt, quatinus premissam decisionem nostra dignaremur auctoritate confirmare. Presentibus igitur et consencientibus Dominis de *choro Patauiensi* auctoritate, qua diuina gracia largiente fungimur, confirmamus et presentis scripti patrocinio conmunimus eandem Statuentes, ut siqua parcium huic pagine temere uoluerit contraire, iuxta quod premissum est, alteri parti XXX. libras Wiennensis monete persoluat nullius obstante contradiccione. Et ut in nulla sui parte presens pagina possit uacillari aut ab ullo successorum inposterum calumpniari, nostrum sigillum et *chori Patauiensis* et parcium sigilla eidem fecimus apponi. Datum *Patauie* anno domini M.CC.XXII. Indiccione decima, iij. Nonas Julij, Pontificatus nostri anno primo. Huius rei testes sunt *Otto Decanus Patauiensis*, *Chalohus*, *Magister Heinricus zobelinus*, *Eberhardus*

de Jahenstorf, Chrafto, Eberhardus de Faeuhtenpach Canonici Pataulenses, Magister Dietricus, Guntherus plebanus de Lozperch, Magister Einwicus.

Aus einem Pergament-Codex sec. XIV. in der königl. Bibliothek zu München. — Hund—Gewold, II. 560 (edit. Monac.), mit der falschen Jahreszahl 1230.

CCCCXXXVII.

1222. 14. Juli. Passau. — *Gebhart, Bischof von Passau, bestätigt die alten Rechte der Stadt Eferding.*

In nomine domini *Gebehardus* dei gratia *Pataulensis episcopus* omnibus Christi fidelibus presentibus et futuris In perpetuum. Quia nostra interesse dinoscitur, ut utilitatibus omnium ecclesie nostre pertinentium hominum sollicitudine paterna prospicere debeamus, hinc est, quod ad presentium noticiam et ad futurorum memoriam cupimus peruenire, quod licet *cives ciuitatis nostre Euerdingen* in solutione mvte apud *Patauiam* ciuitatem nostram hoc ius ex antiquo habuerint, quod ipsi ciues Patauienses habere noscuntur, quia tamen ita factum est propter antiquitatem temporis, quod ius idem per dies aliquod est subtractum eisdem, uolumus atque statuimus innouantes, quatenus prefatj ciues de Euerdingen in ipsius solutione mvte de propriis rebus suis sicut et hactenus cum ciuibus Patauiensibus pari gaudeant gratia atque iure. Preterea elucescere cupimus uniuersis hanc paginam intuentibus, quod ipsa ciuitas Everdingen hoc etiam iure gaudet, ut omnes aduenientes recipiantur atque seruentur ibidem preter eos tantum, qui manifeste furtum secum afferunt seu rapinam neque ibj eiciendus aliquis est proscriptus, nisi interdicatur ibj primitus uel ipsius inibj proscriptio publice nuncietur. fur quoque siquis in ciuitate captus fuerit, de ciuitate, sicut est cinctus cingulo, debet dari. Siquis uero ciuium proscriptionem meruerit, hic est in ciuitate seruandus, quousque absolutionem obtineat per satisfactionem debitam de commissis; sed et id cunctis manifestandum duximus, quod de *curua aha* usque *Tratwerde* aduocatia ad nostram omnimodis spectat ecclesiam et de nauibus in hoc, quod dicitur Stechreht, nos et successores nostri habemus iudicium ut in foro. Vt igitur ista permaneant inconuulsa, presentjs priuilegij paginam conscribj et conscriptam nostri impressione sigillj fecimus consignarj testium, qui interfuere, nominibus subnotatis. Hij sunt testes: *Hadmarus de wesen, Livtoldus de Sauerstetin, Pilgrimus et Waltherus fratres de Tanneberch*

et alij plures. Datum apud *Patauiam* II. Idus Julij Anno dominj M. CC. XX. II. Indictione decima, Pontificatus nostri anno primo.

Mon. boic. XXIX. II. pag. 330.

CCCCXXXVIII.

1222. 5. September. Botzen. — *Ludwig, Herzog von Baiern, gibt dem Bischofe von Passau die Grafschaft im Ilzgau wieder zurück.*

Lodewicus dei gratia Palatinus rehni et Dux Bawarie Omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis Salutem in domino. Ad uniuersitatis uestre noticiam cupimus peruenire, quomodo domino nostro *Patauiensi episcopo Comitiam in ylskeu*, cuius termini ab *ylsa* usque ad *inferiorem Muhelam* protenduntur, eam uidelicet, quam ipse dominus episcopus nobis concessit, ea sibi ex resignatione nostra ab imperio concessa et etiam priuilegio confirmata nec pariter cum filio nostro resignauimus sub huiusmodi libertate, ut a *Comite Perngero* atque ab aliis omnibus, siqui forsan fuerint, eum super ipsa impetentibus illam ei iuris ordine tueamur, pro quo facto et ipse nobis Quingentas Marcas dabit ad festum beati Jacobi in proximo aduenturum. Ad huius etiam soluende nobis pecunie certitudinem firmiorem ex officio suo *Possenmvnster* et de bonis suis in *Sulzbach* nobis et filio nostro ad LX. libras in annuis redditibus lege huiusmodi obligauit, ne quicquam nunc infra festum beati Jacobi ex illis percipere debeamus, sed si talem nobis pecuniam adhuc forsan ipse distulerit, bona eadem nobis obligata cum omni usufructu tytulo pignoris tamdiu possidebimus, donec ipse ante idem festum Jacobi ea duxerit redimenda. Vt igitur factum huiusmodi consistat perpetuo inconuulsum, presentem paginam nostro atque domini nostri *Frisingensis episcopi*, qui eidem interfuit, sigillo signatam prefato domino nostro episcopo exhibuimus testium nominibus subnotatis. Hii sunt testes: *Vlricus Comes de Vote, Perhtoldus de Allenuelt, Chunradus Comes de Moseburch, Chalhohus Comes de Chirichperch, Alrammus de Halse, Perhtoldus de Schiltperch, Leutoldus de Owa, Otto Fuz, Vlricus de Scrouenhousen, Chunradus de Baierbvnne, Chunradus de Frivndesperch, Guntherus de Giesenpach, Ysenricus de Waldeche, Otto de Johanstorf* et alii quam plures. actum *Bozani* Nonis Septembris anno domini Millesimo CC. XX. Indictione VIII.

Mon. boic. XXVIII. II. pag. 297.

CCCCXXXIX.

1222. 1. October. Catania. — *Kaiser Friedrich II. ernennt den Propst Heinrich von Ranshofen zu seinem Caplan und nimmt das Kloster in seinen besondern Schirm.*

Fridericus Dei gracia Romanorum Imperator semper Augustus et Rex Sicilie Universis fidelibus suis per Imperium constitutis omne bonum. Fidelitati vestre volumus esse notum, quod nos adtendentes prudenciam et honestatem H. *prepositi de Ranshoven* fidelis nostri ipsum in dilectum Capellanum recepimus et tam personam ipsius quam omnia bona, que in presenti habet vel in futuro dante Domino poterit adipisci, sub speciali nostra et Imperii suscepimus protectione districtius inhibentes, ne quis eum in persona vel rebus suis contra protectionis nostre tenorem molestare aut perturbare presumat. Quod si presumpserit, indignationem nostri culminis se noverit incursurum. Datum *Cathanie* Kalend. Octobris Indictione XI.

Mon. boic. III. 331. — Confer. loc. cit. XXX. I. 113.

CCCCXL.

1222. 7. December. Wien. — *Schiedspruch des Herzogs Leopold VII. zwischen dem Kloster St. Florian und der Witwe Otto's von Ancinberg wegen eines Weingartens.*

L. dei gratia *dux austrie ac stirie* omnibus christi fidelibus Amen. Vniversorum christi fidelium noticie presentium testimonio declaramus, quod contentio, que uertebatur inter prepositum de *domo Sancti Floriani* ex una parte et inter *Agnetem filiam Heinrici de Brvnne viduam Ottonis de Ancinperge* ex altera super quadam vinea et agris iuxta *Ancinperge* sitis, in presentia nostra coram multis nobilibus et prvdentibus viris per amicabilem conpositionem taliter est sopita, videlicet quod prepositus cum pleno consensu sui capituli iam dicte vidue predictam vineam et agros ad tempus vite sue concederet sub annua pensione LX. denariorum in festo S. Mychaelis persoluenda tali interposita condicione, quod si vidua predicta statutam pensionem certo tempore persoluere negligeret, ipsa teneretur preposito soluere bannum, videlicet LX denarios, qui tunc super vineam et agros computentur. Vt autem talis conpositio in posterum firma et inconuulsa constaret, prepositus vidue et vidua preposito super predictis literas testimoniales suis sigillis munitas traderet

continentes nomina testium, coram quibus predicta conpositio facta fuerit. Nos igitur premissam conpositionem ratam habentes super eius confirmationem presentem paginam iussimus conscribi et sigilli nostri inpressione muniri. Huius rei testes sunt *Heinricus de Brvnne, Rvodolfus de Potindorf, Otto tvrs, Hadmarus de Svnneberch, Wichart de Arnstein, Chvonrat de Arberch, Hvgo tvrs, Chvorat* (sic) *de Schoenneowe, Otto de Perhtolstorf, Meinhart de yuzinstorf, Livtolt de hohinstovffe, Otto de werde, Volricus de Chirchlingen, Uolricus de Radvne, Dietricus et Goetfridus de Wienen, Rvodolfus de ancinperge, Heinricus (nagili) de ancinperge, Fridericus (vultur) de wezmanstal, Ernsto de hvntsheim, Vlricus (puer) de chvnigisprvnne, Ortolfus de acinbrvke, Volricus filius eiusdem Ortolfi, Wolfkerus purchgravius de Gors, Goetfridus senior et Goetfridus ivnior de Preitenwidae, Wido de wienen, Helmwicus de Griezze.*

Acta sunt hec in *Wiena* Anno ab incarnatione domini MCCXXII. VII. Idus Decembris *apud Scotos.*

Original mit Siegel, im Archive des Kl. St. Florian. — Stülz, Geschichte von St. Florian, 301.

CCCCXLI.

1222. Wels. — *Leopold VII., Herzog von Österreich, übernimmt die Vogtei des Stiftes Lambach.*

Levpoldvs dei gratia *dux austrie* et *styrie* In perpetuum. Qvia perversitas malignorum et materia jvrgiorum oblivio factis hominum bene Gestis solet Plurimvm adversari, ea, que piis locis de fauore principum provenivnt ad commodum et profectum, debent non inmerito scriptvre remedio perhennari. Hinc est, quod nos ad noticiam singulorum cupimus pervenire, quod nos de consilio magnorum nostrorum cum *ecclesia Lambacensi* pro totis ivribus, que de fundatione sua in *civitate vvelsa* libere possidebat, convenimus sub hac forma pacem terre sperantes exinde multipliciter profuturam. Dedimus eidem ecclesie redditus viginti talentorum perpetuo possidendos et tam abbas quam fratres ipsius monasterij proprietatem et omnia ivra, que habere in civitate predicta non solum in theloneis sed et iudiciis noscebantur, nostris manibus concorditer obtulerunt a nobis et nostris heredibus sine contradictione qualibet possidenda. Qvia vero sepedicta ecclesia aduocatie libertatem per aliquantum temporis postea expetebat a nobis, nos eam postulantibus abbati et fratribus

antedictis libero animo indulsimus tali modo, quod ipsi nobis nominatos viginti talentorum redditus redderent et plenarie resignarent. Quod jpsi in presentia nostrorum nobilium faciebant. Remisimus igitur monasterio memorato quamlibet pensionem, exactionem et alia quelibet seruitia, quocumque nomine censeantur, que nobis poterant vel possent ex aduocatia ipsius *monasterii in Lambach* in bonis, redditibus quibuscumque et hominibus provenire nil vtilitatis de hiis omnibus preter solum nomen aduocati nobis aut nostris heredibus reseruantes exceptis triginta talentis vsualis monete nostre camere singulis annis de cetero persoluendis hoc nichilominus addito et presenti pagina irrevocabiliter confirmato, quod hec eadem aduocatia per nos vel heredes nostros ad alienas manus numquam in perpetuum conferatur sed in nostris seu heredum nostrorum manibus irretractabiliter maneat eo modo, quo prediximus, duratura. Vt autem hoc presens concambium et nostra gratia liberalis nulla possit infirmitatis molestia deprauari, sub adnotatis testibus duximus facti seriem prelibati per appensionem nostri sigilli vere confirmationis gratia roborandam. Testes huius rej sunt hii: *Hermannus comes de Ortenburch*, *Wilhelmus comes de hevnburch*, *Otto camerarius*, *Hartnidus de Ort*, *Herrandus de vrildonia*, *Perhtoldus dapifer de Emberberch*, *Hadmarus de Chunringe*, *Irnfridus de hintperch*, *Albero de Pollenheim*, *Ditricus de Puhel*, *Henricus de hage* et *Siboto frater suus*, *Ditricus pramhase*, *Eberhardus de Angesicz*, *Hermannus Rughalm*, *Ditmarus iudex de welsa*, *Leo civis* et alii plures. Datum apud *Welsam*. Acta sunt hec anno domini M° CC° XXII° feliciter. Amen.

Original auf Pergament mit Siegel, im Archive des Klosters Lambach. — Kurz, Beiträge, II. 450.

CCCCXLII.

Circa 1222. — *Dietrich von Pühel und Adelheid seine Gemalin stiften eine tägliche Messe in der heil. Dreifaltigkeits-Capelle zu Lambach.*

✝ C. In nomine sancte et indiuidue trinitatis Ego *Ditricus de Puhel* et *uxor* mea *Adelheidis* ministeriales ducis *Austrie et Styrię* labentis mundi huius et uitę transitiuum ac subitaneum considerantes decursum, cum nullius successionis fungeremur herede, pro hereditate regni cęlestis ac nostrorum remedio parentum uerum et pro salute dominorum nostrorum uidelicet ducis Austrię et suorum successorum tradidimus potestatiua manu *monasterio in Lambach predium*

nostrum in *Puhel* uidelicet *curiam in Puhel* et curtem adiacentem et quidquid in concambio recepimus in *Puhel* pro curte, quam eidem ęcclesię tradidimus, et *predium in hage* et *porz* et *utental* et *chazbach* et *uineam in alhoch* cum suis attinentiis et curte. Hanc autem donationem ea fecimus ratione, ut in loco, ubi sepultura habetur pię memorię fratris mei *Chunradi de Puhel*, construatur de conmuni sumptu uidelicet domni abbatis et nostri capella in honore sanctę et indiuiduę trinitatis, ubi cottidie missa fiat et de reditibus illis sacerdoti illi, qui ibi diuina celebrabit cottidie, poculum uini et panis albi preter suam administretur prebenda. Preterea tradidimus eidem monasterio *predium apud Euerdingen*, quod libere et potestatiue possedimus, tali conditione, ut dies annua constituatur nobis et parentibus nostris eo die, quo ego et uxor mea decesserimus, et de reditibus illius predii fratribus administretur et pauperibus et uolumus, ne abbas in eodem predio aliquam sibi presumptionem usurpet preter reditus et steuram et ne aliqua occasione a loco *lambacensi* alienetur. Tradidimus etiam prefato monasterio omnes nostrę proprietatis homines ad censum v denariorum exceptis his, qui sunt militaris conditionis. Volumus etiam, ut huius donationis nostrę aduocatiam nemo sibi usurpet, quia ipse rex regum et dominus dominantium, cui hanc nostri iuris uotiue obtulimus donationem, nullo super se eget defensore. Sin autem diuina ordinatione a domino heredem acceperimus, uolumus, ut huic heredi totum predium predictum libere et potestatiue iure cedat proprietatis excepto *predio in Alhoch* scilicet uinea cum suis attinentiis et curte et ea *curte apud wels*, quam ab abbate susceptam tenemus, quę sine omni contradictione monasterio in lambac iure debet cedere proprietatis. Uolumus etiam, ut si capella predicta nobis superstite constructa non fuerit, *predium apud euerdingen* ad medietatem sumptus in huius operis cedat consummationem. Siquis autem hanc nostram traditionem infringere attemptauerit, cum datthan et abyron perpetuę subiaceat dampnationi. Hec ut in ęternum rata permaneant, testimonio subscriptorum roborantur. *Heinricus* et *Siboto frater eius de hage, Ditricvs pramhas, Eberhardus Ansiez, Ditmarus Gugrêl, Chunradus lau, Vlricus schonpuhel, Ditricus, Chunradus phaphindorf fratres, Ulricus Chrotindorf, Marchwardus Puhel, Heinricus, Otto Camerarius, Hartungus, Chunradus de Swaige fratres, Walchun, Reinolt, Herrandus Hornarn, Otto Pellifex, Rudegerus, Fridericus de Haunpretign fratres, Eberhardus preco,*

Arnoldus, Chunradus preco, Alrammus, Heinricus preco, Gundrammus preco, Ditricus nemorarius, Ulricus schober plebanus de otespach, Leutoldus de afnan, Dietmarus Posach, Hermannus Rughalm, Snello, Dietmarus oven, Reingerus Gatring.

Original auf Pergament, mit den zwei Siegeln des Ausstellers und des Abbtes von Lambach, im Archive des Klosters Lambach.

CCCCXLIII.

1223. 29. März. Lateran. — *Papst Honorius III. bestätigt die Schenkung Dietrich's von Pühel an das Kloster Lambach.*

HONORIUS episcopus seruus seruorum dei Dilectis filiis *Abbati et Conuentui de Lambac* Salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur, quod iustum est et honestum, tam uigor equitatis quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Eapropter dilecti in domino filii uestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, possessiones, homines et res alias Monasterio uestro a Nobili uiro *D. de Puhel* pro salute anime sue pia liberalitate collatas, sicut eas iuste et pacifice possidetis et in litteris inde confectis dicitur plenius continerj, uobis et per uos eidem Monasterio auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio conmunimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere uel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum *Lateranj* iiij kalendas Aprilis Pontificatus nostri Anno Septimo.

Original auf Pergament mit Bleibulle, im Archive des Klosters Lambach.

CCCCXLIV.

1223. 24. April. Gleink. — *Ekbert, Bischof von Bamberg, bestätigt die Schenkungen seiner Vorfahren, der Bischöfe Otto I., Engelbert und Otto II., betreffend die Käserau bei Windischgarsten und andere Güter im Garstenthale an das Kloster Gleink.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis patris et filii et spiritus sancti amen. *Ekkebertus* dei gratia *babenbergensis Ecclesie Episcopvs* vniuersis christi fidelibus tam presentibus quam futuris hanc paginam inspecturis gratiam in presenti et gloriam infuturo. Offitii

nostri ratio postulare uidetur, ut profectus et honor ecclesiarum dei nostra pia sollicitudine ad melius instauretur, hoc toto mentis conamine considerantes vniuersitati fidelium christi presenti scripto pandimus, quod nos ob venerationem diuinorum festum sancti pasche in dilecto nobis *Monasterio Glůnik* constituti et humane tractati spe eterne glorie et jnteruentu sancti Andree Apostoli donauimvs et confirmauimus eidem Monasterio *Siluam* quandam jn *windischgersten* sitam, que *Chaiserawe* nuncupatur terminis istis veris et legitimis euidenter expressis, videlicet a *monte W̊rchogel* in vno latere montis ipsius directim per uallem usque ad *montem Langwat* secundum descensum pluuíalis aque per totam *Aĕgyam* usque *jn Tyecha* Et a *monte Langwat* secundum descensum rivi et vallis ipsius montis usque *jn Tyecha* descendentia, Et a *fluvio Tyecha* usque ad *Sebach*, Et per *riuum Sebach* sursum usque ad *Stagnum* et ipsum stagnum, dequo nomen sumpsit der *Sebach*, Et a stagno sursum usque ad *lacum Laẘen*, et a *Laẘen* usque per fontem, Et a fonte per rupes, que dicitur *Torsteine*, et a *Torsteine* sursum usque ad *willdense* Et a *willdense* usque in *pirnse* deorsum, Et a *pirnse* secundum descensum *rivi Tyecha* directim per totum *montem Swerzenberch* jnfra et Supra, culta et jnculta Cum alpibvs usque ju *Sebach*. InSuper alterum montem, qui dicitur *Gůlich* et *Salinam*, que in ipso est, et omnia hinc et jnde ex latere montis undique iacentia, Et supra ipsum *montem Gĕlich* Siluam totam cum omni vtilitate, qve ibi nunc est aut perpetuo fieri poterit. Conferimvs etiam et roboramvs ipso die dicto Monasterio trans *flumen Tampach* jn *uilla Gersten* duo *predia Mansum Gozilay venatoris an der ẘre* cum proximo pheodo sibi adiacenti. Que omnia a venerabilibus Episcopis Scilicet a Sancto *Ottone* Et *Eigilberto et Secundo Ottone* et aliis antecessoribus nostris eidem Monasterio donata perspicatibus (sic) relegimus instrvmentis. Illud etiam concedimus, ut omnes nostri tam ministeriales quam alij cuiuscumque nominis ab ecclesia nostra beneficia inpheodo uel subiure hominij habentes potestatem habeant dandi, mancipandi, Cambiendi vel quoquo modo Sepedicto *Monasterio Glĕnicensi* libere tribuendi possessiones, predia, Mancipia, benefitia, decimas Sev quelibet dona tam jn Siluis quam jn agris, quatenus eis et nobis fiat in celis eternorum retributio. Item conferimus predictis fratribus, vt jn omnibus nostris alpibus et locis sua pecora et greges liberam pascendi habeant potestatem. Volumus etiam et firmiter Statuimus obSeruandum, vt nullus judicum Sive

Officialium Ecclesie nostre aliquam potestatiuam Exactionem Sev jurisdictionem jnquibuscumque Memorati Monasterii prediis, possessionibus, hominibvs liceat aliqualiter Exercere. Item omnes possessiones et alia, que *Monasterium Glŏnicense* a nostra Ecclesia possidet uel inperpetuum habere poterit, Sub defensione principis terre consistant. Ipse vero dictus princeps terre propter deum fideliter defendat et protegat dictum Monasterium sine omni conmodo temporali. Vt autem istud nostre donationis factum robur semper obtineat firmitatis nec ab aliquo successorum nostrorum ualeat irritari, presentem paginam fecimvs conscribi et Sigilli nostri Munimine iussimus insigniri Omnem hominem, qui ipsam violare presumpserit, Excommunicationis uinculo jnnodantes, Si semel aut bis conmonitus emendare noluerit. Testes autem horum sunt, *Pertholdvs Abbas de gersten*, *Marquardus decanus Ecclesie babenbergensis*, *Liupoldus Rinsmŭel*, *Albero Capellanvs*, *Volradus notarius*, *Eberhardus Capellanus*, *Livpoldus medicus*, *Chŏno dapifer*, *Heinricus de strithperch Camerarius ipsius Episcopi*, *Tyrolfus magister coquine*, *Glismŏt*, *Sifridus*, *Svnlin venator*, Familia ipsius Episcopi, *Guntherus plebanus in hag*, *Chunradus valerianvs*, *Erchenpoldus sacerdos in hag*, *Otto*, *Ditricus*, *Ortolfus fratres de volchenstorf*, *Pertholdus dapifer de Emberberch*, *Vlricus de valchenberch*, *Otto de Ror*, *Albero de pollenheim*, *Gvndacherus*, *Ditmarus fratres de Styre*, *Vlricus de marbach*, *Ditmarus miles de hagwalde Cum filiis suis Friderico*, *Heinrico*, *Ditmaro*, *Ottacherus privhauen*, *Marquardus de Adelwanch*, *Albero holzman*, *Heinricus de Tŭrsendorf*, *Heinricus*, *Otto fratres jn Zŏcha*, *Otto*, *Rŏdigerus fratres de chlingelbrvnne*, *Ditmarus do Schatowe*, *Otto de alben*, *Chunradus decimator in hag*, *Et filius suus Otto*, Et alii quam plures. . . . . .

Datum apud Monasterium Sancti Andree Apostoli *jn Glvnick*, Anno dominice InCarnationis Millesimo Dvcentesimo Vicesimo Tertio. Ordinationis nostre anno vicesimo Secvndo, InDictione vndecima, VIII° Kalendas Maj. Eodem etiam die duo altaria consecrauimus In ipsa *Ecclesia Glŏnich*, jn dextra abSide altare Sancti Nicolay, In Sinistra vero abside altare beatissime Marie Magdalene.

Original auf Pergament mit Siegelresten, im Archive zu Gleink. — Kurz, Beiträge, III. 331. — Hormayr, Werke, III. 444.

CCCCXLV.

1223. Enns. — *Abbt Pilgrim von Gleink verleihet der Hausfrau des Heinrich, genannt Scheck, und ihren beiden Söhnen Chunrat und Ulrich das Gut auf dem Eigen und eine Wiese an der Erla zu Leibgeding.*

Pilgrimus Dei Gratia Glunicensis Ecclesiæ Abbas notum facimus vniuersitati fidelium, quod nos cum consensu fratrum nostrorum et consilio prudentium virorum concessimus Domine Gertrudi Vxori Henrici Schekhen eiusque duobus filijs Conrado videlicet et Vlrico quandam decimationem prædij, quod uocatur super aigen, et pratum sita prope riuum Erla ad quinque denarios in Altare S. Mariæ annuatim persoluendos Sub tali conditione, ut post mortem ipsorum ad Ecclesiam sine contradictione redeat, ipsa autem decimatio Ecclesiæ diu retenta vsui non fuerat, si non Domino cooperante eam fratrum vsui remancipauimus. quod uero ita (ut?) firmum permaneat, paginam istam inde conscribi et sigillo nostro fecimus roborari fratrum et testium nominibus subnotatis. Nomina fratrum Ekwertus, Alramus, Conradus, Wernherus, Livtoldus, Vlricus, Rudolphus, Arnoldus, Henricus, Rudolphus, Constantinus, Wilboldus. Testes Rupertus Judex, Rudolphus Priuhouen, Walchundus officialis, Hugo der Gerwar, Otacherus filius eius, Dietricus, Chunradus, Durinchus die Grossgullen, Vlricus fuchs, Vlricus de Pache, Henricus de Dirnbach (sic, ternperch?) Henricus de Have, Tymo filius Starchandi, Albero Holzman, Wolfframus, Vlricus, Conradus Khuee, Berthold Schecke, Vlricus der Methe (Metze?). Chunradus Seruus Priuhouen, Marquart de Pache, Chunradus Faber officialis Chunradus de Hoffstetten, Englschalckus et alij quam plures. Factum est Anesij in Domo Gebhardi Twechlarij Rudperto Judice et Rudolpho Priuhouen Tunc aduocato adstantibus Anno Incarnationis Christi Millesimo Ducentesimo Vigesimo Tertio, indictione Christi (sic*) et scripta sunt duo paria, in quorum medio maiores litteræ expressæ inueniuntur.

Aus einem Copialbuche sec. XVII. zu Gleink.

---

*) Wahrscheinlich stand im Originale xi, was der Copist für Christi las.

CCCCXLVI.

1224. 29. Februar. Passau. — *Gebhart, Bischof von Passau, bestätigt dem Kloster Lambach das Eigenthum und den Besitz der Zehente von Neugereuten zu Grünach.*

C. In nomine sancte et indiuidue trinitatis *Gebehardus* dei gratia *Patauiensis episcopus* In perpetuum. Quia non solum memoria sed et uita hominum breuis esse dinoscitur et inconstans, pium et salutiferum credimus in domino nobis esse, ut siquam pietatis gratiam ecclesiis seu religiosis personis curauerimus exhibere, hanc et ipsis, ut stabilis permaneat, scripti nostri munimine confirmemus. Quocirca elucescere cupimus presentibus et futuris, quoniam, cum a uenerabilj fratre nostro *Ottone abbate de Lambach* exigeremus priuilegium super decimationibus *noualium in Grvenach*, quas idem abbas ad monasterium suum asseruit pertinere, et ille super hiis non priuilegium sed uiuj testimonij probationem offerret, nos ad recipiendam audiendamque probationem suam huiusmodj diem constituimus, ut expediebat eidem. Ad quem dum esset peruentum, ipse abbas in presentia nostri conparens per testes (fide) dignos idoneosque probauit, quod uidelicet felicis recordationis *Theobaldus pontifex* predecessor noster predictam decimationem ipsorum *noualium in Grvenach*, cum adhuc inculta fuerant, pro parte maiori dicto *monasterio Lambach* primo tradidit libere et donauit nulla donatione seu traditione de ipsis decimationibus facta prius ullj ecclesie ulliue persone, presertim cum et ille locus quasi solitudo tunc fuerit nec aliquarum terminis ecclesiarum asscriptus, et eas quidem XX. annis uel amplius prefatum monasterium plena pace possedit, donec illarum possessio de uiolentia quorundam fuit ei sublata. Testes quoque, per quos sunt ista probata, omnibus hiis factis presentialiter affuerunt. Nos igitur considerata et intellecta probatione sua tam legitima tam idonea super illis, utpote qui unicuique ecclesie in conservatione iuris suj adesse cupimus, ut tenemur, huiusmodj donationem decimarum in ipsis *noualibus Grvenach* factam tam rationabiliter tamque iuste innouare curamus, easdem decimas memorato *monasterio Lambach* pleno iure donantes et donatas hujus priuilegii pagina sigillj nostri impressione munita potestatiue, ut expedit, confirmantes omnemque anathematizantes hominem, qui hanc donationem nostram seu confirmationem infringere uel ei presumpserit in aliquo contraire. Omnibus igitur ipsam seruantibus sit pax et salus in domino gaudia felicitatis eterne feliciter adepturis.

Hujus rej testes sunt *Vlricus Cobertel archidiaconus, Chunradus de sancto Valentino, Albertus de Possemvnster, Siboto canonicj Pataviensis, Vlricus scobrius canonicus Frisingensis, heinricus plebanus de Taufchirchen, Otto sacerdos de sancta Maria, Hademarus pincerna de Wesen, Pilgrimus dapifer de Tanneberc, Livtoldus de Sauerstetin, heinricus de Merswanch, Albertus de Pernsteine, Chunradus spisære et sororius eius Chunradus, Fridericus de Rænna, Eberhardus de Vfhoven, hezelo de Rivte, Vlricus de Pvhele, Meinhardus de Alhartingen et filius suus heinricus, Wernhardus de Prambach, Wernhardus de hage* et alij quam plures. Actum *Patauie* in Stupa nostra II. Kalendas Martij, Anno dominj M°CC°XX°IIII°, Indictione XII°, Pontificatus nostri anno II°

Original auf Pergament mit Siegel, im Archive des Klosters Lambach.

CCCCXLVII.

1224. 10. Mai. Gleink. — *Revers des Abbtes Pilgrim zu Gleink wegen eines Mansen im Dorfe Guthsarn, worüber früher zwischen dem Kloster und Hiltegim, des Herzogs Leopold Küchenmeister, ein Streit bestand.*

† In Nomine Sanctæ et Indiuiduæ Trinitatis Amen. Pilgrimus Dei Gratia Abbas in Gluniche Cunctis Christi fidelibus in perpetuum. Notum facimus uobis, qualiter decisa est lis, quæ fuit inter nos et inter Hiltegimum Magistrum coquinæ Ducis in Enstal pro quodam Mansu sito in uilla Guthsarn, sic autem ex consilio Domini ducis Liupoldi ipsa lis terminata est in gainharn, quando Nos cum communi consilio omnium Fratrum nostrorum eundem Mansum concessimus Hiltegimo de steinæ prædicti Hiltegimi Filio scilicet et posteritati suæ ad censum uiginti denariorum Frisensium (sic) in die Sancti Georgij annuatim persoluendorum sub tali conditione, ut, dum inter Pentechosten præfixamque diem non dantur, totidem denarij superaddantur et Abbas Jus concedendi habeat, dum hæredes defecerunt, ad Ecclesiam redeat. Et ne factum istud a successoribus nostris aut ab aliquo infringatur, præsentem paginam inde conscriptam sigillo communiuimus nominibus Fratrum nostrorum, qvi consenserunt, nominibus testium, qvi interfuerant, subnotatis. Nomina Fratrum: Ekebertus, Alramus, chunradus scholasticus, Wernherus custos, liutoldus, Vlricus, Rudolfus, Henricus, Arnoldus, Henricus, liutoldus, Constantinus,. Rudolfus, Wilboldus. Nomina testium: Dominus Dux Liupoldus, perhtoldus dapifer de enberberch, Albero Pincerna de grimmenstein, Henricus

Camerarius de Tribanswinchel, liutoldus de affnanch, liutoldus de Parawe, Alramus phiecholb, Ernestus de Aspach, HartWicus de Apteie, Ortolfus de Egendorf, Hobato (sic) et cholo et alij, Wolfram de puhlarn, Wernherus de Tiuel, Chunradus Crempel, Richerus de Vorcha, chuno seruus eius, Liutoldus de raensherch (?), Harting de polenpach, Henricus de talffeimen (talheimen?), Kunradus de Kirchdorf, Chunradus Wegscheide. Actum est in gleinch sexto Idus Maij, Anno Dominicæ Incarnationis Millesimo Ducentesimo septuagesimo (durchstrichen und darüber geschrieben quadragesimo) Quarto, indictione Duodecima, Austriæ et Styriæ secundo Liupoldo præsidente scriptumque est in duo Paria ac alfabetum in medio maioribus litteris descriptum.

Aus einem Copialbuche sec. XVII. zu Gleink. Die Urkunde ist sehr schlecht copirt. Auch das Jahr 1244 kann nicht gelten, Indiction, des Herzogs Regierungszeit und die mit der Urkunde Actum Ens 1223 gleichlautenden Namen der Conventualen weisen auf das Jahr 1224.

CCCCXLVIII.

1224. 14. Juni. Krems. — *Gütertausch zwischen Herzog Leopold VII. von Österreich und dem Kloster Gleink, wodurch dieses statt seiner Besitzungen in der Riedmark und vor dem Böhmerwalde andere in Unterösterreich erhält.*

†. In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen *Leupoldus* dei gratia *dux austrie et stirie* omnibus christi fidelibus inperpetuum. Liquet nos a deo creatore temporali dignitate prelatos ad hoc, ut promotionibus sacrarum ecclesiarum satagamus nos exhibere paratos ad ipsius honorem, per quem reges regnant et principes dominantur. Hinc est, quod notum esse uolumus omnibus hanc litteram inspecturis, quod dilectus et familiaris noster *Pilgrimus abbas Glvnicensis cenobii* et conuentus loci eiusdem beniuolo et conmuni consensu nobis predia sua cambiuerunt omnia uidelicet ante *Boemicum nemus* et in *Riedmarch* in diuersis locis posita magis nobis quam ipsis profutura, ipsum etiam nemus usque ad terminos *Boemie* cum omni prorsus utilitate, que ibi nunc est aut ibidem fieri poterit. Nos autem uersa uice in cambio dedimus dictis fratribus et *ecclesie Glvnicensi predia* nostra in *Austria* sita apud *Mvzlik* loco, qui dicitur *Rvttaren* et *Sewaren* et item *Rvttaren* cum omni utilitate et iure instituendi et destituendi taliter, ut ipsa predia prorsus sint libera ab omni oppressione uel exactione iudicum sev aduocatorum et iudicia quarumlibet

causarum, que ibi emerserint, in abbatis manu terminanda consistant hoc excepto, si fur vel aliquis reus sanquinis ibidem deprehensus fuerit, cingulotenus tradatur iudici rebus omnibus eiusdem malefactoris integraliter remanentibus ecclesie memorate. Coloni quoque eorundem prediorum tam in nemoribus quam in prediis omnino idem ius habeant, sicut sub nostro dominio habuerunt. Statuimus etiam firmiter, ut nulli successorum nostrorum liceat aduocatiam eorundem prediorum alicui infeudare sed principes terre tantummodo ea absque omni utilitate sed pro mercede perpetua semper protegat et defendat (sic). Preterea supperaddimus dictis fratribus in cambio, ut de uictualibus eorum nec uectigal nec theloneum aut tributum nec aliqua exactionis species per aquam descendentibus aut ascendentibus aliquatenus requiratur. Hec autem facta sunt presente et consentiente domino nostro *Ekeberto Babinbergensi episcopo*, ad quem ius fundi in prefato cenobio dinoscitur pertinere. Preterea eidem ecclesie respectu eternorum aliam gratiam indulsimus et *siluam* nostram cytra *anesum* et *Styre* ubique ac utrimque (?) ad usus tantum necessarios et proprios licenciauimus sub conditione specialiter sic excepta scilicet, ut nullatenus aliquid ex ea uendant uel alienis tribuatur Sed quibuscunque domi egeant, id est ad edificia, ad uineas uel ligna, ad ignes sev ad quaslibet iustas et necessarias proprietates. Hec omnia sub nostra licencia et pace ubique in silua nostra sine omni censu et precio uel tributo fideliter accipiatur. Quam clementie nostre largam licentiam eis antea dudum dederamus. Sed *nunc in publico et tam famoso ministerialium conuentu* denuo renouauimus et confirmauimus. Et ut factum huiusmodi robur semper optineat firmitatis, ne ab aliquo successorum nostrorum ualeat irritari, presentem Kartam conscribi fecimus et sigilli (sic) nostro roborari. Testes *Heinricus filius ducis Levpoldi, Chunradus comes de Hardeke, Otto de Lengebach ratisponensis ecclesie aduocatus, Heinricus et Wernhardus fratres de Schovmberch, Vlricus de Beka, Vlricus de Valchiberch, Hademarus* et *Heinricus fratres de Chunringen, Vlricus marschalcus de Valchenstein, Rudolfus de Potendorf, Heinricus de Zebingen, Hademarus de Sunnenberch, Kadoldus de Veldisperch dapifer, Hademarus de Ernestprunne, Otto de Perhtoldistorf, Yrenfridus* et *Vlricus fratres de Hymperch, Leupoldus pyncerna de Molanstorf, Heinricus camerarius de Tribanswinchil, Chunradus dapifer de Arberch, Wikardus de Arenstein, Hermannus de Chranechperch,*

Albero pyncerna de Grimmenstein, *Perhtoldus dapifer de Emberberch*, *Otto de Ror*, *Albero de Pollenheim*. *Vlricus de Marbach*, *Heinricus filius Ottonis de Traberch*, *Gundakarus filius Duringi de Styra*, *Gundakarus filius Gundakari de Styra*, *Gotfridus de Offenberch*, *Chunradus de Hohenuelsse*, *Eberhardus nobilis de Slezilberch*, *Chuno dapifer Babinbergensis episcopi*, *Heinricus camerarius de Stritperch*, *Tyrolfus magister coquine Babinbergensis* episcopi, *Otakarus Privhauen*, *Rudolfus forstmagister de Styra*, *Duringnus* (sic) *de Schachen*, *Dietricus de Sperchsteten*, *Heinricus de Wasen*, *Dietmarus de Schatowe*, *Syfridus de Nezilbach*, *Otto de Alben*, *Marquardus de Adilwanch*, *Otakarus de Slierbach*, *Vlricus de Zyerberch*, *Wernhardus de Wizzenberch*, *Vlricus de Grunenburch* et alii quam plures. Acta sunt hec in *Crems* in ecclesia sancti Viti XVIII. kalendas Julii, Anno incarnationis dominice M°CC°XX°IIII° Indictione XII. per manum *Leupoldi Notarii* nostri felycyter amenN.

Original auf Pergament mit Siegel, im Archive zu Gleink.

CCCCXLIX.

1224. 14. Juni. Krems. — *Tauschvertrag des Herzogs Leopold von Österreich mit dem Kloster Gleink um dessen Güter vor dem Böhmerwalde und in der Riedmarch, und anderer im Ensthale, gegen Güter des Herzogs in Österreich bei Muzlich in den Ortschaften Reutern und Sebarn.*

†. Innomine sancte*) indiuidue trinitatis. Amen. *Livpoldus* secundvs dei gratia *dux Austrie* et *Stirie* omnibus christi fidelibus imperpetuum. Liquet nos a deo creatore temporali dignitate prelatos ad hoc, ut promotionibus sacrarum ecclesiarum satagamus nos exhibere paratos ad ipsius honorem, per quem reges regnant et principes dominantur. Hinc est, quod notum esse uolumus omnibus hanc litteram inspecturis, quod familiaris noster *Pilgrimus abbas glvnicensis cenobij* et conuentus loci eiusdem beneuolo et conmuni consensu nobis predia sua cambiuerunt, omnia uidelicet ante *Boemicum nemus* et in *Riedmarch* in diversis locis posita magis nobis, quam ipsis profutura. Ipsum etiam nemus usque ad terminos *Boemie* cum omni prorsus utilitate, que ibi nunc est aut ibidem fieri poterit et alia predia *in Enstal* apud *uillam Ruprehtingen* in monte sita nobis similiter

*) Hier fehlt „et".

cambiuerunt. Nos avtem uersa uice in concambjo dedimus dictis fratribus et *ecclesie glvnicensi* predia nostra in *Austria* sita apud *Mēzliche* loco, qui dicitvr *Rētarn* et *Sewarn* et item *Rētarn* cum omni utilitate et iure instituendi ac destituendi taliter, ut ipsa predia prorsus sint libera ab omni oppressione vel exactione iudicum sev aduocatorvm et iudicia quarunlibet causarum, que ibi emerserint, in abbatis manu terminanda consistant, hoc excepto, si fur vel aliquis reus sanguinis ibidem deprehensus fuerit, cingulotenus tradatur iudici, rebus eiusdem integraliter remanentibus ecclesie memorate. Coloni quoque eorundem prediorum tam in Nemoribus, quam in aruis omnino idem ius habeant, sicut sub nostro dominio habuerunt. Statuimus etiam firmiter, ut nulli successorum nostrorum liceat aduocatiam eorundem prediorum alicui infevdare, sed princeps terre tantummodo ea absque utilitate pro mercede celesti defendat. Preterea superaddimus dictis fratribus in cambjo, ut de uictualibvs eorum per aquam ascendentibus, scilicet de XV. carradis uini et frumenti XXX. modiis maioris metrete uectigal aut exactionis ulla species in perpetuum non requiratur. Hec avtem facta sunt presente et consentiente domino nostro *Ekeberto babenbergensi episcopo,* ad quem ius fundi in prefato cenobio dinoscitur pertinere, sicut per ipsius patet sigillum, quod huic pagine est appensvm. Et ut factum huiusmodi robur semper optineat firmitatis nec ab aliquo successorum nostrorum ualeat irritari, presentem cartam conscribi fecimus et domini nostri *E. babenbergensis episcopi* et *nostro* ac *fratrum* sigillis ipsam uolumus roborari. Testes. *Heinricvs filivs ipsivs ducis. Chůnradvs comes de hardekke, Otto ratisponensis ecclesie aduocatus, Heinricus et Wernhardvs de schonberch, Vlricus de peka, V̊lricus de valchenberch, Hadmarus, Heinricus fratres de Kvnringe, V̊lricus marsalcus de valchenstein, Rōdolf de potendorf, Heinricus de zebinge, Hadmarus de sunneberch, chadoldus dapifer de veltsperch, Hadmarus de ernsprvnne, Irnfridus et ōlricus fratres de hinperch, Livpoldus pincerna de Molanstorf, Heinricus camerarius de tribanswinchel, Chůnradus dapifer de arberch, Otto de perhtolstorf, Albero pincerna de grimenstein, Perhtoldus dapifer de emberberch, Hermmanus de chranchperch, Otto de rôr, Albero de pollenheimen, V̊lricus de mårbach, Gundacher filius duringni, Gundacher filius gundakari de Stire, Otakerus, Rudolf fratres prvhavenen, Durinch de shachen, Heinricus de wasen, Dietricus de sperchsteten, Dietmarus de*

shatâwe, Sivridus de nezilpach, Marquardus de adilwanch, Otaker de slirbach, Ůlricus de Zirberch et alii . . . . .

Acta sunt hec in *Chremse* in ecclesia S. Uiti, Octauo decimo Kalendas Jvlij, Anno incarnationis dominice M. CC. XX. IIII. Indictione XII^a feliciter. Amen.

Original auf Pergament, im Archive zu Gleink. Von den an dieser Urkunde befindlich gewesenen drei Siegeln ist das zweite (das des Klosters Gleink) verloren gegangen, und die beiden übrig gebliebenen, nämlich das des Bischofs Ekbert von Bamberg und des Herzogs Leopold, sind beschädigt. — Kurz, Beiträge, III. 335.

CCCCL.

1224. 1. August. Passau. — *Conrad, Graf von Wasserburg, gelobt eidlich, vom Schlosse Viechtenstein aus die auf der Donau Reisenden nicht ferner beschweren zu wollen.*

In nomine domini Ego *Chunradus Comes de Wazzerburch* confiteor me per fidem datam in manus dominorum meorum uenerabilium *Eberhardi Salzburgensis archiepiscopi, Ekkeberti Babenbergensis* et *Gebhardi Pataviensis episcoporum* et *Livpoldi illustris Ducis Austrie et Stirie* atque per iuramentum prestitum confirmasse, ut de *Castro meo Viehtenstein* atque per memetipsum, per ministeriales, castellanos et homines meos in aqua scilicet in *danubio* uiator aliquis siue nauta siue nauis aliqua per predam siue per aliam qualemcunque causam iniuste nunquam de cetero molestetur. Et quidem ad hoc iuramentum inuiolabiliter obseruandum castrum meum prefatum vihtenstein cum omnibus, que infra fluuium, qui dicitur *Salzzah*, habere dinoscor, dominis meis G. uenerabili Patauiensi episcopo et L. illustri Duci Austrie et Stirie pro Mille marcis tytulo pignoris obligaui, uidelicet sub hac lege, quod ministeriales et castellani mei iam fideliter iurauerunt, ut, si contra prefatum iuramentum meum in ipsa aqua uel in eius uia forte aliquis fuerit per predam offensus et hoc debite ego non emendauero infra IIII. septimanas, cum hoc michi uel per predicti domini mei episcopi uel domini mei Ducis litteras seu nuntios fuerit intimatum, ipsi ministeriales et castellani mei idem abinde ad sex ebdomadas castrum in potestatem eorundem dominorum meorum scilicet episcopi et Ducis omni occasione remota sub forma obligationis predicte assignabunt, quod castrum et ipsi tunc cum omnibus, que predixi, tytulo pignoris pro mille marcis libere debent possidere. Sed et hanc obligationem si a festo beati Martini proximo infra anni

spacium per manum et consensum uxoris mee necnon et per consensum uel litteras *Rapotonis Palatini et fratris sui Comitis Heinrici de Ortenberch et Gerhardi Comitis de Hirzperch* non confirmauero, idem castrum cum prefatis bonis omnibus prefatorum dominorum meorum, scilicet episcopi et Ducis pro mille marcis cessante contradictione qualibet pignus erit. Ad maiorem quoque cautelam dominorum meorum principum, qui huic rei interfuerunt, Sigillorum et mei similiter impressione sigilli feci et optinui consignari. acta sunt hec *Pataui*e in Kalendis augusti anno domini M. CC. XX. IIII. Indictione XII. Presentibus dominis meis *Eberhardo Salzburgensi Archiepiscopo, Ekeberto Babinbergensi episcopo, Rapotone palatino Bawarie, Alberto Comite de Bogen, Chunrado de Plaien, Perngero Comite de Lewenberch, Heinrico et Wernhardo nobilibus de Scovnberch, Werngando de Rumtinge, Hademaro et Heinrico de Chunringen, Rudolfo de Putendorf, Vlrico Strevnone, Wergando, Hermanno de Chranhperch, Ottone de Berhtoldestorf, Hademaro de Wesin, Livtoldo de Sauerstetin, Ottone de Morspach, Ottone de Johanstorf, Heinrico de Merswanch, Heinrico de Torringen, Wernhardo de Sigenheim, Wernhero de Anzenchirchen, Chunrado de Steineinchirchen* et aliis pluribus. Hii subscripti pro me Comite iurauerunt: *Heinricus de Waldeke, Albertus de Grantperge, Heinricus de Grauendorf, Sifridus de Hademarsah, Otto de Chlafpach, Dietherus officialis.*

Mon. boic. XXVIII. II. 305. — Hormayr, Archiv, 1828, 143.

CCCCLI.

1224. — *Das Stift Kl. Neuburg gestattet dem Stifte St. Florian, einen Acker zu Widnich in einen Weingarten umzuwandeln mit Vorbehalt des Zehents.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis omnibus in perpetuum amen. Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris, quod ego *Walthervs Niumburgensis prepositus* cum consensu *Heinrici decani* et tocius Capituli domino *Pernhardo preposito domus sancti Floriani* et suo conuentui contuli *agrum in Widnich* continentem in quantitate mensuram unius ivgeris et medii, ut exstirpatis fruticibus ipsum excolat et insertis uitibus uineam enutriat subhac pensione, ut singulis annis pro iure montis in festo beati Michahelis VI persoluat solidos et semel in anno intersit placito, quod pro iure montis habetur, et

inmunis non erit in decima debite persoluenda. Id igitur factum nostrum, ut indissolubile permaneat sigilli nostri caractere roboramus.

Huius nostri decreti sunt testes sacerdotes *Wisento, Livtwinus, Waltherus, Heinricus, Heinricus, Engelbertus, Prunricus, Eberhardus, Albero, Cůnradus goltstæin, Cůnradus, Heinricus de Radvn, Herbordus, Marquardus, Heimo, Cůnradus, Heinricus, Albertus. Diacones Ůlricus, Rubertus, Heinricus, Diepoldus, Cůnradus, Arnoldus, Otto, Livpoldus, Ůlricus, Wernherus* et alii plures. Acta svnt hec Anno incarnacionis domini M°CC°XXIIII° Indictione XII.

Original auf Pergament mit Siegel, im Archive des Klosters St. Florian.

CCCCLII.

1225. 5. Mai. Passau. — *Gebhart, Bischof von Passau, beurkundet einen Vergleich zwischen dem Kloster St. Nicolaus bei Passau und Siboto und Ortolf von Chuchendorf wegen des Gutes Winkel in der Pfarre Grieskirchen.*

†. *Gebhardus* dei gratia *pataviensis* Episcopus vniuersis christi fidelibus hanc Cartam inspecturis Salutem in domino. Sciant cuncti fideles in domino tam presentes quam futuri, quod controuersia inter dilectos nobis fratres *Ůlricum* prepositum et conventum *sancti Nycolai patauie* ab vna parte et *Sibotonem* militem et filium eius *Ortholfum de Chuchendorf* ab altera parte super quodam predio in parrochia *Grizchirchen* in loco, qui dicitur *Winchil*, posito diu habita ita demum coram nobis et choro nostro de consensu parcium decisa fuit, quod dictus Siboto idem predium, cum sit proprietas ecclesie sancti Nycolai, a manu ipsius prepositi accepit tantum ad uite sue tempora possidendum sic utique, ut dimidium talentum monete in eadem prouincia tunc datiue annuatim soluat conuentui sancti Nycolai in festo sancti Andree, renunciante quoque penitus ibidem filio suo predicto Ortholfo in manum prepositi coram nobis actioni et litigio, quo licet iniuste pro eodem predio ecclesiam apud S. Nycolaum tunc et in futuro uoluit aggrauare. Adiunctum etiam fuit in eadem conpositione, quod ante dictus miles Siboto ad melioracionem talis predii tam in edificiis quam cultura omnimode intenderet et ad placitum prepositi uenire non omitteret tempore presignato. Vt autem talis contractus ratus tantum ad dies memorati Sibotonis permaneat, cum ipsum predium sine alicuius contradictione post mortem suam libere ad ecclesiam sancti Nycolai cum omni vtilitate redire debeat, duo paria literarum

inde conscribi et nostro Sanctique Nycolai sigillo fecimus conmuniri vno ipsorum Sibotoni assignato, reliquo ad sanctum Nycolaum in facti memoriam reseruato. Actum hoc est in maiori ecclesia *Patauie* in vigilia sancti Johannis apostoli ante portam latinam anno ab jncarnatione domini M.CC.XXV. Indictione XIII. Testes autem huius facti sunt: De choro *Chvnradus decanus*, *Chunradus Thvmpharrer*, *Eberhardus oblagarius*, *Albertus de Chnollo* (?). *Heinricus et Herbordus fratres sartores*, *Růdolfus*, *Heinricus sartor*, *Albertus probstil*. De sancto Nycolao *Heinricas miles*, *Waltherus*, *Sifridus*, *Richardus*, *Vlricus hovinger*, *Magister Einwicus*. *Reinbertus canonicus Ardacher*, *Otto plebanus de Otartschirchen*, *Ortholfus de hvcingen* et alii quam plures.

Original auf Pergament mit Siegel, im königl. bairischen Reichs-Archive zu München. — Mon. boic. IV. pag. 332.

CCCCLIII.

1225. 16. Juni. Straubing. — *Ludwig, Herzog von Baiern, bewilligt, dass seine Vasallen ihre Lehengüter dem Spitale am Pührn vermachen dürfen.*

†. In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. *Lodewicus dei gratia Palatinus comes Reni et dux Bawarie* cunctis Christi fidelibus imperpetuum. Constat liquido ex sacre scripture preconio, quod altissimus in regno hominum dominatur et, quemcumque uoluerit, super illud constituet, digne ac fideliter administrantem ad celum saluandum sustollet, sinistre autem agentem ignibus inferni cruciandvm in uoluet. Hinc nos accusante conscientia anxiatj medullitus tabescimus, quia contra tantam potestatem nos in multis reos cognoscimus, sed de eius incomprehensibili misericordia confisi spem gratie eius prestolamur, vnde notum esse uolumus cunctis Christi fidelibus tam futuris quam et presentibus, quod nos respectu diuine miserationis et sancte dej genitricis Marie pro remedio animarum patris nostri *Ottonis* atque dilecte matris nostre *Agnetis*, tum etiam ideo, quia tanta est prerogatiua ac excellentia bawarice dignitatis, cui clementia dei presidemus, ut res atque possessiones suas, cui et ubj uoluerit, potestatiue distribuat, exiguum fructicem pietatis fecimus in nouum hospitale sancte Marie, quod situm est in pede montis cognominatj *pirn* positi in ualle dicta *Windiskegaersten*, que interiacet asperrimis montanis ultimis Noricorum partibus conterminis et ex iure fundi *babenbergensi* ecclesie subiectum comprobatur. Et fecimus non

precipiti animo sed sedula admonitione domini nostri *Eberhardi Salzpurgensis archiepiscopi* cum beneuolentia et consensu optimatvm bawarie, qui nobiscum de pace prouincje tractantes in *Strûbinge* aderant et licitum ac bene esse meritorium censebant possessiones regni illis ecclesiis licite conferri, que ad babenbergensem ecclesiam spectare uidentur, quia et ipsa per regnum fundata eidem fideliter obsequi dinoscitur. cepta itaque prosequentes uobis in domino notificamus, quod nos cum consensu omnivm optimatum atque sub deuota adtestatione totius curie regni bawarie pium assensum nostrum et licentiam atque potestatem dedimus omnibus ministerialibus nostris atque alijs beneficia a nobis in feodo habentibus, predia ac beneficia atque possessiones suas cum omnibus fructuariis cultis, incultis, quesitis et inquirendis prefato hospitali libere conferre eandemque ecclesiam pauperum sedulam altricem ac ministram, prout uoluerint, prediis et rebus suis ditare, quatinus eis et nobis in districto Christi iudicio eternorum fiat retributio fidelis presbiter *Perhtoldus* eiusdem hospitalis prouisor ad optimates et maiores accedendo seduloque interpellando instantia deuoti laboris istud impetrauit. Et ne tale factum donationis nostre a successoribus nostris possit uiolari, paginam istam fecimus inde conscribi et sigillo nostro communiri testibus subnotatis: *Dominus archiepiscopus Eberhardus, dilectus filius noster Otto, Rapoto palatinus comes, Heinricus comes frater eius, Chûnradus sororius noster comes de wazerburch, Heinricus de lapide, Heinricus de randeke, Chalhoh comes de Kirchperch, Hoholdus de Wolndsa, Altmannus de abensperch, Livtoldus pincerna de awe, Ekebertus dapifer de ekemôle, Chunradus de Paierbrunne, Chunradus marsalcus de altorf, V̊lricus der chopf, Alhardus de prisinge, Hermannus marsalcus de losnaph, V̊lricus, Heinricus, Otto, fridericus de hôenheimen, Heinricus dapifer de celle, Heinricus magister coquine de pêrnblah, Poppo de gettolfinge, Vlricus filius eius* et alii multi liberi cum ministerialibus. Data in *Strôbinge*, ubi nos fauorabilem curiam rationabiliter indictam sollempniter celebrauimus XVI. Kalendas Julii, anno ducatus nostri xxx.viij. acta sunt hec anno dominice incarnationis m.cc.xx.v. jndictione xiij. Romanis imperante *friderico* II.° jn alamannia principante filio eius *Heinrico*, Regnante domino nostro iesu christo in eternum feliciter amen.

Original auf Pergament mit Siegel, im k. k. geh. H. H. u. St. Archive zu Wien. — Hormayr's Werke, III. 446.

CCCCLIV.

1225. Im August. Alife. — *Kaiser Friedrich II. gestattet dem Bischofe Eckbert von Bamberg, zu Frankenburg und Villach vierzehntägige Jahrmärkte zu errichten.*

Fridericus dei gratia Romanorum *Imperator* semper Avgustus et Rex Sycilie. Per presens scriptum notum fieri volumus vniversis Imperii fidelibus tam presentibus quam futuris, quod ad supplicationem *Ekkeberti* venerabilis *Babenbergensis Episcopi* dilecti principis nostri concessimus ei et eius successoribus in perpetuum facere fieri Nundinas In villa sua *Frankenmarket* et apud *villacum*, videlicet ut Nundine, que apud Frankenmark de concessione nostra statuta sunt, fient singulis annis Mense Septembri In festo beati Mychahelis quatuordecim diebus ante et diebus totidem post festum eiusdem, Nundine uero statute apud villacam (Villacum) fient (fiant) annuatim Mense Junii, festo scilicet beati Jacobi quatuordecim diebus ante et post festum eiusdem diebus totidem conseruande. Qvare vniuersitati uestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus nullus Princeps, Dvx, Marchio, Comes, Scultetus vel ministerialis, alta vel humilisve (sic) persona, ecclesiastica vel mundana contra presentis concessionis nostre paginam temere venire presumat, Quod qui presumpserit,. indignationem nostram se nouerit incursurum. Ad huius itaque concessionis nostre memoriam et stabilem firmitatem presens scriptum fieri jvssimus Sigillo Maiestatis nostre munitum.

Datum apud *Alisiam* Anno dominice Incarnationis Millesimo Ducentesimo vicesimo quinto Mense Avgusti terciedecime Indictionis Imperante domino nostro Friderico dei gratia Illustrissimo Romanorum Imperatore semper Avgusto et Rege Sycilie, Imperii eius Anno V^{to}, Regni uero Sicilie vicesimo octavo feliciter. Amen.

Mon. boic. XXXI. I. 523.

CCCCLV.

1226. 15. Mai. Lateran. — *Papst Honorius III. nimmt das Kloster Reichersberg und dessen Besitzungen, insbesondere die Kirche Münsteur in seinen Schutz.*

Honorius episcopus seruus seruorum dei Dilectis filiis preposito et Capitulo *Richersberge* Salutem et apostolicam benedictionem. Justis petentium desiderijs dignum est nos facilem prebere consensum et

uota, que a rationis tramite non discordant, effectu prosequente complere. Ea propter dilecti in domino filij uestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu personas uestras et locum, in quo diuino estis obsequio mancipati, cum omnibus bonis, que impresenciarum rationabiliter possidetis aut in futurum iustis modis prestante domino poteritis adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus. Specialiter autem ecclesiam *Monesture* uobis a bone memorie C. *Patauiensi* episcopo de Capituli sui assensu pia et prouida liberalitate concessam, sicut eam iuste, canonice et pacifice possidetis, uobis et per uos ecclesie uestre auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre protectionis et confirmationis infringere uel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Paulj apostolorum eius se nouerit incursurum.

Datum *Laterani* Idibus Maij, Pontificatus nostri anno decimo.

Original auf Pergament mit Bulle, im Archive des Klosters Reichersberg.

CCCCLVI.

1226 (?1225). 30. December. Salzburg. — *Eberhart II., Erzbischof von Salzburg, erklärt, dass, nachdem es bei seinem Erzstifte von Aufstellung eines Vogtes abgekommen, die Erzbischöfe selbst das Kloster Reichersberg schützen werden.*

†. In nomine sancte et individue trinitatis Eberhardus dei gratia salzburgensis archiepiscopus apostolice sedis legatus †. Omnibus presentem paginam inspecturis salutem et orationes in domino. Cum olim nobilis uir Wernherus de Richersberge in eodem loco in honore beati Michaelis fundauerit Monasterium conuentum ibidem canonicorum Regularium ordinando, proprietatem eiusdem fundi ecclesie Salzburgensi contulit sub hoc modo, ut eiusdem Metropolis principalis aduocatus prenominati Monasterij defensor esset non expectato pro defensione aliquo commodo temporali et inhibito ei et precluso, ne eandem aduocatiam posset alij infeudare, quemadmodum nobis constitit ex donationis autenticis instrumentis que postmodum per priuilegia felicis recordationis antecessorum nostrorum *Chůnradi, Eberhardi, Alberti* archiepiscoporum Salzburgensium confirmata fuerunt, quemadmodum in illorum scripturis autenticis reperitur. Uerum quia

Salzburgensis ecclesia nostris temporibus habere desiit aduocatum et ita per consequens prenominati Monasterij aduocatia et defensio ad nos inmediate dinoscitur pertinere, de consensu capituli nostri statuimus et etiam diffinimus, ut de cetero successores nostri, qui pro tempore fuerint, sint predicti Monasterii sine omni molestia et grauamine perpetuj et continui aduocati et ne aliis eandem aduocatiam seu in principali loco seu etiam in prediis paruis uel magnis eidem loco attinentibus aliquo alienationis tytulo debeant uel ualeant assignare etiam si ipsi successores nostri, quod non credimus, principalem ut quondam in suis reditibus habere uoluerint aduocatum. Ut autem hec nostre institutionis diffinitio nulla impietatis machinatione in posterum uioletur, sed in perpetuum firmissime conseruetur, hanc presentem paginam nostri sigilli impressione roboramus. Huius Rei testes sunt: *Albertus prepositus, Cůno decanus, Hoholdus custos, Ertfridus scolasticus, Albinus, Pertholdus, Heinricus, Pernhardus plebanus, Wernhardus, Sygardus, Ditmarus, Ulricus, Chůnradus Salzburgensis, Heinricus prepositus perthersgademensis, V̊lricus prepositus sancti Nycolai pataviensis, Engelbertus werndensis prepositus, Wernherus prepositus de solio, Heinricus plebanus de hydinich, Wezelo plebanus de Ottingen, Heinricus de Kessendorf* et alii quam plures de clero; *Gerhohus de Mattse, Chůnradus de chalheim, Eckardus de Tanne, Heinricus et Chůnradus de Trutlinchingen, Heinricus de Brůnning, Heinricus de Nůnkyrchen, Růdegerus de Perchæim Ministeriales Salzburgenses* et alii quam plures.

Data apud *Salzburch* III.° Kalendas Januarij Anno domini M.°CC.°XX.°VI.° Indictione XIIII.ª Pontificatus nostri Anno xx.^{mo} vi.^{to}

Original auf Pergament mit Siegel, im Archive des Klosters Reichersberg. — Mon. boic. IV. 430.

CCCCLVII.

1226. Passau. — *Conrad, Graf von Wasserburg, beurkundet, dass er das Schloss Viechtenstein und alles sein Eigenthum zwischen der Salzach und Enns, und von der Isar bis zum Böhmerwalde dem Bisthume Passau abgetreten habe.*

In nomine domini Amen. *Chunradus dei gratia Comes de wazeburch* omnibus in perpetuum. Quomodo generatio preterit et generatio aduenit, consuetum expediens est et utile, ut ea, que sunt digna posterorum memorie commendari, in euidens sui roboris argumentum

scripturarum debeant testimonio confirmari. Hinc est, quod ad cunctorum tam futurorum quam presentium noticiam cupio peruenire, quod, cum ego Chunradus comes de wazzerburch temporibus domini *vlrici* pie recordationis *Patauiensis quondam episcopi* essem cruce signatus uxore legitima adhuc carens castrum meum *vihtenstein* cum omnibus proprietatibus ipsi castro attinentibus et subscriptis possessionibus eidem episcopo domino Vlrico uidelicet nomine Patauiensis ecclesie contuli et donaui et hoc confiteor. Postmodum uero processu temporis uxorem legittimam cum duxissem *Chvnegundem* nomine, idem castrvm vihtenstein etiam huic donaui, siquidem tamen robur ea donatio habere poterat iam secunda, presertim cum prioris donationis priuilegium isti contradiceret et obstaret, Deinde domino *Gebhardo Pataviensi Episcopo* existente et cruce signatorum passagio generali iam instante cum ex querimonia ipsius domini Gebhardi patauiensis episcopi pro dampnis suis et suorum antecessorum temporibus ecclesie sue illatis excommunicatus essem quampluries et proscriptus, tandem diuina instigante gratia ad proprium corcreuersus, ne eius, cuius signum dudum gestaueram minus dignus, pro tantis iniuriis dicte ecclesie irrogatis tremende ultionis super me gladium exspectarem, tam pro necessitate crucis quam etiam pro ipsius crucifixi reuerentia et amore, ad cuius me obsequium tunc accinxi, et ad resarciendum dicte ecclesie omnia sua dampna, grauamina, iniurias et offensas per me illatas dictum castrum vihtenstein cum omni meo patrimonio et proprietatibus eidem castro attinentibus et preterea omnia, quecunque habui a terminis illis ripe, que *Salza* dicitur, usque *anasum* et ab eo fluuio, qui vulgariter *Iser* dicitur, usque ad *nemus poemorum*, siue ea feodali tytulo a me quis possederit seu quocunque alio modo mea fuisse proprietas dinoscantur, ipsi Patauiensi ecclesie ita, ut hec omnia eius sint proprietas, per manum meam et uxoris mee pariter Chunegundis ea omni iuri, quod in eisdem bonis habuit aut habere uidebatur, libere ac uoluntarie renuntiante tam et ego quam et ipsa dedimus et contulimus possidenda in perpetuum pleno iure, maxime cum et ratione iuris cruce signatorum, quod tam domini pape quam et ipsius imperatoris auctoritas pro necessitate terre sancte omnibus cruce signatis concessit, hoc tempore donationem huiusmodi facere potuerim et de iure, quam etiam tam coram domino papa quam et imperatore iam predictis ipsi episcopo et sue ecclesie promisi et teneor confirmare. Facta est autem hec mea donatio tali lege, quod ego

Comes turrim in predicto castro vihtenstein cum duabus areis eidem turri adiacentibus, *Ortolfi* uidelicet *de Nodernbach* et *alberti Grantperger* cognomine cum quatuor hubis et omnibus eisdem areis attinentibus, que vulgo Bvrchhvotte dicuntur, in signum et euidens argumentum proprietatibus et gwerandie domino Gebhardo episcopo et Patauiensi ecclesie tradidi perpetuo possidenda Eo quoque promisso taliter et statuto, quod castellani eiusdem castri tam domino episcopo, quicunque tunc pro tempore fuerit, quam et mihi idem castrum iurabunt se debere fideliter obseruare, vigiles quoque et portenarii tam ab ipsius Episcopi sumptibus quam et a meis debent communiter procurari, qui et sibi et mihi de fideli eiusdem castri custodia iuramentum prestare tenentur. Reliquam uero partem castri sepius iam predicti preter turrim videlicet et prefatas duas areas cum omnibus prememoratis proprietatibus et possessionibus infra dictos terminos constitutis a domino Gebhardo episcopo recepi titulo feodi sub hoc pacto, quod, si diuina gratia me heredes concesserit habiturum, siue masculini siue siue (sic) feminini sint sexus, ipsi mei heredes idem etiam feodum ab eo, quicunque tunc patauiensis episcopus pro tempore fuerit, recipere debeant possidendum. Quibus meis heredibus, si me forsitan decedente prenominata mea legittima absque marito uoluerit pacifice commorari, prefatum feodum non ratione feodalis tytuli sed heredum meorum gratia ad uite eius tempora cum ipsis pariter possidebit. Si autem marito nubere forsan uoluerit, trecentas Marcas Patauiensis ecclesia sibi soluet, post quarum persolutionem ipsa predictis omnibus possessionibus renuntiare et ab eis penitus recedere ex tunc debet. Si uero, quod absit, me absque heredibus decedere contigerit, prefate mee legittime trecente tamen marce a patauiensi ecclesia persoluentur, que eadem portione recepta nichil prorsus iuris in omnibus sepedictis possessionibus hiis habebit Illo etiam promisso districtius et laudato, quod si ego et mei heredes castrum aut predictas possessiones, quas a patauiensi ecclesia me confiteor feodali tytulo possidere, aliqua arte turbauerimus dando, obligando aut infeodando uel alias quocunque alienationis genere a patauiensi ecclesia alienando omne idem feodum ipsi ecclesie uacare certissime ex tunc debet. preterea de his bonis quecunque infra supradictos terminos habeo obligata, taliter est laudatum, quod dominus patauiensis episcopus ea, quandocunque uoluerit, redimere debeat ita tamen, ut et mihi eadem reddantur pro pensione debita, cum

uoluero, redimenda. Item de castellanis, quicunque in predicto castro residentes fuerint, est statutum, quod per terram siue per aquam uenientes aut recedentes nequaquam debeant offendere, offendentes autem de communi sunt consilio remouendi. Pro tali igitur donatione castri, ministerialium, proprietatum, possessionum omnium predictarum dominus Gebhardus patauiensis episcopus mille et ducentas marcas patauiensis ponderis soluere mihi debet, Sexcentas in festo Georii futuro proximo, reliquas uero sexcentas in futura proxima ebdomada pentecostes. Ideo ter hec omnia centum libre patauienses pro hiis meo consilio sunt collate, vna etiam domus in patauiensi ciuitate mihi data, que a me est feodali titulo possidenda. Pro huiusmodi itaque pensione in supradictis mihi terminis persoluenda ego uersa uice firmiter hoc laudaui, quod eandem donationem ipsi ecclesie per me et uxorem meam factam per manum Salmann ante secundam solutionem debeam confirmare, quod si facere non potuero, antequam fiat ultima solutio, quicquod consilio domini Episcopi super hiis placuerit, ad hoc teneor faciendum. Confessus tum etiam et est uerum, quod mee singule tres sorores sepefato castro et proprietatibus iam dudum cum iuris sollempnitate, quod vulgo vurzihte dicitur, renuntiauerunt, quam etiam renuntiationem ut adhuc coram patauiensi episcopo aut suis procuratoribus confiteantur personaliter et eam esse ratam ante festum pentecostes futurum proximo curare teneor bona fide; verum si id effectui non potuero mancipare, renuntiationem tamen ab eisdem sororibus meis factam, ubicunque postulatum a me fuerit, siue coram iudicio aut alias sufficienter et ydoneis testibus debeo comprobare. Si uero tam crebra donatio prior uidelicet Episcopo Vlrico per me solum sub nomine ecclesie sue facta, secunda uero tam per me quam per manum uxoris mee domino Gebhardo patauiensi Episcopo iterata Robur, quod absit, obtinere non ualeat firmitatis, etsi in iure euicta fuerit, tunc pro predicta pecunia mille et ducentis marcis uidelicet et centum libris et domo patauie mihi data que omnia ante predictos terminos Patauiensis Episcopus michi dedit, tum etiam pro dampnis per me pataviensi ecclesie irrogatis ad plenum et in integrum resarciendis prenominatum castrum cum uniuersis possessionibus supradictis mea et uxoris mee manu pariter tytulo pignoris pro sex milibus marcarum patauiensi ecclesie obligaui ita, quod quicunque predictum castrum a memorata ecclesia euicerit, ipsi ecclesie in sex marcarum millibus teneatur, que, antequam idem castrum in suam possessionem

recipiat, persoluere prior debet. Pro huiusmodi autem donationis beneficio dominus Gebhardus Patauiensis Episcopus unacum uniuersitate sui chori et ministerialium ad fidem suam me et dictam meam coniugem et meos heredes, si quos per dei gratiam habiturus fuero, receperunt ita uidelicet, ut in nullis necessitatibus me et meos aliquatinus derelinquant, dummodo et ipsorum consilio in talibus agendis, que sunt magis ardua et in quibus forte ipsorum auxilium postulauero, eorum etiam prius in hiis consilio uelim uti. Quin immo et hoc data fide laudauerunt, quod me et mea pro ipsorum posse fideliter debeant defensare, vniuersitas quoque chori et ministerialium sacramento prestito confirmauit, quod domino Gebhardo Episcopo carnis debita exsoluente aut ab episcopali Kathedra recedente numquam in personam alterius Episcopi eligendi debeant conuenire, Quin idem, quod et ipsi iurauerunt, mihi et meis heredibus iuret pariter se in perpetuum fideliter inpleturum et uersa uice ego et mei heredes, si quos habiturus fuero, tenemur etiam eidem sacramento prestito confirmare, quod deuotione et fide a patauiensi ecclesia numquam aliquatenus separemur. Vt igitur hec omnia, prout in premissis articulis sunt expressa, Rata maneant, illibata ac penitus inconuulsa, testibus, qui eisdem factis intererant, subnotatis sigillorum munimine domini uidelicet patauiensis Episcopi et sui chori, meo quoque pariter appenso presentibus dignum ea duxi efficaciter roborare. Hii sunt testes: *Heinricvs tvmprepositus*, *Chvnradus decanus*, *Albertus comes de Ebersteine*, *Wernherus comes de Tiersteine*, *Willehalmus cantor*, *Chvnradus custos*, *Heinricus prepositus maticensis*, *Gotfridus archydiaconus*, *vlricus couertel archidiaconus*, *Eberhardus de Jahenstorf*, *Perhtoldus liber de Povmgarten*, *Chvnradus de sancto valentino archidiaconus*, *Albertus de Possemvnster archidiaconus* Canonici patauienses. *Dietricus de sancta agatha decanus*, *Rvgerus subcustos*, *Chvnradus seneca*, *Herrandus capellanus mei comitis de vihtenstein*, *Heinricus notarius* et alii quam plures de choro pataviensi clerici et sacerdotes. Ex laicis *comes Livtoldus de plaien*, *Heinricus de Povmgarten*, *wergandus de Rvomtinge*, *Albertus de Halse* Nobiles uiri. Ex ministerialibus patauiensibus *Hademarus de wesen*, *Otto de Morspach*, *Livtoldus de saversteten*, *Chvnradus de Heichenpach*, *Chunradus de valchensteine*, *waltherus et Pilgrimus fratres de Tanneberch*, *Otto de Jahenstorf*, *Otto de Possemovnster*, *Rihkerus de Slehdorf* et alii quam plures. Ex ministerialibus mei

comitis de vihtensteine *Ortolfus de Nordernpah*, *Albertus de Grantperch*, *Heinricus de Graevendorf*, *Hermannus Ponside*, *Ortolfus et vlricus fratres de Rvomtinge* et alii quam plures.

Datum *Patauie* anno Incarnationis domini M° CC° XXVI° Indictione XIIII. Anno pontificatus domini Gebhardi Pataviensis episcopi Sexto.

Mon. boic. XXVIII. II. 144.

CCCCLVIII.

1227. 19. April. Passau. — *Pfalzgraf Rapoto von Ortenburg übergibt als Salmann auf die Aufforderung des Grafen Conrad von Wasserburg das Schloss Viechtenstein dem Bisthume Passau.*

Rapoto dei gratia palatinus Comes Bawarie de Ortenberch et *Chunradus Comes de Wazzerburch* una cum uxore sua *Chunigunde* Omnibus imperpetuum. Nouerint uniuersi, quod ego Rapoto palatinus Comes Bawarie a Comite Chunrado de Wazzerburch et eius *uxore Chunigunde* pariter postulatus, ut donationem *Castri in Viehtenstein*, ministerialium atque aliorum hominum et omnium proprietatum eidem Castro attinentium, secundum quod in priori autentico super hiis condito expressum est, factam *patauiensi ecclesie* per manum meam, presertim cum et huius proprietatis Salamannus fuerim, sicut ipse Comes promiserat, confirmarem in Choro patauie sub distinctione illius iuris, quod uulgo Salamannesreht dicitur, ab ipsis ammonitus et rogatus prenominato Castro et omnibus eidem attinentibus, que per manum mei Salamanni idem Comes prenominate uxori sue ante contulerat eo iure, quod uulgariter Sal dicitur, a me accepto, licet ipse Comes et eius uxor liberum tunc habuissent arbitrium eandem Sal conferendi, cui uellent, uisum tamen quam plurimis est consultius, quod idem ius, quod Sal dicitur, in manus meas redderent et sic secundario per manus mei iterum Salamanni super altare sancti Stephani patauiensi ecclesie conferrent et robore donationis perpetue legando taliter confirmarent, quod et per me factum est. Et idem ego Chunradus Comes una cum uxore mea Chunigunde libere confitemur presentem paginam predicti Rapotonis palatini Comitis Bawarie nostri Salamanni et nostro Sigillo cum subscriptione testium, qui hiis intererant, confirmantes. Hii sunt testes: *Chunradus Decanus*, *Albertus Comes de Eberstein*, *Vlricus Gouertel Archidiaconus*, *Eberhardus de Johanstorf*, *Eberhardus Obleiarius*, *Chunradus de sancto Valentino*, *Chunradus*

Custos, Albertus de Possmunster Archidiaconus, Magister Waltherus Cellerarius, Vlricus de Sconleitten Canonici Patauienses. Ex ministerialibus patauiensis Ecclesie *Hademarus de Wesen, Leutoldus de Sauersteten, Otto de Morspach, Ulricus de Lonstorf, Waltherus de Tannenberch et Pilgrimus frater eius, Otto de Johanstorf, Otto de Possmünster, Ortolffus et Heinricus fratres de Waldekke, Albertus de Pernstein;* Ex ministerialibus Palatini *Chuno de Jetenbach, filius suus Albertus, Wernherus de Anzenchirchen, Ebo de Mos, Wernhardus de Rotow, Fridericus de Sigenheim;* Ex ministerialibus Comitis de Wazzerburch *Ortolffus de Norndernbach, Heinricus de Grauendorff, Albertus de Gramperch, Ortolffus de Laeiminge et frater suus Gerungus;* Ex nobilibus uero uiris hii interfuerunt: *Alrammus et Albertus fratres de Halse, Chunradus de Gern, Werngandus de Rumtinge, Heinricus de Poumgarten* et tam Clerici quam Laici preter hos quam plures. Actum *Patauie* Anno incarnationis domini M. CC. XXVII. Indictione XV.ª XV. Kalendas Maij.

Mon. boic. XXVIII. II. 322.

CCCCLIX.

1227. 11. Mai. Wien. — ***Schiedspruch, betreffend eine Streitigkeit über die Capelle zu Ternberg zwischen dem Kloster Reichersberg und den Brüdern Dietmar und Ulrich von Ternberg.***

Nos dei gratia *Waltherus abbas de Medlico, Vlricus Prepositus Sancti Nycolai et archidiaconus Austrie, Chuno decanus Salzeburgensis, Heinricus plebanus Wiennensis et Magister vlricus protonotarius ducis Austrie* arbitri sub pena quinquaginta librarum electi causam, que uertebatur inter Prepositum *Richerspergensem* nomine ecclesię suę ex una parte et *Nobiles de Ternberch Dietmarum et Vlricum* fratres ex altera super Capella *Ternberch* cum suis pertinentiis arbitraria iurisditione pena prescripta per subnotatos articulos de prudentum uirorum consilio terminauimus. Sunt autem hii articuli arbitrii, quod Capella de Ternberch remaneat in libertate, quam actenus habuit, Et nobiles*) habeant liberum ius presentandi clericum, cum uacauerit capella, Episcopo diocesano. Et idem clericus habebit baptisma et sepulturam tantum propriorum hominum, qui sunt in eadem uilla et in castro, et familię ipsius clerici. Item si nobiles residentiam

*) Hier ist das Wort „non“ radirt.

habeant in castro, omnes in pane eorum siue liberi siue proprii idem ius habeant, quantum ad baptisma et sepulturam, si eis placeat. Item custodes castri, qui non sunt proprii, et ipsorum seruitores et seruitrices spectabunt ad plebem *Pramberch*, Et ad scrutinium ueniant omnes generaliter, Et capella in castro officiabitur per plebanum de Pramberch uel cuj ipse conmiserit et idem plebanus habebit omnes decimas magnas et paruas et etiam personales, Et accusatos de familia in castro et in Ternberch in placito christianitatis coram plebano de Pramberch corriget clericus de Ternberc et emendabit. Et in reconpensationem istarum libertatum dabitur predium in certis reditibus ad dimidium talentum et isti reditus dabuntur ante festum Sancti Michahelis. Et si qua pars uenerit contra hoc arbitrium, dabit alteri parti quinquaginta libras. Et si reditus dimidii talenti non fuerint ante festum sancti Michahelis preposito uel plebano assignatj, conmittent idem nobiles penam quinquaginta librarum, Et utraque pars renunciauit omnibus instrumentis pro eadem causa impetratis. Vt autem hec nostra diffinitio ab omnibus nota et stabilis habeatur, presens pagina sigillorum nostrorum inpressione robur accepit. Acta sunt hec anno incarnationis domini M°CC°XXVII. Indictione XV^ta v jdus Maij jn ciuitate *Wienna* et in Carnario in presentia testium subscriptorum. Sunt autem hii: *Heinricus Tumprepositus Pataviensis,* qui et sigillum suum huic publico instrumento apposuit, *Engelbertus prepositus de Werde, Vlricus plebanus de sancto Andrea, Fridericus canonicus Salzpurgensis, Magister johannes plebanus de Perchirchen, Magister Chrafto, Hermanus nobilis de Chranichperch, Chunradus purcrauius de Ebental, Heinricus de Chrotendorf* et alii quam plures.

Original auf Pergament im Archive des Klosters Reichersberg. Die drei ersten Siegel verloren, drei andere hängen.

CCCCLX.

1227. 4. Juni. In der Au Raemnig. — *Spruchbrief Herzog Leopold's von Österreich und Steyer zwischen Propst Herrand von Waldhausen und Ulrich von Saxen über drei Höf (Lehen).*

In nomine domini amen. *Livpoldus* dei gratia dux *austrie* et *Stirie* omnibus presentibus et futuris salutem. Cum uniuersa negocia, ne tempore pereunte in humana pereant memoria, et uoce testium et scripture munimine soleant roborari, ad uniuersitatis uestre noticiam

cupimus peruenire, quod, cum inter uirum uenerabilem *Herrandum prepositum de walthusen* et *vlricum de Sæhsen* super tribus curtilibus, que uulgo dicuntur *lehen*, lis et controuersia uerteretur, nos de partis utriusque consensu eandem litem decidimus tali lege, quod dictus prepositus et ecclesia walthusen ex ipsis tribus areis unam meliorem nunc debet sibi recipere et pacifice possidere. Reliquas uero duas memoratus vlricus tenere ac possidere debet tantum ad uite sue tempora et eo defuncto nullus heredum suorum sibi iuris aliquid in ipsis areis uendicabit, sed ille aree ad ecclesiam walthusen libere et cum omni iure redibunt et ipsa ecclesia easdem in perpetuum pacifice possidebit. Vt igitur ista permaneant inconuulsa, nos presentem paginam ipsi ecclesie tradidimus nostri impressione sigilli, sicut et cernitur, confirmatam. Hujus rei testes sunt: *Hadmarus de Chunringen, vlricus de Marcbah, Otto de Ror, Irnfridus de Hintperch, wezelo iudex, Otto de Manneswerde, vlricus de Harde, Dietricus de Mitterberch et Chunradus frater suus, albero de Pruvelinsperge* et alii plures. actum in *augea Renninge* II Nonas Junij anno domini M°CC°XX°VII° Indictione XVII (sic).

Original auf Pergament mit Siegel, im Museal-Archive zu Linz.

CCCCLXI.

Circa 1227. 6. Juli. Passau. — *Gebhart, Bischof von Passau, erlässt dem Kloster St. Nikolaus bei Passau gewisse ihm zu zahlende Zinse von dessen Besitzungen bei Krems, welcher Schenkung der Priester Manegold mit dem Zunamen: Bischof, noch 6 Schillinge beifügt, damit des Bischofes Jahrtag im Kloster gefeiert werde.*

In nomine domini. Noscant uniuersi Christi fideles hanc paginam inspecturi, quod ego *Gebhardus* dei gracia *Patauiensis* episcopus pro remedio anime mee et pro salute predecessorum meorum et successorum contuli fratribus ecclesie s. *Nycolai iuxta Patauiam* omnem censum, quem ipsi fratres ammanno meo annuatim soluunt in *Mautarn* iure, quod dicitur purchreht, de curia sita in *Ruch* et predijs ad ipsam pertinentibus, qui census spectabat ad dominicalia mense mee videlicet xxxvij. metrete tritici parue mensure, I reůtmetz et xxj mensura (sic) et dimidia tritici eiusdem mensure, que olim dabantur *Walthero* cognomento *sin* ministeriali ecclesie Patauiensis, et dimidia vrna vini et xxv denarii et xxxij denarii, qui eciam prius dabantur dicto Walthero. hanc siquidem donacionem Anno dominice

incarnacionis M. CC. xxiii. Indiccione xi, ydus Octobris v. in ecclesia s. Agapiti Mautarn factam confirmaui eodem anno, ydus februarij predicta bona delegando manu propria de consensu tam chori Pataviensis quam ministerialium ad altare sancti Nycolai. Adiecit quoque memorato censui deuotus meus *Manegoldus* presbiter dictus *episcopus* tantum de suis redditibus, quod meus anniuersarius VI. solidos patauiensis monete singulis annis a conuentu sancti Nycolai debeat memoriter celebrari, lx denariis in vesperis et iiij^or solidis in mane ad fratrum refeccionem feliciter expendendis (sic*). Testes autem huius donacionis hinc inde facte sunt *Chunradus decanus Patauiensis*, *Chalhohus archidiaconus*, *Chunradus Tumpharrarius*, *Magister zobelinus*, *Heinricus Scolasticus*, *Wilhalmus Cantor*, *Chunradus Custos*, *Eberhardus de Jahenstorf*, *Eberhardus de væhtenbach*, *Albertus de Possenmünster*, *Vlricus de Sconlieten*. De Ministerialibus *Leutoldus de Sauersteten*, *Hadmarus de Wesen*, *Chunradus de Valchenstein*, *Waltherus et frater eius Pilgrimus de Tannberch*. *Heinricus de Merswanch*, *Fridericus de Pæsching* et alij quam plures. Acta sunt hec anno domini subnotato aput *Patauiam*, In Octaua apostolorum Petri et Pauli. Data per manum *Chunradi* tunc notarij feliciter amen.

Aus einem Pergament-Codex sec. XIV. der königl. bairischen Hofbibliothek zu München.

CCCCLXII.

1227. 11. December. Salzburg. — *Eberhart II., Erzbischof von Salzburg, bestätigt nachträglich die Widmung einiger Klostergüter zur bessern Pflege der Kranken im Kloster Reichersberg durch dessen verstorbenen Propst Heinrich.*

†. In nomine sancte et indiuidue trinitatis *Eberhardus* dei gratia *Salzeburgensis* archiepiscopus apostolice sedis legatus. Dilectis in christo fratribus *Friderico* eiusque fratribus in *Richersperch* eorumque successoribus in Perpetuum. Cum pie desiderium uoluntatis et laudande deuotionis intentio pastoralibus studiis semper sint iuuanda, cura sollicitudinis est adhibenda, ut ea, que iusta et legittima ratione fuerint pertractata, in recidiuiuum (sic) scrupulum relabi non possint. Ea propter dilecti in domino fratres iustis uestris peticionibus facilem

---

*) Soll vielleicht heissen: episcopus de suis redditibus VI solidos patauiensis monete, quod meus anniuersarius singulis annis etc.

assensum prebentes constitucionem, quam felicis recordationis *Heinricus* prepositus uester ex hortationibus uestris et peticionibus ad hoc inductus fecisse dinoscitur ad consolationem et subsidium egrotantium fratrum quosdam speciales redditus deputando uidelicet decimam in *Stalhouen* totam, decimam in *Shever*, vineolam in *Grêbe* cum aliis reditibus, qui in autentico super Hiis facto et sigilli tam sui quam Capituli appensione confirmato plenius continentur, auctoritate nostra confirmamus et presentem paginam super eadem confirmatione conscriptam nostri sigilli munimine roboramus. Siquis igitur prelatorum uestrorum, qui pro tempore fuerint aut alia ecclesiastica secularisue persona tam salubre statutum infringere attemptauerit, huic nostre confirmationi obuiando et semel atque iterum conmonitus non resipuerit, sciat se exconmunicationi tamdiu subiacere, quam diu se a tam iniquo conamine non coherceat.

Data apud *Salzburgam* iii. Idus Decembris Anno domini M°CC°XX°VII. Pontificatus nostri anno XX°VII°

Original auf Pergament, dessen Siegel verloren gegangen, im Archive des Klosters Reichersberg.

CCCCLXIII.

1227. — *Gebhart, Bischof von Passau, widmet zum Altare des heiligen Rupert und Martin im Chore zu Passau, welchen er erbaut hat, zwei Huben in der Schärdenberger und Engelhartsceller Pfarre.*

Gebhardus dei gratia *Patauiensis episcopus* Omnibus christi fidelibus in perpetuum. Cum plerumque facta mortalium a uigore memorie temporum mutabilitates labantur, nisi fuerint scripture testimonio confirmata, hinc est, quod tenore presentium posteris decreuimus relinquendum, nos super altare, quod in honore sanctorum confessorum *Rudberti* et *Martini* ex uno latere chori patauiensis ereximus, hubam in *Schaertenberch* sitam in loco, qui *Schonenbach* nuncupatur, Alteram uero in barrochia *Engelhartscelle* sitam in loco, qui uulgo dicitur *henwalcharen*, et in *Prvnst* ad duos modios super Altare secundum, quod in honore beate *Katherine* et sancti *thome* martyris ex oposito latere chori ereximus, cum omni integritate pro dote delegasse ea conditione adiecta, ut quicunque uicarius noster siue successorum nostrorum in choro extiterit, tam dictis altaribus tam in diuinis quam in luminaribus teneatur per curriculum anni de supradictis redditibus prouidere. Insuper omnis missa (sic) defunctorum, preter

in quibus funus presens fuerit, in ipsis altaribus statuimus celebrandas. Ut autem hec nostra traditio perenne robur obtineat ac semper maneat inconuulsa, tam scripture quam sigilli nostri munimine ac testium subscriptione eam duximus confirmandam. Testes sunt *Chunradus decanus, Chunradus Tumplebanus, Chunradus custos, Willehalmus cantor, Magister Dietzo scolasticus, Eberhardus de fivhtenbach, Siboto* Patauienses canonici, *fridericus notarius, hartlibus cakingarius, fridericus de peschinge* et alii quam plures. Acta sunt hec anno ab incarnatione domini M. CC. XXVII. Indictione XV. Pontificatus nostri anno VI.

Mon. boic. XXVIII. II. 323.

CCCCLXIV.

1227. — ***Revers des Grafen Conrad von Wasserburg und seiner Ministerialen, Alles zu erfüllen, was wegen des Schlosses Viechtenstein mit dem Bisthume Passau verabredet worden.***

In nomine domini amen. *Chunradus dei gratia Comes de Wazzerburch.* Nouerint vniuersi, quod ego Chunradus Comes de Wazzerburch et hii ministeriales mei qui in presenti pagina sunt subscripti, *Ortolffus uidelicet de Nordernpach, Otto de Sundermaringe, Ortolffus et Vlricus fratres de Rultinge, Henricus de Grauendorf, Ortolffus de Leiminge, Gerungus de Leiminge, Meingottus de Rivtte, Eberhardus de Chazze, Albertus de Wernberch, Gebhardus de Schönstetten* fidem de hoc dedimus et eandem fidem sacramentis interpositis confirmauimus nos inuiolabiliter seruaturos, ut, si ante festum beati Martini futurum proximo coram iudicio aut alias, ubi *Patauiensi ecclesie* certum fuerit expedire, ita etiam ut eadem probatione dominus episcopus sententialiter contentus esse debeat, probare pretermisero, meas singulas tres sorores castro vihtenstein, ministerialibus ac aliis hominibus et omnibus ei attinentibus proprietatibus, possessionibus et uniuersis, que in priori expressa sunt autentico, que omnia Patauiensi ecclesie contuli, iam dudum cum iuris sollempnitate renuntiasse aut quod eandem renuntiationem, que uulgo Furzihte dicitur, confiteantur personaliter esse ratam; si autem predictum terminum neglexero procurare ipso die Martini uenturo proximo, ego cum ministerialibus iam predictis uenire Patauiam debeamus ab eadem ciuitate nunquam recessuri, non prius (sic) omne dubium domino episcopo et sue ecclesie de eadem renuntiatione penitus auferatur. Vt igitur ea,

ad que sub districtione sacramenti ego et mei ministeriales nos obligauimus explere etiam cessante occasione qualibet teneamur, ad id nos esse astrictos auctoritate presentium sigilli mei appensione et subscriptione testium dignum duxi declarare. Hii sunt testes: *Chunradus decanus, Vlricus Gouertelus Archidiaconus, Eberhardus de Johanstorf, Chunradus Tumplebanus et Archidiaconus, Vlricus de Schönliten, Vlricus Scobius* Canonici Patauienses; *Livtoldus de Sauersteten, Otto de Johanstorf, Otto de Possenmunster, Waltherus de Tannenberch, Ortolffus et Heinricus fratres de Waldekke, Heinricus de Merswanch.* Datum Anno incarnationis domini M.CC.XXVII. Indictione XV. Anno pontificatus *Gregorii pape* primo.

Mon. boic. XXVIII. II. 325.

CCCCLXV.

1228. 7. Mai. Achleiten. — *Heinrich, Abbt von Tegernsee, gibt seine Einwilligung, dass der erstgeborne Sohn eines Hörigen des Klosters St. Florian, welcher eine Hörige von Tegernsee geheirathet, dem Kloster St. Florian gehören, die übrigen Kinder aber getheilt werden sollen.*

H. dei gratia abbas de *Tegernse* Omnibus christi fidelibus in perpetuum. Juris et equitatis debitum efficacius nos exequi credimus, si fidelium nostrorum indempnitati sollicitudine, qua possumus, consoluendo prouidere curamus. Ea propter vniuersitati fidelium presentium testimonio declaramus, quod quidam iuuenis ortolfus nomine de familia ecclesie, que *domus sancti floriani* dicitur, vxorem duxit de familia ecclesie nostre, vnde dominorum suorum offensam grauiter incurrit. Nos vero adtendentes, quod dictus iuuenis, qui uota sua ad nostros transtulit, in facto suo gratiam et fauorem nostrum mereri debuit, ut indempnitati sue, quantum cum honestate et iusticia possemus, consulere merito teneremur. Vt igitur prefatus iuuenis gratie dominorum suorum reformari mereretur et ut filii sui et vxoris sue, quam de familia nostra duxit, commoditate, quam de benefitiis parentum ab utraque ecclesia consequi poterunt, non fraudarentur, prouida deliberacione prehabita de consilio et consensu fratrum et fidelium nostrorum ita statuendum decreuimus, ut filius, quem sepedictus iuuenis habuit eo tempore, cum presens instrumentum obtinuit, ad ecclesiam pertineat sancti floriani, reliquis uero filiis tam masculis quam feminis equaliter diuisis pars vna paternam, altera maternam conditionem sequi teneatur.

Et ut hec nostra diffinitio futuris temporibus rata et inconuulsa permaneat, hanc inde paginam conscribi et sigilli nostri inpressione iussimus insigniri. Huius rei testes sunt: *Heinricus decanus de Tegernse, Perngerus decanus de Ardakcher, Vlricus Vühse, Vlricus de Pach, Hainricus Hager, Rudiger de Achleiten, Heinricus sturbenze, Hainricus staupher, Chunradus Pösenfurte, Hainricus Werder, Chunradus Danner*(?), *Chunradus Chůze.* Data *Achleiten* Nonis Maii indictione prima, Acta sunt hec ab incarnacione domini Anno Millesimo CC° vicesimo octauo.

Aus einem Copialbuche sec. XV. im Archive des Klosters St. Florian.

CCCCLXVI.

1228. Vor dem 17. Juli. — *Gundackar von Steyr sendet dem Markgrafen (Heinrich von Andechs eine Hube zu Hainfelden mit dem Bedinge auf, dass sie dem Spitale am Pyrn verliehen werde.*

Nouerint tam singuli quam uniuersi, quod ego *Gundacharus de Stiria* hubam quondam (quandam) in *Hainuelde* pro remedio anime mee ac parentum meorum domino *Marchrauio de Andechse* resignaui, ipse quod (quoque?) Marchrauius eandem hubam domino *Babinbergensi Episcopo* resignauit sub hac forma, ut dominus episcopus ipsam hubam *hospitali sancte Marie in pirn* contraderet perpetuo jure possidenda (m). Hujus rei testes sunt *Hartnidus prepositus Aquilejensis, Albero de Pollenheim, Alrammus Aduocatus, Engilbertus iudex de Anaso, Livtoldus de Pernowe, Otacharus de Stille, Engilgerus iudex, Heinricus wiruel, Chunradus de wilharinge, Chunradus de Widenholze, Werenherus Magister de Prettenowe* (Preitenowe?), *Aspinus iudex de nouo foro, Sifridus niger, Ditmarus filius pernu Zelinne* (?), *Henricus de hage, Otto Abbas de Lambach.*

Et ut ratum sit, sigilli nostri impressione praesentem cedulam roboravi.

Wiener Jahrbücher, Bd. 40, pag. 90.

CCCCLXVII.

1228. 22. October. Griene. — *Leopold, Herzog von Österreich, ertheilt den Bürgern zu Ottensheim gleiche Rechte mit den Bürgern der Städte Enns und Linz bezüglich der Maut und des Zolles.*

Livpoldus dei gratia dux Austrie et Stirie Vniuersis hanc paginam inspicientibus Inperpetuum. Quoniam labilis est memoria

hominum, expedit, ut negotia siue beneficia subditis a dominis suis impensa scripture munimine roborentur. Vnde uniuersitatis uestre noticie duximus conmendandum, quod nos ciuium nostrorum in *Otensheime* utilitatibus prouidere uolentes omne ius omnemque simul gratiam, qua in mvte et thelonei solutione in terra et in aqua ciues nostri in *Anaso* et de *Lintze* gaudere noscuntur, predictis ciuibus de Otensheime concessimus et indulsimus, ut hoc ipso iure et gratia semper ex hac ipsa nostra debeant concessione gaudere. Et ut hec ipsis concessa gratia et ius pariter permaneat illibatum, presentem paginam nostri impressione sigilli signatam predictis curauimus exhibere. Datum apud *Griene* xi.º kalendas Nouembris Anno dominice Incarnationis M.ºCC.ºXX.ºVIII.º Indictione II.

Original auf Pergament mit Siegel, im Archive des Marktes Ottensheim. — Abgedruckt bei Hormayr, Archiv 1828, 375.

CCCCLXVIII.

1228. St. Nicolaus. — *Das Kloster St. Nicolaus bei Passau verleiht ein Gut bei Chaluviham (Kalham) seinem Verwalter daselbst, Namens Heinrich, zu Landsiedelrecht.*

†. In nomine domini pateat cunctis christi fidelibus tam presentibus quam futuris, quod nos *vlricus* dei gratia prepositus aput *sanctum Nicolaum patavie* et conuentus unanimi consensu predium, quod habemus aput *chaluviham*, concessimus, quod wlgo lansilderireth (sic dicitur?) domino *Hainrico* nostro amico tunc prouisori in loco predicto, ut inde nobis soluat annuatim in Natiuitate beate Marie tres solidos pataviensis monete tunc datiue ad nostrum oblagium et xxx. denarios domino preposito pro steura, cuius etiam placitum vel ipse uel per ydoneum nuncium annis singulis uisitabit loco et tempore constituto. Promisit etiam bona fide alias se fore nobis et nostre ecclesie fauorabilem et obsequiosum et idem beneficium tam in edificiis quam agriculturis diligenter promouere et conseruare sine omni alienatione, vt post tempora uite sue tali melioratione ad nos redeat, quod super hoc anime sue salutem debeamus aput dominum deum adoptare. vt autem talis contractus tantum ad uite sue tempora ratus permaneat, duo paria inde conscribi fecimus et nostro sigillo roborari uno sibi dato, altero penes nos reseruato. Testes vero huius contractus sunt de capitulo *Vlricus prepositus, gerboto decanus, Ekkardus, Chunradus, Rikerus, Ebinhardus, Albertus, Geroldus, Gregorius*

Hainricus, Hertwicus, Waltherus plebanus de alnchovin, Siuridus Scolasticus eius, Hainricus suews, Hainricus officiarius de alnchovin, Hainricus miles, Waltherus, Hainricus slehto. Actum aput *S. Nicolaum patavie* ab incarnatione domini M°CC°XX.VIII. Indictione prima.

Original auf Pergament, dessen Siegel abgefallen, im königl. bairischen Reichsarchive zu München.

CCCCLXIX.

1228. — *Schiedspruch zwischen den Klöstern Michaelbeuern und Traunkirchen wegen eines Gutes zu Brisingen.*

Presentis temporis generatio hoc innatum habet vitium, ut sepe rite ac legitime acta obfuscare non erubescat. Ne igitur in posterum actum nostrum aliqua detractionis nota invadere presumat, noverint universi, quod causa, que jam diu versabatur inter monasterium *burense* et *Trunchirch* super predio in *Brisingen* hoc modo decisa est, videlicet ut ecclesia Trunchirch XV. talenta wienensis monete burensi monasterio refundat hoc quidem pacto, ut burense monasterium, quidquid juris habuit in predicto predio, cedendo liti ecclesie Trunchirch recognoscat et non solum in ipso predio Sed etiam in quibusdam hominibus, Scilicet in omni posteritate cuiusdam Arnoldi, a quibus et nullo aliquo burensis ecclesia recessit. Huius rei testes sunt *Dominus Otto de Lampach abbas, Dominus Fridericus abbas in mense, Heinricus plebanus in Trunchirch, Rudolfus Vicarius in Sewalchen, Dominus Albero de Pollenheim, Alramus advocatus, Dietricus de Puchelin, Heinricus de Viersteten, Dietmarus de Aistersheim, Luitoldus de Rulesheim, Eberhardus de Viehte, Sifridus officiarius, Heinricus Wolfil, Eberhardus frater eius, Dietmar Camerarius, Rudolf de Chottpach, Piligrimus de Riutheim, Otto Posch, Chunradus Passo, Fridericus Platter, Ulricus de Buren* et alii quam plures. Actum anno verbi incarnati M.CC.XXVIII. Ind. II. Ut autem hec rata sint et illibata, presens pagina sigillis utriusque ecclesie est roborata.

Original auf Pergament mit Siegel, im Archive des Klosters Michelbeuern. — Filz, Geschichte des Klosters Michelbeuern, pag. 761, Nro. XV.

CCCCLXX.

1228. Passau. — *Das Domcapitel zu Passau ratificirt den von einem Bürger daselbst mit dem Abte von Kremsmünster um bedeutend geringeren Werth abgeschlossenen Verkauf eines Weingartens.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis Amen. *Chůnradus* dei gratia Decanus et Capitulum patauiense omnibus presentem paginam inspecturis inperpetuum. Quoniam ea, que fiunt in tempore, ne a memoria hominum cum eodem labantur, scripto solent et subscriptione testium perhennari. Hinc est, quod ad noticiam tam presentium quam futurorum uolumus peruenire, quod dilecti in Christo fratres nostri Abbas et Conuentus in *chremsmůnster* cum domino *Heinrico de bůrte* et *Chůnigunde* uxore ipsius ciuibus nostre ciuitatis contractum quendam celebrauerunt ementes ab eisdem vineam iuxta *Můttarn* sitam pro xjj libris monete Wienensis ita tamen, quod predicti fratres inde domino montis soluerent annuam pensionem, que *perchreht* vocatur, et ipsi venditores, ut ipsis et posteris suis ad remedium anime sue cederet, quicquid in vineę poterant venditione ab aliis plus recipere, predictis fratribus relaxauerunt vineam ab heredum suorum impeticione penitus eximentes. vt autem omnis timor Emptoribus auferretur, *Waltherus Isenar* et filii ipsius *Růbertus* uidelicet et *Ůlricus* promiserunt ad annum et diem vineam predictam defendere a cuiuslibet impeticione. Ne igitur conuentus prenominatus super contractu tali coram nobis facto a quoquam possit aut debeat inposterum impulsari, presentem inde paginam conscribi et impressione sigilli nostri fecimus premuniri. Huius rei testes sunt: *Chůnradus* Decanus, *Chůnradus* tůmplebanus, *Albertus de possenmůnster* canonici, *Chůnradus* plebanus de *Nodernbach, Otto taekkinger*, Ex laicis *Fridericus paeschinger, Waltherus Isenaer, Růdigerus lundinger* et frater ipsius *Hartmůt, Růbertus* et *Vlricus* filii *Isenaerii, Purchardus* et alii quam plures. Acta sunt autem hec anno dominice Incarnationis M°. CC°. xx°vjjj. Indictione j. in choro patauiensi.

Original auf Pergament mit Siegel, im Archive des Klosters Kremsmünster. — Urkundenbuch von Kremsmünster, pag. 77, Nro. 60.

CCCCLXXI.

1229. 6. März. Perugia. — *Papst Gregor IX. beauftragt den Dompropst, Decan und Küster zu Salzburg, die zwischen den Klöstern Lambach und Kremsmünster über die gegenseitigen Ansprüche auf Zehente zu Grünach obwaltende Streitigkeit zu untersuchen und zu entscheiden.*

Gregorius episcopus seruus seruorum dej Dilectis filijs . . Preposito . . Decano et . . . Sacriste *Salzeburgensibus* salutem et apostolicam benedictionem. Sua nobis dilecti filij . . . Abbas et Conuentus *Lambacensis* petitione monstrauerunt, quod, cum . . . Abbas et Conuentus de *Cremsmunster* Patauiensis diocesis contra ipsos ad . . . Abbatem de *Gersten* et eius collegas super quibusdam decimis apostolicas litteras impetrassent, ijdem ex eo sentientes ab eisdem iudicibus indebite se grauari, quod cum ipsi excipiendo proponerent coram eis, quod . . Prepositus *sancti Nicolai*, quem sibi in assesorem assumere intendebant, inimicus manifestus erat eorum, ac propter hoc ipsum assumere uel ipsius uti consilio non debebant, qui dicti iudices ipsos super hoc audire contra iustitiam denegabant, sedem apostolicam appellarunt, at ipsi iudices eorum appellatione contempta partem alteram in possessionem rerum petitarum perperam induxerunt. Quocirca discretionj uestre per apostolica scripta mandamus, quatinus, si est ita, reuocato in statum debitum, quicquid post huiusmodi appellationem inueneritis temere attemptatum, in causa ipsa iuxta priorum continentiam litterarum appellatione remota ratione preuia procedatis, Alioquin partes ad priorum iudicum remittatis examen appellantes in expensis legitimis condempnantes. Testes autem, qui fuerunt nominati, si se gratia, odio uel timore subtraxerint, per censuram ecclesiasticam cessante appellatione cogatis ueritati testimonium perhibere. Quodsi non omnes hijs exequendis potueritis interesse, duo uestrum ea nichilominus exequantur. Datum *Perusij* ij. Nonas Martij, Pontificatus nostri Anno Secundo.

Original auf Pergament mit Bleibulle, im Archive des Klosters Lambach.

CCCCLXXII.

1229. 3. December. Enns. — *Eberhart II., Erzbischof von Salzburg, bestätigt einen Vergleich zwischen dem Stifte Reichersberg und dem Grafen von Ortenburg.*

In nomine patris et filii et spiritus sancti *Eberhardus* dei gratia *Salzburgensis* archiepiscopus apostolice sedis legatus jn perpetuum.

Presenti scripto notum facimus uniuersis, quod *Hermannus comes de Ortenburc* liti, quam aliquanto tempore *Richerspergensi* ecclesie mouerat super predio in *Wernhersdorf* et alijs quibusdam possessionibus ei attinentibus, que dicebat ab *Heinrico* quondam Richerspergensi preposito se emisse, pro se et pro heredibus suis cessit et idem predium in nostris manibus resignauit in presentia domini *Liupoldi Austrie et Styrie Ducis* jllustris condicionibus quoque, quas instrumenta sibi uicissim collata exprimunt et ecclesia et Comes predictus se inuicem astrinxerunt. Nos igitur conditiones easdem et omnia, prout in illa conpositione sunt acta secundum, quod ipsorum priuilegia hec declarant, rata habentes ad ipsorum instantiam presentibus litteris confirmamus atque ad omne dubium in posterum remouendum presentem paginam sigilli nostri munimine roboramus. Datum *Anasi* III.° nonas Decembris, anno domini m.°cc.°xx.°viiij.°

Original auf Pergament mit Siegel, im k. k. geheimen H. H. u. St. Archive zu Wien.

CCCCLXXIII.

1229. 17. December. Prag. — *Die von Papst Gregor IX. delegirten Commissäre suspendiren mehrere Prälaten und Pfarrer Österreichs und tragen ihnen auf, sich vor dem Papste über die durch Bischof Gebhart von Passau gegen sie erhobenen Beschuldigungen zu verantworten.*

In nomine domini Amen. Nos J. miseratione diuina episcopus, E. prepositus, y. Archidiaconus Pragensis ecclesie a sede apostolica delegati in negotio, quod movet dominus G. *Patauiensis Episcopus* contra prelatos et alios clericos *austrie* in sva diocesi constitutos eo, quod dicit eos excommunicatos in ecclesiis interdictis a se diuina officia in salutis sue preiudicium celebrare, citauimus eundem clerum, ut coram nobis comparerent in tyna quadam villa Pragensis ecclesie in die sancte Lvcie dicto Episcopo de hiis, que ipsis obiceret, secundum iuris ordinem responsuri. Die autem prefata ueniente nobis ibidem presentibus dominus Patauiensis Episcopus in propria persona comparuit coram nobis petens, ut ad mandatum sedis apostolice nobis iniunctum procederemus, prout Juris ratio postularet. Nos autem ex officio nostro certi esse uolentes, an pars etiam aduersa per se uel per personas ydoneas compareret, quesiuimus, an pro alia parte aliquid esset presens. ibidem autem surrexerunt *abbas de Jerus* et *prepositus Numbergensis,* Item *danihel de polan* et *Rembertus de*

Asparn, qui dixerunt se pro se et pro aliis uenisse profitentes, se super hoc mandatvm nullum habere. Apparuit autem nichilominus Magister *Marquardus de Riede*, Item quidam laicus, qui se nominabat *pertoldum*, quorum uterque obtulit quasdam literas, in quibus videbatur eorum uterque constitui procurator quorundam prelatorum specialiter et omnium clericorum austrie; verum in continenti dominus Episcopus pataviensis contra procurationem Magistri Marquardi excepit dicens, ipsum esse excommunicatum, unde a limine Jvdiciorum esse expellendum, et super hoc testes peciit incontinenti recipi. Crastina autem die idem Magister Marquardus apparens coram nobis erupit in uocem appellationis quasdam causas sue appellationis exprimens euidenter falsas eo uidelicet, quod sibi denegassemus copiam apostolici rescripti. Item quod citassemus eos ultra duas dietas et ad locum suspectum. Cvm autem ex parte Episcopi diceretur, quod audiri non deberet ullo modo, cum esset excommunicatus et paratus erat Episcopus probare in continenti, quod procuratio tam sva quam dicti laici nulla esset. Diximus Magistro Marquardo et hiis, qui cum eo erant, quod parati eramus eis omnimodam iusticiam facere et si eum uel partem suam in aliquo grauaremus, parati eramus corrigere, dummodo etiam rationes partis aduerse et ipse audiret et a nobis audiri permitteret, ut ita audita utraque parte, quod iustum foret, faceremus. ille nullam ulterius moram uolens facere cum suis sociis a nostra abscessit presentia. Cvm autem nos uiros religiosos plures post eos misissemus mandantes ipsis, quod ad iuditium redirent, nos autem omnimodam eis iustitiam uellemus facere, Rediit tam ipse quam alii sed dicentes se habere amplius iudicem papam. Nulla mora facta, sed nec nos nec partem aliam uolentes aliquo modo audire iterato recesserunt. Cvm tamen eis continue instaremus dicentes et promittentes, quod parati eramus eis omnimodam justiciam inpertiri, parati etiam, si in aliquo grauaueramus eos, incontinenti reuocare uel etiam ipsorum appellacioni, si hoc iustum uideremus, deferre. Iterato igitur ipsis contumaciter recedentibus misimus honestas et graues personas eos reuocantes primo et secundo et tertio, sed illi redire nullomodo uoluerunt, immo ascensis equis cum conductu Regis, quem eis sufficientissime procuraueramus penitus abscesserunt. Supplicabat igitur nobis dominus Episcopus patauiensis proponens tribulationes maximas et infinitas tam sue ecclesie quam persone, ut ex ipsorum contumatia, quam faciebant in periculum finale patauiensis ecclesie, non sineremus

eos commodum reportare, maxime cum iam per eos cum potestate laica contra ecclesiam coniuratos bonis omnibus sui episcopatus spoliati cogebatur deficere etiam in expensis. nos igitur et ipsi Episcopo beniuolam audientiam concedentes et nichilominus pro iure partis aduerse licet absentis, quecunque nostrum animum mouebant, fideliter proponentes per discussionem negocii ad ueritatis inquisitionem curauimus peruenire. Constitit autem nobis probationibus sufficientibus tam facti quam Juris, quod procuratio facta in personam Magistri Marquardi nulla fuit tam aliis rationibus quam illa specialiter, quod ipse tempore date procurationis excomunicatus erat maiori excomunicatione a dicto Episcopo suo ordinario pluries et ex diuersis causis et ex illa specialiter, qui dixerat dominum Papam esse hereticum. De excomunicationibus autem factis in evm probatum est lite super excomunicatione in modvm exceptionis sibi obiecta inter ipsos contestata coram nobis per viros honestos et religiosos et omni, ut credimus, exceptione maiores. Constitit etiam nobis, quod alia procuratio facta in pertoldum laicum non erat nobis aliquatenus admittenda, nam fides illj cartule propter plurimas suspiciones non poterat adhiberi, utpote que erat signata nomine multorum prelatorum et tocius cleri uno sigillo penitus ignoto pluribus deletis literis ita, quod, cuius esset, non poterat liquido deprehendi. dicebatur tamen a presentatore esse sigillum abbatis scothorum, nec eadem carta habebat aliquid certitudinis, quare ei fides adhiberi debebat. Constitit etiam nobis tam per responsa eorum qui pro prelatis et clero uenerant, quam aliis pluribus modis, quod ex parte nostri litere nostre citationis peruenerant tam ad prelatos austrie quam totum clerum, quia fuerant in tota Austria multipliciter publicate. Constitit etiam nobis per probationes Juris, quod appellationi interposite non erat deferendum, tum quia cause assignate erant notorie false, tum quia persone dicte exigente sva contumatia et aliis de causis appellare non poterant, tum ex pluribus aliis causis. Nos igitur uisis meritis utriusque partis, habita deliberatione plenaria de consilio uirorum sapientium, qui fuerunt tunc temporis nobiscum, licet pars Episcopi peteret in principali procedi, ut scilicet secundum mandatum apostolicum aduersarios suos contumaces pena canonica castigaremus, maxime cvm excessus eorum esset notorius, lite tamen super hoc non contestata hoc facere noluimus, sed quia nobis constitit de contumatia tam prelatorum Austrie quam alterius cleri, utpote qui citati nec per se apparuerunt nec per

ydoneos responsales in penam sue contumatie quosdam ex ipsis prelatis sev clericis, quorum nomina inferius sunt annotata, quos tamquam principaliores esse in hoc negotio perspeximus, in exemplum et terrorem aliorum suspensos ab officiis et beneficiis ipsorum ad presentiam sedis apostolice transmittimus eis comparendi personaliter coram domino Papa in octaua pasche terminum prefigentes, ut ibidem aput sedem apostolicam tam de pena istorum quam aliorum clericorum Austrie, in quibus propter multitudinem seueritati ad presens detraximus, secundum domini pape beneplacitum disponeretur. Remittimus etiam negotium nobis inter dictum Episcopum et prefatos clericos commissum in manibus domini pape, ut tunc predicto Episcopo finaliter respondeant et prelati nominati et ceteri clerici de obiectis dictum eis terminum peremptorium assignantes. Non enim uidemus, qualiter Episcopo pataviensi per nos in principali possit iustitia exhiberi propter hoc, quod nec nuntios nostros cum literis nostris citatoriis sev aliis in austriam possimus dirigere, cum eorum, qui nostras litteras illuc detulerunt, quidam clerici iam sint in uituperium dei et ecclesie Romane male tenti et uiliter tractati et timemus eis in futurum etiam uite periculum imminere. Hii autem sunt, quos ab officiis et beneficiis suspensos ad Romanam curiam transmittimus: *Abbas scotorum in vienna, Prepositus numbergensis, Abbas in cella s. Marie, Prepositus s. Andree, Prepositus s. Georgii, Abbas in Kothuico, Abbas in Altenburch, Abbas in Medlico, Abbas in Sitansteten, Abbas in Gleunch, Abbas in Chremsmvnster, Abbas in lambach, Prepositus in Walthovsen, Prepositus s. Floriani, Prepositus de Rjchersperge, Decanus in Anaso, Decanus in Chremis, Decanus in Herzogenburch, Magister Marquardus de Riede, Magister Marquardus plebanus de spithe, Sifridus plebanus de haimburch, Olricus plebanus de wizlinsdorf, Eberhardus plebanus de lovchse, Conradus plebanus de Rustbach, Marquardus plebanus de Gors, Danihel plebanus de polan, Fridricus plebanus de widerualde, Vernhardus plebanus de sicendorf, Hinricus plebanus de Rapotenchirchen, Rudgerus plebanus de Chvoliube, Riembertus plebanus de Asparn, Henricus plebanus de Asparn, Sifridus plebanus de Waels, Siboto plebanus de Grimarsteten, Plebanus de valwa, Olricus plebanus de s. Andrea, Pernoldus, Erchenpoldus, Albertus, Rapoto clerici celebrantes in vihenna.* Acta sunt hec in *tyna in domo Episcopali* in presentia *Magistri Bernardi scolastici pragensis, Magistri*

Egidii archidiaconi Tynensis, Magistri Stephani archidiaconi horsouensis, Thobie canonici pragensis, Abbatis et prioris de Mileuzch premonstratensis ordinis, Nepri et Milozlay capellanorum Episcopi pragensis, Benigni canonici Sacensis, ypoliti capellani Regis Boemie, Lupi sacerdotis, Radozlay capellani Episcopi, V. prepositi s. Nicholai de Patauia, Marquardi prepositi s. ypoliti, Conradi maioris plebani de patauia, Eberharti, Alberti Et aliorum multorum Anno dominice incarnationis M. CC. XX. VIIII. XVI. Kalendas Januarij. pontificatus domini *Gregorij noni* Anno tercio.

Mon. boic. XXIX. II. 346.

CCCCLXXIV.

Circa 1229. — *Hermann, Graf von Ortenburg, entsagt seinen Ansprüchen an das Gut Wernhersdorf, worüber er mit dem Kloster Reichersberg in Streit gerathen war.*

Viris religiosis Friderico Preposito et Capitulo *Richerspergensi Hermannus Comes de Ortenburch* salutem. Liti, quam aliquanto tempore Richerspergensi Ecclesie moveramus super predio in *Wernhersdorf* et aliis quibusdam possessionibus ei attinentibus, que dicebamus ab *Heinrico* quondam *Richerspergensi Preposito* nos emisse, pro nobis et pro heredibus nostris in presencia reverendi Patris nostri *Eberhardi Salzpurgensis Archiepiscopi* et *Luipoldi Austrie et Stirie Ducis* illustris cessimus et resignavimus idem predium cum omnibus eius attinenciis quesitis et eciam inquirendis, quocunque nomine censeantur, in manibus Domini nostri Archiepiscopi supra dicti hac condicione annexa, ut si quando Ecclesia Richerspergensis illud predium vendere cogitaret, offerret illud nobis vel heredibus nostris ad emendum pro ducentis marcis denariorum Frisacensium legalium, quam pecuniam simul totam infra spacium duorum annorum solvemus. Interim autem idem predium cum proventibus suis in Ecclesie proprietate consistet, donec ea pecunia per nos ei sit totaliter expedita et nisi infra dictum spacium summa eius pecunie sit soluta, in arbitrio capituli ex tunc erit vendere ipsum predium, cui volet. Advocacia tamen nihilominus sicut prius in eodem predio nostra erit ac deinceps Ecclesia ab observacione sit conditionis prehabite absoluta. Est quoque adiunctum, ut, quando offertur nobis idem predium ad emendum, privilegium una nobis confectum super vendicione huiusmodi consensum Capituli continens presentetur ac per vos de

voluntate nostra in locum securis partibus reponatur, quod nec vobis nec heredibus nostris assignabitur nisi solucione totalis pecunie prius facta. Ceterum de piscariis eidem predio attinentibus recipiet Ecclesia annis singulis tantummodo marcas duas et excrescens residuum nostrum erit ita tamen, quod nos et heredes nostri cavebimus, ne contingat diminui dictam summam. Ut autem hec firma permaneant in futurum, presens Instrumentum super hiis conscriptum et Sigilli nostri munimine roboratum vobis duximus concedendum. Testes sunt *Karolus Sekkovensis Episcopus, Chunradus Newnburgensis, Wernhardus de Domo sancti Floriani, Magister Heinricus Soliensis, Magister Wernhardus Frisacensis Prepositi.*

Mon. boic. IV. 432.

CCCCLXXV.

1230. 28. Februar. St. Florian. — ***Gebhart, Bischof von Passau, ertheilt einem Vertrage zwischen dem Kloster St. Florian und Dietmar von Engilpoldistorf seine Bestätigung.***

†. *Gebhardus* dei gratia *patauiensis ecclesie episcopus* universis christi fidelibus in perpetuum. Quia tempora more defluentis aque pretereunt et humana facta a mentium recordatione labendo excidunt, unde sepe lites oriuntur et contentiones, nos super contractu inter prepositum et fratres de *domo sancti Floriani* ex una parte et nobilem uirum *Dietmarum de Engilpoldistorf* ex altera celebrato partium indempnitati prouidere uolentes uniuersorum christi fidelium noticie presentibus scriptis declaramus, quod iam dictus dietmarus per nostram intercessionem optinuit, quod prepositus et fratres dicti concesserunt ipsi et filio suo *Livpoldo* curiam unam iuxta *Chaecilinstorf* et *Gvsin* fluuium sitam ad annuam pensionem duodecim solidorum ecclesie S. Floriani inde annuatim in Natiuitate sancte Marie persoluenda. Fuit etiam dicto contractui talis interiecta condicio, ut, si *Livpoldus* defuncto patre succederet, ipse prefatam curiam ad tempora uite sue, sicut premissum est, libere possideret et post mortem eius eadem curia ad ecclesiam sine contradictione qualibet deuolueretur. Si uero Livpoldus ante mortem patris decedere contingeret, *dietmarus* frater eius minor sepedictam curiam loco et iure defuncti fratris ad tempora uite sue quiete optineret. Quodsi Livpoldus et Dietmarus ante mortem patris ambo decederent, pater ipse curiam sepius dictam ad tempus uite sue detineret et alii filii uel filie

eiusdem nichil sibi iuris in illa uendicare deberent, sed et pater siue filius, qui dictam curiam ultimo teneret, post mortem suam ad curiam excolendam duos boues et semina relinquere teneretur. Pro hac autem dicte curie concessione prememoratus Dietmarus tradidit ecclesie sancti floriani predium unum in *Asangin* ad estimatam pensionem duodecim solidorum et iste contractus publicatus fuit *in placito Tvomaduocati in Tabirsheim* filiis suis Livpoldo et Dietmaro et uxore presentibus et donationem paterni predii ac totum contractum ratum habentibus ac deinde sepe nominatus Dietmarus sub ydoneis et plurimis testibus traditum predium, quod Asangin uocatur, per manum liberi hominis nomine *Miztinch* super aram sancti floriani delegauit et promisit ibidem coram altari sub eisdem testibus se acturum cum aliis pueris suis tunc tenellis, cum ad legitimam etatem peruenirent, quod paternam donationem ratam haberent et iuri suo in predio tradito renuntiarent, alioquin predium ipsius in *Engilpoldistorf* obligatum teneretur ecclesie sancti floriani pro sexaginta libris monete publice. Hoc quoque adiectum est, quodsi curia a predictis fratribus prefato militi concessa propter alicuius inpetitionem iudiciali disceptatione per sententiam fuerit eidem abiudicata, fratres dicti prememorato militi predium suum restituant et uersa uice, si predium a milite fratribus collatum fuerit in iudicio pro quouis inpetitore per sententiam ipsis fratribus abiudicatum, miles illud ecclesie alio predio equiualente reconpenset. Antefato quoque contractui talis fuit pena adiecta et recepta, ut, si prefatus Dietmarus seu filius ipsius dictam pensionem duobus annis soluere neglexerit, pro ipsa negligentia quinque talenta soluere teneatur. Si tribus, curia qualibet contradictione cessante, ecclesie sit soluta (sic). Item coram dicto altari et sub eisdem testibus sepe dictus Dietmarus pro se et pro filiis suis renuntiauit liti, quam sibi contra ecclesiam putabat conpetere super predio et hominibus domni *Steuenonis* auunculi sui ecclesie legitima donatione traditis et continuata possessione quadraginta annis et amplius nconcusse possessis. Nos igitur que premissa sunt, auctoritate nostra confirmantes, ne qua in posterum super ipsis ab alterutra parte questio uel contentio possit oboriri, hanc inde paginam conscribi et sigilli nostri inpressione iussimus insigniri. Huius rei testes sunt *Chvonradus tvomplebanus patauiensis*, *Volricus covirtel archydiaconus*, *Albertus de Possimvnster archydiaconus*, *Perhtoldus de Povmgartin canonicus pataviensis*, *Dietricus decanus in S. Agatha*, *Gerboto*

decanus in S. Nycolao, Magister Fridericus notarius episcopi, Uolricus de Grvninpurch, Heinricus de Merswanch, Otto de Glvzze, Volricus de Richenstein, Sighardus (castor), Arnoldus de Lonstorf, Chvonradus (de prvkesleg), Ortolfus de Sweinpach, Walchvonus de hofstetin, Meingodus seruitor hospitum, Ebirgerus iudex (in Riedmarchya) et Meingodus frater suus, Chvonradus et Heinricus frater suus (de Cirtenaren), Rvodolfus de winchil, Dietmarus et Aribo (precones in riedmarchya).

Data *in domo S. Floriani* Anno ab incarnatione domini MCCXXX. Indictione V. (sic) II. kalend. Marcii Anno pontificatus nostri decimo.

Original auf Pergament, dessen Siegel verloren gegangen, im Archive des Klosters St. Florian. — Stülz, Geschichte von St. Florian, 302.

CCCCLXXVI.

1230. 4. April. Rom. — *Papst Gregor IX. nimmt das Kloster Kremsmünster und dessen Besitzungen in den Schutz des apostolischen Stuhles, insbesondere die Kirche zu Pettenbach und die Besitzungen zu Martinsberg und Mautern.*

Gregorius episcopus seruus seruorum dei. . Dilectis filiis abbati et Conuentui in *Cremsmunster* ordinis sancti Benedicti Salutem et apostolicam benedictionem. Sacrosancta Romana ecclesia deuotos et humiles filios ex assuete pietatis officio propensius diligere consueuit, et ne prauorum hominum molestiis agitentur, eos tamquam pia mater sue protectionis munimine confouere. Quapropter dilecti in domino filii uestris iustis precibus inclinati personas uestras et locum, in quo diuino estis obsequio mancipati, cum omnibus bonis, que impresentiarum rationabiliter possidet aut in futurum iustis modis prestante domino poterit adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus Specialiter autem ecclesiam de *Petenbach* cum decimis et aliis pertinentiis suis, quam Venerabilis frater noster . . Patauiensis episcopus loci diocesanus capituli sui accedente consensu monasterio uestro concessit, et de *monte sancti martini* et de *mutarn* predia et alia bona uestra, sicut ea omnia iuste ac pacifice possidetis, uobis et per uos eidem monasterio auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre protectionis et confirmationis infringere uel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hec attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum

eius se nouerit incursurum. Datum Lateranis jj. Nonas Aprilis, Pontificatus nostri anno Quarto.

Original auf Pergament mit Bleibulle, im Archive des Klosters Kremsmünster. — Urkundenbuch von Kremsmünster, pag. 78, Nro. 61.

CCCCLXXVII.

1230. Im April. Fogie. — *Kaiser Friedrich II. bestätigt dem Kloster Reichersberg die von seinen Vorfahren am Reich ertheilten Freiheiten, namentlich den Schutzbrief seines Vaters Kaiser Heinrich's VI.*

In nomine sancte et individue Trinitatis, *Fridericus secundus* divina favente clemencia Romanorum Imperator semper Augustus, Jherusalem et Sicilie Rex. Cum instancia cottidiana nostra sit Ecclesiarum omnium Imperii nostri sollicitudo continua, non indigne ad statum ipsarum pacificum conservandum nostre benevolenciam ostendimus pietatis. Eapropter notum fieri volumus universis Imperii nostri fidelibus, quod *Leupoldus Dux Austrie et Stirie* dilectus Princeps noster in nostra presencia constitutus celsitudini nostre supplicavit humiliter et devote, ut privilegium, quod Dominus *Hainricus Romanorum Imperator* magnificus dive memorie Pater noster pie indulxit *Ecclesie de Richersperg* innovacione et confirmacione de gracia dignaremur. Cuius privilegii tenor talis est: In nomine sancte et indiuidue trinitatis heinricus Sextus diuina fauente clementia romanorum imperator semper augvstus et rex Sicilie. Ad ęterni regis premium et temporalis imperii incrementum nobis proficere non ambigimus etc. (wie die Urkunde datum Wirtzburch am 7. October 1195). Nos autem supplicaciones prefati Ducis Austrie et Stirie dilecti Principis nostri favorabiliter admittentes ob illius intuitum, per quem feliciter vivimus et regnamus, et ob remedium animarum divorum augustorum Parentum nostrorum privilegium supradictum et quicquid continetur in eo, supradicto Monasterio duximus confirmandum, Eidem de speciali gracia indulgentes, ut, si eiusdem loci prepositus a principali Advocato sibi aliquem advocatum destinari pecierit, committatur ipsi absque iure beneficiali talis procuracio liceatque Preposito et fratribus, si inutilis et gravis ille fuerit, eum amovere et loco ipsius meliorem substituere. Statuimus igitur, ut nulla persona ecclesiastica vel secularis, alta vel humilis contra hoc confirmacionis nostre privilegium predictum Monasterium molestare presumat; quod qui presumpserit, preter indignacionem nostri culminis, quam incurret, penam

centum librarum auri se noverit incursurum, quarum medietas camere nostre, reliqua passis iniuriam persolvatur. Ad huius autem confirmacionis nostre memoriam et robur perpetuo valiturum presens privilegium fieri et sigillo celsitudinis nostre iussimus communiri. Huius rei testes sunt *Bertholdus Aquilegiensis Patriarcha, Eberhardus Salzburgensis Archiepiscopus, Sifridus Ratisponensis Episcopus, Leupoldus Dux Austrie et Stirie, Wernhardus Dux Carinthie, Otto Dux Meranie, Rapoto Palatinus Comes, Heinricus frater suus Comes de Ortenberch, Raynbertus de Murech, Hainricus de Prüne, Irinfridus de Hinnperch* et alii quam plures. Acta sunt hec anno Dominice Incarnacionis MCCXXX. mense Aprili tercie Indiccionis, imperante Domino nostro Friderico Dei gracia invictissimo Romanorum Imperatore semper Augusto, Jherusalem et Sicilie Rege gloriosissimo, anno Imperij eius X. regni Jherusalem V. regni vero Sicilie XXXII. feliciter. amen. Data *Fogie* anno, mense et indiccione pretitulatis.

Mon. boic. IV. 433.

CCCCLXXVIII.

1230. 15. Juli. Enns. — ***Excommunication Albero's von Arnstein und der Gräfin Euphemia von Peilstein durch den Abbt von Baumgartenberg und andere vom Papste delegirte Commissäre wegen Widerspänstigkeit gegen deren Urtheilsspruch und gewaltthätiger Vorenthaltung eines Zehentes des Klosters Waldhausen.***

In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Nos dei gratia *Abbas in Poumgartinperge, in domo S. Floriani et in aneso decani* Anno M. CC. XXX. consedimus apud *Anesum in ecclesia S. Georii* in diuisione apostolorum. Primo itaque legi fecimus apostolicum rescriptum: Gregorius episcopus etc. (sic) Cuius auctoritate rescripti iudices delegati a domino papa constituti audiuimus querelam *prepositi de Walthusin* et *Marquardi sacerdotis* et canonici eiusdem ecclesie, qui litteras citacionis detulit domino *Alberoni* ad castrum *Arnstein*, sed adeo turpiter probris et maledictionibus et minis et terroribus ipsum affecit idem Albero, quod etiam de vita desperaverat et nisi quidam miles eundem Alberonem verbis placabilibus interponendo se retraxisset, manus in ipsum iniecisset violentas, et super hac iniuria et eius, cuius vice fungimur, contumelia petiit fieri sibi iusticiam. Nos autem interlocuti sumus, quod idem Marquardus fidem

nobis super his faceret per iuramentum, quod et fecit. Propositum fuit ex parte prepositi, quod possessio decimarum in *Sinuwelvelden* adiudicata fuit sibi a iudicibus delegatis *abbate de Poumgartinperge* et in *S. Nycalao* et in *S. Floriano prepositis* et licet propter potentiam adverse partis infra annum non potuerit nancisci possessionem. tamen elapso anno verus fuit possessor secundum constitutionem Lateranensis Concilii. Contingit interdum et ex III. de of. iu. or. Pastoralis et quod spoliatus esset sex annis possessione illa. Item proposuit, quod lis erat contestata per responsionem *comitisse de Pilstein*, que coram iudicibus predictis protestata fuit, quod predicte decime mee sunt proprie et auctoritate mea Albero de Arnstein eas possidet. Unde lite contestata testes erant recipiendi et ad diffinitam sententiam procedendum per iura ex i(ure) de dolo et contum(acia) Prout et de testibus. In nomine domini et III. et VIIII. Decreuimus et ex III. ut lite. Quo frequenter Et hec omnia probabat per instrumenta iudicum delegatorum. Judices interlocuti sunt, quod velint audire testes super possessione decimarum.

Marquardus sacerdos et canonicus eiusdem ecclesie iuratus dixit, quod ipse interfuit, quando iudices delegati Abbas de Poumgartinperge et de S. Nycolao et de S. Floriano prepositi possessionem decimarum in Sinuwelvelden adiudicaverunt monasterio Walthusin et quod dominus *Symon sacerdos et canonicus* eiusdem ecclesie missus a preposito, ut colligeret easdem decimas, repulsus fuit a domino A. de Arnstein et ab hominibus suis et quod elapso anno, cum vera possessio ad eos esset deuoluta, iterum nuncii monasterii repulsi fuerunt per violentiam A. et suorum hominum et quod eas adhuc detinet violenter. *Gisilbertus* iuratus dixit eadem per omnia, scilicet quod idem A. auctoritate comitisse de Pilstein adhuc predictum monasterium non cessat spoliare.

In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Nos dei gratia Abbas de Poumgartenperge et de S. Floriano et in Aneso decani iudices delegati a domino papa visis instrumentis iudicum delegatorum et receptis testibus et publicatis adtestationibus condempnamus et excomunicamus Alberonem de Arnstein propter contumaciam, quia Marquardum sacerdotem et canonicum in Walthusin ferentem litteras citacionis nostre probris et contumeliis affecit et quia monasterium Walthusen non cessat spoliare decimis in Sinuwelfelden, quarum possessio spectat ad monasterium Walthusen. Interdicimus etiam

hominibus suis ecclesiastica sacramenta preter baptisma parvulorum et penitentiam morientium. Condempnamus et ipsum ad restitutionem omnium fructuum, quibus monasterium Walthusen spoliauit infra sex annos, ex quo ipsi ueri possessores earumdem decimarum de iure exstiterunt.

In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Nos dei gratia Abbas de Poumgartinperge, de S. Floriano et in Aneso decani iudices delegati a domino papa visis instrumentis iudicum delegatorum et receptis testibus et publicatis adtestationibus excomunicamus nobilem mulierem de Pilstein propter contumaciam et quia auctoritate eius Albero de Arnstein spoliat monasterium Walthusen decimis in Sinuwelvelden. Suspendimus tamen sententiam usque ad Nativitatem S. Marie, quod si ipsa medio tempore non resipuerit, extunc erit ligata predicta excomunicationis sententia et non solum ipsa sed et homines ipsius excepto baptismo parvulorum et penitentia morientium ecclesiastica carebunt comunione. Data anno ab incarnatione domini M. CC. XXX. In divisione Apostolorum apud Anesum in ecclesia sancti Georii.

Kurz, Beiträge, IV. 450, aus dem Originale.

CCCCLXXIX.

Circa 1230. — *Otto von Rohr vermacht dem Kloster Kremsmünster zu einem Seelgeräthe für sich und sein Geschlecht einen Hof.*

C. Innotescat tam future quam presentis etatis successoribus, quod ego *Otto de Ror* tradidi libere et potestatiua manu *Curtem Liupoldi* ad altare sancte dei genitricis Marie sanctique Agapiti martyris in *Chremsmunster* cum omnibus attinentiis suis cultis et incultis, pratis et pascuis pro remedio anime mee ac parentum meorum, ipsum quoque ius Aduocatie in ipsa curte ita, ut, si necesse habeant fratres, unus de heredibus meis eligatur, qui defendat sine omni utilitate. Hanc itaque donationem ita confirmamus, quatinus in die anniuersarii mei fratres monasterii inde recipiant consolationem, unusquisque uidelicet poculum uini et panem album et quatuor oua in perpetuum, et ut ego habeam plenam procurationem loco sacerdotis in orationibus et elemosinis secundum consuetudinem loci illius. Hanc itaque donationem meam ratam facio et memorie commendatam presentis scripto et appensione sigilli tam mei quam Abbatis prefati monasterii *Heinrici*

sub astipulatione testium subscriptorum. Testes: *Pernhardus* plebanus de *Halle*, *Wolfram de Chemnaten*, Magister *Guido de Munster*, Magister *Rubertus*, *Albero de Pollenheim* et filius eius *Albero*, *Heinricus de Egendorf*, *Heinricus Funil*, *Poppo* et filius eius *Albertus*, *Maganus*, *Heinricus han*, *Otto*, *Vlricus de Ort*, *Eberhart* et *Otto Puzwekke*, *Otto de Ahliten*, *Ernst* et *Chunradus de Asperg*, *Hartwicus de Abteie*, *Merbot de Oede*, *Ernsto de steine*, *Heinricus*, *Chunradus*, *Hartwicus dentes*, *Dietmar de steina*, *Heinricus de Aiche*, *Vlric lintwurm*, *Heinricus de Oede* et alii quam plures.

Original auf Pergament mit 2 Siegeln und der Randnote: Circa annum domini MCCXXX., im Archive des Klosters Kremsmünster. — Urkundenbuch von Kremsmünster, pag. 79, Nro. 62.

CCCCLXXX.

Circa 1230. *Ekbert, Bischof von Bamberg, gibt dem Spitale am Pyhrn drei Huben zu Hanfelden, Hulwarden und unter dem Berge Cyrian.*

In nomine sancte et jndiuidue trinitatis *Ekkebertus* dei gratia *Babinbergensis* episcopus Omnibus Christi fidelibus imperpetuum. Quia res rationabiliter gesta tum temporis mutabilitate, tum iniqua falsariorum assertione aboleri solet et prout (proinde) notum esse cupimus tam presentis etatis quam future posteritatis hominibus, quod nos hospitali sancte Marie in pede montis, qui *Pyrdo* nuncupatur, situm tres mansos in *Hanvelden*, in *Hvlwarden* et sub monte *Cyrian* constitutos pro remedio anime nostre in ampliorem pauperum Christi, qui inibi recipiuntur, sustentationem, cum idem hospitale nouella sit plantatio, contradidimus et ne talis donatio ab aliquo possit irritari, presentem paginam conscribi et sigilli nostri inpressione duximus insigniri. Huius rei testes sunt *Gvndeloch decanus*, *Rǒlandus scolasticus*, *Lvpoldus*, *Bertoldus nepos episcopi canonici maioris ecclesie*, *Heinricus decanus*, *Rvdegerus scolasticus*, *Evstachius*, *Sifridus canonici sancti Stephani*, *Sifridus notarius*. Laici *Gotefridus de Trvhsen*, *Pilgrinus de Klvsen*, *Heinricus porcel*, *Heinricus de Hartenberc*, *Cvno*, *Heinricus de Stritberc*.

Original auf Pergament, dessen Siegel verloren gegangen, im k. k. geh. H. H. u. St. Archive zu Wien. — Hormayr's Werke, III. 438.

CCCCLXXXI.

Circa 1230. ***Heinrich, Graf von Ortenburg, schenkt sterbend dem Kloster Reichersberg das Gut Stockarn zum Seelgeräthe.***

In nomine Domini Amen. *Hainricus Dei gracia Comes de Ortenberch* universos, ad quos manaverit presens scriptum, nosse cupio, quod in articulo mortis constitutus ob remedium anime mee sive successorum meorum tradidi Ecclesie sancti Michaelis in *Reichersperge* mansum in *Stokcharn* liberum ab omni iure advocacie in usus et subsidium fratrum et sororum Deo inibi famulancium. Ut igitur hec tradicio in posterum maneat inconcessa (inconcussa), presentem paginam sigilli nostri appensione munitam ipsis dedi ad testimonium et cautelam testibus, qui aderant, subnotatis, qui sunt *Chunradus Comes de Wazzerburch, Theodericus Abbas de Alderspach, Timo et Ulricus Sacerdotes de Steinkirchen, Otto de Stürpach, Wernhardus de Harbach, Wernhardus de Rotawe, Ulricus Cellerarius, Chalochus Marscalcus* et alii quam plures.

Mon. boic. IV. 435.

CCCCLXXXII.

Circa 1230. — ***Schiedbrief Bischof Gebhard's zu Passau zwischen dem Pfarrer zu Saxenkirchen und Herrn H. von Ernestinge wegen der Capelle zu Hofkirchen.***

In nomine sancte et indiuidue trinitatis *gebehardus* dei gratia *Patauiensis* episcopus uniuersis Christi fidelibus in perpetuum. Ad tollendam in posterum omnem calumpniandi materiam facta modernorum siue negotia litterarum indigent testimonio confirmari. Huius ergo occasionis inducti necessitudine, notum esse uolumus tam futuris quam presentibus, qualiter lis controuersie, que inter plebanum de *sæhssenchirchen* ex una parte et inter dominum H. *de Ernestinge* ex altera parte super capella in hofchirchen iam diu uertebatur, prudenti arbitrorum consilio tandem in hunc modum fuit decisa. Arbitratum est enim ab arbitris utriusque partis, ut quatuor dominicales curie et curtes ipsis attinentes ad terminos iam dicte pertineant capelle, curtes dico presenti tempore cultas ita, ut coloni predictarum curiarum maiores decimas consueto iure et more persoluant plebano matricis ecclesie, sepulturam nichilominus recipiant apud capellam.

Qui uero in curtibus prefatis consistunt, decimales nummos suo exhibeant capellario. Dotes quoque eiusdem ecclesie datis maioribus decimis parrochiali ecclesie apud capellam recipiant sepulturam. Indifferenter uero tam isti quam illi sollempnem baptismum et placitum christianitatis habeant aput matricem ecclesiam. Cetera uero predia prefati domini H. in terminis sint parrochialis ecclesie. Sed et hoc adnexum est, ut decima unius curie in *sæhssendorf*, quam *perengerus decanus in ardarcher* eiusdem ecclesie tunc sacerdos hucusque iure suo receperat, eo decedente de cetero in usus cedat plebani de sæhssenchirchen. Ad conpositionis quoque huius remedium et firmitatem emptum est prediolum quoddam in *sæhssen* et solutum precio utriusque aduersariorum, ut in usus predicte cedat parrochie et sit in signum et memoriale huius decisionis sempiternum. Et ut hec rata et inconuulsa perpetuo perseuerent, presentem paginam sigilli nostri inpressione et testium subscriptione conmunimus. Sunt autem hii testes: *Rudigerus abbas de pōmgartenberge, Herrandus prepositus de Walthusen, Perengerus decanus de ardacher, Chunradus plebanus de Mitterchirchen, Heinricus plebanus de sæhssenchirchen, Vlricus de sæhssen, Wezilo de tanne, Schroto de chnapperberge, Otto de Hædrichespach, Vlricus de harde, Heinricus de Mitterchirchen, Heinricus de inneruelde* Et alii quam plures.

Original auf Pergament mit Siegel, im Museal-Archive zu Linz. — Kurz Beiträge, IV. 448.

CCCCLXXXIII.

Circa 1230. — *Heinrich und Chunrat von Volckendorf (Volkenstorf) verleihen dem Johann von Merswang Renten zu Rauhenwart.*

Nos *Heinricus et Chunradus fratres de volchendorf* Notum facimus vniuersis presentem litteram inspecturis, quod nos domino *Johanni de Merswanch* patruo nostro de bonis nobis collatis x. solidos reddituum in *Rovhenwart* contulimus presentibus testibus infrascriptis, qui sunt hii, *Dominus Hermannus de Wolfgersdorf, Dominus vlricus, Dominus Marchardus, Dominus Chunradus fratres de Pilichdorf, Dominus Leupoldus de Sachsengange, Ropoto de sancto vito, Heinricus pincerna de hagspach.*

Original auf Pergament mit 2 Siegeln, im k. k. geh. H. H. u. St. Archive zu Wien.

CCCCLXXXIV.

Circa 1230. — *Die Äbbte zu Raitenhaslach und Ranshofen vergleichen sich vermöge eines Schiedsspruches dahin, dass das Patronatsrecht der Capelle in Neukirchen Letzterem zustehe.*

Ego *Chunradus abbas in Raitenhaslach* cum collegio suo et Ego *Hainricus prepositus in Ranshouen* cum contu (sic, conventu) suo in perpetuum. Cum agitaretur questio inter nos de proprietate capelle in *Neunchirchen* fundate in patrimonio beati Pancracii Ranshouen, site uero in terminis parrochialis ecclesie *Halspach*, que spectare dinoscitur ad monasterium Raitenhoslach, multis hinc inde habitis racionibus, laboribus et expensis de consilio prouidorum uirorum, ut liti finem inponeremus, ius utriusque ecclesie arbitrio conmissimus quatuor personarum duarum uidelicet utriusque monasterii hac condicione interposita, ut, si quatuor predicti in forma conposicionis concordare non possent, secundum arbitrium *Chunonis decani Maioris ecclesie Saltzpurgensis* totum negocium terminaretur et utraque pars per publicum instrumentum, ut staret ipsius arbitrio, firmiter compromisit. predictis igitur quatuor personis uidelicet priori et camerario de Raitenhoslach et decano et cellerario de Ranshouen ad arbitrium conuenientibus et concordare non ualentibus decanus saltzpurgensis sub presencia magnorum uirorum secundum prescriptam formam arbitratus est ita uidelicet, ut plebanus pro tempore in Halspach recipiat Capellam in Neunchirchen de manu prepositi iure patroni cum sua dote et eandem Capellam inofficiet, Ordinacio uero decimarum, de quibus eadem Capella in tecto luminariis et aliis necessariis prouideri debet et elemosina in festo sancti emmerammi distribui ad disposicionem pertinebit prepositi in Ranshouen. Et quia eadem capella disconsecrata esse dinoscitur, tam prepositus de Ranshouen quam plebanus de halspach reconsecracionem ipsius ecclesie procurabunt. Hoc autem arbitrium publicatum est presentibus *alberto preposito maioris ecclesie Saltzpurgensis, Perhtoldo abbate de Bur, Hermanno preposito de werde, Pernhardo et Canonico et Plebano Saltzpurgensi, Gerhoho de matse, Rudolfo de Chothibach, Hainrico de Helphaw, Ortolfo et wolframmo militibus* et aliis quam pluribus. ut autem hec forma arbitrii

rata in futurum habeatur, sigillum maioris ecclesie Saltzpurgensis una cum sigillis nostris apponi petiuimus huic carte.

Aus einem Pergament-Codex sec. XIV. in der königl. bairischen Hofbibliothek zu München.

CCCCLXXXV.

Circa 1230. — *Schiedspruch zwischen dem Propste von St. Florian und Rudolf von Lauterbach wegen eines Gutes zu Polan bei Penking.*

B(ernhardus) dei gratia prepositus et Capitulum in *domo sancti floriani* vniuersis christi fidelibus in perpetuum. Presentis pagine testimonio secuture posteritatis notitie declaramus, quod cum inter nos et *Rudolfum de Lauterbach* nobilem virum controuersia uerteretur super predio sito *Polan* iuxta *Penchin* cum suis attinentiis et Molendino vicino et duobus pomeriis et ortulo vno nobis proponentibus vniuersa hec ad ecclesiam nostram pertinere et nos ea iusto et libero ac legittimo donacionis tytulo possedisse; sed predictus R. (sic) e contrario contendente eadem omnia sua esse et ad uicinum predium suum pertinere, Abbate de *Glaůntch* et domino *Alberone de polnhaim* et aliis bonis viris mediantibus actum est, vt vtraque pars super eadem controuersia in arbitros conpromitteret et electi sunt arbitri ab utraque parte, qui recepta promissione vtrimque de ratihabitione diligenter inter se tractatu de ipso negocio prehabito talem tandem formam arbitrii expresserunt, quod prefatus R. de lauterbach pomeria et ortulum, de quibus questio fuit, absque contradiccione qualibet pacifice in posterum retineret et prepositus in eiusdem (sic) pro se et suis successoribus liti renunciaret, et quod sepe dictus R. super predio in Polan sito cum suis attinentiis et Molendino pro se et suis heredibus liti renunciaret et quod prepositus tam ipsum predium quam molendinum sepius memorato R. pheodali iure concederet et nichilominus *Waltchůno de Hofsteten* seruienti prepositi sub eodem iure eadem concedere teneretur, et hoc arbitrium a partibus est receptum et adprobatum et accedente renunciacione et manuali vtrimque concessione facta corroboratum. Vt autem premissum arbitrium a partibus receptum et adprobatum in posterum ratum et inconuulsum perpetua firmitate consistat, hanc inde paginam conscripsimus et tam sigillum nostrum quam abbatis de Glaůnch, qui

vnus ex arbitris extitit, eidem appendi fecimus. Huius rei testes sunt *Albero de Polnhaim*, *Leutoldus de Pernaw*, *Hainricus de Puch*, *Heinricus*, *Otto de Trun*, *Seyfridus de Nezzelbach*, *Heinricus de Winperge*, *Wergant seruus Episcopi*, *Bruno*, *Chunradus Rufus*, *Meingodus magister hospitum*.

Aus einem Copialbuche sec. XV. im Archive des Klosters St. Florian.

CCCCLXXXVI.

Circa 1230. — *Der Propst von St. Florian, der Dechant von Enns, Ulrich von Grünenburg und Ulrich von Lonstorf, von Bischof Gebhart beauftragt, zu untersuchen, wie weit die Grenzen der Zehentgerechtigkeit des Klosters Garsten reiche, beurkunden, dass selbes die angezeigten Grenzen zwischen den Flüssen Rubinich nicht überschritten habe.*

P. prepositus de *domo sancti Floriani*, W. decanus de *Aneso*, V̊l. de *grv̊nenburch*, O̊l. de *Lonsdorf* vniuersis christi fidelibus in perpetuum. Vniversis hanc paginam inspecturis presentium testimonio declaramus, quod domino nostro *Gebhardo Pataviensi episcopo* quorumdam suggestione uisum est, quod Abbas de *Gærstin* decimas quorumdam noualium inivste detineret, que ad episcopum de jvre spectare deberent, super que dictus Abbas priuilegia sua domino episcopo in *Holnbvrch* presentauit duce Austrie et styrie et multis aliis illustribus viris presentibus. Verum dominus episcopus privilegiis exhibitis sibi inspectis benigne recognovit prefato Abbati et monasterio Gærstensi omnia iura in eisdem priuilegiis expressa et nobis dedit in mandatis, quatinus ad loca illa, de quibus questio inciderat, pariter accedentes diligenter inuestigaremus, si Abbas sepe dictus terminos in priuilegiis suis expressos in percepti one decimarum alicubi fuerit transgressus et, quod inivste fuisset presumptum, auctoritate ipsius reuocaremus. Nos igitur inivnctum nobis mandatum fideliter exequentes ad loca supra dicta pariter accessimus atque diligentia, qua potuimus, subtiliter inquirentes evidenter inuenimus memoratum Abbatem nullas decimas percipere uel detinere, nisi que Gærstensi monasterio a Pataviensis ecclesie pontificibus testimonio priuilegiorum suorum docentur tradite et confirmate, habentes terminos indubitabiles in priuilegiis expressos inter duos equiuocos fluuios uidelicet *Rv̊bnicham* superiorem et inferiorem. Porro ut Abbas

Gærstensis monasterii, qui pro tempore fuerit, huius nostre inquisitionis et processus habeat memoriale testimonivm et ostendere possit, si necesse fuerit, hanc inde paginam conscribi fecimus sigillorum nostrorum inpressione roboratam.

Original auf Pergament mit 2 Siegeln, von denen das erste stark beschädigt, das zweite abgefallen ist, im Archive zu Garsten.

CCCCLXXXVII.

Circa 1230. — *Heinrich, Abbt von Kremsmünster, entsagt zu Folge eines Schiedspruches allen Ansprüchen auf den Zehent zu Grünach zu Gunsten des Klosters Lambach.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis *heinricus* dei gratia abbas in *chremismunster* et conuentus. Cum ante conspectum diuine maiestatis super omnia dona uirtutum maior omnium sit caritas, que est concordia fratrum et amor proximorum, ex precepto saluatoris omnium omnes ad bonum pacis et concordie tenemur reuocare. Igitur nos et fratres nostri in Chremismunster habentes litem cum uenerabilibus fratribus nostris in *Lambach* super decima et terminis in prediis ipsorum in loco, qui *Grûnah* apellatur, considerantes posse grauari tam ipsam quam et nostram ecclesiam expensis grauibus decreuimus facere conpositionem amicabilem super eadem lite ex consensu partis utriusque et conmisimus ex utraque parte in arbitros. Qui deuote laborantes ad conseruandam pacem et quietem utriusque ecclesie sicut uiri discreti et prouidi trutinata hinc inde causa suscepta arbitrati sunt, ut nos ipsis predictis fratribus de Lambach deferentes cederemus liti acceptis ab eis in concambio xl. libris publice monete. Et ne hec actio in posterum a nostris successoribus reducatur ad querelam, sed firma et inconuulsa permaneat in perpetuum, scripto et sigillo nostro roborauimus adiecta testium astipulatione subscriptorum. *Heinricus plebanus de Tauersheim*, *Rubertus de Chremstnunster* (sic), *Chunradus de Steininchirchen*, *Hartwicus de Hæningen*, *Ernsto de Asperge et Chunradus frater eius*, *Ernsto de lapide*, *Merboto Oede*, *Chunrat Rôt*, *Heinricus*, *Chunradus*, *Hartwic fratres*, *Chunradus de Ahliten*, *Vlricus munzil*, *Dietricus pramhas*, *Diemar posach*,

Chunradus de Nithartingen, *Otto*, *Fridericus*, *Rudgerus fratres de Haibrehtingen*, *Chunradus*, *Alramus fratres de Widemsbach*, *Heinricus de Hornarn*, *Heinricus*, *Fridericus fratres de Hohenberge*, *Dietmar de Hofarn*, *Otto de Savmittingen* et alii quam plures.

Original auf Pergament mit 2 Siegeln, im Archive des Klosters Lambach.

Anhang.

Anhang *).

I.

Circa 504. — ***Papst Symmachus erhebt den Bischof Theodor von Lorch zum Erzbischofe und Metropoliten von Pannonien, und verleiht ihm das Pallium.***

Simachus sancte apostolice sedis gratia dei episcopus reuerentissimo et sanctissimo fratri *theodoro Laureacensis* ecclesie archiepiscopo. Diebus uite tue pallii usum, quem ad sacerdotalis officii decorem et ad ostendendam unanimitatem, quam cum beato Petro apostolo uniuersus grex dominicarum ouium, que ei commisse sunt, Habere non dubium est, ab apostolica sede, sicut decuit, poposcisti, quod utpote ab eisdem apostolis fundate ecclesie maiorum more libenter indulsimus ad ostendendum, te magistrum et archiepiscopum tuamque sanctam laureacensem ecclesiam *prouincie pannoniorum* sedem fore metropolitanam. Idcirco pallium, quod ex apostolica caritate tibi destinamus, quo uti debeas secundum morem ecclesie tue sollerter ammonemus pariterque uolumus, ut intelligas, quia ipse uestitus, quo ad missarum sollempnia ornaris, signum pretendit crucis, per quod scito te et fratribus debere compati de mundialibus inlecebris in affectum crucifigi. Vnde ergo cum de foris huiusmodi insignio indueris, intus in animo considera, quod hoc sit magis oneris quam

*) Enthaltend die apogriphen Bullen des VI., IX. und X. Jahrhunderts für die Erzbischöfe von Lorch, und das Schreiben Bischofs Pilgrim von Passau an den Papst Benedict (I—VII.), dann einen Nachtrag von neun, das Kloster Kremsmünster betreffenden Urkunden (VIII—XVI.) aus dem Urkundenbuche von Kremsmünster (Wien 1852.)

honoris, ad quem cor tuum deo regente ab apetitu istius seculi sic tempera, ut commissam exequi gucernacionem studeas et adepte dignitati, cuius sublimaris oficio, et probitate morum et uiuacitate sollicitudinis ac custodia integerrime fidei congrvas, quatenus tu ipse a remuneratore omnium bonorum deo et benedictionis gratiam uitamque eternam consequi merearis. amen.

Var. diplom. roman. pontif. ex cod. msc. richersberg. (München 1611), pag. 5. — Hund, Metrop. I. (edit. München) 289, (edit. Regensburg) 112. — Ludwig, Scpt. rer. Germ. II. 352. — Hansitz, Germ. sacra, I. 7 und 88. — Lambec, Comment. (edit. Kollar.) II. 329. — Lünig, Reichsarchiv, XVII. 756. — Mon. boic. XXVIII. II. 195, Nro. 1, ex cod. tradit. patav. III°.

II.

824—827. — *Papst Eugen II. verkündet genannten Bischöfen und Herzogen von Hunnien und Mähren, er habe dem Bischofe Urolf von Passau die erzbischöfliche Würde und das Pallium verliehen, und zugleich das apostolische Vicariat in Hunnien, Mähren, den Provinzen Pannoniens und Mösiens übertragen.*

Evgenivs Episcopus seruus seruorum Dei *Rathfredo* sanctæ *Fauianensis Ecclesiæ* et *Methodio* Ecclesiæ *speculi Juliensis,* quæ et *Suguturensis* nuncupatur, atque *Alehvvino* sanctæ *Nitrauiensis* Ecclesiæ parique modo *Annoni* sanctæ *Vetuarensis* Ecclesiæ *Episcopis,* simul etiam *Tvttvndo* nec non *Moymaro Ducibus* et optimatibus exercitibusque plebis *Huniæ,* quæ et *Auaria* dicitur et *Marauiæ.* Desiderio salutis animarum vestrarum filij in Christo charissimi cum audiuimus Christianissimam conuersationem vestram et sanctæ fidei bonorumque operum vestrorum processum, summo gaudio atque lætitia fuimus exhilarati, quia diuina in nobis operante clementia, vt Apostolus ait: vbi habundauit delictum, ibi superhabundat gratia; atque quomodo sancta Dei Ecclesia nostris temporibus quotidianum in electione vestra suscipit incrementum. Cuius optabilis moris index fuit reuerendissimus *Yrolphvs* sanctæ *Lauriacensis Ecclesiæ Archiepiscopus* et sanctissimus frater noster, vester antem spiritualis pater, qui per suam sanctam prædicationem adoptiuos Deo vos genuit filios. Is itaque ad Apostolorum limina orationis causa veniens nouam Ecclesiam nostris Apostolicis benedictionibus informandam subnixe commendauit, quam domino auxiliante Catholice gubernandam in vestris partibus suscepit, jn quibus etiam quondam Romanorum quoque Gepidarumque

ætate, vt è lectione certum est, in septem Episcoporum parochias antecessores sui iure Metropolitano obtinuerant diœcesin. Qua igitur ex iustitia et lege præfatus Deo dignissimus Archiepiscopus debito obligatur, vt illi terræ prius Christicolæ atque suorum antiquitus antecessorum creditæ prouidentiæ, quam nunc vos Dei Omnipotentis occulto mediante iudicio velut hæreditariam possidetis ipse Euangelicus agricola diu negata cælestis spargat semina vitæ atque in lucrandis Christo animabus rediuiuam de vobis nutriat segetem; Quem uero doctissimum diuini Oraculi ministrum saluti vestræ cognoscentes per omnia necessarium fide et exemplo probatum merito erga illum Apostolicam seruantes sententiam, qua dicitur: Quomodo credent sine prædicante aut quomodo prædicabunt, nisi mittantur? ab hac sancta Romana matre Ecclesia vobiscum Rectorem transmisimus atque in præfatis regionibus *Hunnia*, quæ et *Auaria* appellatur, sed et *Marauia* prouinciarum quoque *Pannoniæ* siue *Mesiæ* Apostolicam vicem nostram et diœcesim atque ius Ecclesiasticum exercendi et vsum ac potestatem antecessorum suorum, videlicet sanctæ *Laureacensis Ecclesiæ* Archiepiscoporum, sibi successoribusque suis canonica authoritate committimus atque huius constitutionis nostræ decretum subscriptionis priuilegio roboramus. Pallium præterea iuxta consuetudinem antiquam sanctitati suæ dedimus, quod ita sibi concessimus, sicut prædecessores nostri suis prædecessoribus concessere, priuilegiorum suorum scilicet integritate seruata; Cuius dilectioni quamuis hoc debito permitteremus, propter vestras autem petitiones super hac re flagitantibus ad honorem suum nostram Apostolicam vicem et auctoritatem insuper accumulauimus, quod nunquam suis permissum est prioribus. Quatenus et vos Confratres et Coepiscopi deinceps ei reuerentiam ampliorem exhibere sciatis et in sana doctrina cœlestis eruditionis ad ædificationem vestram vt filij sapientes obediatis atque vos laici primates et vulgus saluberrimus præceptis suis non velut homini sed tanquam Deo humiliter obtemperetis et in fide Catholica, quam per Dominum Jesvm consecuti estis, fortes permaneatis. Nam totius doli artifex Diabolus, cuius dominio et pompis in Baptismate abrenunciastis, iacturam et damnum vestræ salutaris surreptionis molestè patitur ac per varias occasiones Zizaniam perfidiæ seminando velut multà iniurià bachatur et vt vestrum aliquis terga vertat sanctæ professioni incessanter molitur. Quapropter sæpe dicti Archiepiscopi videlicet Pastoris vestri à Deo destinati institutionibus benignas aures præbete, qui vos et

versutiam Sathanæ cauere atque eius æternos cruciatus euadere instruit ac ipse in die iudicij de bonis operibus vestris seculorum Domino perpetua remunerandos gloria præsentabit. Ad perfectam autem et necessariam eruditionem vestræ salutis, vt comperimus, non sufficiant pauci, qui modo constituti sunt vobis Episcopi, quia plures sunt adhuc gentilitatis errore ibidem detenti, ad quos propter inopiam præconum diuini verbi nondum peruenit notitia Christi. Idcirco enim, vt accrescat turba fidelium, studeat solertia vestra pro mercede et remissione peccatorum vestrorum adminiculum atque iuuamen præbere Reuerendissimo *Yrolfo Archiepiscopo*, quatenus dudum illic constitutorum Episcoporum numerus impleatur, qui congruè constituti et vobis posterisque vestris poterunt esse proficui, si ad restaurationem Ecclesiarum propter nomen Domini de possessionibus vestris, quas reditus dotesque earum fama diuulgante quondam fuisse noueritis æternam sufficientiam vobis comparantes eisdem Ecclesiis ipsi conferatis idoneis viris ad hoc ministerium electis maxime in illis locis, si opportunitas et vtilitas commendauerit; ordinentur antistites, vbi indicia Ecclesiarum et ædificiorum Sedes Pontificales olim fuisse demonstrant, sin autem illius arbitrio et deliberationi, qui vel vbi disponantur Episcopi, concedimus, cui vicem nostram apud vos Ecclesiastici regiminis per omnia commisimus. Bene valete.

Hund, Metrop. Salisburg. (edit. Ratisb.) I. 230, (edit Monac.) I. 346. — Ludewig, Script. rer. Germ. II. 360. — Hansiz, Germ. sacra, I. 149. — Mansi, Conciliorum collect. XIV. 412. — Fejer, Cod. dipl. Hungariae, I. 158. — Boczek, Cod. dipl. Moraviae, I. 14. — Dümmler, Pilgrim von Passau, pag. 115. — Confer Jaffé Reg. pontificum, pag. 225, Nro. 1946.

III.

Circa 937. — *Papst Leo VII. verleiht dem Bischofe Gerhard von Lorch das Pallium.*

Leo Episcopus seruus seruorum Dei reuerendissimo et sanctissimo confratri nostro *Gerhardo* sanctæ *Lauriacensis Ecclesiæ Archiepiscopo* omnibus diebus vitæ tantum tuæ ex hinc ammodo. Si pastores ouium solem geluque pro gregis sui custodia die ac nocte ferre contenti sunt, et ne qua ex eis aut pereat aut ferinis laniata morsibus rapiatur, oculis semper vigilantibus circumspectant: Quanto sudore quantaque cura debeamus esse peruigiles nos, qui pastores animarum dicimur, attendamus et susceptum officium exhibere erga custodiam

dominicarum ouium non cessemus, ne in die diuini examinis pro nostra desidia ante summum pastorem negligentiæ reatus excruciet. Vnde modo honoris reuerentia sublimioris inter ceteros iudicamur. Pallium autem fraternitati tuæ ad Missarum solemnia celebranda concedimus, quo tibi non aliter Ecclesiae tuæ priuilegiis in suo statu manentibus vti largimur non solum in die consecrationis chrismatis ac Sanctae et venerandae resurrectionis Domini nostri Jesv Christi, seu in natalibus sanctorum Apostolorum atque beati Joannis Baptistæ, nec non in festiuitatibus sanctæ Dei genitricis Mariæ simulque in Domini Natiuitatis die, pariterque in solemnitatis Ecclesiæ tuæ die et natalicio tuo die, verum etiam in consecratione Episcoporum et Presbyterorum et quando a te Synodus celebratur, si forte conuenticulum illic fuerit neophytorum, qui ad fidem tua exhortatione sunt perducendi, nec non in festiuitate Sancti Stephani Prothomartyris sanctique Laurentij et illorum Sanctorum, qui corporaliter in tua requiescunt parrochia, vti concedimus die, sicut a prædecessore nostro Domino *Gregorio* huius almæ sedis præsule sancitum est. In secretario vero tua fraternitas pallium iuduere debet et ita ad Missarum solemnia proficisci et nihil tibi ausu temerariæ præsumptionis arrogare, ne, dum in exteriori habitu inordinatè aliquid arripitur, ordinate etiam, quæ licere poterant, amittantur; cuius quoniam indumenti honor modesta actuum viuacitate seruandus est, hortamur, vt et morum tuorum ornamenta conueniant, quatenus auctore Deo recte vtrobique possis esse conspicuus. Itaque vita tua filiis tuis sit regula in ipsa, si qua tortitudo illis ingesta est, dirigent, in ea, quod imitentur, aspiciant; in ipsa se semper considerando proficiant, vt tuum post Devm videatur esse beneficium, quod vixerint. Cor ergo neque prospera, quæ temporaliter blandiuntur, extollant neque aduersa deiiciant, sed quidquid illud fuerit, virtute patientiæ deuincatur. Nullum apud te locum odia, nullum fauor indiscretus inueniant; Benignum te sentiant boni, districtum mali cognoscant; insontem apud te culpabilem suggestio mala non faciat, nocentem gratia non excuset. Remissum te delinquentibus non ostendas, ne quod vltus non fueris perpetrari permittas. Sit in te et boni pastoris dulcedo, sit et iudicis seuera districtio, vnum scilicet, quod innocenter viuentes foueat, aliud, quod inquietos feriendo a prauitate compescat. Sed quod nonnunquam propositorum scelus, dum districtius malorum vult vindex exstitere, transit in crudelitatem correctio; iram iudicio refrena et censura disciplinæ

sic vtere, vt et culpas ferias et a dilectione personarum, quas corrigas, non recedas. Misericordem te, prout virtus patitur, pauperibus exhibe. Oppressis defensio tua subueniat, opprimentibus modesta correctio contradicat. Nullius faciem contra iustitiam accipias, nullum quærentem iustitiam despicias; custodia in te æquitatis excellat, vt nec diuitem potentia sua aliquid extra viam apud vos suadeat rationis audere, nec pauperes de se sua faciat humilitas desperare; quatenus Deo miserante talis possis existere, qualem sacra lectio præcipit dicens: Oportet Episcopum irreprehensibilem esse. Sed his omnibus salubriter vti poteris, si Magistram caritatem habueris, quam qui secutus fuerit, a recto aliquando tramite non recedit. Ecce frater charissime inter multa alia ista sunt sacerdotij, ista pallij, quæ, si studiose seruaueris, quod foris accepisti, intus habes. Fidem autem, quam in tuis epistolis breuiter assignasti, licet latius explanare debueras, Redemptori tamen nostro gratias agimus, quod eam ipsa breuitate ratam esse cognouimus. Sancta Trinitas fraternitatem vestram gratiæ suæ protectione circumdet atque in timoris sui via nos dirigat, vt post huius amaritudines ad æternam simul peruenire dulcedinem mereamur. Amen.

Hund, Metrop. Salisburg. I. 353 (edit. Monac.), I. 235 (edit. Ratisp.). — Ludewig, Script. rer. Germ. II. 352. — Hansiz, Germ. sacra, I. 191. — Mansi, Collect. conciliorum, XVIII. 376. — Boczek, Cod. dipl. Moraviae, I. 77.

IV.

937—939. — *Papst Leo VII. verkündet genannten Bischöfen, dann Königen, Herzogen und Grafen in Gallien, Germanien, Baiern und Allemanien gewisse kirchliche Verfügungen, welche er auf an ihn gestellte Anfragen des Erzbischofs Gerhard von Lorch erlassen habe.*

Leo Episcopus seruus seruorum Dei Regibus, Ducibus, Episcopis, Abbatibus, Comitibus pari etiam modo *Egilolfo Juuauensis, Isingrimo Ratisponensis, Lantberto Frisingensis, Wisvndo Sebonensis Ecclesiæ* venerabilibus *Episcopis* et ceteris per Galliam, Germaniam, Bauuariam, Allamanniam commorantibus. Si instituta Ecclesiastica, vt sunt a beatis Apostolis tradita, integra vellent seruare Domini sacerdotes, nulla diuersitas in ipsis ordinibus et consecrationibus haberetur, sed, dum vnusquisque non quod traditum est, sed quod sibi visum fuerit, hoc existimat esse tenendum, inde diuersa in diuersis locis vel Ecclesiis aut teneri aut celebrari videntur. Hac pro re fit

scandalum populis, dum multa in vestra prouincia contra canones Ecclesiasticos decretaque maiorum vsurpare videntur, quæ quidem possent facile resecari, si Episcopi in his non invenirentur auctores, qui secularibus intenti humanum fauorem captantes religionem violant ordinesque corrumpunt. Nos siquidem diuinis præceptis et Apostolicis incitamur monitis, vt pro omnium Ecclesiarum statu impigro vigilemus affectu. Idcirco fraternitati vestræ cognitum facimus, quod *Gerhardus* sanctæ *Lauriacensis Ecclesiæ Archiepiscopus* causa orationis ad limina veniens Apostolorum nostram Apostolicam præsentiam visitare et benedictionis gratiam à nobis percipere sollicité studuit et multa, quæ reprehensione digna sunt, nostris auribus lacrymosis vocibus intimauit, tota cordis intentione à nostra Apostolica autoritate de his, quæ contra canonum regulam et decreta maiorum in vestris geruntur prouincijs, quærens consilium. Scitis enim, quod ab ipso Domino Beato Petro Principi Apostolorum eiusque Vicarijs omnium Ecclesiarum cura commissa est veritatis voce dicente: *Tu es Petrus et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam,* cui etiam proprias oues commendauit dicens: *Si diliges me, pasce oues meas.* Et idcirco pro vniuersis Ecclesiis solicitudinem gerimus et veluti in specula positi, quod per totius orbis prouincias geratur, vigilanti cura insistimus. De quibus ergo Apostolicam sedem consuluit et qualia nos ei responsa dedimus, per hos nostros apices vobis intimare curamus; Eius namque interrogatio feriatim talis erat:

De Auguratoribus et incantatricibus et maleficis vario modo mortificatis à populo, Si aliqua pœnitentia debeat exigi. De talibus namque personis, quid veteris ac noui testamenti pagina censeat, manifestum est; In lege namque Moysaica scriptum est, maleficos non patiaris viuere: Similiter in Samuelis libro legitur, quia exterminauit Saul omnes phytonissas de terra, et alia, quæ enumerare longum est. Sed nos etiam tales nostris exhortationibus ad pœnitentiam trahere debemus, vt magis Ecclesiastico iudicio pœnitendo uiuant quam gladio vindice puniantur dicente Beato Paulo Apostolo: Non enim posuit nos Devs in iram sed in acquisitionem salutis. Quod si Ecclesiastica iudicia spreuerint, humanis subiacent legibus, meminisse enim debent; à Deo potestates fuisse concessas et ad vindictam noxiorum gladium fuisse permissum et Dei ministrum fuisse datum in huiusmodi vindictam; Et dum in talibus improbis legum exercetur authoritas dicente beato Innocentio: erit dictator inmunis.

Consultum est etiam, vtrum Episcopi Pax vobis an Dominus vobiscum pronunciare debeant. Sed non aliter per omnem vestram prouinciam tenendum est, quam in sancta Romana Ecclesia. In Dominicis enim diebus et in præcipuis festiuitatibus atque Sanctorum Natalitijs Gloria in excelsis Deo Et Pax vobis pronunciamus; In diebus verò Quadragesimæ et in quatuor temporibus siue in vigilijs sanctorum et in reliquis ieiuniorum diebus Dominus vobiscum tantummodo dicimus.

Post hæc consuluit: Si Dominica oratio in benedictione ciborum debeat visitari. Quod fieri non oportet, quia in sanctificatione corporis et sanguinis Domini nostri Jesv Christi hanc solummodo orationem sancti Apostoli decantabant et in Euangelio legitur, quia post Cœnam à Domino factam Hymno dicto exierunt in montem Oliuarum.

Post hæc interrogauit de eo; qui matrem et filiam spirituales in coniugio ducit, quod ne fiat, sacri canones per omnia vetant. In canonibus Zachariæ ita habetur, vt presbyterâ, diaconâ, monacha vel etiam spirituali conmatre aut spirituali filia nullus vtatur; Nam, qui huiusmodi opus perpetrauerit, sciat se anathematis vinculo innodatum et Dei iudicio condemnatum atque à sacro corpore et sanguine Domini nostri Jesv Christi alienum, et quicunque sacerdotum eis communicare præsumpserit, eorum iudicio condemnatus sacerdotij sui honore priuetur. Interrogauit etiam, si vir, cuius uxor meretricatus et abicitur, ea uiuente debeat uti coniugio, quod, quia interdicitur, innumerabiles a viris morti addicte sunt mulieres. De qua re, quid aliud dicere possumus, nisi quod dominus dicit in euangelio: Sed si se continere non possunt, in vicem revertantur, et si hoc nullatenus fieri potest, melius est illis iuxta apostolum nubere, quam uri, quia mundane leges concedunt illis, alteram ducere uxorem. Similiter namque quesiuit, si viro, cuius uxor a fratre polluitur, alio liceat uti coniugio. Scimus, quia iuxta quod sacri canones censent, mulies illa abicienda est et modis omnibus excludenda. vir autem eius ab illius peccato alienus est secundum scripturam, que dicit: Nemo enim alieno peccato punitur. Si autem se continere vir ille non poterit, non patet ratio, cur alteram non ducat uxorem. Dehinc intulit lamentabile et nimis lugendum, vt Domini sacerdotes publicè ducant vxores, et filij eorum valeant promoueri; Quod scelus, quia omnis sacra scriptura contradicit, quia sanctum et venerandum Nicenum Concilium vetat, ne sacerdotes cum fœminis habitare præsumant, multo magis ne

copulari vel sociari mulieribus debeant, iuxta sacros canones modis omnibus prohibemus. In Neocæsariensi namque Concilio ita habetur: Presbyter si vxorem acceperit, ab ordine deponatur, et qui in tali scelere fuerint reperti, nostra Apostolica authoritate omni priuentur honore. Filij vero eorum inmunes ab eorum peccato sunt dicente Propheta: filius non portabit iniquitatem patris, et in sacro Baptismate omnia dimittuntur peccata. Dehinc perquisiuit, si à Chorepiscopo Ecclesiæ debeant consecrari aut presbyteri ordinari vel consignatio chrismatis et manus impositio fieri; quæ omnia à Chorepiscopo ne fiant interdicimus iuxta Canonum decreta. In Conciliò Antiocheno capite decimo sic continetur: Qui in vicis et possessionibus Chorepiscopi nominantur, quamuis manus impositionem Episcoporum perceperint, tamen sanctæ synodo placuit, vt modum proprium recognoscant et gubernent subiectas sibi Ecclesias, ordinent etiam lectores et subdiaconos atque exorcistas, quibus promotiones istæ sufficiant, nec presbyterum nec Diaconum audeant ordinare. Siquis autem transgredi statuta temptauerit depositus, quo vtebatur honore priuetur.

Perquisiuit etiam, si vir et mulier tertio vel quarto gradu consanguinitatis coniuncti et inscij coniugio copulantur postea Dei respectu compuncti ostendunt se sacerdoti secretè confitentes peccata sua, vtrum valeant elemosynarum largitione ac bonorum operum exhibitione purgari; De talibus enim personis in veteri et nouo Testamento multa reperiuntur exempla maxime in Concilijs Gregorij et Zachariæ, in quibus hæc continentur: vt consobrinam, Nouercam, Neptem, fratris vxorem Nurum vel etiam de propria cognatione aut quam cognatus habuit, nullus coniugio præsumat sibi copulare. Siquis verò hoc nefario coniugio conuenerit et in eo permanserit, sciat se Auctoritate Apostolica anathematis vinculo innodatum et nullus sacerdos ei tribuat communionem, et si inclinatus diuisusque fuerit ab illicita copula, pœnitentiæ submittatur, vt sacerdos loci considerauerit.

De vastatoribus autem Ecclesiarum vnde inquisiuit, nihil aliud scribimus, nisi quod Pavlvs Apostolus ad Timotheum scribens ait: Argue, increpa, obsecra cum omni imperio.

His verò omnibus prælibatis fraternitatem vestram monemus per hanc nostram Apostolicam iussionem, vt huic *Gerhardo Archiepiscopo,* cui vicem nostram in cunctis finibus vestris commisimus in omnibus, quæ ad Ecclesiasticum ordinem pertinent, obedientes et adiutores sitis, quatenus in vna concordia persistentes, vt Ecclesiastica iura ut

Christianitatis religio in vestris partibus, quæ pro paganorum incursione et malorum Christianorum persecutione corrupta et deprauata esse videntur, Domino largiente et beato Petro Apostolorum Principe cooperante ad rectitudinis normam valeant reformari et vos in futuro examine securi possitis audire vocem Domini dicentis: Euge serue bone et fidelis, quia super pauca fidelis fuisti super multa te constituam; intra in gaudium Domini tui. Præter hæc *Eberhardo Duci Bauuariorum* nostra authoritate iniungimus, vt præfato *Gerardo Archiepiscopo* in omnibus auxilium præstet, vt suæ Ecclesiæ status et rectitudo ac proprius vigor ad integrum culmen et priscum decorem suo iuuamine valeat peruenire, si Dei indulgentia et sancti Petri etiam suorum delictorum à nobis vult accipere remissionem.

Hund, Metrop. I. 49 (edit. Monacensis), I. 33 (edit. Ratisb.). — Ludewig, Script. rer. German. II. 354. — Hansiz, Germ. sacra, I. 192. — Mansi, Collect. conciliorum, XVIII. 378. — Boczek, Cod. dipl. Moraviae, I. 79. — Dümmler, Pilgrim von Passau, 117.

V.

948. — *Papst Agapitus II. entscheidet die zwischen den Erzbischöfen Gerhard von Lorch und Herold von Salzburg entstandenen Zwistigkeiten wegen des Gebrauches des Palliums und Ausdehnung ihrer Diöcesen.*

Agapitus Episcopus seruus seruorum Dei fratri dilectissimo et reuerendissimo *Gerardo* sanctæ *Laureacensis Ecclesiæ Archiepiscopo* in Christo salutem. Petitiones tuas pro renouandis siue approbandis Ecclesiæ tuæ priuilegiis venerabilis *Fuldensis monasterij Abbas Hademarvs* huc causa orationis veniens cum magna beneuolentia nostræ experientiæ suggessit pariterque jurgia et disceptationes grauissimas inter te et *Heroldum Archiepiscopum* pro vtrinque susceptâ in vna prouincia pallij auctoritate exortas flebiliter nunciauit, quod et ipsi ex debita pastorali cura nimio cordis mœrore dolemus detestabiliterque profanamus. Quippe sancta et vniuersalis Ecclesia, cui authore Deo præsidemus à religiosis atque pacatis sacerdotibus suis et in caritate non ficta solidatis quasi totidem columnis innisa fulcitur; discordantibus autem et aduersus se hostiliter inflante superbia animum tollentibus præsertim tantis Pontificibus velut euulsis sustentaculis casura non sine magno periculo et vigoris sui detrimento à

proprio statu concutitur. Insuper etiam, dum de foris inter vos pro pallij honore pertinaciter huiusmodi contentio exercetur, agitur, vt in fraterna emulatione decor sacerdotij intus euacuetur.

Inde ergo frater Officium nostrum illud esse perpendentes, ne inimicitiarum fomite in vobis succrescente dissidium sanctæ Dei Ecclesiæ atque scandalum sine consilij et vtilitatis vestræ respectu diutius nutriatur, ad sequestrandum litem vestram accedimus nos arbitri tam ex sollicitudine à Domino regiminis iniuncti quam amborum vestrorum amore ad hoc permoti ita videlicet, vt et de prælibata conflictus vestri querimonia rationabilibus iudiciis rite iustitiæ satisfaciamus, et vos omni explosa controuersia in fraternam concordiam Christo moderante reuocemus.

Notum est igitur literisque penes nos commendatum, quibus Ecclesiarum locis dignitas pallij ab hac Apostolica sede debeatur; Lauriacensem autem vrbem antiquitus Metropolitanam fore et Archiepiscopi sedem, cui sanctitas tua præesse dignoscitur, sicut in priuilegiis authenticis ad nos vsque à te directis legimus, ita quoque inuentis quibusdam exemplaribus chartæ vetustate admodum attritis in Archiuo S. Petri reperimus. Hanc etiam in exordio nascentis Ecclesiæ et immanissima Christianorum persecutione à Doctoribus istius sedis Catholicæ fidei nouimus rudimenta percepisse et exinde à succedentibus prædicatoribus in *superioris* atque *inferioris Pannoniæ* prouincias eiusdem fidei emanasse gratiam. Quibus etiam duabus prouinciis illarumque Pontificibus vsque ad tempora *Hunnorum* non alius quam sanctæ *Lauriacensis* præfuit *Archiepiscopus*, quorum barbarica feritas non solum prædictam Lauriacensem Ciuitatem verum etiam in circuitu adiacentes regiones depopulauit atque funditus desolauit. Inde quidem contigit, vt Episcopi hac necessitate compulsi sede illa deserta atque alio translata simul etiam Archiepiscopalem ipsius sedis desererent honorem. Modernis autem nec multo retro elapsis temporibus vacante ab Apostolico Vicario Bauariorum regno *Arno primus* sanctæ *Salzburgensis Ecclesiæ* subrogatur *Archiepiscopus*. Hæc testatur annosa memorialis sacri scrinij historia. Modo autem mortalibus propitiante Christo ab hostibus sanctæ *Lauriacensis Ecclesiæ* quiete et inhabitandi securitate concessa non alibi quam ibidem fraternitatis tuæ Cathedra oportet haberi. Quapropter reintronizamus te eidem Ecclesiæ sanctorum Patrum videlicet prædecessorum nostrorum, sed et beatæ memoriæ Domini *Leonis Papæ*, à quo Excellentia tua

pallio et priuilegio donata est, sanctiones atque statuta exequentes ac sæpedictam sanctam *Lauriacensem Ecclesiam* potestate et vice beati Petri Apostolorum Principis absoluimus et Archiepiscopamus et in culmen Metropolitanum sublimamus et priuilegia nobis transmissa manu propria munimus et corroboramus ac rata esse firmamus, denuoque tibi pallium cum præsenti præcepto secundum vsum prius concessum successoribusque tuis perpetim tenendum tradimus. Hisque ex amussi ita ad iustitiam reintegratis decreuimus rixas vestras et dissensiones præfata ex causa deriuatas dirimere atque in fraternum amorem vos reconciliare sic, vt vtrique vestrorum modo susceptus seruetur pallij honor illæsus hortantes, quatenus Apostolicè instituti amodo non in contentione et æmulatione maneatis. Constat quidem, quod canonicè singulis prouinciis singuli ordinantur Metropolitani, proinde distribuere atque determinare ita vobis parochias bonum et pacificum æstimamus, vt diuisis duabus Noricæ regionis prouinciis *Heroldo Archiepiscopo Occidentalis Pannoniæ* cura committatur et custodia; tibi autem successoribusque tuis propter emeritam antiquitatem sanctæ *Lauriacensis Ecclesiæ*, cui iure iuniorum reuerentia assurgit in benedictionis et sedis ordine Prælatis atque Præpositis prouidentiam *Orientalis Pannoniæ* regionemque *Auarorum* atque *Maraharorum* sed et *Schlauorum*, qui modo Christiani vel adhuc per baptisma Christo lucrandi sunt, circumquâque manentium credimus nostramque Apostolicam vicem in illis partibus prædicandi et pro arbitrio vestro, vbi opus est, Episcopos constituendi omniaque disponere atque ordinare tali authoritate atque potestate delegamus, ac si ipsi affuissemus. Quod si iam dictus *Heroldus Archiepiscopus* deinceps suorumve quispiam successorum minime diffinito limite contentus sed interdictam atque à sua potestate separatam Diœcesin repetere peruicaciter conatur nec à prohibitæ contentionis schismate per istas nostras Apostolicas traditiones atque determinationes compescitur; Ipse etiam pie concessa dignitatis munificentia penitus priuetur atque secundum ius pristinum superior Pannonia continuetur inferiori atque tuæ tuorumque successorum ambæ perpetualiter subiaceant ditioni; Allubescentes autem assensumque præbentes istis nostris saluberrimis decretis benedicimus et Catholicos approbamus, resistentes vero atque infirmare vel omnino peruertere contendentes anathemate maranatha sanctæ Trinitatis districte percutimus et Apostolica sententia, qua multati Anania et Saphira exspirauerunt, damnamus et cum

blasphematoribus sancti Spiritus sempiternis cruciatibus puniendos destinamus.

Hund, Metropol. Salisburg. I. 52 et 352 (edit. Monac.). I. 36 et 236 (edit. Ratisp.). — Ludewig, Script. rer. German. II. 358. — Hansiz, Germ. sacra, I. 197. — Mansi, collect. conciliorum, XVIII. 406. — Fejer, Cod. dipl. Hungariae, I. 253. — Boczek, Cod. dipl. Moraviae, I. 83.

VI.

974 (?973). — *Schreiben des Bischofs Pilgrim von Passau an den Papst Benedict VII. (? VI.)*

Ordinis ac nominis carismate prærogato sanctæ Romanæ sedis vniuersali *Benedicto Pontifici Pilgrimus* sanctæ *Lauriacensis Ecclesiæ* humilis seruitor. Fidelitatem precum deuotumque seruitium. Notum fieri dignetur vobis summe sacerdotum Præsul, quod super omne animi mei desiderium nunc delectarer et Apostolorum visitare limina vestraque optabili perfrui præsentia et ea faciè ad faciem, quæ literis et internuntiorum committo indiciis Sanctissimæ paternitati vestræ coram rationari, nisi quod â Neophita *Vngarorum* gente huc ire prohibeor, apud quam fœdere pacto sub occasione pacis fiduciam sumpsimus operam exercere prædicationis. Huius enim terror gentis ex longo tempore etiam aliarum prouinciarum Prædicatoribus meæ diœcesis hactenus aditum clausit, ad quas nihilominus præsentis opportunitas temporis ire me vocauit, Quibus Devs omnipotens, quoniam solita sua pietate semper diuersa congregat, aperire dignatus est ianuam cordis sui diu clausam, vt discisso velamine duritiæ suæ depositaque ferina crudelitate leni iugo Domini colla submittant. A qua ergò præfatâ *Vngarorum* gente multis precibus ipse inuitabar venire aut missos meos in opus Euangelij illuc dirigere; Ad quos dum transmitterem satis idoneos viros ex Monachis Canonicosque Presbyteros, atque de singulis Ecclesiasticis gradibus Clericos et vita omnique conuersatione illorum sic ordinata, quemadmodum in gestis Anglorum didici, tantum diuina gratia fructum statim ministrauit, vt ex eisdem nobilioribus Vngaris vtriusque sexus Catholica fide imbutos atque sacro lauacro ablutos circiter quinque millia Christo lucrarentur. Christiani autem, quorum maior pars populi est, qui ex omni parte mundi illuc tracti sunt captiui, quibus nunquam soboles suas licuit nisi furtiue Domino consecrare, modo

certatim nullo obstante timore offerunt eos baptizare et gratulantur omnes tanquam de peregrinatione sua in patriam reducti, quod Christiano more oratoria audent construere et licentia percepta linguam ligatam in laudem Saluatoris præsumunt soluere. Ipsi enim barbari mira omnipotentis Dei operante clementia, quorum licet adhuc gentilitate sint quidam detenti, nullum tamen ex illorum subditis vetant baptizari nec sacerdotibus inuident, quocunque libet, proficisci; Sed ita concordes sunt pagani cum Christianis tantamque ad inuicem habent familiaritatem, vt illic videatur Isaiæ impleri prophetia: Lupus et agnus pascentur simul, Leo et bos comedent paleas. Factum est ergo, vt penè cuncta *Vngarorum* natio sit prona ad percipiendum fidem sanctam; sed et aliæ *Schlauorum* prouinciæ ad credendum promptæ. Et est ibi messis quidem multa, operarij autem pauci; Inde quoque visum est necessarium esse, quatenus Sanctitas vestra illic iubeat aliquos ordinari Episcopos, quia et quondam Romanorum Gepidarumque tempore proprios VII Antistites eadem *Orientalis Pannonia* habuit et *Mesia* meæ sanctæ *Lauriacensi,* cui ego indignus ministro, *Ecclesiæ* subiectos, quorum etiam quatuor vsque, dum *Vngari* regnum *Bauariorum* inuaserunt, sicut præsenti cognitum est ætati, in *Marauia* manserunt. Quod nimium graue ac valde onerosum est mihi, vt tot mei Pontificij parrochias solus prædicando circumeam, quibus necessitate et adiutorij inopia cogor nunquam meam subtrahere præsentiam. Ecce Dominorum amantissime huiusmodi Ecclesiasticis mancipatus officiis detineor; et ne fecissem moram sæpè dictæ gentis conuersioni, ire et prosterni ad vestra sanctissima vestigia distuli; Legatos autem meos præsentium scilicet portitores ad vestram destinaui serenitatem, quos audire dignetur quæso clementia vestra et eorum meisque mixtim precibus præbere assensum, quatenus pallium infulamque pontificalem, quod speciale munus honoris ab hac sede tantum dirigitur Metropolitanis, quod etiam mei prædecessores à gloriosis huius principalis Cathedræ Primatibus accipere soliti erant; mihi verò hoc ipsum benigno animo per illos dirigere dignetur pariterque etiam priuilegia Apostolicæ authoritatis meæ Ecclesiæ per eosdem missos meos vestris præsentata sacris obtutibus more prædecessorum vestrorum roborari supplico et confirmari, vt hac Apostolica sanctione et benedictione munitus mihi commissi populi gubernationem canonicè exequi valeam et vestris in die iudicij rationibus imputetur, quod in illis finibus ex paganis

noua Ecclesia Domino lucratur. Quondam variæ ac peruersæ hæreticorum sectæ timendæ sunt, quos sæpe contigit deprehendi alios, quibus præsunt, errore suo corrumpere, quos agnitione Orthodoxe veritatis debuerant illustrare, vt hæc tam pestifera de me amputetur suspicio, solemne symbolum Catholicæ fidei, quam ipse teneo ac doceo, vestro Apostolatui profitendum salubre censeo:

Confiteor et credo sanctam atque ineffabilem Trinitatem, Patrem et Filium et Spiritum Sanctum vnum Devm naturaliter esse, Vnius substantiæ, vnius naturæ, vnius Maiestatis et virtutis; et Patrem quidem non genitum, non factum sed ingenitum profiteor: fons ergo et origo ipse est totius Trinitatis. Pater namque ineffabili substantia filium genuit, nec tamen aliud, quam quod ipse est, genuit; Devs Devm, lux lucem, Filium quoque de substantia Patris sine initio natum ante sæcula nec tamen factum fateor. Igitur non sicut filius à Patre, ita pater à filio est, quia non pater à filio, sed filius à patre generationem accepit; filius ergo Devs de patre, pater autem Devs; sed Devs non de filio; si enim fuit pater, semper habuit filium, cuius pater esset Devs, et ob hoc filium de patre natum sine initio confiteor. Spiritum enim Sanctum, qui est tertia in Trinitate persona, vnum atque æqualem cum Deo patre et filio credo esse Devm, vnius substantiæ, vnius quoque naturæ; nec tamen genitum vel creatum sed a patre filioque procedentem amborum esse spiritum. Nec enim procedit de patre in filium, nec de filio tantum procedit ad sanctificandam creaturam, sed ab vtrisque procedere monstratur, quia caritas siue sanctitas amborum esse cognoscitur; et nec patris tantum, nec filij tantum sed similiter patris et filij spiritus Dei. In relatiuis vero personarum nominibus pater ad filium, filius ad patrem, spiritus Sanctus ad vtrosque refertur; Quæ, cum relatiuè tres personæ dicantur, vna tamen natura vel substantia creditur; Nec sicut tres personas, ita tres substantias prædico, sed vnam substantiam, tres autem personas. Quod enim pater est, non ad alium sed ad filium, et quod filius est, non ad se sed ad patrem est; similiter spiritus sanctus non ad se sed ad patrem et filium relatiuè refertur in eo, quod spiritus patris et filij prædicatur. In hac ergo sancta Trinitate tres personas vnum Devm confiteor; Ergo non ipsum, qui pater est, dico etiam filium vel spiritum sanctum, nec ipsum filium patrem aut spiritum sanctum fateor, vel eum, qui est spiritus sanctus, patrem vel filium dicere valeo, sed, quod pater est, hoc filium esse, hoc esse spiritum sanctum sine vlla

ambiguitate pronuncio; Personas enim distinguo non naturam Deitatis separo. Tres ergo illas vnius atque inseparabilis naturæ personas sicut non confundo, ita separabiles nullatenus prædico, cum nulla ante aliam, nulla post aliam, nulla sine alia vel extitisse vel quippiam operasse aliquando credatur. inseparabiles enim inueniuntur in eo, quod sunt et in eo, quod faciunt. Habet enim pater æternitatem sine natiuitate, filius æternitatem cum natiuitate, spiritus verò sanctus æternitatem processionis à patre et filio sine natiuitate. De his ergo tribus personis sola filij persona hominem verum sine peccato pro liberatione generis humani ex Maria virgine nouo ordine nouaque natiuitate sumpsit. Nouo ordine, quia inuisibilis in diuinitate visibilis monstratur in carne; noua autem natiuitate est genitus, quia incorrupta Virginitas et virilem coitum nesciuit et fœcunda per Spiritum sanctum carnis materiam ministrauit. Dei enim filius non personam hominis accepit sed naturam; Naturam enim nostram in vnitatem suæ personæ assumpsit et idcirco filius Dei et filius hominis vnus est Christus. In eo namque, quod filius est Dei, æqualis est patri et in eo, quod filius est hominis, minor est patre. Qui etiam, ex quo homo est, pro delictis nostris passionem sustinuit mortique addictus et cruci veram carnis mortem accepit. Tertia quoque die virtute propria suscitatus de sepulchro. Hoc ergo Exemplo capitis nostri in hac carne, qua nunc sum et moueor, resurrecturum me credo. Idem autem Dominus et Saluator noster peracto resurrectionis suæ triumpho paternam sedem repetijt, à qua per diuinitatem nunquam recessit. Inde in finem seculorum venturus iudicabit viuos et mortuos reddetque singulis, prout gessit quisque in corpore, siue bonum, siue malum. Ecclesiam sane Catholicam pretio sui sanguinis redemptam cum eo credo in perpetuo regnaturam. Credo et confiteor vnum baptisma in remissionem omnium peccatorum. Hanc ergo fidem professionis meæ inuiolatam me retinere et ab ea nunquam deuiare promitto.

Qualiter ergo ex prælibata fide idiotas erudire debeam et ipse in suscepta nouitiorum Ecclesia conuersari rescripto paternitatis vestræ cautus flagito, vt merear edoceri; Memetipsum enim iterum iterumque sanctitatis vestræ fidei precibusque subnixe commendo. Dignam autem vestræ sublimitatis memoriam, quam tota per orbem frequentat Ecclesia, ego cum omnibus mihi subditis votis et orationibus celebrare non desisto, quidquid etiam humani seruitij, quod vestram deceat magnitudinem, ex me conferri possit, totum et ex

toto pro libitu voluntatis vestræ liberaliter expendere pater dilectissime satago.

Hund, Metrop. Salisburg. I. 356 (edit. Monac.), I. 237 (edit. Ratisp.) — Ludewig, Script. rer. German. II. 365. — Hansiz, German. sacra, I. 211.

VII.

974. — *Papst Benedict VII. verkündet genannten Erzbischöfen und Bischöfen, dann dem Kaiser Otto II. und dem Herzoge Heinrich von Baiern, er habe dem Erzbischofe Pilgrim von Lorch das Pallium verliehen, und die Diöcesan-Gränzen dieses Erzbisthums und des Erzbisthums Salzburg bestimmt.*

Dilectissimis nobis in Christo filijs *Hrodberto* sanctæ *Moguntinæ Ecclesiæ* et *Diotrico* sanctæ *Treuerensis Ecclesiæ* atque *Adalberto* sanctæ *Magdeburgensis Ecclesiæ*, parique modo *Geroni* sanctæ *Coloniensis Ecclesiæ* atque *Friderico* sanctæ *Juuauensis Ecclesiæ*, sed et *Adalgago* sanctæ *Bremensis Ecclesiæ Archiepiscopis;* Pariterque Domino *Ottoni* gloriosissimo *Imperatori* Augusto atque nepoti suo *Henrico* præcellentissimo *Duci Bauariorum*, Cæterisque omnibus Episcopis et Abbatibus, Ducibus atque Comitibus Galliæ atque Germaniæ *Benedictus* diuina gratia præditus Apostolicæ sedis *Pontifex*, seruus autem seruorum Dei in Domino salutem. Oportet iustis supplicationum petitionibus nos semper faciles et humiles exhibere et præcipue cum fraternis religiosorum consacerdotum precibus sollicitamur, qui passim ab omni mundi termino tenorem et regulam atque proprij officij vigorem ab hac vniuersali sancta Romana matre Ecclesia eiusque sortiuntur Ministro, Vicario scilicet beati Petri Principis Apostolorum, cuius quamuis indigni eiusdem tamen gratia et dono potestati successimus et ordini, cui voce dominica dicitur: *Tu es Petrvs et super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam.* Quapropter dignum æstimabimus assensum præbere congruis postulationibus Reuerendissimi Archiepiscopi, quas per probabiles personas nobis intimauit responsalium suorum duorum præsbyterorum, quatenus sibi pallium et Metropolitanum honorem Cathedræ suæ, sanctæ *Lauriacensi Ecclesiæ* restitueremus confinio *Vngrorum* adiacenti, quod omnino nos eidem Ecclesiæ debere testantur antiquissima secum apportata priuilegiorum testimonia; In quibus enim continebatur, quod ætate Pontificatus beati *Symachi* huius almæ sedis apostolici Præsulis

præfata sancta *Lauriacensis* habetur *Ecclesia* Metropolis et in quantum tam exinde quam etiam de passionibus beatorum Martyrum, qui illic plures in tempore persecutionis pro fide Christi variis sunt tormentis mulctati colligere possumus ex omnibus Ecclesiarum Diœcesibus *Pannoniæ* hæc antiquitate et Archiepiscopij dignitate esse primitiua creditur, quæ iam multis retrò actis temporibus ex vicinorum frequenti populatione barbarorum deserta et in solitudinem redacta nullum Christianæ professionis habitatorem meminit, Vsque dum inuictissimus Augustus et pater patriæ genitor quippe pii Imperatoris nostri, quem adhuc superesse et diu dominari mundus exoptat, bellico trophæo eorum vires retundit. Nunc autem quamobrem votis exultantibus in laudem omnipotentis Dei erumpimus; non solum sæpe dicta sancta *Lauriacensis Ecclesia* hostium cessante terrore cum accolis suis pace et tranquilitate potitur, verum etiam ipsi dudum inimici illum, quem persecuti sunt more gentili, iam iam Christum baptizati profitentur et sacerdotes modo habere desiderant ac, prout scire rudes poterunt, venerantur et Ecclesias quasdam in sua terra, quas patres incendio dederunt, posteri restaurare videntur. Hac ergo suadente ratione, quod prænominati sanctæ *Lauriacensis Ecclesiæ Archiepiscopi* postulatio antiqua Apostolica authoritate commendatur et præterea quod cum istum esset, pariter etiam vtile visum est, vt ad fructificandas Deo gentes ex nouitiis cultoribus fidei *Vngrorum* atque *Marauorum* siue etiam aliis multis prouinciis *Schlauorum* suæ parochiæ finitimis illic ordinatis Episcopis, secundum quod antiquitus dispositi erant, eis nunc constitueremus Archiepiscopum. Quoniam autem *Salisburgensis Ecclesia* Metropolis abusa est subiectione sanctæ *Lauriacensis Ecclesiæ* Pontificij obliterata et attenuata sua dignitate ex deuastatione Barbarorum, quam propterea perceptis Apostolicis priuilegijs nequaquam patimur priuari, cum et priora sint Salzburgensibus et ideo auctoritatiua vel auctorabiliora; Quæ conditio testimonij etiam apud secularia iudicia viget et prævalet. Nos vero in huiusmodi constitutionibus omnem calumniam atque contentionis occasionem Domino adiuuante facile propulsamus, ambabus parochijs ab inuicem certis limitibus sequestratis et tamen Apostolicis sanctionibus vbique stabilitis, quas nostrum est semper defendere et secundum Euangelicam sententiam nihil ex eis soluere sed adimplere. Vnde ergo auctoritate et potestate beati Petri Principis Apostolorum atque exemplo

beatorum Pontificum scilicet prædecessorum nostrorum eandem sanctam *Lauriacensem Ecclesiam* eiusque rectores iam Archiepiscopos ammodo perpetim ab omni *Salisburgensis Ecclesiæ* eiusque Præsulum subiectione ac ditione absoluimus et honore Metropolitano sublimamus et sicut modernis temporibus sanctæ memoriæ *Agapitvs* Papa terminos earundem parochiarum ab inuicem distinxit, sic et ipsi diffinimus ita quoque, vt sancta *Salzburgensis Ecclesia superioris Pannoniæ* Episcopos habeat suffraganeos, quibus vsque huc sui Pontifices præesse videbantur, cum tanta talique diœcesi, quali hactenus in inferiori vsi sunt Pannonia. Sancta autem *Lauriacensis Ecclesia* in *inferioris Pannoniæ* atque *Mesiæ* regiones, quarum prouinciæ sunt *Auaria* atque *Marauia*, in quibus septem Episcoporum parochiæ antiquis temporibus continebantur, suique antistites Archiepiscopalem deinceps habeant potestatem cum tanta talique diœcesi, quali hactenus in superiori vsi sunt Pannonia. Quibus vtique iam præceptis insuper iniungimus, vt iuxta beati *Gregorij* decretum *Anglorum* Archiepiscopis directum alter illorum, qui prior sit in ordinatione tempore, et quoad viuat prioratum teneat in ordine; Penitus enim determinatis vtriusque Ecclesiæ diœcesibus omnique exclusa altercandi occasione canonica sub districtione interdicimus, vt neuter earundem Ecclesiarum Archiepiscopus inuadere alterius parochiam præsumat vel quibuscunque jurgiis aut disceptationibus super diffinitis à nobis modo rebus alter alterum sollicitare audeat. His igitur sedatis venerabilem confratrem nostrum *Pilgrinum Archiepiscopum* canonicis literis munitum sedi sanctæ *Laureacensis Ecclesiæ* suæ intronizauimus palliumque ei secundum antiquum eiusdem Ecclesiæ vsum direximus atque in prouinciis *Auariæ* et *Marauiæ*, regionum quoque *inferioris Pannoniæ* siue *Mesiæ* et in contiguis sibi *Schlauorum* nationibus circumquaque manentium nostram Apostolicam authoritatem et vicem exercere committimus atque delegamus, quatenus illic more antecessorum suorum sanctæ *Laureacensis Ecclesiæ* Archiepiscoporum habeat potestatem Presbyteros et Episcopos ordinare atque constituere et ex prædictis gentibus sua sancta prædicatione parare Domino plebem perfectam.

Hund, Metrop. Salisburg. I. 55 (edit. Monac.), I. 37 (edit. Ratisp.). — Ludewig, Scriptor. rer. German. II. 370. — Mansi, Collect. conciliorum, XIX. 52. —

Hansiz, Germ. sacra, I. 213. — Fejer, Cod. dipl. Hungariae, I. 266. — Boczek, Cod. diplom. Moraviae, I. 93.

(Rücksichtlich der Geschichte der hier I—VII. mitgetheilten Urkunden sehe man: „Pilgrim von Passau und das Erzbisthum Lorch" von Dr. E. L. Dümmler, Leipzig 1854.)

VIII.

992—993. — *Arnold, Graf von Wels und Lambach, gibt dem Kloster Kremsmünster mehrere ihm entzogene Güter wieder zurück.*

Igitur dum diu predia quedam pertinencia ad abbaciam sancti saluatoris que uocatur *Chremsamvnistur* iure legittimo sacre *Pataviensis ecclesie* sedi pertinentem temporibus antecessorum nostrorum religiosorum scilicet pontificum *Adalberti, Pilgrimi* prediis *Arnoldi comitis* finitima contencione uacillarent, tandem anno II° *Christiani episcopi* successoris predictorum placuit hoc modo iurgiis finem dare supradictis. Conuocatis itaque in eadem predia non paucis amborum amicis idem iam dictus *Arnoldus comes*, quod sibi inscienter usurpauit, prorsus in posterum abdicauit duobus in *Stainfeld* receptis mansis et loco *Rivt* a quodam illius monasterii seruo *Mazilino* nomine exculto et noualia suo sclauo nomine *Wenco* possesso. Priuauit se quoque quicquid cernitur ad agriculturam siue ad fenum aptum locis eiusdem ecclesie suo finitimis foresto, et priuauit se ex tercia parte feni, quod mancipari potest in siluam, que uocatur superior *Hart;* et priuauit se tribus apium hortis, et nauim unam omni anno de eodem nemore recognouit edificandam. Insuper nauiculam I. et piscacionem *Albense* et pascua in *Chasiperg* et priuauit se nemore in *Zizenesheim* et *Egeninsten*, provt rectuis inter duos angulos discerni potest. Et priuauit se nemore, quod est inter *Egininstein* et *Petinpach* hoc tenore, ut qualicumque modo libitum sit ab illa ecclesia excolatur. Et priuauit se silua, prout uia ducit de *Tvrdina* usque ad *Hibersliph* seruis ad *Petinpach* pertinentibus, ut libitum sit utenda absque uenacione pariterque arborum uirgultorum eradicacione. Et priuauit se silua de ortu amnis *Syppenpach* foresto suo propioris, prout rectuis per manum usque in *Chremsam* discerni potest et prout idem amnis usque siluam inferius egreditur. Et priuauit se silua inter *Livbilenspach* et *Syppenpach*, prout rectius a campo mensurari in idem nemus X. agri in longitudine per ordinem poterunt, Et cunctis hiis absque uenacione se priuauit. Huius rei sunt testes *Reginolt*,

Gvmpo, *Dietrich*, *Livpreht*, *Altman*, jtem *Altman*, *Mazili*, *Ernost*, *Arnhelm*, *Ozy*, *Ellinpreht*, *Gozo*, *Aripo*, *Penzo*, *Gerhoh*, *Meginhart*, *Megingoz*, jtem *Gerhoh*, jtem *Gvmpo*, *Willepreht*, *Vocho*, *Lanzo*, *Poran*, *Jepo*, *Hvmperht*, *Pezili*, jtem *Ozy*, *Papo*, *Wernher*, *Engelshalch*, *Azo*, jtem *Aripo*, *Imizi*, *Rvdpreht* *Irminold*.

(Chrismon.) Data circa annum domini dcccc^lll. Lxxxxiii.

Aus dem sogenannten Cod. Fridericianus (sec. XIV.), im Archive des Klosters Kremsmünster. — Urkundenbuch von Kremsmünster, pag. 27, Nro. 18. — Auch zum grössten Theile, doch wenig genau abgedruckt bei Pachmayr, pag. 36 u. 870. — Hormayr, in den Beiträgen zur Lösung der Preisfrage des durchl. Erzherzogs Johann, Heft II. pag. 164, auszugsweise.

IX.

Circa 1083. — *Ein Edler, Namens Arnold, schenkt dem Kloster Kremsmünster den Ort Wartberg sammt Zugehör unter der Bedingung des Baues einer Pfarrkirche.*

Notum sit cunctis Christi fidelibus tam presentibus scilicet quam futuris, qualiter quidam ingenuus homo *Arnoldus* nomine tradidit ad altare sancti AGapiti, quod est in *Chremesemonasterio* in honore Saluatoris mundi consecrato locum ecclesie *Wartperch* nominatum cum nouem iugeribus ex adiacenti predio suo hac uidelicet condicione, ut ibi parochiana ecclesia fundaretur, cui et pars aliqua conterminalis populi in *Ůlesburgensi* pago positi, sed a sua matrice ecclesia ualde remoti cum suis decimacionibus attitularetur et ut ipse quo aduniret in eadem ecclesia munimentum refugii et habitacionis haberet, ipsaque ecclesia ad prenominatum locum pertineret eodem iure ac tenore, quo et mater eius *Ůtilespurch* cum ceteris ecclesiis ad eum rite pertinentibus. Hec tradicio facta est sub *Altmanno* uenerabili Patauiensi episcopo et *Dietrico* abbate coram hiis testibus: *Otto*, *Gebhart*, *Adalram*, *Berchtolt*, *Adalbreht*, *Hagano*, *Enzy*, *Ozy*.

(Chrismon.) Data circa annum domini M° LXXXIII.

Aus dem Cod. Fridericianus (sec. XIV.), im Archive des Klosters Kremsmünster. — Pachmayr, Series abbat. pag. 56, unvollständig. — Urkundenbuch von Kremsmünster, pag. 31, Nro. 23.

X.

1093. — *Auf einer durch Bischof Ulrich von Passau nach Lorch berufenen Versammlung wird dem Kloster Kremsmünster das durch den Priester Eberhard ihm entrissene Zehentrecht in der Pfarre Kirchdorf zurückgegeben.*

Monachi sancti Saluatoris in *Chremisęmonasterio* sanctę matris et apostolicę ęcclesię filiis transmittunt hęc, ut et fideliter suscipiant et memoriter teneant, Decimationem in *Ôlesburgensi* barochia pertinentem ad altare sancti Saluatoris, quod est in *chremisemonasterio*, quidam *Eberhardus* eiusdem parochie presbiter perperam inuadere et sibi raptim usurpare contendens intantum huius loci monachos iniuriatus est, ut nostrates non nisi armis defensando eam retinere possent; Quod dum inhibere marchio *otacher* defensor monasterii sed et dominus *Eberhardi*, et ideo nolens, nequiret, adiit *Ôdelricum* patauiensis ęcclesię episcopum in presentia fratrum ad interpellandum pro eis obnixe rogans, ut hanc litem utrumque canonice cum suis canonicis determinaret. Igitur Anno MXCIII dominicę incarnationis, indictione I. II. Id. Sept. Feria II. anno ordinationis *Ôdelrici* pontificis secundo coadunato *Lauriacum* monachorum, clericorum, laicorum cętu prefatus episcopus utriusque partis causam sapienter et cum sapientibus trutinans illud discidium hoc modo discreuit. Edixit namque, ut siquę essent adducerentur a nostris personę probabiles supradictę barrochię conterminales, quę sacramento super reliquias sanctorvm vaeraciter affirmare possent, quod illam decimationem, quam *Eberhardus* Saluatori sibique famulantibus in *Chremisemonasterio* dirripere apetiit, ipsi suique parentes et aui et preaui persoluerent annuatim fratribus hic deo seruientibus temporibus Patauiensium episcoporum (Adalberti) *Pilgrimi, Christiani, Beringeri, Eigilberti, Altmanni, Ôdelrici*, Quod ita constanter et uoluntarie peregerunt utriusque conditionis uiri *Adalram, Otto, Berhtold, Adelbreht, Hagano, Enzi* et alii quam plures, coram *Ôdelrico* episcopo pontificali sede quę est *Lauriaco* presidente et coram *Bezemanno* lambacensi abbate et monachis sancti saluatoris *Adalramo, Hoholdo, Heinrico, Rappotone, Eberhardo*, et coram *Chuonrado, Engilberto, Ôdelrico* sacerdotibus et prepositis, et coram *Arnoldo* archipresbitero

et *Guncilino*, *Adeloldo*, *Hartuuico*, *Vuasigrimo* et aliis multis clericis ipsoque *Eberhardo* et coram laicis nobilibus presentis episcopi militibus *Waltchōno*, *Ődelrico*, *Pabone* Itemque *Ődelrico*, *Adalramo*.

Aus dem Cod. Fridericianus, im Archive des Klosters Kremsmünster. — Urkundenbuch von Kremsmünster, pag. 32, Nro. 24.

XI.

Circa 1095. — *Welf, Herzog von Baiern, vertauscht das Gut Steinporz gegen Mochundorf an das Kloster Kremsmünster.*

Uniuersalis ecclesie matris filiorum memorie intimare congruum, estimauimus, qualiter uenerandus waioariorum dux *Welfo* dictus commutacionem regalis predii erga sancti Saluatoris cenobium peregit; Isdem namque dux per manus sui aduocati comitis *Ekkeberti* interpellante domino *Adalramo* [1mo] abbate mansum *Steinporz* nuncupatum eidem monasterio contiguum pro commutacione predii *Mochvndorf* dicti *Otachero* marchione predicti cenobii aduocato astante et suscipiente altario Saluatoris mundi sanctique Agapiti fecit delegari. Hanc rem auretenus tracti testificantur: *Otto* comes, *Adalbreht* comes, *Heinrich*, *Reinpreht*, *Adalram*, *Heinrich*, *Wernhart*, *Herman*, *Hoholt*, *Arnhalm*, *Dieprant*, *Warmund*, *Reginher*, *Brun*. Predictus itaquet aduocatus eiusdem predii ipso momento inuestituram hiis testantibus tradidit *Heinrich*, *Reginbreht*, *Wernhart* et aliis multis.

Aus dem Cod. Fridericianus, im Archive des Klosters Kremsmünster. — Urkundenbuch von Kremsmünster, pag. 33, Nro. 25.

XII.

Circa 1100. — *Ulrich, Bischof von Passau, gibt dem Kloster Kremsmünster gewisse ihm entzogene Kirchen, Güter und Zehenten wieder zurück.*

In nomine domini. monachi sancti Saluatoris in *Chremsmonasterio* degentes sponse Christi ecclesie scilicet cunctisque eius filiis

intimare dignum duxerunt, qualiter lis inter episcopum Pataniensem cenobiumque Saluatoris mundi ac sancti AGapiti maliuolorum instigacionibus aliquamdiu protracta diuino moderamine est determinata. Venerandus itaque Saluatoris mundi cenobii abbas A. predia, que persecucionis tempore antistitum nequicia eidem monasterio direpta atque in beneficia secularium iniusta usurpacione fuerant redacta, diuino, ut credimus, amminiculo coadunato apud R. cunctorum optimatum ad regiam ciuitatem cetu repeciit et eisdem adnitentibus ex parte regali auctoritate ac sigillo recepit; Quod ubi Patauiensi episcopo V. compertum est, confestim quorumdam malignorum deprauatus consiliis predium *Petenbach* dotem uidelicet predicti cenobii nec non decimaciones atque barrochias antiquissima tradicione ad altare sancti Saluatoris pertinentes iniusta prauitate inuadere sibique ad proseruiendum usurpare contendens aliquamdiu monachos huius loci iniuriatus est; Tandem dominico ammonitus oraculo paschali adueniens tempore predictum predium ecclesiarumque redditus nec non noualium decimaciones altario Saluatoris mundi sanctique Agapiti martiris benignissime concessit ac tocius litis erga predictum cenobium sese supra memoratum altare coram monachis ibidem conuersantibus et abbatibus *Adalramo* [1mo] *Hartman*, clericisque *Hartwic*, *Eberhart* nec non militibus eiusdem antistitis nobilibus eandem adtestantibus rem abnuit circa annum M.mXC.mIX.m (sic.)

Aus dem Cod. Frider. (sec. XIV.) im Archive des Klosters Kremsmünster. — Urkundenbuch von Kremsmünster, pag. 35, Nro. 27.

XIII.

Circa 1135. — *Adelheid von Wildberg schenkt dem Kloster Kremsmünster einen Wald, genannt Prumste, am Bache Weiten.*

Notum sit omnibus ecclesie fidelibus tam presentibus quam et futuris utriusque sexus, qualiter matrona quedam nobilis *Alheidis* nomine uidua *Ernstonis* eque nobilis uiri de *Hohenburch* et *Friderici* Ratisponensis aduocati filia tradiderit sue proprietatis siluam *Prvmste* vvlgariter dictam iuxta riuum *Witen* sitam quantitate xx. mansorum per manus filiorum suorum *Ernustes* et *Friderici* ipsis annuentibus et tradentibus altario Saluatoris mundi et sancti Agapiti martiris ad locum, qui dicitur *Chremsemonasterium Udalrico* eiusdem loci abbate

presente et suscipiente ob remedium anime sue et mariti sui *Ernstonis* et patris sui *Friderici*, cuius speciali donacione hoc idem posse-derat predium et matris sue *Livtkardis* et filiorum suorum et omnium parentum suorum ea scilicet racione, ut ecclesia ibidem edificanda nullatenus deinceps dei seruicio sit frustranda. Vt uero hoc firmius a presentibus recipiatur et a posteris cercius credatur sibi testibus teutonico more per aurem tractis est confirmatum, sicque fidelibus conseruatum. Horum nomina hic sunt subscripta: *Hertuuicus de franchenrvt*, *Engelschalch de Dahebach*, *Dietmar de Stregen*, *Pilgrim de Wiltperch* et frater eius *Adalbreht de Slate*, *Ortolf de Fvrwald*, *Ortolf de Prvnn*, *Hertwich de Svlze*, *Wipoto de Chrotendorf*, *Hartlieb de Tvrivgenrot*, *Chvnrat de Hvsen*. (Chrismon.)

Facta est autem huiusmodi tradicio temporibus pie memorie *Reginberti* Patauiensis ecclesie episcopi, qui eciam ecclesiam constructam adueniens sollempniter sepedicta domina *Adelheide* presente consecrauit eiusque peticione anteactam tradicionem banno suo legittime confirmauit.

(Chrismon.) Facta est eciam in diebus diue memorie *Livpoldi* marchionis, quod ipse quodam tempore illo adueniens locum conspexit, laudauit suoque iure confirmauit solitaque sibi liberalitate tantundem silue ultra predictum fluuiolum tribuendo augmentauit.

Aus dem Cod. Frider. (sec. XIV.), im Archive des Klosters Kremsmünster. — Urkundenbuch von Kremsmünster, pag. 36, Nro. 28.

XIV.

Circa 1140. — *Ulrich, Abbt von Kremsmünster, nimmt die Adelheid von Hohenburg für die Schenkung von Böckstall und viele andere Wohlthaten in die Confraternität seines Klosters auf.*

Notum sit omnibus nostris successoribus, quod ego *Vdalricus* II. abbas istius loci domine *Adalheide de Hohenbvrch* comitisse plenam fraternitatem ut uni fratrum nostrorum dedi cum omnium fratrum nostrorum coniuencia. Ipsa enim multimodis nobis suis adstitit beneficiis et creberrimis, inter que et locum, qui dicitur *Pehstal*

potestatiua manu nostro loco contradidit eo uidelicet tenore, ut ordo monasticus, ut ibi fas erit, instituatur et de cetero nostro loco subiciatur.

Aus dem Cod. Frider. (sec. XIV.), im Archive des Klosters Kremsmünster. — Urkundenbuch von Kremsmünster, pag. 37, Nro. 29.

XV.

1140. Wels. — *Reginbert, Bischof von Passau, weiht auf Bitten des Abbtes Ulrich von Kremsmünster die Kirche zu Martinsberg und erhebt sie zur Pfarrkirche.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. *Reginbertus* dei gracia Pataniensis ecclesie episcopus. Officii nostri nos ordo monet ecclesias Christi multifarie multisque modis honorare et exaltare, pauperes Christi ecclesiasticis impendiis sustentare atque per eorum suffragia nobis diuine misericordie uiscera dilatare. Huius rei gracia significamus omnibus Christi fidelibus, quod ego *Reginbertus* humilis sancte Pataniensis ecclesie episcopus rogatu uenerabilis abbatis et fratris nostri *Vdalrici* de Chremsmonasterio nec non et communi consilio unanimique consensu archipresbiterorum et clericorum nostrorum ecclesiam quandam *montem sancti Martini* nuncupatam ab eodem abbate constructam in predio, quod domina *Adelheid de Wiltperch* tradidit ad altare sancti Agapiti, ad cuius memoriam et patrocinium idem fundatum est cenobium, consecraui et in parrochie dignitatem sublimaui scilicet, ut ei per omnia ab omnibus maxima reuerencia ut matri exhibeatur ipsaque a prefato monasterio eiusdem iuris tenore, quo et alias continet parrochias, contineatur. De cetero terminos predicte ecclesie statuimus a *Tycha* flumine usque *Pergaren*, a *Pergaren* usque ad *uillam Hacimonis*, et a *uilla Hacimonis* usque *Brandecha*, et a *Brandecha* usque ad uillam, que uocatur *Chuislach* et a *Chuislach* usque ad terminos episcopatus nostri et terminos terre *Bohemie*, et omnia culta et inculta a flumine *Tycha* usque ad predictos terminos *Bohemie*. Hec autem omnia et prememorata tradicio uidelicet predii et nostra concessio, ut rata et inconuulsa fratribus beati Agapiti martiris permaneant, precipimus, et ne aliqua qualicumque inquietentur vel distrahantur occasione sub eterni anathematis

interminacione interdicimus atque uniuersos successores nostros id ipsum corroborare obnixe petimus. Hoc idem uero impressione sigilli nostri confirmamus.

(Chrismon.) Hec autem facta sunt anno ab incarnacione domini M.C.XL. Indictione III. III (?XIII.) idus Nov. Huius rei testes sunt archypresbiteri nostri: *Lanzo de Winen, Gerboto de Piuchel;* canonici Patavienses: ***Marchwardus et Otto***, ***Reginwardus*** canonicus regularis, ***Herrant*** parochianus *de Witen*, *Otacher marchio de Styre*, *Dietrich comes de Viechtenstain*, *Adalram de Valchenstain*, *Albwin de Stein*, *Cholo de Willehering*, *Dietrich de Halsen*, *Manegolt de Wesen*, *Wernhart de Mozzing*, *Adalram de Chirichperch*, *Syboto de Matse*, *Rvdger de Ahaim*. Data Wels XII K. Nouembris.

Aus dem Cod. Frider. (sec. XIV.), im Archive des Klosters Kremsmünster. — Urkundenbuch von Kremsmünster, pag. 38, Nro. 30.

XVI.

Circa 1150. — *Vertrag zwischen dem Abbte Adalbert von Kremsmünster und dem Propste Manegold von Ranshofen über die Abhaltung der gottesdienstlichen Verrichtungen zu Rohr.*

Nouerint omnes presencia scripta legentes, quod Dominus *Adalbertus* Venerabilis *Abbas de Chremsmunster* et Dominus *Manegoldus prepositus de Raanshouen* non minoris famę pari uoto et unanimi fratrum consensu in unum conuenerant hęc, quę presens pagina declarat, statuentes. Placuit illis quatenus Kapella illa, que vulgo dicitur *Roor*, sita in predio Sancti Pancratii Martiris in *Raanshouen* de cetero habeat ministrvm, qui altario deseruiat ac missarum ibi sollempnia deuote peragat; unum uidelicet de fratribus sancti Agapiti martiris de *Chremesmonasterio*, cui abbas eiusdem monasterii uel quilibet successorum suorum id officii iniunxerit. Verum quia, ut apostolica edocet auctoritas, qui altario deseruiunt de altario pasci debent, uisum est prefato preposito M. inclinatus peticione iam dicti abbatis, ut usum mansi unius de prediis ęcclesię suę Ad *Wartperc* secus fluuium *Chremisam* Abbati et fratribus suis prodote donaret et ut tamdiu eum possiderent, quamdiu eiusdem Kapellę curas agere

uoluissent. Porro, ne aliquid horum per obliuionem negligatur, decernentes statuerunt, utpote eadem actio geminis inscripta cartis uno et eodem sigillo imprimeretur, et pro testimonio in utraque ęcclesia seruaretur.

Original auf Pergament, mit aufgedrücktem Siegel des Propstes von Ranshofen, welches aber sehr beschädigt ist, im Archive des Klosters Kremsmünster. — Urkundenbuch von Kremsmünster, pag. 40, Nro. 32.

Orts-Verzeichniss.*)

A.

*) A. bedeutet Anhang.

B. P.

C. Ch. K.

D. T.

E.

F. V.

G.

H.

I. J. Y.

M.

N.

O.

Q.

R.

S.

U.

W.

Z.

Personen-Verzeichniss.

Päpste.

Cardinäle, päpstliche Legaten und Beamte.

Patriarchen von Aquileja.

Erzbischöfe.

Bremen.

Cöln.

Trier.

Magdeburg.

Mainz.

Salzburg.

Bischöfe.

Augsburg.

Bamberg.

Basel.

Beritus.

Brixen.

CCCCIX. a. 1220. 6. II. 604. CCCCX. a. 1220. 15. IV. 614. CCCCXIII.

Ulricus. I. e. a. 1100. 123. LXXXVI a. 1107. 127. XC. a. 1109. 4. XI. 128. XCI. a. 1110. 18. IX. 129. XCII. c. a. 1110. 130. XCIII. 133. XCIV. a. 1111. 23. VIII. 139. XCVII. 142. XCVIII. a. 1113. 26. VI. 146. XCIX. a. 1111. 25. VI. mem. 137. XCVI a. 1122. 18. III. 152. 154. CII. 156. CIII. a. 1143. 209. CXLII. a. 1144. 6. V. 213. CXLV. e. a. 1170. 341. CCXXXIII. a. 1220. 6. II. 604. CCCCX. a. 1220. 30. VII. 619. CCCCXIX.

Tiemo, electus. a. 1099. 30. IV. 122. LXXXV.

Reginmarus. a. 1122. 18. III. 152. CII. 155. CIII. a. 1122. 22. III. 157. CIV. a. 1122. 158. CV. a. 1125. 20. XI. 163. CIX. a. 1125. 163. CX. 166. 168. CXI. a. 1128. 1. I. 169. CXIII. a. 1135. 176. CXVIII. a. 1144. 6. V. mem. 213. CXLV. a. 1151. 22. V. 257. CLXXI. a. 1179. 20. IV. 362. CCXLIX. a. 1182. 8. V. 375. CCLVIII.

Reginbertus. c. a. 1133. 723. XIII. A. 177. CXIX. a. 1139. 10. X. 185. CXXIII. a. 1140. 12. IV. 188. CXXIV. a. 1140. 24. X. 188. CXXV. a. 1140. 724. XV. A. a. 1141. 8. I. 190. CXXVII. a. 1141. 24. VI. 191. CXXVIII. a. 1141. 195. CXXXI. a. 1142. 25. III. 198. CXXXIII. a. 1142. 207. CXL. a. 1143. 26. X. 207. CXLI. a. 1143. 211. CXLIII. a. 1144. 15. IV. 212. CXLIV. a. 1144. 6. V. 213. CXLV. a. 1145. 13. V. 217. CXLVII a. 1145. 24. XI. 217. CXLVIII. c. a. 1150. mem. 251. CLXVII. a. 1151. 263. CLXXV. a. 1159. 298. CCI. e. a. 1160. 299. CCII. a. 1161. 1. V. 308. CCVIII. a. 1179. 20. IV. 362. CCXLIX. a. 1182. 8. V. 375. CCLVIII. a. 1183. 21. VII. 380. CCLXI. a. 1203. 493. CCCXLII. a. 1212. 21. V. 547. CCCLXXVIII. a. 1213. 14. II. 560. CCCLXXXIII. a. 1213. 16. VI. 571. CCCLXXXVII. a. 1220. 6. II. 604. CCCCX. a. 1220. 30. VII. 619. CCCCXIX.

Chuuradus. I. e. a. 1150. 250. CLXVII. 252. CLXVIII. a. 1151. —. I. 255. CLXX. a. 1151. 22. V. 256. CLXXI. a. 1151. 26. VIII. 260. CLXXIII. a. 1151. 262. CLXXV. c. a. 1152. 28. IV. 264. CLXXVI. a. 1154. 22. VI. 268. CLXXIX. a. 1155. 18. VII. 274. CLXXXIII. a. 1156. 16. VIII. 289. CXCIII. a. 1156. 17. IX. 280. CLXXXVII. 282. CLXXXVIII. a. 1156. 282. CLXXXIX. a. 1157. 27. XII. 300. CCII. a. 1158. 290. CXCV. 291. CXCVI. a. 1159. 23. VI. 292. CXCVII. a. 1159. 22. IX. 294. CXCVIII. a. 1159. 295. CXCIX. 296. CC. 298. CCI. a. 1161. 1. V. 308. CCVIII. a. 1161. 314. CCXIII. 315. CCXIV. a. 1162. 27. II. 317. CCXVI. a. 1162. 1. XII. 321. CCXIX a. 1163. 20. IV. 323. CCXXI. a. 1163. 18. X. 326. CCXXIII. a. 1179. 20. IV. mem. 362. CCXLIX. a. 1182. 8. V. 375. CCLVIII. a. 1183. 21. VII. 380. CCLXI. a. 1220. 30. VII. 619. CCCCXIX.

Albinus (Abouo, Albou), electus. a. 1167. 14. VII. 332. CCXXVIII. a. 1180. 369. CCLII.

Diepoldus. a. 1173. 26. VIII. 346. CCXXXVIII. a. 1174. 17. IX. 348. CCXXXIX. a. 1179. 20. IV. 362. CCXLIX. a. 1179. —. IV. 365. CCL. a. 1180. 368. CCLII. c. a. 1180. 352. CCXLIV. 371. CCLV. a. 1181. 27. II. 373. CCLVI. c. a. 1181. 374. CCLVII. a. 1182. 8. V. 375. CCLVIII. a. 1183. 21. VII. 380. CCLXI. a. 1183. 12. VIII. 384. CCLXII. 387. CCLXIII. a. 1185. 13. XII. 395. CCLXVIII. 396. CCLXIX. 397. CCLXX. 398. CCLXXI a. 1187. 406. CCLXXVI. a. 1188. 24. I. 407. CCLXXVII. a. 1188. 24. II. 409. CCLXXVIII. a. 1188. 14. VIII. 411. CCLXXXI. a. 1189. 7. III. 415. CCLXXXIV. a. 1189. 11. IV. 417. CCLXXXV. a. 1189. —. VII. 418. CCLXXXVI. c. a. 1190. 420. CCLXXXVII. c. a. 1200. mem. 470. CCCXXIII. a. 1220. 30. VII. 619. CCCCXIX.

Wolfkerus. a. 1191. —. IV. 429. CCXCV. a. 1195. 25. VII. 452. CCCIX. a. 1196. 26. IV. 455. CCCXI. a. 1196. 456. CCCXII. 457. CCCXIII. a. 1197. 459. CCCXV. a. 1198. 30. VI. 460. CCCXVI. c. a. 1200. 470. CCCXXIV. 472. CCCXXV. 473. CCCXXVI. 476. CCCXXXI. a. 1204. 29. VII. 495. CCCXLIV. a. 1204. mem. 497. CCCXLVI. a. 1206. 4. II. 502. CCCXLIX. a. 1218. 9. VII. 597. CCCCIV. Siehe auch die Patriarchen von Aquileja.

Poppo. a. 1204. 497. CCCXLVI a. 1206. 4. II. 502. CCCXLIX.

Mauegoldus. a. 1206. 6. IV. 503. CCCL. a. 1206. 19. VI. 504. CCCLI. c. a. 1206. 506. CCCLII. a. 1207. 508. CCCLIV. 510. CCCLVI. a. 1208. 22. IV. 511. CCCLVII. a. 1209. 22. IV. 522. CCCLXII. a. 1209. 6. VII. 523. CCCLXIII. a. 1209. 526. CCCLXVI. a. 1210. 23. VII. 529. CCCLXVIII. a. 1211. 28. I. 532. CCCLXXII. a. 1212. 11. I. 533. CCCLXXIV. a. 1212. 24. I. 535. CCCLXXV. 536. CCCLXXVI. a. 1213. 23. IV. 562. CCCLXXXV. a. 1215. 5. IV. 576. CCCXC.

Ulricus. II. a. 1204. 496. CCCXLV. a. 1217. 21. I. 586. CCCXCV. a. 1217. 24. I. 587. CCCXCVI a. 1217. 14. VI. 592. CCCXCVIII. a. 1217. 2. VII. 592. CCCXCIX. a. 1218. 2. VII. 596. CCCCIII. a. 1218. 22. X. 598. CCCCV. c. a. 1218. 579. CCCXCII. a. 1220. 3. II. 602. CCCCIX. a. 1220. 6. II. 604. CCCCX. a. 1220. 11. II. 610. CCCCXI. a. 1220. 24. IV. 615. CCCCXIV. a. 1220. 30. VII 618. CCCCXIX. a. 1220. 624. CCCCXXV. c. a. 1220. 628. CCCCXXX. a. 1226. mem. 660. CCCCLVII.

Gebhardus. c. a. 1220. 625. CCCCXXVI a. 1222. 13. III. 632. CCCCXXXIV. a. 1222. 5. VII. 634. CCCCXXXVI a. 1222. 14. VII. 636. CCCCXXXVII. a. 1222. 5. IX. 637. CCCCXXXVIII. a. 1224. 29. II. 646. CCCCXLVI. a. 1224. 1. VIII. 652. CCCCL. a. 1225. 5. V. 654. CCCCLII. a. 1226. 660. CCCCLVII. a. 1227. 669. CCCCLXIII. c. a. 1227. 6. VII. 667. CCCCLXI. a. 1229. 17. XII. 677. CCCCLXXIII. a. 1230. 28. II. 682. CCCCLXXV. c. a. 1230. 690. CCCCLXXXII. 694. CCCCLXXXVI.

Gotfridus. a. 1283. 20. IX. 177. CXIX.

Ulricus. III. a. 1473. 11. IX. 177. CXIX.

Chorepiscopi. **Madalwinus.** a. 903. 8. IX. 49. XXXVI.

Albertus, episcopus Saloniensis. a. 1473. 11. IX. 177. CXIX.

Prag.

J. a. 1229. 17. XII. 677. CCCCLXXIII.

Regensburg.

Siuprehi a. 777. 4. II.

Baturicus. a. 843. 3. VIII. 14. X.

Erchanfredus. a. 849. 19. VII. 15. 16. XI. a. 853. 18. I. 16. XII.

Embricho. (Ambrico.) a. 878. 20. IX. 21. XVI. a. 883. 5. IV. 25. XIX.

Tuto. a. 904. 5. III. 52. XXXVIII. a. 951. 58. XLII. a. 955. 13. XII. 60. XLIV.

Cathedral-Clerus.

Aquileja.

Capellani curiae Babenbergensis.

Passau.

Prothonotarius curiae Pataviensis.

Notarii curiae Pataviensis.

Scriba curiae Pataviensis.

Capellani curiae Pataviensis.

Prag.

Freising.

Gurk.

Regensburg.

Canonici Ratisbonenses.

Salzburg.

Canonici Salisburgenses.

Prothonotarius curiae Salisburgensis.

Notarii curiae Salisburgensis.

Capellani archiepiscopi Salisburgensis.

Seckau.

Utrecht.

Wirzburg.

Canonici Wirzeburgenses.

Parochial-Clerus.

Archipresbiter.

Archidiacone.

Dechante.

Pfarrer, Vicare und Provisoren.

Curial-Clerus.

Kaiserliche Erzkanzler.

Helisachar. a. 834. 21. XII. 14. IX.
Liutuuardus. a. 883. 5. IV. 26. XIX. a. 885. 25. VIII. 27. XX.
Theotmarus. Siehe den Erzbischof Dietmar I. von Salzburg.
Poppo. a. 940. 13. VII. 57. XLI.
Bardo (archicapell.). a. 1040. 18. I. 83. LXIV. a. 1049. 16. VI. 85. LXVI.
Luitpoldus. a. 1052. 20. VII. 88. LXVIII. a. 1055. 22. III. 89. LXIX.
Sigifridus. a. 1061. 18. II. 91. LXXI. 92. LXXII. a. 1063. 25. X. 93. LXXIII.
Rotardus, Erzbischof von Mainz. Siehe diese.
Adalbertus, Erzbischof von Mainz. Siehe diese.
Heinricus, Erzbischof von Mainz. Siehe diese.
Marcolfus, Erzbischof von Mainz. Siehe diese.
Arnoldus, Erzbischof von Mainz. Siehe diese.
Chunradus, Erzbischof von Mainz. Siehe diese.
Christianus, Erzbischof von Mainz. Siehe diese.
Sifridus, Erzbischof von Mainz. Siehe diese.

Kaiserliche Kanzler.

Simeon (diaconus). a. 823. 28. VI. 9. V. 10. VI.
Radleicus. a. 853. 18. I. 18. XII.
Diotmarus (archicapellan.). a. 877. 28. VI. 20. XIV. a. 877. 3. XII. 21. XV. a. 878. 20. IX. 22. XVI. a. 879. 10. II. 23. XVII.
Baldo. a. 876. 3. XI. 19. XIII. a. 877. 28. VI. 20. XIV. a. 877. 3. XII. 21. XV.
Vualdo. a. 883. 5. IV. 26. XIX.
Amalbertus. a. 885. 25. VIII. 27. XX.
Albertus. a. 888. 3 I. 29. XXI. a. 888. 13. IV. 33. XXV.
Asbertus. a. 888. 4. I. 30. XXII. a. 888. 5. I. 31. XXIII. a. 888. 1. IV. 32. XXIV.
Salomon (episcopus). a. 909. 19. II. 56. CL.
Liutulfus. a. 953. 29. XI. 59. XLIII.
Poppo. a. 975. 11. VI. 61. XLV. a. 975. 21. VI. 62. XLVI.
Egbertus. a. 976. 22. VII. 64. XLVII.
Gerbertus. a. 977. 5. X. 66. XLVIII. 67. XLIX.
Hildibaldus (episcopus). a. 993. 27. I. 68. L.
Egilbertus. a. 1002. 18. VII. 71. LIII.
Eberhardus. a. 1005. 7. XII. 72. LIV. a. 1007. 1. XI. 73. LV. 74. LVI.
Guntherius. a. 1010. 28. IV. 75. LVII. a. 1014. 21. VI. 76. LVIII. a. 1018. 8. II. 79. LX.
Theodericus. a. 1039. 1. V. 81. LXII. a. 1040. 9. I. 82. LXIII. a. 1040. 18. I. 83. LXIV.
Eberhardus. a. 1041. 14. V. 84. LXV.
Wintherius. a. 1049. 16. VI. 85. LXVI. a. 1052. 20. VII. 88. LXVIII. a. 1055. 22. III. 89. LXIX.
Fridericus. a. 1061. 18. II. 91. LXXI. 92. LXXII. a. 1063. 25. X. 93. LXXIII.
Humbertus. a. 1099. 30. IV. 123. LXXXV.
Erlongus. a. 1104. 27. II. 125. LXXXVIII.
Albertus. a. 1109. 4. XI. 128. XCI. a. 1111. 25. VI. 139. XCVI.
Arnoldus. a. 1142. —. IV. 199. CXXXIV. a. 1142. 203. CXXXVII. 205. CXXXVIII.
Rainaldus. a. 1156. 17. IX. 280. CLXXXVII. 282. CLXXXVIII. a. 1160. 14. II. 302. CCIII.
Udalricus. a. 1162. 4. IV. 319. CCXVII.
Gotfridus. a. 1181. 27. II. 373. CCLVI. a. 1184. —. V. 393. CCLXV.
Chunradus, Ratisbon. episcop. a. 1205. 24. V. 500. CCCXLVII.
Chunradus, Bischof von Metz und Speier. Siehe diese.

Kaiserlicher Prothonotar.

Sifridus. a. 1205. 24. V. 500. CCCXLVII.

Kaiserliche Hofnotare.

Erchanbaldus. a. 802. —. III. 7. IV.
Comeatus. a. 853. 18. I. 18. XII.
Madalunimus. a. 876. 3. XI. 19. XIII. a. 878. 20. IX. 22. XVI. a. 879. 10. II. 23. XVII.
Hebarhardus. a. 889. 20. XI. 38. XXVII.
Engelpero. (Engilpero.) a. 889. 3. V. 34. XXVI. a. 892. 15. II. 39. XXVIII. a. 893. 22. X. 40. XXIX. a. 899. 5. II. 46. XXXIII. a 903. 12. VIII. 48. XXXV. a. 903. 26. IX. 52. XXXVII. a. 904. 5. III. 53. XXXVIII.
Adalman. a. 940. 13. VII. 57. XLI.
Reginohaldus. a. 1128. 1. I. 171. CXIII.
Gerhardus (capellanus). a. 1174. 17. IX. 348. CCXXXIX.

Kaiserliche Erzcapellane.

Radonus. a. 802. —. III. 7. IV.
Fridegisus (abbas). a. 823. 28. VI. 9. V. 10. VI. a. 828. 22. III. 12. VII.
Willigisus, Erzbischof von Mainz. Siehe diese.
Grimaldus. a. 889. 20. XI. 38. XXVII.
Erchanbaldus. a. 1014. 21. VI. 76. LVIII. a. 1018. 8. II. 79. LX.
Bardo. a. 1039. 1. V. 81. LXII. a. 1040. 9. I. 82. LXIII. Siehe auch die kaiserlichen Erzkanzler.

Kaiserliche Hofcapellane.

Durandus (diaconus). a. 828. 22. III. 12. VII. a. 834. 21. XII. 14. IX.
Zazco. a. 888. 13. IV. 32. XXV.
Chunradus Suevus. a. 1174. 17. IX. 348. CCXXXIX.
David (sacerdos). a. 1174. 17. IX. 348. CCXXXIX.
Gerhardus (notarius). a. 1174. 17. IX. 348. CCXXXIX.

Priester, Diacone, Subdiacone, Cleriker.

Almesuelde. Bertoldus clericus de. a. 1209. 6. VII. 524. CCCLXIII.
Aspach. Marquardus clericus de. a. 1209. 6. VII. 524. CCCLXIII.
Reinbertus clericus de. a. 1209. 6. VII. 524. CCCLXIII.
Bamberg. Hermannus subdiac. a. 1169. 335 CCXXXI.
Passau. Chunradus sacerdos. a. 1093. 720. X. A.
Engilbertus sacerdos. a. 1093. 720. X. A.
Engilgerus diac. et clericus, filius Engilgeri camerarii de Kremsmünster. a. 1162. 27. II. 317. CCXVI.
Gerungus, presbiter. a. 1162. 27. II. 318. CCXVI.

Regular-Clerus.

Äbbte, Pröpste und Mönche.

Monachi.

Monachi.

Canonici.

Römisch-Deutsche Kaiser und Könige und deren Gemahlinnen.

Kaiser.

Könige.

Herzoge.

Mark- und Landgrafen.

Grafen.

I. Pfalzgrafen.

II. Grafen und Burggrafen.

A.

B. P.

Kanzlei und Hofämter der Herzoge und Markgrafen von Oesterreich.

I. Kanzlei.

Prothonotarius Austriae.

Scriba Austriae.

Notarii curiae.

Capellane.

II. Hofämter.

Marschalci Austriae.

Marschalci Stiriae.

Camerarii.

Pincernae Austriae.

Pincernae Stiriae.

Dapiferi Austriae.

Dapiferi Stiriae.

Edle, Ministerialen, Bürger etc.

A.

B. P.

C. Ch. K.

D. T.

E.

F. V.

G.

H.

I. J.

L.

M.

N.

O.

Q.

R.

S.

U. V.

W.

Auctor indicis: Ferdinandus Wirmsberger.

Berichtigungen und Zusätze.

Seite 1 Zeile 12 statt sammitate lese sammitatem
„ 2 „ 16 „ conferre „ conferrem.
„ 3 „ 1 „ schpach „ Sippach.
„ 13 „ 37 „ gratia „ gratiam.
„ 16 „ 11 „ taelj „ taeilj.
„ 20 „ 32 „ benefica „ beneficia.
„ 32 „ 14 „ Zazlo „ Zazeo.
„ 34 „ 11 ist nach Mon. boic. XXVIII, I, einzuschalten: 87.
„ 38 „ 28 ist nach pro einzuschalten: mercedis augmento et pro.
„ 38 „ 29 ist nach prius einzuschalten: cuidam.
„ 40 „ 8 statt Sanctum lese Sacrosanctum.
„ 43 „ 26 „ fundamentibus „ fundamentis.
„ 43 „ 33 „ exitibus redditibus „ exitibus et redditibus.
„ 49 „ 19 „ iuris „ uiris.
51 „ 7 „ illo „ illa.
„ 52 „ 7 „ omnia „ omnino.
„ 52 „ 29 „ Isangrind's „ Isangrim's
„ 53 „ 6 v. u. statt S. N. „ S. R.
„ 55 „ 7 „ uol ueriat „ uolu erint.
„ 75 „ 20 „ in „ ad.
„ 88 „ 17 „ XX. III. „ XXIIII.
„ 90 „ 17 „ I. VI. „ LVI.
„ 90 „ 29 „ res „ rex.
„ 95 „ 12 „ I^{mo} „ L^{mo}.
„ 99 „ 6 v. u. „ decreuimus „ decernimus.
„ 107 „ 17 „ Ritenbach „ Rorenbach.
„ 107 „ 18 „ Rienbvrch „ Ritenbvrch.
„ 107 „ 25 „ Nvachowe „ Uvachowoe.
„ 109 „ 8 „ Consdorf „ Lonsdorf.
„ 115 „ 24 „ nec „ ne.
„ 121 „ letzte „ 237 „ 437.
„ 128 „ 10 „ heredum „ heredem.
„ 142 „ 36 „ infestastaciones „ infestaciones.
„ 145 „ 8 „ tam „ iam.
„ 152 „ 12 „ Estal „ Esterl.
„ 161 „ 9 „ magistri „ magistrati.
„ 162 „ 29 „ trebeic „ trebeie.
„ 163 „ 20 „ tertscius „ tercius.
„ 172 „ 4 „ Pehelim „ Pezelini.
„ 172 „ 9 „ senior „ sanior.
„ 178 „ 9 „ klasium „ blasium.

Seite 188 Zeile 15 statt isto lese ipso.
" 191 " 14 " faecre " fonere.
" 198 " 16 " Starn " Narn.
" 203 " 21 " pessessionibus " possessionibus.
" 204 " 8 " Riudmarch " Riedmarch.
" 217 " 5 " hae " hoc.
" 218 " 15 " Stuben " Suhen.
" 232 " 2 " possessiouem " possessionum.
" 232 " 8 v. u. statt triesheut " triesheut.
" 264 " 9 v. u. " Tulbach " Julbach.
" 265 " 9 " Stuben " Suben.
" 269 " 9 " raboramus " roboramus.
" 274 " 23 " Centesimo I. v. " Centesimo L. v.
" 278 " 10 " marchiam superiori " marchiam a superiori.
" 294 " 2 " pernaekke " perubekke.
" 294 " 5 " vornpach et frater " vornpach et fratres.
" 298 " 8 " duo " deo.
" 299 " 23 " Gerhardus " Gebhardus.
" 300 " 20 " Daspach " Dahspach.
" 302 " 8 " glorisissimo " gloriosissimo.
" 303 " 10 v. u. " Werhhero " Wernhero.
" 317 " 11 " Abbte Martin " Abbte Martin von Kremsmünster.
" 317 " 20 " heriditate (sic) " hereditate.
" 324 " 1 " propositus " prepositus.
" 329 " 8 v. u. " qui " quia.
" 334 " 2 v. u. " Rapo " Rapot.
" 340 " 12 v. u. " 1160 " um 1130.
" 344 " 13 " eggeu " eygen.
" 345 am Schlusse der Urkunde Nr. CCXXXVI ist einzuschalten: Mon. boic. III, 324.
" 349 Zeile 10 statt reposuit lese reposeit.
" 349 " 17 " pro " pre.
" 352 " 2 " Ulrich " Ulrich von Kremsmünster.
" 357 " 7 " fueriu " fueriat.
" 359 " 17 " Garsten monasterii " carteusis monatserii (sic).
" 361 " 8 v. u. statt ecclesie " cecilie.
" 366 " 24 " percipiat " percipiant.
" 377 " 13 v. u. " gersteu " gerste.
" 383 " 8 v. u. " sumpsit de " sumpsit der.
" 393 " 17 nach Mönche ist einzuschalten: „von Kremsmünster".
" 393 " 25 statt vocamus lese vocauimus.
" 395 " 29 " facies " facias.
" 396 " 8 ist nach Mönchen einzuschalten: „von Kremsmünster".
" 398 " 4 " " Klosters " „Kremsmünster".
" 398 " 18 statt excesso lese excessu.
" 409 vorletzte Zeile ist nach Pergament einzuschalten: „im Archive des Klosters Wilhering".
" 413 Zeile 18 ist nach 141 einzuschalten: „Pez Thes. VI. II. 46".
" 413 " 21 statt Trübenthal lese Trübenbach.
" 414 " 4 v. u. statt Vichtwauch " Viehtwanch.
" 415 " 13 " puchlliteu " pachsliten.
" 433 " 21 " omuibus " vniuersis.
" 453 " 20 ist einzuschalten: nach „Linz" „Kurz, Beiträge III, 399".
" 455 " 15 statt ceteris lese certis.
" 455 " 27 " patratas " patratus.
" 457 " 9 ist nach „Kloster" einzuschalten: „Kremsmünster".
" 458 " 16 statt „24. April" lese „26. April".
" 463 " 11 " de " et.
" 471 " 26 " Trivsteren " Trivfteren.

Seite 487	Zeile 6	statt	chómberch	lese	shómberch.
„ 489	„ 8	„	plebane	„	plebesane.
„ 489	„ 26	ist nach „Erzbischofs“ einzuschalten: „im Archive des Klosters Reichersberg“.			
„ 490	„ 11 v. u.	statt	et	lese	ut.
„ 495	„ 9 v. u.	„	illud	„	idem.
„ 495	„ letzte	„	canonici	„	concanonici.
„ 499	„ 21	„	Subadvocatus	„	Subadvocatos.
„ 503	„ 22	„	que	„	qui.
„ 513	„	„	Seite 531	„	513.
„ 517	„ 10	„	usum	„	ipsum.
„ 517	„ 15	„	et	„	ae.
„ 523	„ 25	„	ruedego	„	rudigero.
„ 539	„ 27	ist das Wort „sed“ auszulassen.			
„ 558	„ 8	statt	Mon. boic. 331	lese	Mon. boic. III, 331.
„ 562	„ 10	„	debet	„	debeat.
„ 575	„ 16	„	paginam nostri	„	paginam hanc nostri.
„ 580	„ 7 v. u.	„	apostolicam	„	apostolicum.
„ 581	„ 23	„	sepulturum	„	sepulturam.
„ 584	„ 3 v. u.	„	vini vini	„	vini.
„ 589	„ 8 v. u.	„	remuneratione	„	retributione.
„ 599	„ 17	„	74	„	72.
„ 600	„ 23	„	molestia	„	molestiis.
„ 610	„ 16	hier ist einzuschalten: Wörtlich bestätigt durch Gebhard, Bischof von Passau mit dem Schlusssatze:			
„ 637	„ 2	statt	330	lese	338.
„ 637	„ 5	„	1222	„	1220.
„ 637	„ 22	„	adhuc forsan	„	adhuc soluere forsan.
„ 645	„ 13	„	Domino	„	Christo.
„ 646	„ 11	„	elucesere	„	elucescere.
„ 647	„ 3	„	Pataniensis	„	Patanienses.
„ 647	„ 16	„	Guthsarn	„	Gruseharn.
„ 656	„ 9 v. u.	„	gettolfinge	„	geltolfinge.
„ 660	„ 17	„	corcreuersus	„	correuersus.
„ 662	„ 14	„	Salmann	„	Salmanni.
„ 662	„ 16	„	quicquod	„	quicquid.
„ 671	„ 21	„	soluendo	„	suleudo.
„ 672	„ 7	„	Danner (?)	„	Leubner.
„ 675	„ 8 v. u.	„	Chůnradus	„	Heinricus.
„ 677	„ 2 v. u.	„	aliquid	„	aliquis.
„ 679	„ 12	„	qui	„	quia.
„ 683	„ 7 v. u.	„	aconcusse	„	inconcusse.
„ 692	„ 3 v. u.	„	hardo et Canonico	„	hardo Canonico.
„ 694	„ 13	„	que	„	quo.
„ 695	„ 3 v. u.	„	Merboto Oede	„	Merboto de Oede.
„ 703	„ 18	„	iudnere	„	induere.
„ 703	„ 25	„	dirigent	„	dirigant.
„ 703	„ 2 v. u.	„	districtius	„	districtus.
„ 705	„ 23	„	feriatim	„	seriatim.
„ 706	„ 10	„	visitari	„	vsitari.
„ 706	„ 22	„	meretricatus	„	meretricatur.
„ 706	„ 30	„	mulies	„	mulier.
„ 718	„ 19	„	noualia	„	nouali a.
„ 718	„ 26	„	rectuis	„	rectius.
„ 720	„ 16	„	utrumque	„	utrimque.
„ 720	„ 26	„	preaui	„	proaui.